VETUS ROMANA HISTORIA, SIVE SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM LIBRI SEXAGINTA

Johann Freinsheim, Lucius Annaeus Florus

Digitized by Google

R. 154.31

Digitized by Google

DG
208
.F86

Digitized by Google

Digitized by Google

VETUS
ROMANA
HISTORIA,
Sive
SUPPLEMENTORUM
LIVIANORUM
LIBRI SEXAGINTA.

AUCTORE

JOHANNE FREINSHEMIO. Johann Freinsheim 1608–1660

ARGENTORATI

Apud SIMONEM PAULLI BIBLIOPOLAM.

M. DC. LXXIV.

Digitized by Google

Bates.
De Criscio
10-2-24
9194

MU

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO, S. P.

CAuſa mihi ſcribendi, juſtæ VOCATIONIS officium, & voluntas ejus, cui poſt DEUM obedire maxime debeo. Materia, *vetus Romana Hiſtoria*, quatenus à Livio quondam expoſita, poſt pleramque Auctoris ejus partem deperditam, in multis aliis antiquorum libris varie diſperſa, latuit verius, quam exſtitit. Hanc ego pro virili parte erui, contexui, etiam expolivi: hactenus utique, ut ſitus atque ſquallor detergeretur. Feſtinanter certe: quartum decimum intra menſem, poſtquam iterum Bibliothecæ meæ copia facta, libris effectis quadraginta quinque: quamquam impedirent morbi, curationes, moleſtiæ negotiorum, calumniæ litium, quarum rerum nunquam lætior ſeges fuit. Adhibui tamen diligentiam & judicium quod potui, & Tibi quidem indicare licet, Benigne Lector, me vero non piget confiteri de animi mei ſententia: me neutiquam metuere, ne quis ex omnibus his ſcriptoribus, qui ſunt in hominum manu, aliquid efficiat in hoc genere concinnius, copioſius, verius. Neque tamen is ſum, qui me nuſquam erraviſſe putem: ſed ſicubi impegi, rem ita comparatam intellige fuiſſe, ut non ſine ratione quadam erraverim: hoc eſt, ut errorem eſſe hominis, non pecudis appareat. Monitus autem gratanter emendabo, quod opus fuerit: & ſi Tibi ſtudium meum probari cognovero, poſteriorem quoque Tomum, quam primum ejus facultas dabitur, extrudam. Vale.
Dab. Vormatiæ, ex Muſeo meo A. D. IV. Kal. Septembr. Anno Chriſtiano M. DC. LIV.

IO. FREINSHEMIUS CONSILIARIUS REGIUS SUETICUS & ELECTORALIS PALATINUS, ACADEMIÆQ HEIDELBERGENSIS PROFESSOR HONORARIUS
Perfectum pictor SAPIENTEM pingere juſsus
Fruſtra perq́ ſcholas aliquem quæſivit & aulas
Cuius ad exemplar pulcherrima fiat imago.
FREINSHEMIVM fac, Pallas ait, quem pingere debes,
Nemo referre queat, ſi non queat iſte referre.
Paruit, atq́ VIRI pictor dedit orã, ſed illam
Fortunæ parem utriq́ animam, rerũq́ ſcientem
Quas homo ſcire poteſt, nequiit formare: negabant
Mortali ingenio decora immortaliã pingi.

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER PRIMVS.

In locum lib. XI. Liviani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XI. Liviani.

CVm Fabius Gurges conſul male aduerſum Samnites pugnaſſet; & ſenatus de remouendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater deprecatus hanc ſibi ignominiam, eo maxime ſenatum mouit, quod iturum ſe filio legatum pollicitus eſt: idq; præſtitit, atq; eius cõſiliis & opera filius conſul adiutus, cæſis Samnitibus triumphauit. C. Pontium imperatorem Samnitium ductum in triumpho ſecuri percuſſit. Cum ciuitas peſtilentia laboraret, miſſis legatis, ut Æſculapij ſignum Romam ab Epidauro transferrent: anguem, qui ſe in nauem eorum contulerat, in quo ipſum numen eſſe conſtabat, deportauere: eoq; in inſulam Tiberis egreſſo, eodem loco ſedes Æſculapij conſtituta eſt. L. Poſthumius conſularis, quoniam cum exercitui præeſſet, opera militum in agro ſuo vſus eſſet, damnatus eſt. Cum Samnitibus pacem petentibus fœdus quarto renouatum eſt. Curius Dentatus Conſul Samnitibus cæſis, & Sabinis qui rebellauerant victis, & in deditionem acceptis, bis in eodem magiſtratu triumphauit. Coloniæ deductæ ſunt, Caſtrum, Sena, Adria. Triumuiri capitales tunc primum creati ſunt. Cenſus actus eſt, luſtrum conditum: cenſa ſunt ciuium capita CCLXXIII. millia. Plebs propter æs alienum, & graues & longas ſeditiones, ad vltimum ſeceſſit in Ianiculum, vnde à Q. Hortenſio dictatore deducta eſt, isq; in ipſo magiſtratu deceſſit. Res præterea contra Volſinienſes geſtas continet: item aduerſus Lucanos, contra quos auxilium Tyrrhenis ferre placuit.

FRactæ jam multis prœliis Samnitium opes erant: neque dubium habebatur, quin bello finis imponi poſſet, ſi perculſo & debilitato hoſti quam minimum ad confirmandos animos ſpatii relinqueretur. Igitur Q. Fabius Conſul ardens juuenta, & confecti belli gloriam ſibi comparare certus, delectu haudſegniter acto, protinus in Campaniam cum exercitu profectus eſt. Samnites enim dura gens, & ad deſperationem potius quam timorem tot

Anno ab Vrbe Condita CDLXI.

Samnites bellum renouant.

cladibus acta; quod ſuperioris anni Conſules ad triumphum ſuum legiones deduxerant, occaſione temporum vſi, non pœnitendas copias ex reliquiis priorum pugnarum & novis delectibus coëgerant: & quoniam peſtilentia Romanos vrgeri ſciebant, prӕterea Conſules nec experientia bellorum nec auctoritate magnopere metuendos eum in annum factos eſſe audiuerant; in ſpem erecti, Campanos ſemper ſpretos, tum autem vt auctores periculorum malorumque ſuorum inuiſiores, populationibus & vaſtatione agrorum laceſſebant.

Campanos vaſtant.

CAP. II. Erat in duce Romano par dignitati Fabiæ domus animus, ſed contemptus toties à ſuis victæ gentis, & rei gerendæ cupiditas, conſilium eripuerant. raptim ad hoſtes exercitu ducto, quum præmiſſos ab imperatore Samnitium ſpeculatores vidiſſet, qui conſpecto Romanorum agmine ſe recipiebant ad ſuos; vniuerſam hoſtium multitudinem fugere arbitratus, non locorum, non hominum explorato habitu, tanquam omnis victoriæ ſpes in celeritate poſita eſſet, quanta maxima feſtinatione poterat, ſigna inferri iuſſit. Apud Samnites à ſuis præmonitos omnia circumſpectius acta ſunt: præcipi opportuna loca, ſtrui acies, alloquiis ducum accendi militis animi potuerunt. Igitur eventus prœlii qualis eſſe debuit, fuit. Feſſos ex itinere & curſu, turbatis ordinibus, tamquam ad prædam magis quam pugnam venientes, inſtructus paratusque miles haud magno negotio pepulit: Fabius deſideratis ſuorum millibus tribus, maiore etiam numero ſauciorum, quo minus omnem exercitum amitteret ſuperuentu noctis defenſus eſt.

Q. Fabius à Samnitibus vincitur.

CAP. III. Tum loco paulo æquiore capto, quantum in illa trepidatione fieri potuit, caſtra communita ſunt. in quibus haud multo melior quam in ipſa acie aut facies rerum, aut fiducia animorum fuit. non requies feſſis, non cibus eſurientibus, non fomenta ſauciis ſuppetebant; tantum cum armis egreſſi, prioribus in caſtris impedimenta omnia reliquerant. Igitur inter gemitus morientium & querelas ſuperſtitum tota nox exacta eſt, omnibus imminentem diem cum horrore ac deſperatione, vt ſupremam, operientibus. *Neque enim laboribus feſſos, exhauſtos vigiliis, vulneribus debiles, perculſos infelici prœlio, numero etiam multum imminuto, reſiſtere poſſe hoſtibus, quos incolumis adhuc, integris animis corporibusque, & optima ſpe incenſus exercitus ſuſtinere nequiuiſſet.* Rebus conclamatis, vti ſolet, remedium ab hoſtis errore fuit. Ille venientis alterius Conſulis fama perterritus, ne, ſi oppugnare caſtra Fabiana adortus eſſet, recentium copiarum aduentu à tergo circumueniretur, rerum ſupra ſpem felicium ſucceſſu contentus, motis caſtris iter alio conuertit. Digreſſis hoſtibus,

Remedium ab hoſtis errore.

CAP. IV. Romani quoque ad tutiora loca ſe receperunt. Poſtquam iſta Romam adlata ſunt, magis ignominia quam accepto detrimento mota ciuitas,

moleſtiſ

moleſtiſſime tulit, temeritate Conſulis effectum, vt bellum, quo diuturnius nullum fuerat, quum jam in exitu eſſet, nouis ſpe repletis Samnitium animis, formidabilius iterum quàm à longo tempore fuiſſet, renaſceretur. Neque tribuni modo plebis, quorum hæ propriæ artes erant, frequentibus ad populum concionibus inuidia & odio cuncta repleuerant: verum etiam apud patres agitata re atroces ſententiæ dicebantur. factumque Senatus conſultum eſt, quo *certum ante diem Fabius conſul ad dicendam Romæ cauſam adeſſe* jubebatur. Venientem magna vis accuſatorum adorta eſt: neque defendi factum quibat, & quod vnum maxime prodeſſe debebat reo, Fabii ſenis gratia, in contrarium vetterat. Minus enim ignoſcendum ei putabant, qui à præſtantiſſimo viro genitus, & inter paternos triumphos educatus, non modo Romanum nomen, ſed ſuæ quoque familiæ laudes, & partas à maioribus victorias, per tantam imprudentiam acceptâ clade fœdauiſſet.

Fabius accuſatur.

CAP. V.

Exulcerati animi, & defenſionem paranti reo vix æquas aures præbituri, Fabii patris inſigni pietate primum, mox etiam oratione leniti ſunt. Is enim veritus, ne propter rem male geſtam filius ab exercitu remoueretur, ab ipſa quidem culpa purganda penitus abſtinuit: Sed *ſua & majorum merita* modeſte commemorans, *tam acerbam ſibi iam ſeni, tam ignominioſam genti Fabiæ notam* deprecabatur. *Neque tamen ſe poſtulare, vt ceteris tot Fabiis, qui ab ipſis prope Vrbis primordiis Romanam rem virtute conſilioque auxiſſent; vt trecentis etiam illis, qui Rempublicam ſua & tantum non vniuerſi nominis Fabij internecione texiſſent, error vnius condonetur; ſi immedicabilis ille ſit, maiuſq; commodum ex pœna filij ſui quam incolumitate peruenturum eſſe videatur: ſe enim charitatem patriæ adfectibus aliis omnibus anteferre ſatis didiciſſe. Verum enimuero, quidquid in hoc adoleſcente metuendum fuit tranſactum eſt: bona autem quæ mens illius indoleſque, ac ſub me non ineptiſſimo magiſtro, vti vobis viſus ſum, inſtituta & exercita virtus pollicentur, adhuc exſpectari poſſunt, niſi ſpem iſtam, non quidem iniqua, ſed tamen intempeſtiua ſeueritate præcidimus. Multis initio rerum gerendarum impegiſſe, ad prudentiam & cautionem profuit: qui errore admoniti, mediocria ſæpe damna ingenti vtilitate redemerunt. Et neſcio annon ad fortunæ potius inuidiam, quam hominis cuiuſquam peccatum referri verius ſit, quod & Reſpublica noſtra, & Fabiæ gentis diuturna felicitas mediocri detrimento caſtigata eſt: quamquam beneuolentia magis hæc Deorum, quam inuidia vocanda ſit, cuius beneficio aduerſus exitiabilem ſuperbiam, quæ res nimium ſecundas ſequi ſolet, non tam damnoſa ciuitati clade, quam ad documentum efficaci, conditionis humanæ admonemur. Quidquid id eſt, Quirites, mihi certe ſiniſtri aliquid præſagiebat animus, quum die comitiorum ſolicite vobiscum agerem, ne filium meum Conſulem faceretis. Quum enim patrem meum, auum,*

Fabij patris pietas & gratia.

Multis impegiſſe profuit.

CAP. VI.

Fabius cum populo egit, ne filium Conſulem facerent.

proauum, alios maiores suos sæpissime, [illegible]

[illegible]

equitum globus, ſupra ſolitam alacritatem pudore accenſus, ſi tot ſtrenuiſſimi iuuenes animis & robore à ſene vincerentur. Hic impetus totius prœlii fortunam traxit: ſuſtinuere primum Romanæ legiones hoſtem equitatus audacia animatæ, mox impulerunt: fruſtra obnitente Herennio, qui omnibus boni & ducis & militis muneribus eo die functus, dum redintegrare ordines, retinere fugientes, obſiſtere ingruentibus tendit, neque inhibere fugam ſuorum potuit, & opportunitatem euadendi ipſe amiſit. *C. Pontius Herennium capit.* Capta cum duce millia Samnitium quatuor: ad millia viginti prœlium & fuga hauſerunt. Etiam caſtra hoſtium in poteſtatem redacta ſunt, cum ingenti præda, quam ſtatim agri hoſtium late vaſtati, paſſimque expugnata, aut dedita oppida luculenter auxerunt.

CAP. X.

Tanta rerum commutatio acceſſione vnius hominis facta eſt, vt paulo ante victor exercitus à victo cæderetur: & eum imperatorem à quo fuſus fugatuſque Conſul fuerat, ipſe nunc captiuum abduceret, ingens populo Romano ſpectaculum, & ornamentum triumphi ſui: quem anno ſequente ad vrbem reuerſus ſumma omnium voluntate impetrauit. Dum hæc à Fabiis in Samnio adminiſtrantur, etiam alter Conſul, D. Brutus, cui Faliſci prouincia euenerat, proſperis rebus vſus eſt. *D. Brutus Conſul Faliſcos vincit.* Quippe adiutus à Sp. Caruilio legato (nam & Bruto legatum adiungi placuerat) viro bellorum & hoſtis gnaro, aduerſus quem ſuperiore anno Conſul rem feliciter geſſerat: & ceteræ Etruriæ partem non exiguam perpopulatus eſt, & Faliſcos occurrere auſos prœlio vicit.

CAP. XI.

His rebus in Vrbe nunciatis, quum tempus comitiorum veniſſet, Conſuleſque à rebus gerendis auocari parum è republica videretur; interregnum eſt initum. *Interregnum.* Interrex L. Poſthumius Megellus, comitiis quæ ipſe habebat, Conſul declaratus eſt: nullo ad eam diem exemplo, præterquam Appii Claudii, quod bonus nemo probauerat. Sed Poſthumius non minore arrogantia magiſtratum geſſit, quam acceperat. *Anno ab Vrbe Condita CDLXII.* Iamprimum nobilitate generis & tertio tum conſulatu ineptè ferox, collegam eius anni C. Iunium Brutum, plebeium hominem, vt ſe longe inferiorem, olim habebat deſpectui. *Poſthumius ne Conſuli collegam [illegible]* Vt vero de prouinciis agi cœptum eſt, neque comparare cum Bruto, neque ſortiri voluit, *adminiſtrationem Samnitici belli extra ordinem* poſcens, *tanquam ſibi debitam.* quod *duobus prioribus conſulatibus res ſeſe magnas aduerſus eundem illum hoſtem geſſiſſe* diceret. Multis in Senatu contentionibus iactato negotio; quum C. Iunius ſe hominem nouum aduerſus gratiam & potentiam collegæ ius ſuum obtinere non poſſe videret, ad extremum, *ne diſcordes conſules bono publico fraudi eſſent, ſponte ſe cedere* teſtatus eſt.

CAP. XII.

Premebat adhuc Vrbem agroſque peſtilens contagionis malum: quod tertium iam annum expertis omnia, neque diuina ope vlla, neque humana pelli potuerat. Igitur ſine Sibylli-

Sibyllinis ex libris, siue Delphici oraculi a[illegible] (nam hoc quoque traditur) decem legati missi sunt qui Æsculapium ab Epidauro, qua in vrbe natus esse credebatur, Romam arcesserent. Quanquam enim perplexum satis responsum erat, neque, [illegible] inde euenturum [illegible] Patres poterant, obsequendum tamen diis statuerunt, ipsi [illegible] explicatores esse fati, qua possent [illegible] fata [illegible]. Res inde mira dictu sequitur: sed multis [illegible] ipsaque structura ædis quæ etiam in Tiberis insula facta dedicataque est, comperta veritatis. Quum apud Epidaurios mandata [illegible] Romani edidissent: excepti quidem benigne, sed quia parum liquere [illegible] posset, vt ipsi deportarent quodcunque ex visu viderent, in templum Æsculapii deducti sunt. Apud Græcos ferme [illegible] excelsisque numinis [illegible] constitutæ sedes sunt: Epidaurii quoque quinque millium passuum ab vrbe distans templum habebant, celeberrimum [illegible] temporibus fama, donisque hominum, qui valetudinem credebant ibi recepisse, prædiues. Huc adducti, dum ingentis molis simulacrum, Thrasymedis Parii nobili ingenio fabrefactum, admirantur; ingens repente serpens ex ipsis adytis prolapsus animos omnium horrore summo & religione perfudit. Sacerdotes enim venerabundi, *ipsum in hoc angue numen esse, & nonnunquam hac forma conspici, salutari semper ostento*, clamitabant. Biduo conspectus in templo serpens, deinde iterum reconditus est: tertio die per medios spectantium venerantiumque cœtus recta perrexit ad portum vbi Romana triremis stabat; quam ingressus, in tabernaculo Q. Ogulnii qui princeps legationis erat, multiplici spirarum orbe se composuit. Ferebatur antiquitus fabula *eundem illum Æsculapium forma serpentis indutum, aliquando Epidauro Sicyonem mularum iugis deportatum fuisse, Nicagora quadam, Echetimi vxore, deducente.* Læti ergo prodigio Romani, tanquam præsentem Deum veherent, vela dedere, paucisque diebus interiectum mare permensi prosperrimo cursu Antium tenuerunt. Ibi quum inhorrescens mare nauigationem impediret, prorepens ex nauigio serpens, qui totum per iter quietus ibi se tenuerat, in vestibulum fani quod ea vrbe celeberrimum erat, adlabitur, eoque loco tres continuos dies exigit: magno cum metu legatorum ne auelli inde non posset, quod toto eo tempore ad consuetos cibos non reuerterat: donec nauigio redditum magna cum alacritate Romam detulerunt. Ad spectaculum incredibilis rei tota effusa ciuitate, passim in ripa fluminis quo subuehebatur positæ aræ sunt, accensique odores & victimæ cæsæ. Iam ad eum locum peruentum erat, vbi diuisus modico interuallo Tiberis insulam efficit; quum relicta naue serpens eam insulam, quæ post *Æsculapii* vocata est, natatu petens, cerni vlterius ab hominibus desiit. Patres de-

Æsculapius Romam arcessitur.

CAP. XII.

Serpens pro Æsculapio.

CAP. XIII.

Antium deuehitur.

[illegible] Romam

Templum Aeſculapij.

lectum à Deo locum interpretati, decreuerunt, vt eadem in ſede templum Æſculapio ſtrueretur. Morbi ſiue illa ope, ſiue quod alioquin deſituri fuerant, ceſſauere. Templum mox inſignibus donariis, & hominum qui *remediis ſalutaribus ab eo numine ſe adiutos* ferebant, prædicatione nobilitatum eſt.

CAP. XIV.

L. Poſthumus Conſul ſuperbiam in Vrbe aduerſus collegam ſuum exercitam, etiam in prouinciam detulit. Quum enim Q. Fabius Gurges, qui priore anno Conſul fuerat, ex Senatus conſulto proconſul res in Samnio gereret: ſcripſit ad hunc Poſthumius arroganter, *excedere iubens prouincia ſua, ſe adminiſtrando ei bello ſufficere.*

Poſthumij arrogantia.

Obtendente *iuſſa Patrum* Fabio, *neque integrum ſibi deſerere negotium quod Senatus impoſuiſſet*; quum Romam nunciata res eſſet, metus inceſſit, ne per diſcordiam imperatorum reſpublica detrimentum caperet. Quare *mitti ad Conſulem legatos* placuit, *qui verbis Senatus peterent, vt Fabium ad exercitum & in Samnio eſſe pateretur.* Quum alias abſurdum & præfractum fuiſſe reſponſum ferunt; tum etiam vocem adiectam ſingularis peruicaciæ: *Non ſe Senatui, quamdiu Conſul eſſet, ſed Senatum ſibi dicto audientem eſſe oportere.*

CAP. XV.

neue loquutus eſſe ferocius, quam feciſſe videretur, protinus dimiſſis legatis Cominium (eam tum vrbem Fabius obſidebat) cum exercitu progreditur, ſi alia ratione amoliri æmulum non poſſet, bello certaturus. Fœdum ſpectaculum præbuiſſent hoſtibus Romana arma, ſi pari ſtoliditate quam petebatur, reſiſtere Fabius voluiſſet. Sed ille natura & conſiliis paternis moderatior, *non furori Conſulis, ſed vtilitati Reipublicæ cedere* præfatus, prouincia exceſſit.

Fabij moderatio.

Cominium poſt paucos dies à Poſthumio expugnatum eſt. Inde Venuſiam ductus exercitus, hac quoque capta circumlatum ad alia oppida bellum: quorum complura, partim vi, alia deditione in poteſtatem venerunt. Hoſtium in ea expeditione decem millia cæſa ſunt, ſex millia ducenti traditis armis fidei victoris ſe permiſerunt. Non erant ſpernendæ res quas bello geſſerat Conſul, ſed gratiam earum ſuperbia contumaciaque corruperat.

CAP. XVI.

Itaque quum ad Patres miſſa epiſtola de rebus ſuis perſcripſiſſet, *Venuſinamq; vrbem & agrum deducenda coloniæ accommodatum eſſe* monuiſſet; accepta quidem res eſt, ſed præterito auctore viſione conſilique ab aliis deducta ſunt colonorum millia viginti, ſic enim apud ſcriptores minime contemnendos reperio; ingens numerus, & prope excedens fidem, niſi quod videri poteſt inter gentes indomites, communi aduerſus Apulos Lucanosque præſidio, collocari validam manum placuiſſe.

Venuſia colonia deducta.

Ceterum importunitas L. Poſthumii, quemadmodum ipſi ſuper veteres offenſa, ingentem conflauit inuidiam, ita Q. Fabio ad fauorem omnium valde profuit: eique, poſtquam ad Vrbem venit, deque rebus à ſe geſtis diſſeruit, triumphus haud ægre decretus eſt.

Trium-

Q. Fabij triumphus, prosequente patre.

Triumphauit proconsule de Samnitibus qui Pentri cognominantur Kalendis Sextilibus. Currum equo sequutus est senex Fabius, quem non adiutore [illegible] quam auctore [illegible] spectantium [illegible]que voces celebrabant. Ipse summam rei bene gestæ gloriam ad Consulem [illegible] ferens, [illegible] legati, ut etiam modestia vtebatur [illegible] honores [illegible] eum adhuc [illegible] suo [illegible] quam [illegible].

CAP. XVII.

C. Pontius securi percussus.

Ceterum [illegible] militibus Consul [illegible] tela- [illegible] Vir [illegible] Romanam [illegible] tempore [illegible], [illegible] Quemadmodum dicere solebat: *Si [illegible] Romani dati essent, [illegible] passurum.* [illegible] tum fortuna [illegible] non [illegible], quam [illegible].

Fortuna [illegible]

CAP. XVIII.

L. Posthumius [illegible].

L. Posthumius interea non [illegible] honoribus quos æmulo concessit, quam qui sibi negati fuerant, [illegible], per impotentiam animi, cum auctoritate Patrum contumaciter certando, neque mederi acceptis vulneribus potuit, & vltro irritauit iras, quas modestia sermonum factorumque mitigare debuisset. Quippe non querelis aduersus inimicos, non conuitiis in ipsos ordines abstinens, quo Patribus ægre faceret, prædam omnem militibus distribuit, exercitumque, priusquam successor mitti posset, dimisit. Triumphum etiam contra voluntatem Senatus actum, quanquam ad secundum eius consulatum relatus sit, ad hæc potius tempora pertinere credendum, atque [illegible] diligentiæ fideique non [illegible] in [illegible] prodiderunt. Ob hæc facta recentioribus odiis petitus est, eumque simul atque magistratu abiit duo tribuni plebis conquirentes die ad populum dicta. Præter ea quæ memorauimus, [illegible] dabatur, *quod [illegible] paludatus ex Vrbe exiret ex legionibus suis [illegible] milites [illegible] millia, in agrum suum ad [illegible] repastinandum [illegible] in [illegible] per multos dies detinuerat, immemor, non mancipiorum [illegible] milites, neque vt suum agrum excoleret, [illegible] publicum extenderet, datos.* His criminibus accusatus atrociter, frustra tentata defensione, [illegible] omnium [illegible] damnatus, eique [illegible] ducentis millibus nummum [illegible] est. Iam P. Cornelius Rufinus, M. Curius Dentatus noui Consules magistratum inierant. His consulibus quisque legionibus, Samnitum populus [illegible] cum [illegible] congredi [illegible] cladibus [illegible] petendum compulerunt. Quum enim [illegible] prœlijs iuuentutem pleramque, capto autem C. Pontio, consilium etiam & ducem amisissent.

Eiusdem condemnatio.

CAP. XIX.

Anno ab Vrbe condita CDLXIII.

amiſiſſent; miſſis ad Conſules, & horum adſenſu Romam legatis, vt fœdus cum ipſis quarto renouaretur, impetrarunt: credo Romanis etiam vincendo feſſis, cupientibuſque bellum difficile, ipſiſque ſæpe calamitoſum, tandem aliquando certæ pacis tranquillitate componere. Illata primum Samnitibus arma M. Valerio tertium, A. Cornelio Coſſo Conſulibus reperio: quæ ad quartos & quinquageſimos inde Conſules vario Marte exercita, aut fœderibus parum diuturnis ſuſpenſa, populum vtrumque occupatum ſolicitumque habuerunt. An ex hoc bello triumphauerit Cornelius, in obſcuro eſt: de Manio non ambigitur; cuius fortuna eo fuit illuſtrior, quod aliis ſubinde victis hoſtibus, bis eodem in magiſtratu triumphauit. Quippe Sabini valida gens, & longa tum pace opulenta, ſiue precibus Samnitium & propinquitatis miſericordia commoti; ſiue victis vicinis ad ſe quoque peruenturo incendio volentes obſiſtere, armata iuuentute Romani iuris loca quædam inuaſerunt. Aduerſus hos egreſſus cum exercitu Curius, vt diduceret hoſtes, ſimul ne Sabinorum agri cladium bellicarum expertes haberentur, occultis itineribus copiarum partem miſit; datis mandatis, *vt quam latiſſime poſſent, terrorem vbiuis vaſtitatemq; facerent.* Ea neceſſitas, ad ſua tuenda diuerſis abeuntibus agminibus, formidabile Sabini exercitus robur ſoluit, facilemque aduerſus diſperſos victoriam Conſuli præbuit. Hac expeditione vſque ad Adriaticum mare peruentum eſt: agrorum hominumque tanta vis in poteſtatem venit, vt celebrata deinde fuerit Curii vox, qui pro temporum illorum diſciplina factis quam verbis promptior, quum explicare ſingula nequiret, *Tantum,* inquit, *agrorum cepi, vt ſolitudo futura fuerit, niſi tantum etiam hominum cepiſſem: tantum autem hominum, vt interituri fame fuerint, niſi tantum cepiſſem & agrorum.* Sabinis pacem orantibus, veteris ſub Tatio adfinitatis memoria, & quia minime grauibus odiis certatum fuerat, etiam ciuitas, ſed ſine ſuffragio, data eſt. Conſulatus, quem anno ſequente M. Valerius Coruinus, cum Q. Cæditio Noctua geſſit, tenuis admodum ad nos fama peruenit, niſi quod ſub idem tempus colonias deductas eſſe reperio, Caſtrum & Adriam, vnde mari nomen & Senam in Gallico agro. Verumtamen nondum eouſque pacatis illis regionibus, magis eſt vt accedam auctoribus aliis, qui coloniarum iſtarum originem ad inferiora tempora retulerunt. Sed in Vrbe coërcendis quæ increbuerant maleficiis nouus magiſtratus inſtitutus eſt, qui vinculis ſontium ſeruandis, & quum animaduerti oporteret, ſupplicio ſumendo auctores atque moderatores præeſſent, triumuiri capitales appellati. Legis, à L. Papirio tribuno plebis eo de negotio latæ, hæc verba inuenio: *Quicunque Prætor poſthac factus erit, quei inter ciues ius dicet, treſuiros Capitales populum rogato. iiq; treſuiri, quicunq; facti*

Fœdus cum Samnitibus quarto renouatur.

CAP. XX.

Manius Curius bis eodem magiſtratu triumphat.

Sabinos vincit.

CAP. XXI.

Curii vox magnifica.

Sabinis ciuitas datur.

Anno ab Vrbe condita CDLXIV.

Caſtrum & Adria, & Sena coloniæ.

CAP. XXII.

Triumuiri Capitales.

facti erunt, ſacramenta exigunto iudicantoq;, eodemq; iure ſunto, vtei ex legibus plebeiq; ſcitis exigere, iudicare, eſſeq; oportet. Quo capite mulctarum quoque exigendarum poteſtas ipſis data videtur: *ſacramentum* enim iis temporibus vocari ſolebat, quod pœnæ nomine pendebatur æs, quoniam illud ob ſacrorum publicorum multitudinem, & anguſtias ærarii, ſacificiorum impenſis deſtinari conſueuerat. Cenſus quoque eo anno acti memoria non alia ſupereſt, quam quod *ciuium capita ducenta ſeptuaginta tria millia cenſa* dicuntur. Principem Senatus ab his quoque Cenſoribus lectum

Q. Fabius Maximus, princeps Senatus.

fuiſſe Q. Fabium Maximum certa coniectura eſt, quod aliunde ſcimus, ex ea gente continuum eum honorem tribus manſiſſe, vt Maximus acceptum ab Ambuſto patre, mox ad Gurgitem filium tranſmiſerit. Interea quum foris res ſatis lætæ eſſent, grauibus domi diſcordiis ſeditionibuſque laboratum eſt.

CAP. XXIII.

Seditiones ob æs alienum.

Plebs ære alieno oppreſſa nouas tabulas flagitabat, rem veterem, & ab ducentis amplius annis varie jactatam, vt turbulentus aliquis tribunus ad commouendos multitudinis animos ſtimulum eum admouerat; aut improbitate fœneratorum populi indignatio exarſerat. Sed ſub prioribus aliquot conſulibus, morborum aut hoſtium metus remiſſiores in vrbe contentiones fecerat:

Anno ab Vrbe Condita CDLXV.

Q. Marcio Tremulo, P. Cornelio Aruina Conſulibus; deinde proximo anno,

Anno ab Vrbe Condita CDLXVI.

quum M. Claudius Marcellus, C. Nautius Rutilus magiſtratum gererent; maiores aliquanto motus extiterunt. ad quos comprimendos, magis quam vllius alterius negotii belliue cauſſa, dictatorem fuiſſe dictum exiſtimem Appium Claudium, qui deinde Cæcus eſt cognominatus, quem dictatorem fuiſſe, in antiquis monumentis reperio.

CAP. XXIV.

C. Plotii libido.

Sane præter acerbitatem iniquiſſimi fœnoris, etiam nefaria C. Plotii libido, ægris iam hominum animis, vt citius atque vehementius exardeſcerent, ſubiecit faces. Huic T. Veturius, filius eius Veturii, qui Conſul ob turpe fœdus Samnitium populo deditus fuerat, quum ob calamitatem domeſticam ad æs alienum compulſus ſoluendo non eſſet, in nexum ſe dedidit lubens: omniaque ſeruilia miniſteria patienter exſequutus eſt. Plotius adoleſcentulum forma liberali, ex magna ſpe conſularis familiæ, ad infimæ fortunæ ſordes depreſſiſſe non contentus, etiam pudicitiam extorquere inſtituit. cui iam & rem familiarem omnem, & libertatem ipſam eripuerat. Deinde Veturium aſpernantem, & quiduis potius quam tantum flagitium pati paratum, verberibus crudeliſſimis lacerat: ille in publicum ſe proripiens, & ad conſulum tribunal ab accurrente multitudine deductus, *de intolerabili crudelitate & libidine creditoris* queritur: & apparebant vibices, verberumque recentes notæ. Conſules igitur rem non negligendam rati, de ea retulerunt ad Senatum: dictiſque ſententiis Plotius in carcerem duci iuſſus: omneſq; per totam

Vrbem

Digitized by Google

Nexi liberantur.

Vrbem, quotquot æris alieni cauſſa nexi erant, lege de eo negotio lata, liberati ſunt. Non ſum neſcius, pro T. Veturio ab aliis Publium quendam, tribuni, qui inter Caudinæ pacis auctores fuiſſet, filium memorari: ſed & anno ante hæc tempora quadrageſimo ſimilimam ob cauſſam lex de nexis lata fertur.

CAP. XXV.

Ceterum nihil vetat, vt plurium fœneratorum ea improbitas fuerit; & priori lege, vt fit, etiam per debitorum patientiam, inter anguſtias rei familiaris nihil recuſantium, ſenſim neglecta, eiuſdem exempli recens factum admonuerit, vt in poſterũ ea de cauſſa plenius atq; diligentius caueretur. Sed populo non modo nexu verum etiã fœnoris ſæuitia liberari cupienti, grata licet vltionis legiſq; impetratio non ſatisfecit. Verum, vt in morbis quibuſdam acrioribus remediorum diligentia quum mitigatus videri poteſt, magis accenditur dolor; non multo poſt adeo exulcerata res eſt, vt quum tribuni plebis legem de nouis tabulis ſummo niſu perferre contenderent, neque minoribus aut copiis aut animis à creditoribus reſiſteretur, plebes exemplo maiorum vrbe relicta, trans amnem in Ianiculum montem ſecederet: obſtinato conſilio, niſi re impetrata, ad penates ſuos non redeundi.

Plebs in Ianiculum ſecedit.

CAP. XXVI. Anno ab Vrbe Condita CDLXVII.

Quum parum aduerſus hæc opis in Conſulibus eſſet, (M. Valerium Potitum, C. Ælium Pætum fuiſſe coniiciunt) ad vltimum arduis temporibus remedium deuentum eſt, vt dictator diceretur. dictus eſt Q. Hortenſius. Is adhibitis quæ tempus & cauſſa poſtulabat fomentis, quum eo maxime diſtineri pacem ciuitatis intelligeret, quod ſcita ſua contemni, legemque Publiliam ſperni plebs indigne ferret, quamquam multis reluctantibus, cedendum temporibus eſſe cenſuit: nouaque lege in Eſculeto lata iterum accuratius ſanxit, *vt, quod plebes iuſſiſſet, omnes Quirites teneret.*

Lex Hortenſia.

His aliiſque lenimentis reuocata ad concordiam & lares ſuos plebe, Dictator ſiue morbi ſubita vi, ſiue curis & laboribus oppreſſus, quod antea nemini contigerat, in magiſtratu mortuus eſt. Inde minor aliquamdiu ordinum in Vrbe diſſenſio fuit: ſed imperii ſenſim deformata dignitas, quum plebe ad ambitioſorum hominum fraudes parum cauta, & vel poteſtatis exercendæ cauſſa quibuslibet rogationibus accipiendis facili, multa ſciſcerentur, quæ reipublicæ decus, & ad extremum ipſa fundamenta conuellerent. documentum inſigne res regentibus, ne vulgus, ſi re familiari commoda vti poſſit, maiora non cogitaturum, iniuriis opulentiorum ad cupiditatem poteſtatis qua vti non didicit, adigi patiantur.

Vulgus non didicit vti ſumma poteſtate.

CAPVT XXVII.

Lex de ſuffragiis.

Legem quoque de ſuffragiis circum hæc tempora latam eſſe crediderim, qua patres in comitiorum incertum euentum auctores fieri cogebantur. Hactenus enim eo iure vtebantur, vti magiſtratum gerere non poſſet, cui populi ſuffragiis datus eſſet, niſi patres auctores fuiſſent facti. Continebantur interdum hoc vinculo

Digitized by Google

culo improuida plebis ſtudia, & quamquam raro repræhenderent comitia patres, tamen quia ius ipſis erat, tamquam repræhenſuri metuebantur. Tum vero ferente legem tribuno plebis Mænio, populi quidem aucta poteſtas; ſed eadem opera ſalubris & reipublicæ decora comitiorum ſeueritas debilitata eſt. Q. Hortenſio dictatore mortuo, creatum alium, quidam auctores ſunt, rei gerundæ cauſſa, Q. Fabium Maximum, cuius tertia hæc dictatura fuerit. ei L. Volumnius C. F. C. N. Flamma Violens magiſter equitum fuiſſe dicitur.

CAPVT XXVIII.

Bellum exhaurit ſentinam vrbanam.

Bellum enim ea tempeſtate cum Volſinienſibus erat Etruſca gente: id opportunum fuit ad exhauriendum, quidquid in vrbe nouis rebus pronum, ac ſuperioris diſcordiæ nimium memor eſſet.

Thurini ad fidem Roman. confugiunt.

Acceſſit etiam noua bellandi cum Lucanis cauſſa: qui Thurinos, Italiæ, qua magna Græcia eſt, ciuitatem, prægraues accolæ multis iniuriis ad fidem Romanorum confugere compulerant: bellumque aduerſus Lucanos C. Ælio tribuno plebis rogante, populus ſciuerat. Educti igitur exercitus, & vtrobique res geſtæ ſunt; quarum memoria, cum auctorum qui eas perſcripſerant annalibus, amiſſa eſt. Thurini C. Ælio ſtatuam & coronam auream dono dederunt.

Anno ab Vrbe Condita CDLXVIII.

Etruſca & Lucana bella.

Conſulatus C. Claudii Caninæ, M. Æmilii Lepidi nulla re memorabili, quæ tradita reperiatur, inſignis ſequitur. Niſi quod Etruſca & Lucana bella tum etiam geſta videntur. Manii etiam Curii de Lucanis reperitur oratio: quæ & inter quatuor eius triumphos, toties enim triumphaſſe illum inuenio, numeranda eſt. Sed quo anno, quoue in magiſtratu aut imperio res eas geſſerit, ignoratur.

CAP. XXIX.

Bellum cum Senonibus.

Maior inde moles & clade non contemnenda nobilis exorta eſt, bello cum Senonibus Gallica gente contracto. Hi ſæpe bellum cum populo Romano, ſæpe pacem habuerant; jamque decimum ferme annum poſt cladem in agro Sentinati acceptam, quum Decio ſe deuouente magnus eorum numerus cæſus eſt; quieuerant; niſi quod juuentutem ſuam aduerſus Romanos mercede ab Etruſcis conduci paterentur: tum vero maiore cum manu quam aliquot ab annis ſueuiſſent, in Etrutiam progreſſi, Aretium obſidebant.

Aretium obſidetur.

Aretini fœdus à Romanis & antea petierant, ſed eo negato, impetrauerant inducias, quarum tempus nondum exierat. Ceterum maior in eo ſpes erat venturi auxilii, quod arma Gallica numquam concuti ſciebant, quin eam rem magnopere ad ſe pertinere Romani arbitrarentur. Itaque miſſis in vrbem legatis, vt ſibi ſubueniretur aduerſus communem hoſtem, petebant.

Anno ab Vrbe Condita CDLXIX.

Interea ſe circumegit annus, quo C. Seruilius Tucca, L. Cæcilius Metellus Conſules fuerunt. Pro Cæcilio Cœlium annales quidam memorant. Sed Cœliæ gentis inferior nobilitas ante annum ab Vrbe Condita ſexcenteſimum ſexageſimum, conſulatem imaginem nullam habuiſſe creditur.

IOH.

Digitized by Google

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER SECVNDVS.

In locum lib. XII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XII. Liuiani.

QVum legati Romanorum à Gallis Senonibus interfecti eſſent, bello ob id Gallis indicto, L. Cæcilius prætor cum legionibus ab iis cæſus eſt. Cum à Tarentinis claßis Romana direpta eſſet, duumuiro qui præerat claßi occiſo, legati ad eos à ſenatu, vt de iis iniuriis quererentur miſsi, pulſati ſunt. ob id, bellum iis indictum eſt. Samnites defecerunt. Aduerſus eos & Lucanos, & Brutios, & Etruſcos aliquot prœliis à compluribus ducibus bene pugnatum eſt. Pyrrhus Epirotarum rex, vt auxilium ferret Tarentinis, in Italiam venit. Cum in præſidium Rheginorum legio Campana cum præfecto Decio Iubellio miſſa eſſet, occiſis Rheginis Rhegium occupauit.

P. Cornelio Dolabella, Cn. Domitio Caluino Conſulibus, quum iterum Gallici belli terror ſe commouiſſet, multoſque Tuſcorum arma cum Senonibus ſociare nunciaretur, Aretinorum periculum ſibi minime negligendum eſſe Patres cenſuerunt. Sed quia neq; Dolabella ex Volſinienſi agro, neque ex Lucania Domitius exciri ſine rerum gerendarum incommodo poterant; *L. Cæcilium Metellum prioris anni conſulem, tum præturâ fungentem, ad Aretinos obſidione liberandos quamprimum coactis copiis exire* Senatus juſſit. Ne tamen temere ſumptum eſſe bellum videretur, præmitti legatos placuit, nunciaturos *Aretium in fide Romanorum eſſe: iuſtiuſque facturos videri Gallos, quando fœdus cum Romano populo habeant, ſi aduerſus amicos atque ſocios iuuentutem ſuam conduci non patiantur.* Hæc legatio quum pagos Senonum circumiret: Britomaris quidam regii generis ferox adoleſcens, cuius pater inter Etruſcorum auxilia cæſus à Romanis fuerat, inſana vindictæ cupiditate flagrans, non homines modo comprehenſos, ſed & ipſa ſacroſancti muneris inſignia, minutatim diſſecuit ſparſitque. Rei tam atrocis fama quum hinc in Vrbem, inde in caſtra Dolabellæ Conſulis accidiſſet, irritatis vehementer animis, bellum Senoni-

Anno ab Vrbe Condita CDLXX.

Legati Romanorum ad Senones.

Violantur.

CAP. II.

Digitized by Google

bus indictum eſt: ſtatimque miſſos fecit Etruſcos Dolabella, magniſque itineribus cum exercitu per Sabinum ac Picenum agrum, ad fines Senonum contendit. Senones ſubito hoſtium incurſu, & abſente copiarum ſuarum robore, cum paucis & inconditis occurrentes facile profligantur. Conſul nullo dato victis ſpatio exurit vicos, ædificia omnia diruit, vaſtat agrum omnem, denique puberibus occiſis, imbelli mulierum & puerorum multitudine abducta, quam pauciſſima poteſt humani cultus veſtigia in locis relinquit. Britomaris captus, & vario cruciatuum genere tortus, ad triumphum ſeruatur. Per eoſdem dies haudquaquam pari fortuna res apud Aretium geſtæ. L. Cæcilius prætor ante ipſum oppidum cum Senonibus Etruſciſque aduerſo Marte conflixit. Septem tribuni militum, multique præterea inſignes viri cum ipſo Prætore cæſi ſunt: ex legionibus & auxiliis hominum millia plus minus tredecim deſiderata.

Dolabella Senones vaſtat.

L. Cæcilius vincitur a Senonibus.

CAP. III.

Sed minor apud Gallos huius victoriæ lætitia, quam cognito patriæ excidio luctus atque conſternatio fuit. Contractis qui vbique per Etruriam militabant popularibus, homines iræ ac doloris pleni, conſilii ſpeiq; inopes, quum ſedes, quibus reciperentur, nullas vſquam haberent; quaſi fato quodam ad exitium eos trahente, Romam pergendi capiunt impetum: *non aliter patriæ ſuæ vaſtatoribus rependi vicem poſſe, quam ſi vrbem ipſorum ſimili clade affectam intueri cogerentur, neque minoribus animis viribuſq;, cauſis etiam acrioribus ab Aretio Romam petere; quam majores ſui ab eiuſdem Etruriæ oppido Cluſio profecti, eamdem illam vrbem occupaſſent.* His inter ſe vocibus inſtincti, ruunt: natura impatientes moræ, & tum, vt incautos hoſtes opprimerent, etiam conſilio properi. Sed per hoſtilem regionem ducentibus, varia impedimenta obiecta ſunt: ſpatiumque fuit, quo prouideri aduerſus hunc tumultum poſſet.

Senones Romam pergunt.

CAP. IV.

Ita reiecti, dum per ignota & infeſta omnia, nulla certa deſtinatione vagantur, in Domitium Conſulem incidunt: protinuſque cum eo conſerunt manus. Sed aduerſus rationem atque diſciplinam infelix temeritas fuit: occiſis in prœlio multis, reliqui deſperatione atque rabie accenſi, ferrum, quod fruſtra in hoſtes ſtrinxerant, ſuis corporibus admouerunt. Ita florentiſſimam modo nationem, ob ſcelus interfectorum legatorum tam velox tamque vehemens vltio comprehendit; vt aliquot menſium interuallo penitus exciſa, inter gentes, quarum iura violauerat, numerari deſierit. Nam & paruæ Senonum reliquiæ, quæ ad Boios, vicinam & conſanguineam gentem, ſe receperant, eodem anno à Dolabella Conſule internecione deletæ ſunt. Quum enim atrocitate cladium ſuarum, & eiuſdem calamitatis metu, Boios Etruſcoſque conciuiſſent, ad lacum, qui Vadimonis appellatur, pugna commiſſa, magnus Etruſcorum numerus cæſus eſt, Boii perpauci eſſu-

Senonum natio exciditur.

Etruſci & Boii vincuntur.

Digitized by Google

ci effugerunt, Senonum omne nomen ita periit, vt nemo ſupereſſe putaretur ex ea gente, quæ Romam vrbem incenderat. Sub id tempus, Senam coloniam deductam eſſe vero propius videtur: quo Romanis vniuerſa regione potitis, nomen Senonum in ea parte Italiæ funditus interiit. Etruſci tamen Boiiq;, ſequente ſtatim anno, quum ex iis qui puberes interea facti fuerant, exercitum ſuppleuiſſent, iterum fortunã pugnæ tentare ſunt auſi. Tum igitur à Q. Æmilio Papo victos fuiſſe crediderim: huius enim & C. Fabricii conſulatus primus eum in annum incidit; Papoque prouinciam Etruriam obueniſſe conſtat. Sed in pleriſque annalibus qui adhuc leguntur, rerum iſtarum memoria, maiorum interuentu obliterata eſt. Quod enim tot continuis bellis atque victoriis, maxima virtutis & potentiæ incrementa Romanus populus quotidie caperet; adductæ in metum, quæ adhuc per Italiam ſui iuris erant ciuitates genteſque, maximum atque periculoſiſſimum conflauere bellum: iunctis, tamquam ad communes omnium hoſtes prædoneſque opprimendos, conſiliis & viribus. Neque differri arma viſum eſt, donec adhuc Boiorum Etruſcorumque reliquiæ diſtinendis Romanorum copiis ſufficerent. Primi Samnites, fracto ruſum fœdere cum Lucanis Brutiiſque palam ſociantes conſilia, proruperunt. Sed hos C. Fabricius Conſul compluribus prœliis vicit. Vno maxime memorabili, quum Thurinam vrbem iterum premente Statio Statilio, ſignis collatis dimicatum eſt; fuſiſque magna cum ſtrage hoſtibus, ipſa etiam caſtra expugnata captaque. Memoriæ proditum eſt, quum ſtrenue caſtra defenderentur, ſcalas adferente quodam vaſti corporis iuuene, Romanos animatos, plenam victoriam reportauiſſe. Cæſa dicuntur in prœlio & caſtris hoſtium millia viginti: quinque millia, cum ipſo imperatore, ſigniſque militaribus viginti capta ſunt. Poſtero die quum donaret eos Conſul, quorum inſignis opera fuerat, *vallaremq; coronam ei ſe daturum dixiſſet, qui caſtra hoſtium primus tranſcendiſſet*, quæſitus ingenti ſtudio reperiri non potuit, ſi miles fuiſſet, vltro ſe oblaturus huic tanto honori. Creditum igitur vulgatumque eſt, *Martem ipſum auctorem eius operis cauſſamq; victoriæ fuiſſe*: Conſuliſq; edicto ſupplicatio ei eſt habita, militeſque laureati magna cum lætitia ſupplicatum ierunt. Conſpirantes aduerſus Romanum populos, nullis adhuc auxiliis publice Tarentini iuuerant: qui præcipui fœderis iſtius auctores, tamen aliorum laboribus quam ſuo diſcrimine laceſſi Romana arma, belliquе euentum prætentari, ſapientius arbitrabantur. Sed minime diu tenuit iſta diſſimulatio, quin caſu quodam inſanæ plebis temeritatem prouocante, ciuitatis conſilia nudarentur. Iam tum ea Italiæ ora, conſuetudine Græcorum, à quibus Tarentus ceterarumque vrbium pars pleraque conditæ fuerant, deliciis ſpectaculorum atque hiſtrio-

CAP. V.

Anno ab Vrbe Condita CDLXXI.

CAP. VI.

C. Fabricius Samnites vincit.

Mars pro Romanis pugnaſſe creditur.

CAP. VII.

Tarentini bello Romano ſe inuoluunt.

Digitized by Google

hiſtrionum immodice gaudebat. præcipua Tarentinorum luxuria, quos adeo corruptis moribus egiſſe memorant, vt plures epulas ludoſque ſolennes reciperent, quam anni dies eſſent. Forte in theatro maiore iuxta portum ſito ludos ſpectabant; quum L. Valerius (alii Cornelium nominant) duumuir naualis, decemque Romanæ naues portum introituræ ſe oſtendunt: pernicioſo vtriſque errore; quum ignari rerum omnium Romani tamquam amicum & hoſpitale littus peterent; Tarentini conſcientia vecordes, claſſem hoſtili animo conſilioque miſſam eſſe interpretarentur.

CAP. VII. *Auctor eius conſilii Philocharis.*

Adeſt Philocharis, quem ob turpitudinem vitæ ciues ſui *Thaidem* appellabant; is veterum quorundam fœderum illata mentione, fas eſſe Romanis negat Lacinium promontorium prætermauigandi: *obuiam iri ſtolide ferocibus barbaris, ſuperbiamq. malo coërceri* iubet. Acclamat temeraria multitudo præ continua crapula non bene mentis compos. Hominis fœdiſſimi de tanta re ſententia omnium adſenſu accipitur. nec mora, decurritur ad arma naueſque: Romani nullam ad rem minus quam ad pugnam parati, fugæ ſe committunt. Sed celeriter inſequentibus Tarentinis euadunt naues quinque, totidem à pluribus circumuentæ in portum rediguntur: ex his deprimuntur cum ipſo duumuiro quatuor; vna capitur: homines ætate & robore militari interficiuntur: cetera turba in ſeruitutem venditur. Mox ab eadem animi leuitate bellum Thurinis inferunt, criminantes *eorum opera Romanum ea in loca veniſſe, qui Græci quum eſſent, barbaram gentem, quam cognatos vicinoſq. Tarentinos, dubiis rebus defenſores habere maluiſſent.* Vrbs in poteſtatem redacta diripitur: eiiciuntur principes: præſidium Romanum pacta incolumitate dimittitur.

CAP. VIII. *Romani legatos Tarentum mittunt.*

Romæ re audita, erat quidem pro magnitudine iniuriæ non leuis indignatio; ſed bellum nouum ea tempeſtate ſumi non placuit: legatio, quæ de iniuriis quæreretur, decreta, mandatumque legatis, *vt captos reſtitui, Thuriis res ablatas aut æſtimationem iuſtam reddi, exules reduci, rerum iſtarum auctores populo Romano dedi poſtularent.* More Græcarum vrbium in theatro concionem populi cogere Tarentini ſolebant: huc ægre admiſſi legati, turbam ebrietate & otio laſciuientem repererunt. nam tum quoque dies feſtus agebatur. ibi quum legationis princeps L. Poſthumius verba facere orſus eſſet, ludibriis petulantiſſimæ multitudinis exceptus, multo etiam acriores odiorum cauſſas retulit Romam, quam extulerat.

Qui ludibrio habentur.

Quippe tam contemptim habuerant eum, vt ſermoni eius de cetero quidem attenderet nemo: ſed quoties aliquid vt ab homine Romano parum Græce prolatum eſſet, tota concio ſolueretur in riſum, barbarum increpantes conuiciarentur: cultum Legatorum, nam togati aderant, exploderent: poſtremo etiam theatro extruderent, iura gentium nequidquam inuocantes. Fœdum inde dictu, ſed

ſed ad licentiæ popularis coercendam temeritatem vtile exemplum traditur. abeuntibus legatis inter confertam Tarentinorum turbam, quæ in ipſo theatri exitu conſtiterat, ſcurra quidam Philonides (nam hoc quoque moribus ſuis corrupta ciuitas debet, vt celebrata ſint annalibus ſcurrarum nomina, Tarentinorū principum ignorentur) ſacra legatorum veſtimenta, canis impudentis inſtar, vrina reſperſit. Vnius ſpurci & furioſi hominis ea noxa videri potuiſſet, niſi protinus agnouiſſet temulenta ciuitas, riſuque & plauſibus factum illud comprobantium totum theatrum inſonuiſſet. Poſthumius hac voce edita, *accipimus omen, o ſcurra, quando & ea nobis datis, quæ non petimus*: conuerſus ad multitudinem, veſtemque ignominia adfectam oſtentans, vbi redintegratis cachinnis, etiam verſus in populum Romanum contumelioſos cani ſaltarique videt; *ridete*, exclamat, *ridete Tarentini dum licet: nam poſtea quidem large flebitis.* iratis adhæc Tarentinis *& quo magis*, inquit, *ſtomachemini, prædico, veſtem iſtam ſanguine multo vobis eluendam eſſe.* Poſthæc, nullo alio accepto reſponſo, abnauigarunt.

Poſthumius Tarentinos increpat.

CAP. IX.

Anno ab Vrbe Condita CDLXXII.

Iam Romæ magiſtratum occeperant L. Æmilius Barbula, Q. Marcius Philippus Conſules. His ſenatum habentibus, quum & prætextam (nam vti erat fœdata, eam attulerant legati,) cernerent; & ipſis exponentibus ceterum iniuriæ tam multiplicis ordinem diſcerent patres: commotis maiorem in modum animis omnium, dubium non erat, quin armis vindicari contumeliam oporteret. Sed quia tot aliis aduerſus validiſſimas gentes bellis diſtrictæ vires erant, ſtatimne, an poſtea, contra Tarentinos mittendus exercitus eſſet, parum expediebant: multoſque per dies ab orta luce ad occaſum ſolis re in ſenatu diſceptata, quum alii *nihil tentandum priuſquam ceteræ ciuitates, aut ſaltem quæ finitimæ Tarento eſſent pacarentur*; alii *ſine mora decernendum eſſe bellum* pugnarent: poſtremo numeratis ſententiis Senatus conſultum factum eſt, *vt de bello Tarentinis inferendo ad populum ferretur.* Id quum populus conſenſu iuſſiſſet; ad Æmilium Conſulem, qui iam in Samniū ad exercitum profectus fuerat, ſcriptæ ſunt literæ, *vt omiſſis præſentibus caſtra in Tarentino agro poneret, & niſi de illatis iniuriis ſatisfaceret populus Tarentinus, eum iuſto pioq; bello perſequeretur.*

Bellum contra Tarentinos.

CAP. X.

Tarentini non amplius cū paucis & inermib⁹ hominibus, ſed inſtructo exercitu negotium ſibi futurum eſſe cernentes, tamquam ex diuturna crapula expergefacti, iam ſerio quid faciundum eſſet conſultabant. bellum accipere periculoſum; imperata facere ſeruile videbatur: neque vitari vtrumque poterat. Variantibus igitur ſententiis exſurgens quidam, *Quid fruſtra dies altercando terimus*, inquit, *Tarentini? Venerunt tempora, quæ facta magis quam verba poſtulent: ſed ad quæ ex vſu publico adminiſtranda conſiliis rectis opus ſit, & ore libero. Neq; ſane moueor, quod antehac communi quodam liberarum ciui-*

Tarentini cuiusdam oratio.

tatum morbo, dictis ad gratiam compoſitis, etiamſi crebro nocerent, eſſis oblectati, tum enim, vt ſit inter res proſperas, quid potiſſimum reipublicæ conduceret, parum animaduertebatis. Iam autem in finibus noſtris exercitus Romanus, & ante ipſas portas hoſtilis terror eſt: eo magiſtra profutura iucundis facile diſcetis anteponere.

CAP. XI.

Neq; ſic accipiatis, tamquam exprobraturus præterita ſurrexerim. nam poterem quidem culpã intempeſtiue obiicere, inimici & alienis erroribus petulanter inſultantis animi eſt: probi viri & ſalutis communis ſtudioſi, peccata ciuitatis tegere, aut excuſare malunt, niſi quoties ad calamitatẽ publicã amoliendam, præteritarum offenſarum recordatio grande momentũ habet. Nam ab errore quidem omnis homines quum ſimus, immunes haberi velle, nimiũ & ſuperbum: ſed ad eundem lapidem crebro impingere, neq; ſaltem euentu temeritatem caſtigante ad cautionem erudiri, id vero iam vix bene humanum eſt.

Tarentinorum delicta.

Ad vnius hominis vocem naues Romanas depreſſimus: mox Thurios cognatam gentem hoſtilibus odiis vexauimus, quod ab Romanis defendi, quam a Lucanis Brutiiſque diripi maluerunt: legatos Romanorum per turpem dictu contumeliam violari tulimus. Bellum igitur quo carere potuimus, & graue bellum, & periculoſum, & improuiſum, alieniſſimo tempore noſtro adtractum eſt. Denique iam in agro Tarentino Romana caſtra ſunt: & nos adhuc incerti omnium, bellum formidabile an pacem indecorã ſatius ſit accipi, deliberamus.

CAP. XII.

Atque vtinam nunc demum obliti blanditiarum, obliti priuatorum commodorum, dignitatem vtilitatemq; publicam ſpectantes in commune conſuleremus: eſſet vnde vel fœdera honeſte, vel arma tuto ſumerentur. nunc in duas vos abire partes, & propemodum factiones video, non iudiciis, aut ex conditione rerum ſumpto conſilio; ſed ſuis quiſq; cauſſis ducitur.

Iuuenes & pauperes bellum; alii pacem cupiunt.

cur enim tam paucos iuuenes & pauperes in ea ſententia eſſe video, quæ pacem laudat? aut cur nemini fere diuitum & ſeniorum bellum placet? an alia tam æqualiter diuiſæ ciuitatis cauſſa eſt, quam quod hi rebus quietis fœnori ſuo agriſq; frui volunt: illi, ſi bellum conflatum ſit, in imperiis, aut ex licentia prædæ compendium ſperant? etiam olim hoc morbo laboramus, neque à longo iam tempore reſpublica noſtra hominibus caruit, qui domeſticas opes augere ſtuderent, etiam cum periculo & detrimento ciuitatis.

CAP. XIII.

Quibus omnibus occurrere poteritis rectiſſime (dicendum enim eſt quod ex præſentibus vtiliſſimum eſſe cenſeo) ſi neq; pacem ematis ea conditionum vilitate, quæ iura liberæ ciuitatis minuat: neque veſtras tantummodo vires belli tam difficilis terroribus opponatis. Sæpe à maioribus copiarum noſtrarum imperium externis ducibus commiſſum eſt. Archidamum Ageſilai filium, poſtea Cleonymum, mox Agathoclem, Peloponneſo aut Sicilia euocauimus. Memoria noſtra, quum finitimorum armis infeſtaremur, Alexandrum Epirenſem patres noſtri acciuerunt: eo conſilio non ſolum ipſi commodis rebus vſi ſunt, ſed etiam nobis florentes reliquerunt. Eſt eadem hodie inter nos & Epiretas amicitia: neq; illi hodie exercitu ac duce minus valent. Et recens beneficium noſtrum Pyrrhus habet,

Digitized by Google

habet, quem Corcyræos oppugnantem iuſta claſſe iuuimus. Ergo non meum hoc, ſed qui ante nos Rempublicam hanc feliciſſime rexerunt, hominum ſapientiſſimorum conſilium eſſe exiſtimatote: quod vel ideo ſequi debetis, quia in priore exemplo quaſi totam eius rationem cum euentu ipſo perſpicere poteſtis.

Pyrrhum arceſſi ſuadet.

CAP. XIV.

Sed tamen etiam alioquin argumenta magna ſunt & euidentia. Nemo inter noſtros ita excellit, vt ei æquo animo parituri ſint ceteri: quæ vero ſint æmulationis pericula quoties acri & potente cum hoſte res eſt, ſcitis: & quemcumq; faceretis imperatorem, vel nimio pacis ſtudio; vel cupiditate gerendi belli, detrimentum veſtris rebus adferre poſſet, taceo aduerſum Romanos, gentem armis induratam, non quolibet duce bellum tuto geri. Verum enimuero, quemadmodum nemo dubitat, virtute & conſilio militari ante Pyrrhum nemo eſt. ſed venire forſitan nolet? immo vero quia rerum gerendarum cupidiſſimus, bellum in præſentia nullum aliud habet, non modo veniet ipſe lubenter, ſed etiam adducet copias validas & præliorum non rudes. & ne ab ipſo libertati noſtræ metuamus, iis cum eo conditionibus tranſigetur, quibus reſpublica in tuto ſit. Hac ratione fiet, vt bona cum ſpe ſumere bellum, & vel impetrare pacem commodam, vel etiam dare glorioſam poſſimus. quamquam hoc potius euenturum non improbæ ſpei eſt, vt prius Romani nobiſcum æquis legibus tranſigant, quam hoc rerum ſtatu Pyrrhum accipiant in Italiam, qui quondam ex eadem Epiro minoris aliquanto gloriæ potentiæque regem timuerunt. Hoc conſilium non eo tantum vicit, quod publicæ ſalutis viam haud aſpernandam aperuiſſe videbatur; ſed etiam contrarias in opiniones diuiſa concione, quum neutra pars, obſiſtente altera, pertendere poſſet, quod proximum erat, ſententiam, quæ media quodammodo videbatur, vniuerſi prætulerunt.

Commoda inde ſequutura oſtendit.

CAP. XV.

Conſilium vincit.

Ferunt vulgato per ciuitatem rumore, decretum de Pyrrho acciendo factum eſſe, Metonem quemdam hominem frugi, ſumpta corona marcida & facula, ebriorum more, cũ tibicina theatrum intraſſe: populum Tarentinum, ſolita laſciuia, iuſſiſſe, *ut progreſſi in medium, ille voce, muliercula tibia canerent.* tum Metonem, facto ſilentio, dixiſſe, *Bene facitis Tarentini, quod ſaltandi canendiq; copiam præſtatis, quibus libet: nam Pyrrho in vrbem admiſſo vix erit, vt liceat amplius noſtro nobis arbitratu viuere.* Moto ad hæc populo, atque orto murmure, veriti qui auctores iniuriarũ aduerſus Romanos fuerant, ne pacificis conſiliis valentib⁹ ad ſuppliciũ ipſi dederentur, increpito vulgo, *quod ab homine temerario tam indigne derideri pateretur*, impetu facto, Metonem theatro exegerunt. ita nemine deinceps aduerſante, decretũ ratum fuit.

Metonis factum.

CAP. XVI.

Æmilius Conſul bellum Tarentinis infert.

At Romanus Conſul, quum nihil ab Tarentinis pacati reſponderetur, præterea mitti ad Pyrrhum legatos cum muneribus accepiſſet: ad belli conſilia conuerſus, agrum populatur, oppida alia pugnando, alia deditione capit, damno ac terrore complet omnia. Mittuntur etiam ad prohibendas iniurias ab Tarento co-

Digitized by Google

piæ: fit conflictus acer, ſed ſuperiore Romano, multis ſuorum amiſſis, Græci in vrbem compelluntur. Æmilius regionem omnem impune vaſtat vtrique. Territis ea clade Tarentinis, vt multitudo, quanto ſecundis rebus inſolentior, aduerſis tanto impenſius in timorem præceps eſt, Agidi, qui Romanæ amicitiæ retinendæ perpetuus auctor fuerat, imperium permittitur. Cupiditatem ſpemque pacis auxerant ex principibus quidam ab Romano duce dimiſſi, qui *humanitatem eius, & ceteros etiam Tarentinos ſuperiore prælio, aut per agros paſſim exceptos, indulgenter atq; benigne haberi,* prædicabant. Sed mutauit animos erexitque Cineæ fiducia, cum auxiliaribus copiis ab Epiro venientis. Namque Pyrrhus ingens animi, & Magni modo Alexandri æmulatione vaſtiſſimum imperium ſpe complexus, ipſis quaſi fatis inuitantibus, ad perficienda quæ deſtinaſſet, pandi ſibi viam credebat. Confirmatum etiam oraculi Delphici voce narrant, ambigui quidem ſenſus, & vtramuis in partem facilis flecti, ſed quod interprete cupiditate rex pro certo & ſecundo acceperit. quippe de belli quod ſuſcepturus eſſet euentu conſulenti redditum reſponſum fuerunt: *poſſe eum Romanos vincere.* Sed plus, opinor, animorum dabat Tarentina legatio, quæ *ex ſua ciuitate, Lucaniſq;, Meſſapiis, & Samnitibus, ceteriſq; populis, qui eodem fœdere tenerentur, facile viginti millia equitum, trecenta quinquaginta peditum conſcribi poſſe,* attulerat. His igitur copiis ſi Romanos in ordinem redegiſſet, haud magno negotio ceteræ Italiæ dominationem ſe adepturum ſperabat. Inde breuis in Siciliam traiectus oſtentabat inſulam Agathoclis exciſa domo vacuam & diſcordem: quam etiam hereditario iure, quod ex Lanaſſa filia Agathoclis liberos ſuſceperat, ſuæ domui poſſe vindicari rebatur. His ex ſententia confectis Carthaginem bello erat petiturus. Fama eſt Cineam præſtanti ſapientia virum, quo immodicas regis cupiditates, paratamque felicitatem præſentibus bene utendi turbaturas, ipſius quoque confeſſione coërcendas eſſe oſtenderet; *quid de victis Romanis agere conſtituiſſet?* interrogaſſe. Atque illo ſubinde alias ex aliis victorias naſcituras eſſe demonſtrante, ſubieciſſe; *quid igitur confectis iſtis omnibus acturi ſumus?* Tum vero *pacis & otij bonis affatim fruituros* reſpondente, excepiſſe Cineam: *quid igitur vetat, ô Rex, quin ſtatim iis fruamur, quum præſto ſint: nouis autem bellis ſuſcipiendis corrumpi penitus amittiq; poſſint.* Sed Pyrrhus iterata legatione Tarentinorum, & ambitione ſua victus, *patrium eſſe* reſpondit *Epirotis, non pro ſe tantum, ſed etiam pro ſociis & amicis bella capeſſere.* Ceterum tegendo interiori conſilio ſuo, cum legatis anxie pepigit, *vt lato ipſis auxilio ſtatim rediret domum, neq; diutius, quam neceſſum eſſet, ab iis in Italia detineretur.* Inde confeſtim ad bellum apparandum ingenti ſtudio verſus, nauium longarum magnum numerum compleuit;

CAP. XVII. *Pyrrhus deſtinata.*

CAPVT XVIII. *Cinea colloquiũ cum Pyrrho.*

CAP. XIX. *Pyrrhus bellum apparat.*

Digitized by Google

pleuit; alias præterea, quibus equi virique tranſportarentur, adornauit: pleriſque legatorum Italicorum, quo ſub ſpecie honoris obſidum vicem retineret, in delectu agendo copiiſque conducendis vſus, ceteros cum tribus armatorum millibus, addito, qui præeſſet Cinea, Tarentum præmiſit. Horum aduentu ſpes pacis abrupta, abrogatum Agidi imperium, & vni eorum qui ex legatione redierant, decreto populi datum eſt. Neque multo poſt miſſus à rege Milo, Tarentinam arcem firmauit præſidio, murorumque cuſtodiam & tutelam ſibi depopoſcit: gratulante imperita multitudine, quod penes peregrinos moleſtiam & labores eſſe, ſibi otium cum ſecuritate relictum exiſtimabat. annona igitur militibus, pecunia Pyrrho, alacriter decreta. Interea L. Æmilius tranſmarini militis aduentu cognito, quo tutioribus locis hybernaret, exercitum in Lucaniam tranſducere inſtituit. Erat iter per anguſtos quoſdam calles, quos ab altera parte præruptæ inuiæque rupes, ab altera mare claudebant: & intellecto ducis Romani conſilio Tarentini naues ſcorpionibus & balliſtis inſtructas admouerant litori; militemque per arctos & obnoxios tramites incedentem miſſilibus impetebant. Æmilius viam virtuti negatam aſtu explicuit, captiuis quos in vltimum agmen reiecerat, latera prætexens ordinum, quæ periculo patebant. Horum miſericordia Tarentini, dum ſuos ferire metuunt, etiam hoſtibus pepercerunt. Hæc ferme eo anno ad Tarentum geſta. Romæ vero C. Fabricius Luſcinus, qui in conſulatu ſuo Samnitas Brutioſque & Lucanos præclare vicerat, triumphans Capitolium ingreſſus eſt. Eundemque honorem non ita multis poſt diebus Q. Marcius Conſul obtinuit; ex Etruria, rebus ibi proſpere geſtis, reuerſus. Quæ eum cauſſa, bello Etruſco nondum finito, ex prouincia reuocauerit, tempore alieno (nam Fabricius A. D. III. nonas Martias triumphauit) non traditur: ego accitum à Senatu coniicio, qui tum exſpectatione Pyrrhi ſolicitus, præſidia vndique conquirebat. Nam & eo primum tempore, quum tanta vndique belli mole coorta, imperium pluribus exercitibus defendi oporteret, proletarii, quibus antiquitus vacatio militiæ fuerat, ſacramento rogari cepere. arma, quæ parare per inopiam non poterant, publice data: vt legionibus alibi occupatis, hæc manus per globos in muris foroque diſpoſita, ſtationibus & excubiis vrbem tueretur. Neque tamen his conſiliis auerti potuiſſet imminens clades, niſi fortuna vrbis imperaturæ periculoſiſſimis temporibus ingentes viros reſeruaſſet, ac neſcio an maximos omnium, qui vmquam in iſta ciuitate fuerint, non ita diuitiis & ſplendore generis, quam contemptu opum, & à virtute nobiles. Hæc enim ætas Curios, Fabricios, Coruncanios tulit: nullarum imaginum aut facultatum viros, ſed ampliſſimæ gloriæ,

CAP. XX.

Æmilij ſtratagema.

CAP. XXI.

Proletarij ſacramento rogantur.

 quam

Digitized by Google

quam rectissimi exempli homines, summo rei militaris usu, parique morum innocentia pepererunt: vtrobique salutares patriæ, quæ aduersus regem ambobus metuendum, non magis opus habebat viris, qui ferrum hostile retundere possent, quam qui aurum contemnere.

CAP. XXII. *Pyrrhus in Italiam nauigat.* Pyrrhum interea vere non expectato peditum duo & viginti millia, tria equitum adducentem, elephantos præterea viginti, & funditorum sagittariorumque modicam manum, orta in medio cursu tempestas ita iactauit, vt ab extremo periculo minimum abesset. Clade disiecta, pluribusque nauigiis afflictis, quum etiam prætoria nauis laboraret, in mare se dedit Pyrrhus, & maximo cum labore vix tandem enatauit. Corporis tamen male habiti ægritudinem, animi robur sublevabat: & cura Messapiorum, qui suum in litus eiectum, omni studiorum officiorumque comitate coluerunt. Eorumdem opera nauibus quibusdam, quæ procellæ vim euaserant, adductis: pauci equites cum duobus elephantis, & minus duobus millibus peditum collecti. *Tarentum venit.* Cum hac manu Tarentum processit, obuiam egresso cum militibus suis, Regemque deducente Cinea. Magnis Tarentinorum gratulationibus exceptus, paucos dies quieti dedit. quo spatio quum ciuitatis mores, ita comparatos esse cerneret, vt his obtinentibus, neque seruari à quoquam possent, & ipsos quoque defensores suos pessumdaturi essent, dissimulauit in præsentia. Sed vbi paulatim conuenientibus quæ dispersæ fuerant nauibus, copias idoneas habuit: gymnasia & porticus, in quibus otiosa iuuentus dies totos obambulando nugandoque consumebat, occlusit: epulas compotationesq; vetuit: solennia ludorum ex intemperantissimo vsu ad iustam mediocritatem reduxit.

CAP. XXIII. Post hæc delectum iuniorum seuere egit, monitis, vt solebat, conquisitoribus suis, *grandes eligerent, se eos fortes redditurum.* Hos manipulis suorum permixtos, ne seorsim habiti seditiones agitarent, eadem duritia & seueritate disciplinæ exercuit; capitis pœna infrequentibus proposita. Qui vero in armis non essent, eos maiorem diei partem in foro agere coëgit. *Grauis est Tarentinis.* Quarum rerum insolentia, homines inter pudendas delicias nati educatique, mirifice angebantur, *seruitutem* appellando, si perire socordia & luxuria cupientes, salui esse cogerentur. Onerabat inuidiam satellitum quorundam regiorum intemperies, qui suo arbitratu hospitia deligentes, etiam inuitis & reluctantibus dominis occupabant: parique deinde licentia inter vxores eorum liberosque versabantur. Ergo fastidio præsentium multi relicta vrbe in agros emigrabant: donec id quoque clausis portis adpositi custodes prohibuerunt.

CAP. XXIV. Tum vero Tarentini se pro socio dominum accepisse sero intelligentes, quod vnum poterant, per indignationem & questus sortem suam

ſuam miſerabantur, aliquanto liberius, vbi per aliquam idoneam cauſſam conuenientes, præter ſolitos animi adfectus, etiam vino incaluiſſent. Neque deerant qui ad Pyrrhum referrent: arceſſitique nonnulli quod inter conuiuium parum honorifice de Rege loquuti eſſe arguerentur. Sed horum quidem periculum cuiuſdam inter eos ſimplex & ingenioſa confeſſio diſcuſſit. *Et hæc diximus*, inquit, *& longe grauiora dicturi fuimus, niſi vinum defeciſſet.* Ibi Pyrrhus vt qui vini quam hominum eam culpam videri mallet, arridens dimiſit eos. Ceterum diffiſus ciuitatis moribus animiſque, vt quemque plurimum apud Tarentinos auctoritate, conſilioque pollere animaduerterat, cauſſis repertis ſtructiſue, ad filium Ptolemæum (quem diſcedens ipſe regno præfecerat annorum quindecim adoleſcentem) ablegabat: alios per occultas inſidias de medio tollebat: erant quos adfectata humanitate complexus, inter familiariſſimos haberet, quo populo ſuſpectiores fierent. In his Ariſtarchus erat, vir inter primates amore ciuium & eloquentia excellens: hunc quia nihilominus in magna apud multitudinem gratia eſſe cernebat, per cauſſam certi negotii nauigare in Epirũ iuſſit. Ariſtarchus, quum reſtagari Regis imperio præſentis exitii; obedire, non quidem æque velocis, ſed tamen æque certi videretur: conſcenſa naui paulum prouectus, flexit curſum ad vrbem Romanam, & receptus in fidem de rebus multis magniſque Senatum largiter edocuit. Dum hæc Tarenti Pyrrhus adminiſtrat, nihilo ſegnius ad bellum gerendum apud Romanos delectus agebantur, cogebantur pecuniæ, miſſo ad ſocias ciuitates C. Fabricio, qui auctoritate gratiaque ſua deterreret à ſtudiis rerum nouarum: quidam, quorum ſuſpecta leuitas erat, etiã præſidiis in opportuna loca impoſitis in fide retinebantur. Quidquid enim vbiuis iniuriæ acceptæ perſuaſione ægrũ, aut cupiditate nouandi turbidum erat: id omne, tot aduerſus vnam gentem conſpirantium populorum robur, & bellicoſiſſimi Regis exſpectatio commouerat. quo intentiores Romani, capita ſeditionum mature opprimendo, ſecuritati ſuæ prouidebant. Eo tempore caſus Præneſtinorum principum memorabilis fuit; qui nocte iam ingruente quum adducti Romam eſſent, cuſtodiæ cauſſa concluſi ſunt in ærario publico, tum demum intellectis fallacis oraculi ambagibus, cuius fide popularibus ſuis, ad defectionem eos impulſuri, ſæpe ſpoſponderant, in fatis eſſe, *vti Romanum ærarium à Præneſtinis occuparetur.* Solicitos Patrum animos (nam & Fabricium à ſociis retineri audiuerant, vt eo pignore ſuos ab Romanis incolumes reciperent, & ad Etruſcos, ad Vmbros, ad Gallos contra populum Romanum incitandos, legatos mitti) noua inſuper cura oppreſſit rei quum facto ipſo atrocis, tum formidabilis exempli, ne apud omnes Italos alieniſſimo tempore

Tarentini de Pyrrho queruntur.

Pyrrhus Tarentinos grauiter premit.

CAP. XXV.

Romanorum apparatus.

CAP. XXVI.

Conſpirationes ſociorum contra Romanos.

pore

Digitized by Google

CAPVT XXVII. *Rhegium a Romana legione per scelus occupatur.*

pore Romana fides in suspicionem & odium adduceretur. In extremo Italiæ litore contra Siciliam Rhegium est, Græci nominis, temporibus illis florens & opulenta ciuitas. Ea quum aduentu Pyrrhi magnum & terribile bellum cerneret consurgere, præterea classibus Carthaginiensium in illo mari vagantibus terreretur; diffisa viribus suis ad [illegible] a Romanis præsidium ex[illegible]. Missa sunt militum millia quatuor, ex Campanæ colonis scripta manus, & inde legio Campana appellata; tribuno militum Decio Iubellio deducente. His ab initio quidem neque fides in defendenda vrbe, neque diligentia defuit. Deinde, quia belli propinquus metus nullus erat, paulatim otio & Græcæ consuetudinis imitatione in luxum resoluti, præsentemque copiam cum dura & laboriosa vita, quam eousque egerant, comparantes, opportunitatem vrbis, & incolarum felicitatem, sermone cupiditatis & inuidiæ pleno, in circulis & hospitiis suis, agitare ceperunt.

CAPVT XXVIII. *Decii præfecti vecordia. Mamertini Messanam proditorie occuparunt.*

Delectabatur eo facto Decius, qui & ipse pari væcordia ductus, sceleratum occupandæ vrbis consilium pridem animo conceperat. Fauebat occasio præsentis belli, quo sciebat ita distringi Romanos, vt Rheginam rem curaturi non essent: & in aduerso litore Mamertinos, exemplum simul felicis sceleris, & similis perfidiæ haud dubios propugnatores, præterea communis patriæ necessitudine iunctos, intuebatur. Nam & hi ex Campania oriundi quum superioribus annis inter Agathoclis auxilia stipendium fecissent, à Messeniis pro amicis excepti, ciuibus trucidatis aut electis vrbem occupauerant, domosque & coniugia miserorum inter se partiti fuerant. Etiam veterum Campanorum subibat memoria, qui Capuam possederunt, simili latrocinio Tuscis ademptam. Quum res satis placeret, ea consultatio superarat, quonam modo facinus impune patraretur, neue, vt in vrbe populosa, pauciores à pluribus circumuenti cæderentur.

CAP. XXIX. *Modus facinoris opprimendorum Rheginorum.*

Confingit epistolas tamquam à Rheginis ad Pyrrhum scriptas, vt præsidium Romanum ei proderetur. Vocantur secreto milites, epistolæ, quasi interceptæ, recitantur: queritur acerbe de perfidia Rheginorum Decius: ex militari multitudine quidam, ad hoc præparati, succlamant; *armis expediendam salutem, & exitium ipsis destinatum, in auctorum capita vertendum esse.* adest etiã ex compacto, qui nunciet *in Rhegino litore classem Pyrrhi conspectam esse, & secreta colloquia habita.* Miles supra priorem animi cupiditatem, etiam perfidia hostium & periculi metu accenditur. Consensu omnium in hanc sententiam disceditur, *vt ignari imparatiq, oppidani opprimantur: cæde virorum facta, fortunæ publicæ priuatæq, omnes legioni cedant.* Fit facinus indignum & atrox: Decius quosdam ex principibus ad cœnam vocatos, inter sacra hospitalis mensæ obtruncat: alii passim in domibus suis trucidantur.

Digitized by Google

cidantur: maiori parte Rheginorum interfecta, ceteri patria eiiciuntur, ab iiſdem illis, quos paulo ante vt cum patria ſeruarentur, amicorum atque ſociorum nomine in eam acceperant. His patratis, noua fit publicæ rei forma; ædes atque facultates miſerorum tamquam hoſtilis præda inter latrones diuiduntur: cæde adhuc recenti matronæ virgineſque maritorum atque parentum ſuorum interfectoribus nubere coguntur: iura nomenque Rheginæ ciuitatis crudelis & perfidioſa legio ſibi vindicat. Sed bene conſuluit mortalium generi DEVS, quod plerumque ſcelerum inſignium exempla, eadem & vindictæ illuſtris documenta ſunt: ne quis magis ſucceſſu maleficiorum animari ad paria conſilia poſſit, quam exitu euentuque deterreri. Adeo veræ felicitati cum facinoroſis non conuenit: neque ulla certior eſt inſania, quam exiſtimare, ſcelere quemquam fieri beatiorem. Vt enim quæ poſt hanc vitam manent ſupplicia, quæ maxima ſapientes eſſe ſciunt, nulla putentur: (ſolet enim hominum incredibilis ſtultitia vix iis habere fidem, quæ vident: nedum vt inexpertis moueantur) attamen etiam quum proſperrime procedunt omnia, interno vulnere lacerat animum delictorum conſcientia: viuentium nomen, mortuorum memoria, apud homines in odio & deteſtatione eſt: ac plerumque idipſum quoque, quod fœdiſſime partum, laborioſiſſime retentum eſt, non DEO, non hominibus inulta ſcelera diu patientibus, ingenti cum dolore eripitur. Iuuat hic referre breuiter Decii Iubellii ceterorumque furoris eius participum pœnas, quæ quidem earum temporibus his connexa ſunt: nam extremum exitium, interea variis caſibus torti, decimum in annum diſtulerunt, vt in tempore memorabimus. Igitur prædonibus iſtis non diu lætæ, aut etiam inter ipſos tranquillæ res fuere. Metum à Romanis & Pyrrho vtcumque, præter occaſionem temporum, Mamertina ſocietate propellebant; & conſilio neutros laceſſendi. Hoc enim tutiſſimum viſum ex præſentibus, inter initia ſua, dum ex violenta & ſubita origine noua ciuitas coaleſcit, abſtinere bello: quod neque aduerſus Regem ſe tuto ſumpturos eſſe videbant; & promptiorem ſperabant à Romanis veniam, ſi contra ipſos arma non tuliſſent. Prima diſſenſionis cauſſa, vt inter latrones oportuit, ex iniqua diuiſione raptarum rerum orta eſt. Eiectus per ſeditionem Decius Meſſanam confugit: qui Rhegii erant milites ſcribam eius M. Cæſium imperatorem legerunt: eodem honore Decius, quum pecuniam ſecum grandem adtuliſſet, à Mamertinis auctus eſt; neque læta ſibi, neque diuturna fortuna. Nam euenit, vt oculorum graui ægritudine correptus, medicum inſignem acciendum curaret; vltione diuina iam ad plures acerbioreſque

CAP. XXX. *Noua Reip. forma Rhegii.*

Hominum incredibilis ſtultitia.

CAP. XXXI. *Decii ceterorumque perfidorum pœna.*

CAPVT XXXII. *Decii fatum.*

Digitized by Google

pœnas nefarium hominem rapiente. Adductus ergo medicus eſt Rheginus domo, ſed quia multis ab annis Meſſanæ habitauerat, origine non Decio tantum, numquam vlli Rheginorum ſe commiſſuro, ſed pleriſque eiuſdem vrbis incolis incomperta. Ille memor patriæ, & iniurias eius vlciſci certus, perſuadet homini, ſe ſtrenuum quidem adferre remedium, ſed euentus tuti, celerrimæque efficaciæ. Sic admoto medicamento quod cantharidum ſucco temperauerat, vetitoque tolli, priuſquam ipſe reverſus ad ægrum eſſet, ſine mora conſcenſo nauigio, ex vrbe Meſſana profugit. Decius incredibili dolore ſatis diu tolerato, poſtquam medicus non redit, amoueri collyrium iubet: eo diluto, luminibus orbatum ſe reperit. Ita infamis, exul, contemptus, cæcus, animo & corpore ægro, tamquam vinculis conſtrictus, ad pœnam ſeruatur: miro quodam diuinæ vltionis ingenio, vt ab eo cui ſalutem ſuam crediderat, cladem iſtam pateretur; qui prius ipſe, quos tueri debuerat, immanitate perfidiaque circumueniſſet. Quæ documenta hiſtoriis conſignari tradique generis humani intereſt; cui numquam ſatis perſuadetur, quantum à recta prudentiæ ratione abſit ea calliditas, per quam ob falſa quædam bona virtute fideque ſpretis, per fœdas & iniquas libidines in vera mala ruitur.

Medicus cantharidum ſuccum imponit oculis Decii pro collyrio.

Per calliditatem ob falſa bona in vera mala ruitur.

I. FREINS-

Digitized by Google

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER TERTIVS.

In locum lib. XIII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XIII. Liviani.

VAlerius Leuinus conſul parum proſpere aduerſus Pyrrhum pugnauit: elephantorum maxime inuſitata facie territis militibus. Poſt id prælium cum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inſpiceret, omnia verſa in hoſtem inuenit: populabundusq. ad vrbem Romam proceſſit. C. Fabricius miſſus ad eum, vt de redimendis captiuis ageret, fruſtra vt patriam deſereret à rege tentatus eſt. captiui ſine precio remiſſi ſunt. Cineas legatus à Pyrrho ad ſenatum miſſus petiit, vt componendæ pacis cauſſa rex in vrbem reciperetur. de qua re quum ad frequentiorem ſenatum referri placuiſſet: Ap. Claudius, qui propter inualitudinem oculorum iam diu à conſiliis publicis abſtinuerat, venit in curiam, & ſententia ſua tenuit, vt id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius cenſor primus ex plebe luſtrum condidit. cenſa ſunt ciuium capita CCLXXVIII, *millia,* CCXXII. *iterum aduerſus Pyrrhum dubio euentu pugnatum eſt. Cum Carthaginienſibus quarto fœdus renouatum eſt. Quum C. Fabricio conſuli, is qui ad eum à Pyrrho transfugerat, polliceretur ſe regi venenum daturum, cum indicio ad regem remiſſus eſt. Res præterea contra Etruſcos, Lucanos, Brutios, & Samnites proſpere geſtas continet.*

INterea Romæ parte copiarum ad præſidium vrbis, & incertos belli caſus retenta, nouis Conſulibus exercitus & prouinciæ datæ ſunt. P. Valerio Læuino Tarentini & Pyrrhus; Ti. Coruncanio Etruſci belli reliquiæ obuenerunt. Læuinus magnificum ad famam & terrorem ratus, hoſtem à ſe laceſſitum videri, ſimul vtile ciuitati, ſi quam longiſſime belli metum & incommoda ab agro Romano auertiſſet: confeſtim in Lucaniam moto exercitu, caſtellum opportuno ſitu operibus permuniuit, valido præſidio impoſito, quo & Pyrrhi cœpta tardarentur, & Lucani, quorum perfidia timebatur, ad hoſtem non auderent deſciſcere. Audito Romani Conſulis aduentu Pyrrhus, quamquam ſocii nondum conuenerant, turpe ſibi & detrimentoſum fore iudicans, ſi inter primordia belli formidinis

Conſulum prouinciæ.

Anno ab Vrbe Condita CDLXXIII.

Pyrrhus Læuino obuiam progreditur.

 indi-

Digitized by Google

indicium vllum edidisset; cum copiis quæ aderant, incontanter obuiam progressus est. Vt tamen per caussam aliquam honestam traheret negotium, caduceatorem misit cum literis, quarum hæc sententia fuit: *Rex Pyrrhus Læuino Salutem. Audio te contra Tarentinos venire cum exercitu. Sed eo dimisso, cum paucis ad me venito: caussa enim cognita, quod alteros alteris præstare æquum erit, etiam nolentes præstare cogam.* Ad hæc Læuinus: *Nos neque controuersiarum nostrarum te sumimus arbitrum, neque hostem pertimescimus. Tu vero absurde facere videris, caussas alienas cognoscere satagens, qui propria culpa reus, nondum Italiæ iniussu nostro, initæ pœnas nobis pependisti. Ergo non aduersus te minus, quam aduersus Tarentinos instructo cum exercitu venio, Marte iudice, auctore generis nostri, de nostro iure disceptaturus.* Neque diu moratus signa mouit; & inter Pandosiam & Heracleam vrbes, loco campestri, ab hostilibus castris diuisus Siri amne, consedit. Fama est Pyrrhum speculandi caussa ad amnem progressum, quum castra Romana diligenter spectauisset, vni ex amicis, cui Megacles nomen erat, dixisse, *Ordo certe barbarorum istorum minime barbarus est: at facta mox noscemus.* Tum autem ad ripam firma collocata statione, quæ transitum tentantes arceret, opperiri socios constituit: super rationem belli, quod Romanos in hostili regione rerum necessariarum inopia laboraturos esse sperabat, etiam fiducia Læuini anxius: cuius ille admirationem nouo testimonio nuper auxerat; dimissis impune hostibus, qui ad exploranda castra venerant: & adiecto, *sibi præterea maiorem alium exercitum esse.* Inter hæc, vt vicinis castris, velitationes continuæ fiebant: ad summam rerum proficiebatur nihil. Igitur diebus ferme quinquaginta per hæc leuiora certamina consumptis; Consul, quod iisdem caussis ad festinandum prœlium, quibus Pyrrhus ad differendum mouebatur; milites in concionem vocatos consilii sui certiores facit, aduersus noui hostis metum confirmat. Pyrrhi famam, belluarum terrorem, quantum potest, eleuat: denique rebus ita se parat, vt vel volente cum hoste congrediatur, vel etiam inuitum cogat ad certamen. Itaque postquam Pyrrhum manere in sententia videt, equitatum omnem, tamquam ad agrorum prædam excursurum, præmittit: ipse cum instructis legionibus opperitur, donec in aduersa ripa tumultus & clamor fiat. Equites magno à castris interuallo circumuecti, qua incustoditum flumen erat, transiiciunt; stationem pro hostili ripa collocatam cursu petunt: Epirotæ subita re perterriti, ad castra sua se recipiunt. Pyrrhus intellecto hostem adesse, equitatum omnem, tria millia erant, quanta maxima celeritate potest, ad amnem rapit: sperans Romanos inter transeundum ordinibus solutis, & cæco vado cum iniquitate aquæ solique luctantes, occupari posse. Sed quum Romani equites se obiecissent, inuectus ante primum

CAP. II. Pyrrhi litera ad Læuinum.

Pyrrhus castrametationem Romanam laudat.

CAP. III.

Fiducia Læuini.

Consul prœlium capit.

CAP. IV. Pugna committitur.

primum ſuorum agmen, non imparem famæ ſuæ pugnam edidit, ſplendidis armis conſpicuus, neque minus inſigni robore animique præſentia: quum ita totam aciem conſilio imperiiſque regeret, tamquam omni alio labore ſolutus eſſet; ita vbi res poſcebat adcurrens prœliaretur, tamquam ſolum ad ſe militis officium, ad alium vniuerſæ rei cura pertineret. Interea Leonnatus quidam Macedo, quum ex hoſtibus quemdam notaſſet, qui ceteris omiſſis omnibus, vnum in Regem tota volitantem acie intentus, quacumque parte illum ſe inferre vidiſſet, eo quoque equum agebat, monuit Pyrrhum. Cui ille. *fatum, inquit, ô Leonnate, mortalium, eſſugerit nemo. Ceterum neq; hic Italus mecum, neq; alius quiſquam, impune congredietur.* Vix eloquutus hæc fuerat, quum Oplacus (hoc nomen erat viro, Frentanæ turmæ præfecto) infeſta lancea equum percutit Regis: atque illius equum viciſſim excipiens Leonnatus. ibi circumfuſi Regis amici Oplacum pugnantem interficiunt; Regem eripiunt. Sed iſte caſus magnopere perculit regios; ipſum eſſe cæſum opinantes. Quare vt confirmaret ſuos, ſimulque pericula ſibi intentata declinaret, paludamentum & arma cum Megacle commutat: illoque in pugna relicto ad phalangem ordinandam adducendamque pergit. Occurrunt & Romanæ legiones. certatur diu acerrime, euentu adeo dubio, vt memoriæ ſit proditum, ſepties alternante prœlii fortuna, modo Romanos hoſtium, modo Tarentinos Epirotaſque Romanorum terga vidiſſe. Sed proxime deſperationem Pyrrhi res adduxerat Megaclis cædes, quem regiis armis monſtratum ex diuerſa acie fortiſſimus quiſque regis interfecti gloriam adfectans impetebat: donec eques nomine Dexter interempto detractam chlamydem galeamque maximis cum clamoribus ad Conſulem ferens, fidem patratæ cædis vtrique exercitui fecit. Iam omnia terroris atque conſternationis apud Græcos plena erant: fugiſſentque haud dubie niſi quamprimum nudo capite obequitans Pyrrhus, *ſe q; viuere & adeſſe* voce magna teſtatus, tantumdem fiduciæ Romanis, quantum ſuo militi formidinis deſperationiſque dempſiſſet. Læuinus adeſſe tempus ratus quo vltima remedia experiretur, ſignũ equitibus ſuſtulit, quos in inſidiis collocauerat, vt terga hoſtium incurrerent. At Pyrrhus in hoc agmen elephantos agi iubet, ipſos quoque in vltimum terrorem hoſtium reſeruatos. Id conſilium adflixit ſpes Romanas, euentumq; totius pugnæ ſecundum Pyrrhum dedit. nam & homines ipſi vaſtorum corporum mole, terribilique ſuperſtantium armatorum ſpecie ſtupentes, quoduis potius ingens & formidabile portentum, quam animalium à natura productorum formam videre videbantur: & equi ad conſpectum odoremque & ſtridorem tum primum viſarum belluarum exterriti, protinus confuſis ordinibus,

Pyrrhus dux & miles bonus.

CAP. V.

Pyrrhi periculum.

Pyrrhus arma commutat cum Megacle.

CAP. VI.

Acerrimum certamen.

Pyrrhus fugam ſuorum ſiſtit.

CAP. VII.

Romani vincuntur.

Digitized by Google

qua cuique proximũ erat, abripiebantur; sessoresque vel excutiebant, vel frustra renitentes secum auferebant in fugam: & in suorum aciem incurrentes omnia trepidatione tumultuque miscebant. Insequutis elephantorum rectoribus, multi fugientium ab iis qui in turribus belluarum constiterant, vulnerati sunt: plures ab elephantis ipsis confecti obtritique. Sed Consule omnia experto cohærebat vtcumque acies; donec immissa Pyrrhi imperio Thessalica ala male resistentes fregit disiecitque.

Thessalici equitatus virtus.

CAP. VIII.

Neque dubium habetur, quin eo situ loci quo tum conclusi tenebantur, cæli omnes captiue forent, ni præter consuetudinem Pyrrhi, qui hoc imperatorium rebatur, non pertinaciter instare fugientibus, ne alio tempore desperatione salutis acrius resisterent; etiam præceps in vesperam dies regios à persequendo desistere coegisset. Adiuuit etiam fortuna reliquias infelicis exercitus, quod elephantus accepto vulnere conuersus, etiam ceteros barritu turbauit. Ea res morata hostes, spatium fugientib⁹ dedit, quo transmisso amne peruenire in Apuliam possent: ibique vrbis cuiusdam munitionibus aduersus instans periculum tegerentur.

Elephantus vulneratus ceteros turbat.

Cæsa eo prœlio Romanorum sociorumque peditum millia quatuordecim & præterea octingentos septuaginta reperio; ducentos quadraginta sex equites, captos in vniuersum mille octingentos duodecim; in his equites duos & octingentos: amissa signa militaria duo & viginti.

CAP. IX.

Quo magis miror, auctores qui hæc tam adcurate exsequuti sunt, negare numerum ex regio exercitu desideratorum adnotatum esse: quum Dionysius scribat Læuinum amisisse paulo minus millia quindecim; tredecim interiisse ex victoribus: Hieronymus autem Cardianus, æqualis istorum temporum scriptor, de Romano exercitu non plus septem millibus cecidisse tradat; de regio, intra quatuor millia.

Cæsorum numerus.

Pyrrhi voces de sua victoria.

Sed hoc inter omnes constat, flore ducum militumque suorum victoriam eam Pyrrho constitisse: exceptæque dicuntur voces, *non minus victum se eo prœlio quam victorem discessisse* ferentis, etiam quum Tarentino Ioui spolia donaque figeret, falsus hoc fertur, inscripto eius sententiæ titulo: querentibusque sociis respondisse; *næ ego, si iterum sic vicero, sine milite reuertar in Epirum!* Ipsum quoque Regem hoc prœlio graue vulnus accepisse auctorem habeo: sed quoniam alii tale nihil tradiderunt, casusque diuersarum pugnarum misceri nonnumquam video; non ausim vni, in silentio plurium & accuratiorum, credere.

CAP. X.

Pyrrhus Romanos occisos laudat.

Magna profecto pertinacia certatum esse hoc etiam argumento fuerit, quod postridie eius pugnæ, quum cæsorum corpora Pyrrhus inspiceret, quæ ad humanitatis & clementiæ famam humari iusserat, Romanos omnes in hostem versos honestis vulneribus oppetiisse cernens, exclamauit: *O quam procliue mihi erat Orbis imperio potiri Romanos habenti milites.* Neque con-

catus

Digitized by Google

tatus eſt eorum, quos in poteſtate habebat, animos appellatione blanda magniſque promiſſis adoriri, vt apud ſe ſtipendia facerent: & abnuere perſeuerantes nihilo ſequius humaniter clementerque habuit, & vinculorum, & omnis quæ fortunam captiuorum comitari ſolet, contumeliæ expertes. At Romanos prælio tam male acceptos alia mox clades terruit, vt longe impar detrimento, ita maioris aliquanto formidinis & religionis. Nam ad manifeſtam deorum iram referebatur, quod pabulatores forte dimiſſos ſubito coorta tempeſtas ita perculerat, vt inter horribilem cœli fragorem cadentibus fulminibus quatuor & triginta interirent, adflati & ſemimortui relinquerentur duo & viginti: iumentis etiam eodem turbine extinctis aut debilitatis compluribus. Pyrrhus interea quum vacua & deſerta Romanorum caſtra cepiſſet; victoria non ſegniter vſus, promouit copias, vaſtandisque proximorum quorumque agris, ab amicitia Romanorum permultos populos auertit. Superuenere deinde ſocii Lucani Samniteſque. quibus leuiter caſtigatis *quod pugnaturo non adfuiſſent*, partem tamen ſpoliorum dedit: eo ipſo magnopere lætus & exſultans, *quod præter ſuas copias Tarentinis tantum auxilio adiutus, Romanorum ingentem numerum fudiſſet*. Intento in victoriæ fructum Pyrrho, alia ex parte Læuinus curando ſaucios, colligendo diſperſos: manum rurſus haud contemnendam effecerat. & Senatus, quamquam multi culpam acceptæ cladis imputabant Conſuli, Fabriciusque dixerat, *non ſibi Romanos ab Epirotis, ſed Læuinum à Pyrrho victum videri*: ſupplementum ei mittendum cenſuit. Quum voce præconis edictū eſſet, *qui in occiſorum locum patriæ nauare operam vellent, vti nomina darent*; certatim dantibus, celeriter duarum legionum numerus expletus eſt. His copiis auctus Conſul, Pyrrhi veſtigia ſequendo, quibus poterat exercitum eius incommodis vexabat: & quum occupandæ Capuæ conſilia Regem agitare comperiſſet; feſtinanter exercitu ducto, prævenit eum, cunctiſq; ad defenſionem paratis, ab inuadenda vrbe deterruit. Pyrrhus Neapolim flexo itinere, atque ibi quoque ſpe ſua fruſtratus, protinus ad ipſam Romam magnis itineribus Latina via contendit. Iam ab Anagnia & Hernicorum agro, Fregellis obiter expugnatis, Præneſte peruenerat, intra viceſimum ab Vrbe lapidem. ſed vrbani magiſtratus ſimul atque de clade auditum fuerat, nouis delectibus ex Senatusconſulto iuniores armauerant; aliudque non inualidum auxilium Populi Romani fortuna tempore neceſſitatio prouiderat. Conſul enim alter Tib. Coruncanius meliore fortuna cum Etruſcis congreſſus, vniuerſam gentem nouis fœderibus obſtrinxerat. & ad tutelam patriæ reuocante Senatu, nullo alio hoſte diſtractus cum exercitu victore adcurrebat. Pyrrhus quum Etruſcos ad arma retrahere fruſtra tentauiſſet, præter vrbem ſuis præſidiis tutam

Pyrrhi humanitas.

CAP. XI.

Pyrrhus victoria vtitur.

Lucani Samniteſq; ſocii Pyrrhi.

CAP. XII.

Capuam defendit Læuinus.

CAP. XIII.

Pyrrhus in Campaniã regreditur.

Digitized by Google

cutam, duos Consulares exercitus, alterum à fronte, alterum à tergo imminere cogitans, in Campaniam regressus est. Vbi Læuinum maioribus sibi copiis, quam ante cladem habuisset, occurrere videns, *cum Hydra Lernæa sibi negotium esse dixit, cuius præcisa capita paulo post, numero etiam aucto, renascerentur.* Quia tamen priori victoriæ confidebat, eduxit copias, & tamquam pugnaturus instruxit: quoque suorum simul alacritatem experiretur, simul perterrefaceret hostem; clamorem tollere milites, ac elephantos ad barritum ciendum incitari iussit. Redditus est à Romanis longe maior atque terribilior clamor: vnde de animis vtrorumque coniectans, abstinendum sibi prælio in præsentia iudicauit: & victimarum exta parum læta caussatus, exercitum in castra, & inde, magna cum præda & captiuorum agmine, Tarentum reduxit. Romani qui durissimo tempore de constantia sua nihil remiserant, sed de totius belli euentu semper amplas spes & orationes magnificas habuerant, præmia virtutis tum maxime celebranda rati, L. Æmilio Barbulæ ob res in consulatu gestas decreuerunt triumphum: isque de Tarentinis, Samnitibus, & Sallentinis, qui inter auxilia Tarentinorum fuerant, A. D. VI. Idus Quintiles triumphauit. Sed P. Valerio Consuli negotium datum, *vt Setinum in agrum abductis exercitus victi reliquiis, castra muniret, hyememque sub pellibus agere cogeret.* Per eadem tempora quum de captiuis in Senatu agitatum esset, *redimine eos placeret?* ista sententia tenuit, credo præcipue mouisse animos equitum casum, quos fortiter sustentata pugna donec elephanti aberant, horum superuentu consternati equi sine vlla sessorum culpa cædendos vinciendosque hostibus præbuerant. Missi sunt huius negotii caussa præcipuæ dignationis legati, P. Cornelius Dolabella, Senonum deleta gente nobilis, C. Fabricius Luscinus, Q. Æmilius Papus, qui biennio ante collegæ in consulatu fuerant.

CAP. XIV. *Constantia Romanorum. L. Æmilii Barbulæ triumphus.*

CAP. XV. *Pyrrhi mores.*

Pyrrho à natura magnorum animorum indiuisa comes inerat humanitas; sed hanc ambitione auxerat, errore peruulgato ministras imperii virtutes esse putans, cui vni intemperantissime deditus, huc rationes suas omnes referebat. Et quamquam audacia belli que artibus nemini sua ætate ducum postponendus esset; omnia tamen prius experiri solebat, quam armis rem permitteret: animosque hostium vt quisque opportunus erat, metu, cupiditate, voluptate, misericordia, denique conditionum æquitate ac vtilitate moliebatur. Igitur nunciato Roma legatos venire, tot consulares ad maiorem certe aliquam rem mitti suspicatus, pacis componendæ mentionem illaturos esse sperabat. Quo igitur & tutior, & honoratior accessus eorum foret, ad ipsos vsque fines agri Tarentini Lyconem natione Molossum cum præsidio misit obuiam: ipse vero cum ornato equitatu venientibus extra portam occurrit: dedu-

ctosque

zed by Google

ctoſque perquam honorifice ac hoſpitaliter, rebus omnibus laute atque liberaliter habuit. Illi quæ ad moderationem animi pertinent præfati, *quanta ſortis inconſtantia; quam ſubitæ bellorum vices eſſent, neq; praeſciri futura poſſe*; mandata edunt: *ſe ad recipiendos captiuos ſuos veniſſe, ſiue certo in capita precio redimi, ſiue cum Tarentinis aliiſue permutari pateretur.* Pyrrhus nihil magnæ rei ſine conſilio amicorum ſtatuere conſueuerat: quo tum quoque conuocato, Milo quidam ſuadebat, *vt captiuis retentis fortuna ſua vteretur, neq; bellum niſi perdomitis Romanis omitteret.* Longe diuerſa Cineæ oratio fuit: qui commemorata *Senatus populiq; Romani conſtantia, quam ſæpe extremis temporibus ſuis inuictam oſtendiſſet*, ſubiecit: *Aliorum fortaſſis hoſtium aut mores oderimus; aut contempſerimus arma: cum hac gente, ô Rex, amicitiam tibi potius quam bellum habendum eſſe cenſeo. neq; reddi modo captiuos, ſed etiam donari ex vſu tuo fuerit. neq; differendum arbitror, quin legatos cum muneribus Romam mittas, qui conditionibus æquis pacem conficiant. Hoc enim illud tempus eſſe arbitror, quo rem tibi neceſſariam, ſi quid iudico, etiam cum dignitate facere poßis. Nunc enim rebus adhuc proſperis de pace agens & facilius, quæ volueris, impetraueris; & nulla alia cauſſa, quam animi ſolita magnitudine, pacem obtuliſſe videberis iis, quos integrum fuiſſet armis ad ſeruitutem cogere. & abſit quidem omen, tuaq; res, ſicut ceperunt ire, pergant. Sed tamen homines ſumus; & ſi fortuna verterit, neq; tam facile porro negotium erit pacis, neq; pari cum decore tractabitur.* In hanc ſententiam loquutis quoque ceteris, & ipſe Rex adſenſus, vocari legatos Romanos iubet. Qui vbi venerunt, hunc in modum egiſſe fertur: *Res equidem indigna eſt, quam facitis Romani! Quum enim amicitiæ mecum ineundæ rationem nullam habeatis, bello captos repetitis; vbi reddidero, iiſdem illis aduerſus me vſuri. Quod ſi igitur reuocatis ad meliora & vtriſq; profutura mentibus, fœdus atq; ſocietatem mecum inſtituitis; veſtros & ciues vniuerſos, & ſocios quos cepi, ſine precio recipite; Sin vero vobis hoſtiles animi manent, neq; ego pro ſano me facturum arbitror, ſi odia veſtra tot fortium virorum manibus inſtruam. Neq; vero tanta mihi rei nummariæ difficultas eſt, vt pecuniis Romanorum indigeam; quos decebat potius, ſi amici eſſemus, liberalitate mea locupletari.* Simul non ſpernendi precii munera legatis dari iuſſit; *plura ſe & meliora alias daturum* profeſſus. Hæc in commune legatis omnibus præſentibus dicta actaque. Ceterum cum ſolo deinde C. Fabricio longior & accuratior ſermo fuit: neque referre piget, quod apud idoneos auctores reperi. Quum itaque remotis arbitris colloquerentur, inter cetera regem ita dixiſſe poſtea vulgatum eſt: *Ego vero quum ceteros Romanos omnes amicos habere expeto; tum præſertim te, C. Fabrici, quem inter ceteros ciuili militariq; virtute praeſtantiſſimum eſſe indico. vnum deeſſe tibi indignor, quod re familiari anguſtiore vtens, debitum magnu*

Legatos Rom. liberaliter habet.

CAP. XVI.

Legatorum Oratio.

CAP. XVII

Pyrrhi Oratio.

Munera legatis data.

CAP. XVIII.

Pyrrhi colloquium cum Fabricio.

Pyrrhus ingentes opes Fabricio pollicetur.

viris ſplendorem tueri minime potes. Sed hanc fortunæ iniuriam ego diutius tibi moleſtam eſſe non patiar, daboq; auri argentiq; facti & infecti eam copiam, quâ ditiſsimorum quorumq; cenſus facile vincas. Hoc enim inprimis loco fortunæq; meæ conuenire perſuaſum habeo, eximiorum hominum, qui potius gloriæ quam pecuniæ accumulandæ ſtuduerunt, grauem inopiam conſolari: id quidem ego valde pulchrum opus eſſe reor: neq; magnificentiæ regiæ vel monumentum illuſtrius vſquam poni, vel auguſtius diiſq; gratius donarium ſuſpendi poſſe. Quare non tam dediſſe beneficium putabo, quam accepiſſe, ſi meis te copiis adiuuari ſiueris. Neq; tamen id à te petiturus eram, ſi mihi glorioſa largitio tantum, tibi vero parum decora fuiſſet: nunc autem quia non ad proditionem aut indignum moribus tuis facinus vllum emeris; quid eſt, cur hoſpitale munuſculum, amiciſsimo animo oblatum, infeſto & pertinaci velis aſpernari? Ego enim aliud à te deſidero nihil, niſi quod à viro optimo patriaq; amantiſsimo fieri poßit, imo debeat; vt Senatum à præfracta illa peruicacia ad æquitatem & conſilia mitiora transducas, quod res eſt docendo, neq; bellum ſine maximo veſtro & damno & periculo geri; neq; à me, qui Tarentinis auxilium pollicitus, primo etiam prælio victor diſceßi, integra fide atq; dignitate deſeri poſſe. Neq; vero me delectat vobiſcum dimicare, quos amicitia mea quam odio digniores arbitror: & multis interea negotiis obortis, quæ præſentiam meam deſiderent, in regnum meum reuerti mallem. In hoc fidem quam poſtulabis dabo: quo & tu de animo meo ſecurus eſſe poſsis; & ceterorum dubitationes tollere: ſi qui forte negabunt Regibus tuto credi poſſe propter vnius aut alterius veſaniam, qui nullo intellectu honeſti, pactis atq; fœderibus donec vtilia viderentur ſtantes, ſimul atq; leuitatis precium apparuit, fidem quam occaſionem negligere maluerunt. Pace vero confecta, nihil aut mihi iucundius, aut vtilius vtriſq; fieri poßit, quam ſi mecum in Epirum nauiges, primo inter meos loco, & in bello legatus futurus omniuq; fortunæ meæ particeps. Nam & ego poſſeßionem nullam precioſiorem eſſe puto, quam fortis & fidelis amici. & animo tuo Regiæ fortunæ apparatus, Regiorumq; negotiorum maieſtas congruit. Hæc ergo ſi in commune contulerimus, quæ maxima per homines cenſentur bona, viciſſim alter alterum adiuuantes nullo negocio adipiſcemur.

CAP. XIX.

Quàm integra dignitate acci-pi poſſe.

Regibus tuto credi poſſe.

Pyrrhus Fabricium ad ſe inuitat.

Nulla poſſeßio precioſior quam fortis & fidelis amici.

CAP. XX.

Fabricii Reſponſio ad orationem Pyrrhi.

Hic vbi finem dicendi Rex feciſſet, poſt modicum interuallum Fabricius infit: De virtute quidem, ſi quid eius in me belli domiue animaduerti potuit, mihi ſuperuacaneum eſt quidquam attingere; quando iam aliis de ea credidiſti: neq; itidem de paupertate neceßum eſt exponere, quod exigui agelli tuguriolíq; dominus, non fœnore neq; mancipiorum operis, ſed laboribus huius corporis alor. nam & iſta referentibus aliis exiſtimo te accurate didiciſſe. Si vero me deteriore ob paupertatem conditione, quam Romanorum quemlibet, eſſe ſuſpicaris, certe, ſiue vltro, ſiue alienam ſequutus opinionem ita coniecisti, mirifice falſus es. Mihi enim contemptis opibus virtutem & officium ſectanti nullus vnquam miſeriæ ſenſus fuit; neq; fortunæ

meæ

mea, vel in priuatis negociis, vel in publicis ingemui. qua enim tandem cauſſa conuicium ei facerem? niſi forte crimini dabo, quod in iſta paupertate mea, his omnibus, quæ cuilibet animo magno excelſoq; ſola deſideranda videntur, non modo cum diuitibus, ſed etiam præ illis, in patria perfruor? Honoribus enim qui apud nos ampliſſimi ſunt, fungor: bella grauiſſima rego: ſplendidiſſimis adhibeor legationibus: religionum ſanctiſſimarum curam gero: vocor in Senatum: de ſumma republica rogor ſententiam: laudant me multi imitanturq; hilariter; neq; minoris fio quam quilibet in ciuitate noſtra potentiſſimus: videorq; ſpecimen & exemplum ad virtutem gloriamq; capeſſendam eſſe ceteris; nihil in hæc omnia ſumptus de meo faciens, ſicuti neque aliorum quiſquam. Nam alibi quidem, vbi plerumque priuatim opes magnæ, publice vix mediocres ſunt, magiſtratus ex re familiari dignitatem ſplendoremq; loci ſui ſuſtinent: noſtra ciuitas longe diuerſis inſtitutis vtitur, neq; fortunis priuatorum vlla parte grauis eſt. Omnis iſte apparatus, quo noſtri ciues, quotquot ad rerum magnarum adminiſtrationem deliguntur, magnifice inſtructi ſunt; præbetur publice. quæ res exæquat omnes, neq; pauperrimo alicui quidquam patitur ad tuendum publicum aut ſuum decus deeſſe, neq; ditiſſimo ſupereſſe. Quando igitur pauperrimus omnium, tamen locupletiſſimo cuiq; nulla in re bona cedo; quid eſt, quod de fortuna queri debeam? an poſtulandum erat, vt me Regibus parem faceret, quibus ingentes auri cumulos licet recondere? Sed hæc quidem ad publicam vitam: in priuata vero tantum abeſt vt mea mihi inopia ſit oneri aut incommodo; vt contra quoties me cum diuitibus iſtis compono, mea ſors incomparabiliter videatur beatior: & ego me inter illos plane paucos numerem, quibus, quanta eſſe in vita poteſt felicitas contigerit: eoque nomine & mihi plurimum gratulor, & gratias ago paupertati meæ. Quum enim ſuperuacua perſequi mihi ineptum & otioſum eſſe videatur; neceſſaria vero agellus recte colenti diſpenſantiq; ſuppeditet; neſcio quem in vſum de maioribus diuitiis debeam eſſe ſolicitus. nam omnem mihi cibum fames ſuauiſſimum efficit; omnem potum ſitis: ſomnum facilem & tranquillum labore paro: veſtis, ſi frigus arceat, mihi ſe probauit ſatis: in ſupellectili, vt quodque ad vſum, cui deſtinatur, maxime commodum atq; parabile eſt, ita placet impenſius. quare ſic quoq; ſim iniurius, ſi accuſem fortunam, quod mihi non maiores facultates ſubminiſtrauerit illa, quam natura mea deſideret: quæ mihi, neque cupiditatem eius quod nimium eſſet, ingenuit; neq; profecto dexteritatem parandi. Quare cum iſta paupertate mea, & aliis opulentiſſimis hominibus, & te quoq; ipſo me copioſiorem eſſe iudico: nam ego tantum habeo, vt plus non deſiderem; tu, niſi Epirum, & cetera quæ tenes poſſidens, inopem te eſſe crederes, in Italiam traieciſſes? ſed pulchram facultatem, beneficia hominibus dandi, præſtat opulentia: ego per inopiam ſubuenire queo nemini? Hoc vero non magis me angit, quam quod aliis quoque rebus non ſupra modum inſtructus ſum: quod

Fabricii paupertas honorata.

CAP. XXI.

Romanis magiſtratibus omnia præbentur publice.

Pauperrimi & ditiſſimi idem cultus.

CAP. XXII.

Paupertatis commoda.

Omnem cibum fames ſuauem efficit; omnem potum ſitis.

CAP. XXIII.

Fabricius oſtendit ſe ditiorem eſſe Pyrrho.

Digitized by Google

Ciuitati & amicis etiam pauper prodeſſe poteſt.

neq; ſcientiam præcellentem mihi Deus, neque vaticinandi artem tribuit, quibus prodeſſe indigentibus poſſem: neque alia itidem permulta. Eorum vero quæ in me ſunt, ſi & ciuitati & amicis copiam facio, & vnde quemquam iuuare vllo pacto poſſum, id commune omnibus eſſe patior; hoc quoq; crimine hactenus me vacare poſſe exiſtimo. Neque vero tibi quidem hæc parua aut contemptibilia vocare licet, qui præ te fers illa videri maxima, adeoq; ingentis pecuniæ modo emere paratus es.

CAP. XXIV.

Quod ſi vero ad ſubleuandas neceßitates egentium omnino facultates magnæ optandæ eſſent: atque hoc nomine pecuniarum poſſeßio partem aliquam felicitatis faceret; vti vobis quidem regibus videtur: vtra mihi via parandarum opum erat melior, vt à te nunc acciperem cum dedecore; an vero vt olim pararem, quum poſſem honeſtißimis rationibus? Nam mihi ſane diteſcendi opportunitates præclaras reſpublica bene geſta præbuit. quum alias ſæpe; tum vero maxime ante hoc quadriennium, quando in Samnitas, Lucanos, Brutioſq; Conſul cum exercitu miſſus, ampliſsimas regiones populabundus percucurri: prælijs multis victor vrbes opulentas vi cepi diruiq;: vnde donatis largiter militibus, redditoque priuatis quod reipublicæ in vſus belli mutuum dederant; res tamen ſupereſſet quadringentorum talentorum quæ in ærarium publicum intuli. Poſtquam igitur iuſtas & decoras ex manubiis opes, quæ in promptu erant, aſpernatus ſum; & exemplo Valerii Publicolæ multorumq; aliorum qui rem Romanam hunc in ſtatum produxerunt, gloriam pecuniis antepoſui: nunc à te munera capiam, contempta pulcherrima diteſcendi occaſione, pudoris atque periculi plenam amplexus? & illam quidem opulentiam honeſtos iuſtoſq; ad vſus expendere liberrime & cum voluptate quadam potuiſſem: nunc vero ne huius quidem boni vlla futura eſſet copia.

Fabricius potuit diteſcere, ſed noluit.

Fabricius CCCC. talenta in ærarium intulit.

CAP. XXV.

Credita verius quam donata pecunia ſunt, quæ alieno beneficio obuenerunt.

Cenſorum reuerentia.

Credita enim verius quam donatæ pecuniæ cenſendæ ſunt, quæ alieno beneficio obuenerunt, animoq; ingenuo & erecto graues incumbunt, donec reſtitui queant: vt iam per hoſpitii, vel amicitiæ, vel beneuolentiæ ſpeciem datæ acceptæq; fuerint. Iam vero, quid futurum cenſes, ſi vulgata fama (neque enim celari poterit) magiſtratus, qui morum apud nos præfecturã ampliſsima cum poteſtate exercent, quos Cenſores appellamus: pro iure ſuo, quo in ciuium vitas inquirere, & à patriis inſtitutis diſcedentes mulctare conſueuerunt, me publice citatum cauſſam captorum munerum dicere iuſſerint? Addunt plerique à Pyrrho, virum virtutis tantæ quantiuis bene emi certo, acrius continentiam eius conſtantiamque tentatam eſſe, poſt alia magnifica promiſſa, etiam parte regni oblata: neque motum eſſe Romanum, niſi hactenus, vt *ſe conſilii Regii rationem expedire negaret. Si enim malum me virum iudicas*, inquit, *cur ambis? ſin vero bonum; cur corrumpis?* Adieciſſe deinde dicitur, *etiam ipſi Pyrrho negotium hoc neq; iucundum futurum, neque conducibile, ſi proceſſiſſet. ſuam enim libertatem & amicis Regis, & ipſi Regi grauem futuram: iuſtitiam autem & abſtinentiam ſi Epirotæ exper-*

Digitized by Google

CAP. XXVI.

experti forent, relicto Rege ad ipſum tranſituros. Quæ omnia, & quod deinceps adiecturus ſum, variis ab auctoribus tradita, conquiri exponique non inconueniens nec inutile iudicaui; quo virorum, quibus fulta res Romana per duriſſimos caſus ad imperii gloriæque incomparabilem magnitudinem peruenit, animi ſenſuſque noſcerentur: claroque ſub exemplo facilius depræhenderetur, quibus moribus ſtudere oporteat admirationi futuros homines, maioremque & meliorem transdituros poſteris rempublicam, quam à maioribus ipſi accepiſſent. Igitur his ita dictis auditiſque Regem in præſentia quidem quieuiſſe accepimus: poſtridie vero vocari ad ſe Fabricium iuſſiſſe: parato ante ad perterrendum eum elephanto, qui à tergo colloquentium poſt aulæum adſtans, magiſtri imperio repente diducto aulæo, ſuper Fabricii caput demiſit manum, horrendumque ſtridorem & barritum edidit. Sed vir ingens animi, quum ſenſim ſe conuertiſſet, arridens, *Neque heri me aurum tuum pellexit,* inquit, *neq; hodie perterreſecit bellua.*

Fabricius metu & cupiditate pariter vacat.

CAPVT XXVII.

De Epicuri ſecta iudicium Fabricii.

Deinde quum admotus cœnæ *de Græcis ſapientibus* diſſerentem audiret Cineam, *quibus Epicuri ſecta placeret, eos voluptatem in arce honorum; reipublicæ curam inter præcipua felicitatis impedimenta ponere: ſimilemque vitam agere Deos arbitrari; nulla rerum humanarum cura, nullo, neq; in improbos iræ, neque in bonos fauoris adfectu, ſoli otio voluptatique deditos;* exclamauiſſe Fabricium ferunt; *Dii faxint, iſthæc ſapientia Pyrrho Samnitibuſque cordi ſit, donec bellum cum populo Romano gerent!* Hi temporum iſtorum mores fuerunt: hæc magnorum virorum certamina, non opibus & luxuria, ſed virtute, conſilio, patientia, patriæ charitate excellere. Nec enim ſubiti impetus, aut ad præſentem vſum meditatæ ſimulationis iſtæ voces fuerunt; ſed perpetuo tenore vitæ verborum ſuorum fidem admirabiles potius noſtris temporibus quam imitabiles viri adfirmarunt.

CAPVT XXVIII.

Fabricii ſupellex.

Idem ille Fabricius, quum eius tota ſupellex argentea ſalino vno conſtaret, & patella, quæ tamen ipſa corneo pediculo ſuſtineretur; Samnitium legatis pecuniam & ſupellectilem ſplendidam dono adferentibus; planas manus ad aures, hinc ad oculos, nares, os, gulam, deinde ad imum vſque ventrem deducentes; *donec his,* inquit, *imperitare potero, nihil deerit: vos autem pecuniam ad eos, qui hac indigent, reportate.* Denique vitam vniuerſam ſic exegit, vt in hereditate eius non eſſet, vnde filiarum dos expediretur: glorioſa paupertate, quum ex ærario publico erogata pecunia Senatum puderet indotatas pati virgines, quas patrem non puduerat ita relinquere. Sed & ceteri Senatus principes eadem ferme virtute tolerantiaque tum agebant. Ex quibus Q. Fabium Maximum, qui toties in ſummis imperiis fuerat, qui Cenſura geſta noluerat iterum Cenſor fieri, negans, *ex vſu Reipublicæ videri, vt iidem ſæpius*

Romanorum principum virtus & tolerantia.

Cenſores crearentur; ſimili & paupertatis & amoris publici teſtimonio populus Romanus adfecit. mortuo enim tantum congeſſit æris, vt inde filius Q. Gurges & viſcerationem & epulum publice daret. Curius ab eadem altitudine animi Sabinorum munera, quemadmodum Fabricius Samnitica ſpreuit. Æmilius Papus in pleriſque magiſtratibus collega Fabricii, Tib. item Coruncanius, aliique præclari viri, ex ſimilitudine morum amiciſſime inter ſe coniunctiſſimeque vixerunt: vt vere mihi temporum illorum ſpeciem amplexus animo videatur poëta, qui *moribus viriſq; antiquis rem Romanam ſtetiſſe* prædicauit. His igitur animaduerſis expenſiſque rebus, maiore componendi cum hac gente belli deſiderio Pyrthus inflammatus, ducentos ex captiuis protinus ſine precio reſtituit: ceteris, ſi qui ad inſtantia Saturnalia Romam ad viſendos ſuos proficiſci cuperent, eius rei poteſtatem fecit; vnius Fabricii ſequutus fidem, qui *reuerſuros exactis feriis, niſi pax interea conueniſſet*, ſpoſponderat. Eaque tum & grauitas Senatus, & ſingulorum fides fuit, vt ad diem à Patribus præſtitutam vniuerſi Pyrrho ſe reſtituerent; poſtquam obfirmatos ſuorum animos impellere nequidquam tetendiſſent. Rex enim callidus, hunc temporum articulum ſibi tenendum arbitratus, dum adſpectu chariſſimorum pignorum mollitos, & cupidine iſthæc retinendi incenſos animos, ad belli odia deponenda promptiores haberet; legationem mittere Romam ſtatuit, vt iis conditionibus quas Fabricio præſenti expoſuerat, pacis & amicitiæ fœdera coniungerentur. Petebat autem, *vt iiſdem fœderibus Tarentini comprahenderentur: Ceteri Græcorum Italiam incolentium, liberi, & ſuis legibus, agerent: Samnitibus, Apulis, Lucanis, Brutiis, quæ erepta à Romanis forent, redderentur: Romani captiuos à Pyrrho ſine precio reciperent.* Erat apud Pyrrhum ea tempeſtate Cineas, cuius ſupra quoque facta eſt mentio; vir quum ciuilium rerum adprime gnarus, tum animo propoſitoque honeſtus: & qui naturæ procliuem indolem eruditione vſuque ad efficacem facundiam exercuiſſet. Hunc eas ob artes chariſſimum Rex habebat: crebroque prædicabat; *plurium ſe vrbium imperium per eloquentiam Cineæ, quam armis ſuis adeptum eſſe.* Romam iſte quum legatus veniſſet; callido conſilio moras nectens, priuſquam Senatum adiret, munera paſſim per illuſtrium domos Pyrrhi nomine miſit. Introductus deinde in curiam, quum *Regis virtutem & propenſum in Romanos animum* multis extollens, de conditionum quas adferret æquitate diſſeruiſſet, magna pars Senatus mota eſt, vt admittendas eſſe dubitaret. Quippe ſuper cetera, *ſi ſocios ſuos oppugnare deſinerent, tanta auxilia pollicebatur, vt iis haud difficulter imperium ceteræ Italiæ poſſent acquirere.* Sed quoniam ob magnitudinem rei, ſolicitis patribus, multos in dies extracta deliberа-

CAPVT XXIX.

Pyrrhus Romanos beneficiis vincere nititur.

CAPVT XXX.

Cineas à Pyrrho mittitur Romam.

CAPVT XXXI.

Digitized by Google

liberatio, pacis futuræ ſuſpicionem rumoremque fecerat, Appius Claudius, ob ſenectam & cæcitatem abſtinere curia olim ſolitus, confeſtim in Senatum ſe deferri lectica iuſſit: vbi conſpectum protinus exceperunt filii generique, honoriſque & officii cauſſa circumfuſi deduxerunt ad locum dignitati eius congruentem. Ibi, quum ipſius rei nouitate, tum reuerentia viri ſilentibus omnibus, expectantibusque cuius rei cauſſa poſt longi temporis deſuetudinem Senatum ingreſſus eſſet, ab incommodo valetudinis exorſus, *ſibi quidem hactenus moleſtam fuiſſe cæcitatem* dixit, *nunc autem non modo illa delectari, ne quæ fierent, videret, ſed etiam ægre ferre, quod aures nondum obſurduiſſent, ne tam fœda & Romano nomine indigna audire cogeretur. Quo enim vobis mentes illæ ceſſerunt? quo reciderunt ſpiritus? Certe præ vobis ferre ſolebatis, quum Alexandri Macedonis gloriam, vt inuicti Regis, celebrari audiretis; non tam virtuti eius quam felicitati famam iſtam imputandam eſſe: nam ſi Romana in bella fortuna ipſum impuliſſet, alium longe euentum futurum fuiſſe, aliamque de eo apud homines opinionem. At nunc quantum ab iſta veſtra magnanimitate defeceritis, reſpicite. Macedonibus ſuperiores vos futuros confidebatis: at nunc Moloſſos & Chaonas perpetuam Macedonum prædam metuitis. Alexandrum contemnebatis: nunc expaueſcitis Pyrrhum, ne ipſius quidem Alexandri, ſed ſatellitis eius, ſatellitem, qui fugiens potius veteres hoſtes, quam quærens nouos, in Italiam traiecit: quibus copiis ne minimam quidem Macedoniæ partem retinere potuit, iiſdem, ſi diis placet, imperium Romanis quoque paraturus. Hunc igitur niſi grandi infortunio mactatum eiicimus, certum habeamus, alios quoslibet merito noſtri contemptu, tamquam ad paratam prædam, ita in Italiam cupide venturos eſſe. quid enim aliud de nobis quam de hominibus ignauiſſimis iudicari poterit: ſi Pyrrhus in amicitiam receptus, etiam præmium referat illatæ nobis ignominiæ, quod eius opera factum ſit, vt Tarentinis atque Samnitibus ludibrium Romani debeamus.* Hic fere ſenſus fuit orationis, quæ ab ipſo ſtatim Appio eſt edita: qua omnium adeo ſunt inflammati animi, vt ſeueriſſimæ ſententiæ auctorem ſequuti, conſenſu decernerent *bellum proſequendum eſſe. Cineamque eodem die Vrbe excedere, Pyrrhoq. renunciare* iuberent: *neque recipi eum in Vrbem* (nam & hoc petitum fuerat) *neq. priuſquam Italiam omiſiſſet, de amicitia & ſocietate agi poſſe.* Paris deinde triſtitiæ decretum ex eiuſdem Appii ſententia de captiuis factum eſt, *eos neq. aduerſus Pyrrhum duci, neque adeo coniunctim vſquam haberi ſenatui placere: ſed alios alia in præſidia mitti, mutata ignominiæ ergo militia: vt qui equo meruiſſent, peditum ſtipendia facerent: qui pedites legionarii fuiſſent, ad leuem armaturam transcriberentur. priores ordines recuperaret nemo, niſi bina hoſtium ſpolia retuliſſet.* Aiunt, legatis cum reſponſo tam atroci

Appius Claudius pacem cu Pyrrho dissuadet.

CAPVT XXXII.

Appii Oratio in Senatu.

CAPVT XXXIII.

Patres bellum decernunt. Pyrrhum venire in Vrbem vetant.

CAPVT XXXIV.

Captiuos receptos ignominia adficiunt.

Digitized by Google

atroci reuersis, miraculo Romanæ constantiæ attonitum Regem, *qualis Vrbs ipsa, qualisq; Senatus visus esset*, interrogasse: responsumque tulisse à Cinea, *Vrbem templum sibi visam, Senatum vero Regum consessum esse.* Post hæc demum gesta Fabricium ad Regem legatum venisse quidam putant: Sed, præter aliorum auctorum testimonia, rerum ipsarum recte animaduersarum series erroris haud difficile conuincuntur. Pace desperata conuersi ad bellum animi, ac intenta cura facti vtrimque apparatus hyemem satis neq; [illegible] habuerunt.

Partium apparatus.

CAPVT XXXV.

Hæc fuisse tempora puto, quibus ferunt Pyrrhum, quo naufragiorum casus vitarentur, faciliusque Itali ac Epirotæ ad auxilia mutua commeare possent, ab Hydrunte, qua longissime in pelagus procurrit Italia, ad Apolloniam ex aduerso situm oppidum pontes iacere cogitauisse, spatio quinquaginta millium: tanto enim interuallo circum eos locos Græciæ Italiæque litora dirimuntur. Idem postea molitus esse M. Terentius Varro dicitur; quum piratico bello Cn. Magni legatus Siculum Ionumque mare classibus obseruaret. Inter hæc Ti. Coruncanius Consul, de Vulsiniensibus & Vulcientibus Etruscorum populis, A.D. Kal. Februarias triumphauit.

Censura insignis.

Insignis eo anno Censura fuit, tum primum à plebeiæ stirpis Censore lustro condito. Censa referuntur ciuium capita ducenta septuaginta octo millia, ducenta viginti duo. Principem Senatus per ea tempora Q. Fabium Maximum legi consueuisse constat. huius filium cognomento Gurgitem Censorem tum fuisse coniectura colligitur: Cn. Domitii certum nomen & quia lustrum is condidit, iure plebis amplificato nobilitatum est.

Cn. Domitius primus ex plebe lustrum condit.

CAPVT XXXVI.

Pyrrhus in Apuliam mouet.

Anno ab Vrbe Condita CDLXXIV.

Vere primo Pyrrhus contractis sociorum copiis in Apuliam mouit: multaque ibi oppida partim pugnando, partim conditionibus cepit. Aduersus quem noui Consules P. Sulpicius Sauerrio, P. Decius Mus, cum duobus consularibus exercitibus profecti, castra castris opposuerunt prope Asculum Apuliæ vrbem, cognominem ei quæ est in Picentibus. Non erat dubium, quin collatis signis depugnandum foret: ceterum ne per dies aliquam multos hoc fieret, præter torrentem profundum, qui diuersos exercitus interfluebat, etiam mutuo metu contabantur. Romanos prioris fortuna prœlii, & victor Pyrrhus terrebat: Epirotis formidabilis erat Romanorum peruicacia, & alterius Consulis fatale hostilibus legionibus nomen. P. enim Decium patris auique exemplo sua morte victoriam suorum redempturum esse fama vulgauerat: prœliorumque quibus illi ceciderant euentus, terribiles omnibus Decianæ deuotionis minas effecerat.

Metus ex superstitione.

CAPVT XXXVII.

Quem Pyrrhus conatur adimere suis.

Eam rem Pyrrhus haudquaquam negligendam ratus, conuocatis militibus accurate docuit, *arbitria prœliorum penes Tellurem deam, aut inferos, qui carmine illo solicitarentur, esse non posse: neque eam iniquos credi debere deos, vt in vnius hominis vesani*

Digitized by Google

præſenti gratiam fata exercituum mutent donentue: non præſtigiis & ſuperſtitionibus, ſed pugnando victoriam parari: vel ipſis Romanis teſtibus, qui non ſacrificulorum & vatum agmen, ſed armatas militum acies hoſtibus conſueuerint opponere. Quia tamen ignari rerum plerunq; ſuperſtitionum inanium ludibriis, quam veris timendi cauſis acrius percelluntur; hunc quoque metum præuerti poſſe oſtendit expoſito ornatu, quo priores Decii ſe deuouiſſent: monitisque militibus, ſi quis ſimilibus inſignibus noſcendus occurriſſet, ab eo abſtinerent tela, viuumque comprehenderent. Sed ipſi quoque Decio nunciandum curauit, deſineret ineptire inter armatos: neque enim conſilium iſtud ſucceſſurum eſſe: & ſi viuus veniſſet in manus, forte grauiora paſſurum, quam voluiſſet.

Pyrrhi nuntius ad Decium Conſulem.

CAPVT XXXVIII.

Conſulum reſponſum.

Reſponſum à Conſulibus eſt: ſe armis ſatis confidere, neq; opus habere tantæ deſperationis auxilio. Id quo magis ſcire poſſet, optionem ſe dare, ipſe tranſire flumen, quod inter exercitus medium fuiſſe diximus, an in ſua ripa Romanos expectare mallet: nam aut reductis copiis tranſitum regi tutum relicturos eſſe; aut, eo recedente, tranſmiſſuros: quo integro robore congreſſi, nulla alia in re, quam ſuis viribus animisq; ſpem victoriæ repoſuiſſe demonſtrent. Puduit Pyrrhum timoris aut dubitationis ſignum vllum edere: quare poſteriore accepta conditione tranſeundi fluminis poteſtatem hoſtibus fecit. Leuior iam ſua ſponte belluarum terror erat, ipſa conſuetudine videndi: manusque earum faciliime amputari poſſe, pugnæ prioris experimento conſtabat: qua C. Minucius quartæ legionis primus haſtatus vno gladii ictu proboſcidem elephanti præciderat.

Præſidia excogitata contra elephantes.

Sed tum alia quoque præſidia excogitauerant tutioris audaciæ. Equi ferreis obducti lamminis currum trahebant, & ipſum contis ferro præfixis horrentem: in curru erant collocati milites qui belluas inruentes miſſilibus aut igne iacto auerterent.

CAPVT XXXIX.

Pyrrhus exercitum inſtruit.

Cum hoc apparatu transgreſſis flumen legionibus, Pyrrhus ex diuerſo exercitum inſtruxit, pro vſu, quem iis in rebus maximum, cum ſingulari quadam ingenii ſagacitate, ſupra ceteros eius ætatis imperatores excellentem habere credebatur. Animaduerſo igitur loci genio, qui propter aſperitatem ſoli & enata paſſim virgulta non niſi pedeſtrem aciem paterentur, equitatum elephantosque locauit in ſubſidiis: dextrum cornu ſuis militibus & Samnitium auxiliaribus copiis firmauit; Brutios, Lucanos, Sallentinos, eſſe iuſſit in ſiniſtro: Tarentinos, quorum virtuti minus credebat, in mediam aciem recepit.

Conſulum acies.

Conſulum acies legionarios habebat milites, auxiliis leuis armaturæ aptiſſime intermixtis: parique ingenio & temperamento ſubſidiorum ordines diſtinxerant. Equitatus in cornua diffuſus, neque impedimento futurus erat pedeſtri prœlio, & ſi quis caſus agendæ rei viam aperuiſſet, præſto erat. Inter exercitus non animis tantum, ſed etiam numero pares (quadraginta vtrimque millia fuiſſe con-

Digitized by Google

iſſe conſtat) haud ſegnius quam debuit certatum eſt. ancipiti adhuc victoria prœlium nox diremit.

CAP. XL.

Prœlium Pyrrhi cum Romanis alterum.

Poſtera luce Pyrrhus, quum impeditiora loca præſidiis præcepiſſet, in campum paulo æquiorem Romanos deſcendere coëgit. ibi elephantorum aliquis vſus fuit: alia parte aciei, qua curſus aduerſum eos parati conſtiterant, ſubito inducti, equos hoſtium, ſicuti priore prœlio factum fuerat, perterritos auerterunt in fugam: peditibus nihil magnopere nocuerunt.

Eiuſ valde diverſa fama.

Valde diuerſa iſtius pugnæ fama eſt. *Secundum Romanos euentum fuiſſe* quidam auctores ſunt, *etiam caſu adiuuante victoriam: quum aduerſus Apulos impedimenta diripientes, miſſæ Regis imperio cohortes, ceteris copiis fugientium ſpeciem diſceſſu ſuo præbuiſſent, eoque metu & errore facta apud Regios fuga eſſet.* Quin & cæſorum ingens numerus exprimitur: *viginti millia de Pyrrhi exercitu; victorum ad millia quinq; deſiderata. Regem ipſum brachio pili iactu tranſmiſſo grauiter vulneratum, quum fugientes retinere nequiuiſſet; poſtremum fere omnium à ſatellitibus ſuis ex acie elatum: ſigna capta ex hoſte tria & quinquaginta, Romana vero vndecim amiſſa eſſe. Fabricium quoque, legatum alterius Conſulis, vulnus accepiſſe.*

CAP. XLI.

Aliorum narratio.

Ex diuerſo *parem huius atq; ſuperioris prœlii fortunam fuiſſe* alii tradiderunt: *& vicinia caſtrorum defenſos Romanos minus quidem ſenſiſſe detrimenti, ſed tamen confeſſa fuga diſceſſiſſe, ſic quoque ſex millibus amiſſis: de exercitu Pyrrhi tria millia quingentos & quinq; occidiſſe, idque in commentarios Regios relatum eſſe*, Hieronymus ſcribit.

Vnde dubium euentum fuiſſe colligitur.

Atque hæc tanta non varietas modo, ſed etiam pugna ſcriptorum me valde mouet, vt iis potius credendum eſſe iudicem, qui dubio euentu pugnatum eſſe tradiderunt. Solet enim, quoties pari fere damno diſceſſum eſt, vtraque pars ſibi adſerere victoriæ famam: quam deinceps aliorum negligentia, aliorum improbitas temere committit literis: peſſimo facinore, magnaque cum infamia eorum, qui pro veris atque compertis, inani rumore vulgata, aut affectu ſeruiliter corrupta, poſteritati prodiderunt.

CAP. XLII.

Annalibus etiam nonnullis adſtipulantibus.

Quare propior vero videtur eorum annalium narratio, qui *ſemel tantum ad Aſculum pugnatum eſſe* referunt: *& poſt acerrimam contentionem ac multas vtrimq; cædes, Sole iam occaſo, vulnus Regis & direptorum impedimentorum caſum, dirimendæ pugnæ locum, licet ægre, feciſſe. Tum receptui ſignum eſſe datum in vtroq; exercitu, quum iam vtrimq; millia circiter quindecim occubuiſſent. Atq; hoc fuiſſe tempus, quo Pyrrhus cuidam quaſi de Victoria gratulanti reſponderit:* ſi denuo ſic vincendi ſunt Romani, periimus.

Et iis quæ poſtea facta ſunt.

Adfirmant etiam hanc opinionem quæ ſecuta ſunt. Nam & Pyrrhus Tarentum conceſſit: & Conſules hoſtem non inſequuti, copias in hybernis per Apuliæ oppida diſtribuerunt, quum anni tempus, & ratio belli, potius victoriam tam illuſtrem proſequi, alterum facile paſſum fuiſſet, altera etiam omnino coëgiſſet. Accedit, quod neque

triŭ-

Digitized by Google

triumphatum ab his Conſulibus reperio, ſed & P. Decium Conſulem eo prælio ſe deuouiſſe, ſeque poſt patrem & auum pari genere mortis ſublatos, è continenti genere tertiam victimam reipublicæ præbuiſſe multi putant: quod hiſtoriis omnibus ſilentibus ne referendum quidem, nedum refellendum putauiſſem: niſi magnus auctor M. Tullius Cicero in philoſophicis quidem libris, ſed loco non vno poſuiſſet. Pugna ad Aſculum quocunque euentu certata reliquum anni quietum à bellicis expeditionibus habuit: ſed conſultationibus & apparatuum cura tempus omne conſumptum eſt. Pyrrhus quum veterum copiarum magnam partem, ducumque & amicorum pleroſque perdidiſſet, in Epirum miſit, cum mandatis, vt veniente vere milites & pecuniæ ſibi mitterentur. Sed priuſquam claſſis ea inſtrui poſſet, nouæ ſpes exortæ conſilium Regis mutauerunt. Macedoniam olim Demetrio ademptam Pyrrhus tenuerat, deinde Lyſimachi vi extortam amiſerat; hanc iterum nouæ occaſioni aperuiſſe videbatur Ptolemæi Cerauni caſus, qui à Gallis interfectus, dum bellum in Italia gerit Pyrrhus, vti turbatum regni ſtatum, ita vacuam poſſeſſionem reliquerat. Ea ratio ſuaſit ne copiis militaribus Epirus nudaretur: ſimul ne pateret iniuriis Gallorum, vicinam adhuc Macedoniam vrentium. Neque tamen eo tum acceſſit in Siciliam vocantibus aliis cauſſis, vt poſtea trademus. Hyeme inter has curas circumacta noui Conſules ad exercitum venerunt C. Fabricius Luſcinus, Q. Æmilius Papus: qui alium quoque Conſulatum vna geſſerant. Hoc audito Pyrrhus etiam contra eduxit copias, & obſeruare conſilia hoſtium inſtituit. Quum ita caſtra vtrique locis haud valde diſtantibus haberent, res euenit ad memoriam celebris, & à pleriſque non ita magno diſſenſu tradita. Timochares quidam Ambracienſis in amicitia Regis honeſtum gradum obtinens ad C. Fabricium Conſulem furtim acceſſit, regem, ſi præmium eius rei dignum daretur, veneno tollere pollicitus. Id vero ſe per filios ſuos facile conſequuturum autumabat, quod inter pocillatores Regios illi haberentur. Fabricius, minime delectatus proditione, rem tamen perſcripſit ad Senatum. Senatus legatos ad Pyrrhum miſit, Timocharis quidem, qui quomodocunque Romanis prodeſſe ſtatuiſſet, inſidias non indicaturos; ſed udituros in vniuerſum, *vti Rex ageret circumſpectius, videretque, quorum hominum, quamque fidelium, miniſterio vteretur.* Hæc ita apud Valerium Antiatem leguntur. At Claudius Quadrigarius pro Timochare *Niciam venefici iſtius promiſſorem* prodit: *neque legatos à Senatu miſſos, ſed à Conſulibus.* literis quoque Conſulum recenſitis, quibus detecto Niciæ conſilio, negant *ſe dolis aut pecunia pugnaturos; ſed virtute & armis ſaluumque ab inſidiis Regem optare* aiunt, *quem*

CAP. XLIII.

Macedonia in[illegible] Pyrrhus.

CAP. XLIV. Anno ab Vrbe Condita CDLXXV.

Timochares Pyrrho venenum parat.

CAP. XLV. *Sine ille Nicias fuit.*

Digitized by Google

ſuæ victoria ſuorumq́; triumphorum ſplendidam ſperarent materiam fore. Sunt qui *medicum Regis Fabricium eo de negotio coram aut literis adiiſſe, Conſulisq́; indicio pœnas dediſſe Regi* tradiderint, *ſuſpendio necatum.* Sed vt hæc dubitationem habere poſſent, certum eſt errare, qui medicum à Curio ad Regem remiſſum eſſe ſcripſerunt. Aiunt Pyrrhum hoc tantæ virtutis experimento ſtupentem exclamaſſe: *Hic eſt ille Fabricius, qui difficilius ab itinere iuſti & honeſti, quam à curſu ſuo Sol auerti poſſit!* ſtatim certe ne vinci

Pyrrhus iterũ pacem offert.
CAP. XLVI.

beneficio videretur, captiuos quos habebat omnes Romanis reſtituit, Cineamque denuo miſit, ad pacem & amicitiam impetrandam. Minime decorum viſum eſt, vel donum ab hoſte accipere, vel ob lucrum potius, quam amore virtutis à facinore abhorruiſſe videri: gratis igitur ne acciperentur captiui, totidem pro his alii Tarentinorum Samnitiumque miſſi

Abſtinentia Romanorum.

ſunt. Hanc publicam abſtinentiam conſpectiore mox fama priuatorum eſt ſequuta grauitas; quum Pyrrhi munera (multa enim & precioſa vtrique ſexui Cineas attulerat) non à viris modo omnibus, ſed etiam à mulieribus repudiata ſunt. quo quidem tempore, quum aſpernantibus quibus primum oblata fuerant, ad alios aliosque deferrentur; nemo vir mulierue tam aut tenuis aut cupidus inueniri potuit, vt recipiendis Regiis muneribus oſtium domus ſuæ patere vellet. Legatis deinde prius reſponſum redditum: *donec Italia Pyrrhus exceſſiſſet, hoſtem eum populo Romano fore.* Perplexum hiſce Regem; & neque bellum læto animo proſequentem, neque cupientem cum aliqua dignitatis iactura diſcedere, extricare

Sicilienſis expeditio Pyrrhi.
CAPVT XLVII.

viſa eſt Sicilienſis expeditio, quam poſt longam & ancipitem deliberationem, tandem ſtatuit ſuſcipere. Sic enim & Romanum bellum honeſte declinari poſſe ſperabat: & imperium inſulæ locupletiſſimæ occupari: ſimul vindictam de Carthaginenſibus, vt prior ab ipſis laceſſitus, ſumere cupiebat. Nam illi ſuſpecto Regis conſilio paulo ante, Magonem ducem cum centum viginti nauium claſſe miſerant, *aduerſus externum hoſtem externis etiam auxiliis populum Romanum adiuuandum eſſe* dictitantes: & quamquam illorum opera Romani non ſunt vſi, Senatu reſpondente,

Fœdus cum Carthaginenſibus renouant Romani.

ſe conſueuiſſe talia bella ſuſcipere, quæ ſuo milite geri poſſent; fœdus tamen inter vtrumque populum quarto renouatum eſt. Prioribus capitibus additum, *vt ſiue Romanus populus, ſiue Pœnus cum Pyrrho fœdus faceret, nominatim exciperetur, vt his populis inuicem auxiliari liceret, vter eorum bello peteretur: vtque quoties vtriuis eorum auxilio opus eſſet, naues à Carthaginenſibus præberentur: ſtipendia ſuis quiſque daret: auxilia Punica Romanos mari iuuarent; exire nauibus inuita ne cogerentur.*

Auxiliorum inuicem dandorum leges.
CAPVT XLVIII.
Mago ſpeculatur conſilia Pyrrhi.

Quo confecto, per ſpeciem pacis conciliandæ Pyrrhum adierat Mago: ſpeculaturus conſilia Regis, quem in Siciliam acciri Carthaginenſes audierant; claſſemque Romanis

Digitized by Google

manis obtulerant, non tam illorum charitate curaque, quam vt Pyrrhus Italico bello implicatus, res Pœnorum in inſula magnis ſucceſſibus efflo-reſcentes non euerteret. Tum quoque fretum, qua in Siciliam traiectus eſt, magno numero nauium obſeruabant, Rhegii quidem obſidendi ſtudium præferentes, ſed verius, vt Pyrrho transmittere cupienti viam intercluderent. His igitur de cauſſis ad Sicilienſia negotia adiecit animum: ſpes ipſi magnas faciente quum rerum ipſarum ſtatu, tum etiam legationibus Siculorum, quæ aliæ ſuper alias ex inſula venientes, *omnium votis expeti eum* adfirmabant, *tamquam vnicum leuamen malorum, quibus miſerrima terrarum nunquam acerbius conflictata eſſe videbatur.* Nam poſt Agathoclis miſerabilem magis quam indignum exitum, Mœno quidam Ægeſta Siciliæ vrbe oriundus, qui & venenum Regi dederat, adfectata tyrannide, à Syracuſanis Hiceta prætore pulſus, ad Carthaginenſium opes ſe contulerat. ita bellum grauius, & Syracuſanis aduerſum fuit, per quod tamen priuatim opes Hicetæ creuerunt: qui poſtea verſis in Agrigentinum Phintiam armis, inquietam diu inſulam tenuit; donec Thœnionis cuiusdam audacia, principatu, quem nonum iam annum obtinebat, pelleretur. Thœnioni dominationem retinere nitenti exortus eſt aduerſarius ex Syracuſana nobilitate Soſiſtratus: diuque certatum inter hos armis eſt; inſulam, quæ Syracuſanæ vrbis pars eſt (ipſi *Naſum* vocant) obtinente Thœnione, quum in cetera vrbe Soſtratus tyrannidem ageret. Poſtremo quum vtrimque nihil ex his diſcordiis præter communem interitum imminere cernerent; vocandum eſſe Pyrrhum conſenſu decreuerunt: qui gener Agathoclis, filio ex Lanaſſa ſuſcepto ſucceſſioni proximus; animoque & viribus ad conſtituendas res Siciliæ ſuffecturus habebatur. His accedebant Agrigentini Leontinique principes, qui & ipſi ſuarum vrbium, totiuſque adeo inſulæ imperium offerentes, vna voce rogabant, *vt quamprimum in Siciliam traiiceret, feſſis rebus, & laboranti ſub barbarorum armis libertati, præſentia ſua ſuccurſurus.* Carthaginenſes enim Syracuſanorum agris vaſtatis, ipſam quoque vrbem claſſe centum nauium, & pedeſtri quinquaginta millium exercitu terra marique clauſerant. Igitur Pyrrhus non vltra differendum ratus, Cineam, cuius ingenio fideque plurimum vti conſueuerat, præmittit, cum Siculis ciuitatibus conditiones legesque fœderum & amicitiæ compoſiturum. Ipſe ſocios diſceſſum ægre ferentes conſolatus, *ſi à Romanis premerentur, è vicina inſula in tempore adfuturum eſſe, nouorum etiam ſociorum acceſſione inſtructiorem* ſpopondit. Quum autem præſidium in vrbe Tarentina relicturus eſſet, ægre paſſi Tarentini, *vt ſibi vel præſtaret promiſſum auxilium in conditionibus quibus veniſſet; aut ſaltem vrbem ſuam relinqueret liberam*

Sicilia miſerrima terrarum.

CAPVT XLIX.

Siculorum inteſtina bella.

Pyrrhus vocatus in Siciliã.

CAP. L.

Carthaginenſes Syracuſas obſident.

Tarentini nihil impetrant à Pyrrho.

poſtu-

poſtulauerunt. Neutra res impetrari potuit; nihil æqui reſpondente Pyrrho, ſed iubente *ſuum tempus exſpectari.* Has inter curas Epirotæ Regis, Conſulibus bellum aduerſus ceteros hoſtes facilius fuit. Res itaque contra Etruſcos, Lucanos, Brutios, & Samnites proſpere geſtas hoc tempore lego. Cum Etruſcis minus fuiſſe certaminum apparet, quod ex eo bello triumphatum non eſt: neque cum vniuerſa gente, ſed cum vna aut altera ciuitate pugnatum eſſe puto, quæ à Samnitibus diſceſſu Pyrrhi ſe nudari ſentientibus, acrius ſolicitatæ, poſita nuper aduerſus Romanos arma reſumpſerint. Ceteris in populis, vti maior aliquanto belli moles; ita victoria illuſtrior fuit. C. Fabricius Conſul, profecto, vt coniectura eſt, in Etruſcum bellum collega, quod Epirotis ceſſantibus vnus Conſularis exercitus ſufficere videretur; Lucanos, Brutios, Tarentinos, Samniteſque cecidit: ciuitates aliquot, in quibus & Heracleam, adſtrinxit fœderibus: deque his populis omnibus ante diem Idus Decembres triumphauit. Comitiis deinde peractis Conſules in annum ſequentem deſignati ſunt P. Cornelius Rufinus iterum: C. Iunius Brutus iterum. Cum Rufino nobiles etiam alii petierant; ſed hic vt fieret, effecit Fabricii fauor: qui tempora Reipublicæ habens in conſilio, patriæ ſalutem priuatis inimicitiis anteponebat. Nam ex diſſimilitudine morum ſimultas inter hos fuerat, quum Fabricius egregie firmus aduerſum pecuniam, vna communis boni cura duceretur: Rufinus opum cupidior, multa priuati quæſtus ſtudio conſuleret ageretque. Verumtamen cum cetera induſtrius & bonus imperator eſſet, competitoribus haudquaquam pari armorum peritia & vſu præditis Fabricius præferendum eſſe iudicauerat. Ferunt quum ei gratias deinde Rufinus ageret, *quod ſe homo inimicus Conſulem feciſſet, bello præſertim magno & graui;* reſpondiſſe: *non eſſe mirandum, ſi compilari, quam venire maluerit.* Magna enim bellorum moles in Italia ſupererat; & Pyrrho in Sicilia (erat enim iam transgreſſus) omnia ſibi prona reperiente; haud abs re metuebatur, ne paulo poſt auctis acceſſione nobilis inſulæ viribus, ad bellum Romanum grauior hoſtis reuerteretur.

CAP. LI.

Etruſci vincuntur à Romanis.

Item alii populi Italiæ.

CAP. LII. Anno ab Vrbe Condita CDLXXVI.

Simultas inter Rufinum & Fabricium.

Pyrrhus in Siciliam transgreſſus.

I. FREINS-

Digitized by Google

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER QVARTVS.
In locum lib. XIV. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XIV. Liviani.

Pyrrhus in Siciliam traiecit. Cum inter alia prodigia fulmine deiectum eſſet in Capitolio Iouis ſignum, caput eius per aruſpices inuentum eſt. Curius Dentatus, cum delectum haberet: eius qui citatus non reſponderat bona primus vendidit. Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reuerſum vicit, & Italia expulit. Fabricius cenſor P. Cornelium Rufinum conſularem ſenatu mouit, quod is decem argenti pondo facti haberet. Luſtro a cenſoribus condito, cenſa ſunt capita ciuium CCLXXI. *millia,* CCXXIIII. *Cum Ptolemæo Ægypti rege ſocietas iuncta eſt. Sextilia virgo Veſtalis damnata inceſti, viua defoſſa eſt. Coloniæ deductæ ſunt, Poſidonia & Coſſa. Carthaginenſium claſſis auxilio Mamertinis venit, quo facto ab iis fœdus violatum eſt. Res præterea contra Lucanos, Samnites, & Brutios feliciter geſtas, & Pyrrhi regis mortem continet.*

DVm hæc in Italia geruntur, Pyrrhus exercitu & elephantis in naues impoſitis, ex Tarentino portu in Siciliam traiecit: poſtquam biennium, & menſes præterea quatuor, in Italia fuiſſet. Deductus à Thœnione, qui cum nauibus occurrerat, maximaque Siculorum alacritate exceptus eſt, oppida ſua, copias, pecunias, naues, certatim tradentium. Ideoque Græcarum vrbium omnium imperio breui potitus, etiam Punicam ditionem vniuerſam armis obtinuit: vna excepta vrbe Lilybætana, quam opportunitate ſitus adiuti Carthaginenſes nequidquam oppugnante Pyrrho retinebant. Vnde non abſque cauſſa ſpes ingentes animo complexus, relictis maximo filiorum patriis opibus, ex duobus reliquis, Regem alterum Italiæ, alterum Siciliæ conſtituere agitabat. Erat omnino Regis iſtius ea tempeſtate magna fama, magnæque virtutes: & Siculi per annos ſane multos externa ſimul ac ciuilia bella, & nocentius veriſque malum tyrannidem paſſi, vel mediocrem aliquem Principem gratantibus animis laturi videbantur. Sed tamen ipſe paulo poſt ad exigendas ab inuitis pecunias, & potentiorum cædes verſus, odium immane concitauit: etiam accedentibus

Pyrrhus magna Siciliæ parte potitur.

Pyrrhi deſtinata.

CAP. II.

Digitized by Google

Regibus amicorum vitia nō minus nocent, quam sua.

tibus cupiditatibus & arrogantia ministrorum, quorum et vitia non minus vbiuis, quam sua nocuerunt. Adeo post primam illam & præcipuam curam, vt ipsi quam optimi sint, nulla aut digna aut salubrior esse Regibus sollicitudo potest, quam vt amicos ex virtute deligant: quando inter priuatos ob suam quisque culpam ex[illegible] est, principibus etiam aliena peccata imputantur. Sed hæc postea sequuta sunt. Tum vero calentibus adhuc studiis, primum à Tauromintanorum principe Tyndarione (nam ea parte insulæ primum appulerat) mox à Catanense populo maximis honoribus acceptus cultusque, cum pedestri exercitu Syracusas versus processit: Classem haud procul littoribus circumduci iussit, paratam instructamque, nec enim citra prælia [illegible] men aditum ad Syracusanam vrbem daturæ Carthaginensium naues videbantur.

Pyrrhus Syracusas, [illegible]

CAP. III.

Sed euenerat, vt paulo ante hoc tempus triginta naues Punicæ alios ob vsus à classe discederent; quæ quia nondum reuerterant, cum reliquis aleam belli tentare Pœnorum imperator recusabat. Igitur nemine prohibente ingressus, Thœnone & Sosistrato tradentibus, pecuniam publicam, naues tectas centum viginti, apertas viginti, tela, machinas, ceterumque belli apparatum accipit. Hoc agenti superueniunt à Leontinis legati, quorum princeps Heraclidas vrbem suam Regi, prætereaque copias, peditum millia quatuor, equites quingentos offerebat. Neque segnius aliis ab vrbibus occursum est, quodam veluti torrente fortunæ. Pyrrhus humaniter exceptos habitosque, conciliata omnium voluntate suam quemque in ciuitatem remisit, ampliores iam animo spes agitans, & si destinata porro ita fluerent, etiam in Africam transiturus.

Leontini accedunt Pyrrho.

Aliæq; vrbes.

CAP. IV.

At sociis eius in Italia haud perinde lætæ res erant: quos absente Rege & robore exercitus, aduersus infestiores quotidie Romanos Milo cum parte copiarum Tarenti relictus, non satis tutabatur. Hactenus tamen profuit, vt Tarentinis ad tempus dilatis ambo consules in Samnium signa conuerterent. Samnites quum agros suos vri, castella expugnari, totam belli molem in se versam, seque à sociis derelictos esse cernerent; animis ac viribus impares, desertis oppidis atque vicis in montes excelsos & arduos, cum vxoribus suis liberisque, ac charissimis rerum quas inter tumultum & trepidationem auehere potuerant, se receperunt. Apud Romanos præter æmulationem ducum, etiam ex rebus prosperis & metu hostium, negligentia orta erat perpetua felicitatis comes. Ea caussa & damni aliquid, & aliquanto plus ignominiæ attulit. Quippe milites per abrupta & inuia contemptim repentes, loco aduersus Samnis pepulit fuditque: multi saxis telisue obruti, aut in præcipitia deturbati, interierunt: alii quum neque receptus copia, neque pugnandi facultas esset,

Interea socii eius Italici laborant.

Negligentia Romanorum ex rebus prosperis.

Digitized by Google

CAP. V.

eſſet, viui capti ſunt. Hic caſus ducibus ad disiungendas iterum copias incitamento fuit: quum in collegam infelicis cepti collata culpa, ſe quiſque, ſi ſolus fuiſſet, melius atque proſperius rem geſturum fuiſſe prædicaret. C. Iunius cum ſuis legionibus in Samnio manſit. P. Cornelius in Lucanos & Brutios conuertit impetum. Ibi terrorem cladesque belli populationibus agrorum & villarum incendiis circumferenti, maioris aliquanto tertentandæ occaſio nata eſt. In extrema Italiæ ora, qua Orientem verſus & Ionium mare Lacinii promontorii cornu protenditur, Croton eſt, veteri fama, & tum quoque non pœnitendis opibus, inclyta. Medium iis temporibus interfluebat Æſarus, iuxta quem frequentia vtrimque ædificia murus duodecim millia paſſuum in circumitu patens ambibat. Hanc aperta obſidione cingere non auſus Conſul, proditione occupaturum confidebat: quod à compluribus Romanæ factionis hominibus ſpes ei facta erat, poſſe vrbem præſidio externo deſtitutam, ſtudiis & auxilio eorum, quibus Pyrrhi dominatio grauis eſſe cepiſſet, recipi, ſi copias mature muris admouiſſet.

P. Cornelius Lucanos & Brutios vaſtat.

Crotonem occupat.

CAP. VI.

Sed per eosdem forte dies, ſiue metu hoſtilis in vicinia exercitus, ſiue iam proditione, quæ plerumque tegi diu non poteſt, ſuſpecta: Crotonienſes præſidium à Milone acciuerant: veneratque Nicomacho duce Lucanorum valida manus, quæ ignarum rei Conſulem, nulloque periculi metu confidentius ad mœnia ſuggreſſum, eruptione ſubito facta, non ſine cæde vulneribusque multorum reiecit. Ruſinus acceptum temeritatis detrimentum conſilio correcturus, timorem aduerſi certaminis vltro adauget; quoque maiori perculſus eſſe timore videatur, cepto ſe deſiſtere ſimulat, colligi ſarcinas iubet, vt quamprimum diſceſſurus. In vrbem, vt caſtris tam propinquis neceſſum erat, cito hæc nunciantur: præter probabilem rei cauſſam iuuatur eo quoque credulitas, quod verum hoc eſſe cupiebant: quum iam ſponte hanc in partem inclinantibus animis, captiuus quidam ſpe libertatis atque præmiorum inductus à Conſule ſuperuenit: tamquam inter feſtinationem diſcedentium occaſione captata cuſtodiam effugiſſet.

Licet à principio repulſus.

Temeritatem cõſilio corrigit.

CAP. VII.

Ille *Cornelium Ruſinum, quod ad Crotonis oppugnationem parum haberet roboris, Locros pergere* narrat, *accitum à quibusdam vrbem illam prodere pollicitis*. Adeſt paulo poſt & alter, qui de prioribus eadem; ceterum *iam iter ingreſſos eſſe Romanos* aſſerit. ſimul conſpiciuntur eminus ſigna & agmen incedentium via quæ Locros ducit. Eo dolo captus Nicomachus, per compendia viarum celeriter cum ſuis accurrit Locros, vt eam quoque vrbem defenſurus. Quod vbi per occultos nuncios Ruſinus cito comperit, conuerſo itinere Crotonem regreſſus, quanto conſilio ac prius meliore, tanto etiam euentu feliciore vſus eſt, diligentiamq;

Strategema P. Cornelii.

Nicomachus Crotonis præfectus decipitur.

eius non modo ſecuritas hoſtium, ſed etiam fortunæ fauor iuuit. denſa enim nebula opportune texit accedentem, priusque propemodum intra mœnia fuit victor exercitus, quam reuerſum Crotoniatæ didiciſſent. Atque huius victoriæ per ſe ſatis magna lætitia, vt ferme neutram in partem fortuna tenet modum; aliis ſubinde rebus haud minus lætis cumulata eſt. Nicomachus enim intellecto ſe in errorem inemendabilem incidiſſe, dum incertus conſilii Tarentum redit, exceptus à Rufino magnam ſuorum partem amiſit, & cum reliquis vix in tutum elapſus eſt; quum vnam vrbem defendiſſe non contentus, duas perdidiſſet. Nam & Locri ſucceſſu iſto animati, præſidio Pyrrhi præfectoque, quorum iniurias diutius perpeti nequibant, trucidatis, ad amicitiam Romanorum ſe contulerunt. Rebus ad hunc modum procedentibus, non ideo in tantum ceciderant animi Samnitium ceterorumque populorum, quin ſuper inſitam peruicaciam, ſpe quoque Pyrrhi Regis, & nunciatis eius in Sicilia ſucceſſibus, ad omnia quæ ſors ferebat perpetienda ſuſtentarentur.

CAP. VIII. *[illegible] dem patitur.*

Locri deficiunt ad Romanos.

CAP. IX. *Pyrrhi geſta in Sicilia.*

Pyrrhus enim (vt huius etiam extra Italiam geſta, quo[illegible]orum temporibus locisque, ad hæc negotiis ipſis cum Romanis rebus coniunctum eſt, exponantur) rebus apud Syracuſanos Leontinosq; conſtitutis, circa eadem tempora cum exercitu Agrigentum profectus, in ipſo adhuc itinere occurrentibus nunciis, eiectum ex vrbe præſidium Punicum acceperat, & Agrigentinos ipſi ſe ſuaque omnia dedere paratos eſſe. Neque promiſſis abfuit fides. Venienti Soſiſtratus, qui & Syracuſas tradiderat, & vrbem, & egregiæ iuuentutis octo peditum millia, octingentos equites adiungit, copias Epiroticis quas Pyrrhus adduxerat, nihilo deteriores. Oppida præterea triginta, quibus imperabat Soſiſtratus, eodem auctore ſe Regis arbitrio permiſerunt. His ita geſtis miſit Syracuſas, qui telorum omnis generis copiam, & machinas, quarum in obſidionibus vrbium vſus eſſe poſſet, ſubueherent. Nam ad vrbes Punici iuris oppugnandas animum adiecerat, parato iam exercitu triginta millium, præter equites mille quingentos, &, quos in Siciliam traiecerat, elephantos.

Oppida triginta Pyrrho coniungit Soſiſtratus.

CAP. X. *Alia ipſe capit [illegible] Carthaginenſibus.*

Prima ex his in poteſtatem venit Heraclea, vbi Carthaginenſium præſidium fuerat: exhinc Azonas cepit. ſtatimque ſequuti fortunam Selinuntii primum, mox Halicyæi & Ægeſtani, deficiendo à Carthaginenſium amicitia, compluribus etiam aliis in eo tractu oppidis idem audendi exemplum præbuerunt. Erycinos autem, & auxiliorum numeroſa manu, & munitionibus loci fidentes ſumma vi expugnare ſtatuit. Inſtructo igitur exercitu, armatus ipſe, ad mœnia procedens, votum Herculi vouit, ſi dignum genere ſuo locoque bellatorem eo die ſe Græcis oſtendiſſet. Poſtquam ſignum oppugnandi datum, crebroque miſſi-

miſſilium iactu propugnatores dimoti locum admouendis muro ſcalis fecerunt, primus omnium Rex eniſus, aduerſus concurrentes vndique hoſtes inſigne certamen edidit: alios vmbone deturbans; alios cædens gladio magnitudine vero animi roboriſque cunctos perterrefaciens. Neque magnifica tantum hæc ei pugna, ſed etiam omni ex parte felix fuit: ſine vllo ſuo vulnere, magna gloria parta, etiam vrbem ipſam eodem impetu cepit: animatis non minus exemplo Regis ceteris, quam ſolicitis periculo: & vtramque ob cauſſam ſumma contentione pugnantibus. Sacrificauit deinde Herculi, voti reus, ludoſque varii generis magnifico apparatu per complures dies edidit. Hoc quoque anno Romæ de Lucanis atque Bruttiis ante diem Nonas Ianuarias triumphatum eſſe reperio. Sed C. Iunio triumphum illum adſcribi miror; quum in his populis res Rufinus geſſerit, duaſque nobiles ciuitates receperit: quem etiam alios apud auctores triumphalem virum nominari video. Ciuitate ob Pyrrhi progreſſus haudquaquam ſecura, noui quoque terrores ex prodigiis & morborum lue acceſſerunt. Fœdi maxime ominis habitum eſt, quod Iouis Capitolini ſignum fulmine tactum, caputq; auulſum non niſi aruſpicum arte curaque reperiri potuit. Grauiore non iam metu ſed clade vrbem adfecit peſtilentia, pecudes homineſque communi ſtrage corripiens, ſed præcipue grauidarum abortibus formidabilis, quum nulli propemodum iam aut partus humani, aut fœtus animalium ederentur incolumes, itaque Deorum omne viuentium genus interiturum eſſe crederetur. Ea vis mali maxime inſignem Q. Fabii Maximi Gurgitis alterum Conſulatum effecit, in quo collegam habuit C. Genucium Clepſinam. Neque tamen à bello Samnitico Lucanoque ceſſatum eſt. magnaſque clades hoſtibus inlatas duo certa ſunt argumenta, quod eodem anno Q. Fabius de Samnitibus, Lucanis, Bruttiis, triumphauit Quirinalibus: quodque ii populi miſerunt ad Pyrrhum literas & oratores, *actum de ſe, niſi ſubueniretur, neq; vim Romanam vlterius ſuſtineri poſſe, extremamque neceſſitatem deditione præueniundam eſſe*, teſtaturos. Ea res, & quod ſeneſcentibus iam hominum ſtudiis, aut ob iniurias quaſdam in contrarium verſis, in Sicilia res ei duriores eſſe cœperant, permouit Pyrrhum, vt inſula relicta copias in Italiam reportaret. Quod eius conſilium, & rerum inde ſequutarum ſeries, quo plenius noſceretur: paulo plura de rebus interim ab eo geſtis referenda putaui. Poſt occupatam igitur Erycem, præſidiumque loco impoſitum, ad Æginiorum vrbem profectus eſt, commodo ad Panormitanum portum ſitu, & munitionibus inſignem. Ibi ſponte oppidanorum receptus ad ipſam Panormum caſtra mouit, cui ab argumento portus ampliſſimi pulcherrimique nomen eſt inditum:

CAP. XI. *Triumphus de Lucanis atq; Bruttiis.*

Prodigia & morbi Romanos terrent.

CAP. XII. Anno ab Vrbe condita CDLXXVII *Nec tamen ceſſatur bello. Q. Fabii Triumphus.*

CAP. XIII.

Pyrrhus Panormum occupat.

Digitized by Google

Hac quoque per vim occupata, quum inſuper locum qui Epicircte vocatur, inter Panormum & Erycem in monte amœno, ſed arduis acceſſibus, ſitum cepiſſet; vniuerſa iam prouincia Carthaginenſium potiebatur, excepto Lilybæo. Hanc autem vrbem non ita pridem Pœni condiderant, vt Motyenſibus ea ſedes foret, quorum oppidum Dionyſius Tyrannus bello Carthaginenſi diruerat. Quum igitur ex omni quod in Sicilia habuerant imperio ſpes ſuas vnum iſtum in locum concluſas viderent Pœni; apparatus ad obſidionem à Pyrrho fieri ſentientes, maioribus eam viribus defendere decreuerunt. Introducto igitur non ſpernendo robore militum, commeatuque copioſo, adhæc magna vi machinarum ac telorum (cuius rei facultas ipſis ampla erat, quod in poteſtate mare haberent) ad oppidum vndique permuniendum magna cura ſe contulerunt. Præcipue, qua terra patebat aditus, crebræ turres excitatæ ſunt, lataque foſſa facta: celerius opere procedente, quod maiore ſui parte ſtructum in cautibus marinis oppidum, toto illo ſpatio manu facta munimenta nulla deſiderabat.

CAP. XIV. *Carthaginenſes Lilybæum muniunt.*

Miſſis interea legatis, quamquam ad bellum magnos apparatus fecerant, magnaſque copias, quum aliunde tum etiam ex Italia mercede conduxerant, *ſi pax æquis conditionibus impetrari poſſet, pecuniam & claſſem* pollicebantur. Pecuniæ mentionem non admiſit Pyrrhus, vrbes quas occupauerat retinere cupiens; de Lilybæo tamen conceſſurus videbatur. Sed amici Regis, ciuitatumque Siculorum principes, *metu Carthaginenſium vacaturam eſſe inſulam* negantes, *donec illi tantum valentes claſſibus Lilybæum, tamquam ſcalas quaſdam ad tranſcenſionem faciundam paratas tenerent*; perpulerunt, vt *vnam eſſe* reſponderet *amicitiæ conditionem, ſi vniuerſa Sicilia cedentes, vtriuſq; imperii terminum eſſe mare paterentur.*

Pacem petunt fruſtra.

Ita ſpe pacis diſcuſſa, protinus ad vrbem ſigna mouit; neque procul muris caſtra metatus, manipulis ita diſpoſitis, vt defeſſi à recentibus per vices exciperentur, oppugnationem orſus eſt. Sed Lilybætani, quum & numero propugnatorum, & machinarum apparatu iuuarentur, locum tenuerunt. Tanta enim catapultarum ſcorpionumque vim Carthaginenſes inuexerant, vt murorum ambitus capiendis omnibus minime ſufficeret. Quum igitur cuiuſque generis miſſilium velut imber quidam in Regios ſpargeretur, multique paſſim caderent aut ſauciarentur, inceptum omiſerunt. Machinas deinde & ipſe fabricare inſtituit, præter eas quæ Syracuſis aduehebantur: & effoſſis ſubter humum cuniculis, omnes obſidionum tentauit artes. Quum autem animoſe reſiſtentibus Pœnis toto fere bimeſtri nequidquam ſe fatigaſſet, videretque, donec apertus à mari obſeſſis aditus exituſque foret, expugnari Lilybæum non poſſe: obſidione ſoluta aliam in partem conuertit impetum.

CAP. XV. *Pyrrhus Lilybæum obſidet, vano conatu.*

Quippe

Digitized by Google

CAP. XVI. *Mamertinos vincit.*

Quippe aduerſus Mamertinos freti accolas Græcæ quædam ciuitates fidem regis implorabant, ſuper alias graues & crebras iniurias etiam tributum pendere coactæ. Pyrrhus igitur exercitu propere ducto, quum iis in locis quoſdam Mamertinorum ad exigenda vectigalia miſſos comprehendiſſet, necauiſſetque: prœlio cum occurrentibus facto diſceſſit ſuperior; ac multa eorum præſidia expugnauit diruitque. Et hactenus quidem rebus præclariſſime geſtis eximiam ſibi potentiam gloriamque Rex parauerat; præter alias virtutes etiam eximia humanitate amorem ſingulorum, ſtudia ciuitatum, non adeptus magis quam meritus. Sed felicitatem tantam, & quam exiſtimare fundatiſſimam potuiſſes, momento fere diſſipatam, præter leuitatem ingeniorum, quæ iſtis populis nunquam defuit, & amicorum intemperiem, ipſius maxime Regis culpa traditur: qui aduerſis egregius, ſecundis rebus, vt inter has ferme inferiores humanæ mentes ſunt, in ſuperbiam efferebatur.

Pyrrhi ſuperbia. CAP. XVII.

Quum igitur, vt ante diximus, ad efficienda cepta claſſem ſibi neceſſariam eſſe duceret, naues autem haberet multas, ſed parum inſtructas à ſociis naualibus; remigibus acerbe conquirendis valde offendit ciuitates: repente mutatus, & ex priori lenitate ad ſuperba imperia, minasque, & poſtremo ſupplicia, præceps. Sed hæc tamen quia communis boni ſpecie tegebantur, vtcumque tolerabant: poſtquam autem eos ipſos, quorum beneficio maxime Siciliam obtinuerat, interimi videre; non paulatim, neque mora interpoſita, ſed ſubito auerſis animis, multi populi ab eius amicitia deſciſcentes, vt cuique opportunum erat, alii Pœnis, alii Mamertinis ſe applicauerunt. *Siculi deficiunt a Pyrrho.* Adeo nimirum crudelitas, etiam quum ſola eſt, ſemper grauis, penitus fit intolerabilis, poſtquam aduerſus benemeritos exercita, propriis odiis etiam ingrati perfidique animi deteſtationem adiunxit.

CAP. XIIX. *Pyrrhus amicis nimium tribuendo, res ſuas euertit.*

Hanc autem in neceſſitatem vi cuncta tractandi ſe maxime videtur induiſſe, dum prauis ſuorum cupiditatibus conſiliiſque nimis obſequitur: His enim opes, amicis aut neceſſariis Agathoclis ademptas dono dabat; nihilo quam fuerant illi melioribus: magiſtratus vrbium præcipuos ſatellitibus aut centurionibus ſuis committebat, neque ex inſtitutis aut moribus ciuitatum, neque in legitimum tempus, ſed quomodo & quoad ipſi placuiſſet. Lites atque controuerſias publicorumque negotiorum adminiſtrationem omnem ad ſe traxerat, pleraque familiaribus committens, quos habebat auaritia luxuriaque deteſtabiles, qui cogendis per flagitium perdendiſque pecuniis pariter intenti, dum libidini ſuæ ſatisfacerent, ius iniuriamque in promiſcuo habebant. Irritatis ob hæc animis, muſſare primum homines, mox palam queri: *cur igitur prioris flagus pœnituiſſet, ſi nunc etiam toleranda eadem ferent? fruſtra vocatum rece-*

*primaq; Pyrrhum [illegible] amulari mores, quos puerorum aduerſit. neque
a [illegible] eum eſſe, quam cuius auctor habetur [illegible] qui
[illegible]* Itaque multi haud obſcure Italiam [illegible] re-

CAP. XIX.

rum [illegible] quum ille ad peſſima [illegible], au-

Pyrrhus augere cauſſas offenſionum, quam tollere mauult.

gere [illegible] tionum, quam tollere [illegible] quaſi quod [illegible]
pecca[illegible], emendari [illegible] poſſet. Interea Carthaginenſes anim-
aduerſo regem propriis viribus haud ſane validum, [illegible] minore
apud [illegible] adfectu haberi; erecti in ſpem recuperandæ prouinciæ,
nouum exercitum miſerant: paſſimque transfugientibus qui Pyrrhi ſæ-
uitiam [illegible], negotium Epirotis magnum exhibebant. Pyrrhus
per cauſſam Punici belli præſidiis in vrbes introductis ſplendidiſſimum
quemque falſo proditionis crimine oneratos necare inſtituit: his de
medio ſublatis, multitudinem facilius in officio manſuram eſſe ratus.
Poſtremo Thœnonem & Soſiſtratum corripit, totius inſulæ longe prin-
cipes, quorum præcipuis ſtudiis imperio Siciliæ potitum fuiſſe oſtendi-

Adiutores ſuos occidit, aut alienat.

mus. Sed Thœnio quidem interfectus eſt: Soſiſtratus ad hoſtes effu-
git, non minus auctoritatis opiſque collaturus ad eiiciendum Sicilia Re-
gem, quam ad imponendum confirmandumque contulerat. Tum igi-

CAP. XX.

tur certatim plerique ad Carthaginenſes deficientibus vrbibus, nonnullis
ad Mamertinos; res Epirotarum ex florentiſſimis anguſtæ malæque redi-

Tandem ex Sicilia diſcedit [illegible].

gi cœperunt. In hoc ſtatu rerum non ingrata Regi ſociorum Italicorum
legatio venit: quæ *ceteris omnibus amiſſis, vix paucas vrbes hoſtem [illegible] mœ-
nibus ſubmouere* queſta, honeſtum diſcedere cupienti prætextum præbuit,
vt partibus laborantibus auxilio futurus, non eiectus à Carthaginenſi-
bus, in Italiam reuerti voluiſſe videretur. Abiturus, quum opes inſulæ
ſitumque, & hominum animos ſecreta cogitatione expenderet, dixiſſe
fertur: *O amici, qualem Romanis atque Carthaginenſibus palæſtram relinqui-
mus!* haud vano præſagio: quod paulo poſt longa inter hos bella, tot vtrim-
que ſubmerſæ claſſes, tot acies cæſæ, ſatis ſuperque impleuerunt. Cete-

Pericula Pyrrho obiecta, Italiā repetenti.

rum hoſtium animis cum fortuna creſcentibus, neque tutus ex Sicilia
diſceſſus Pyrrho, neque in Italiam appellenti tranquillum ad Tarentinos

CAP. XXI.

In ipſo freto [illegible] a Carthaginenſibus.

iter fuit. In ipſo freto traiicientem adorti Carthaginenſes, quum Epiro-
tæ nulla ferme maritimarum rerum experientia, hominibus exercitatiſſi-
mis pares eſſe non poſſent; ſeptuaginta naues depreſſerunt, ceteras red-
diderunt inutiles. Ita cum duodecim nauibus ex aduerſo prœlio in Ita-
liam effugit, qui nauibus tectis amplius centum, & longe adhuc maiori
onerariarum actuariarumque numero curſum inſtituerat. Sed vtrinq;
collecto quod militum ex aduerſo prœlio litora tenere potuerat, ſtatim

ita robuſtam effecit manum, vt Rhegii ſubito impetu expugnandi ſpem conciperet. Sed reiectus à Campanis Rhegium tenentibus, mox in periculum haud contemnendum incidit. Quum enim per loca cæca & ſaltibus impedita duceret, coorti ex inſidiis hoſtes turbauerunt nouiſſimum agmen, multoſque milites cum duobus elephantis peremerunt. Erat neque genere bellatorum, neque numero ſpernenda manus. Decem haud minus millia hominum in armis exercitatorum, Mamertini pleri que, hi enim Rheginorum amicitia & cognatione conſiſi, intellecto Pyrrhum in Italiam reuerti conſtituiſſe, fretum priores transiecerant, & ſpe prædæ inopportunis ad ſubitam irruptionem locis conſederant. In eo certamine quum pro ſolita audacia Pyrrhus ante prima ſigna pugnaret, in capite vulnus accepit. Ad quod obligandum quum ex acie paulisper feceſſiſſet, quidam hoſtium magnitudine corporis & armorum cultu conſpicuus longe ante alios procurrens increpauit eum elata voce, iuſſitque *prodire, ſi viueret.* Ibi Pyrrhus ardens ira, viſuque & manante per faciem cruore terribilis, impetum in prouocatorem, fruſtra retinentibus ſuis, vertit: occupatumque illata in caput plaga proſternit. Memoriæ proditum eſt, eam gladii temperiem, eamque vim ferientis fuiſſe, vt infimum ad corpus vulnere continuato, partibus vtrimque dilabentibus, medium hominem eodem ictu diſſecaret. Eius ſpectaculi fœda nouitate perculſi hoſtes, & vt maiorem communi hominum ſorte virum reueriti, pugnam omiſerunt. Pyrrhus hac moleſtia ſolutus, non ideo lætior agebat. Quod enim pars impedimentorum iſto prœlio amiſſa erat, & opes ex Siciliæ ſpoliis partas prioris cum Pœno pugnæ caſus interceperat; in magna rei nummariæ difficultate, quum poſcentibus ſtipendia militibus non eſſet vnde præberentur, dicatos Proſerpinæ theſauros ſpoliare coactus eſt. Fanum illud apud Locrenſes opinione ſanctitatis celeberrimum iis temporibus fuit: quam ciuitatem quum Pyrrhus animatis præſentia ſua Regiæ factionis hominibus recepiſſet; multa in Locrenſes fœda facinora edidit, cupidius & latius, quam interfecti præſidii poſtulaſſet vltio, cædibus & rapinis in miſeros graſſatus. Poſtquam autem nihil ſupererat, quod conferre homines vellent poſſentue, manus ad ſacram pecuniam extendere cepit, peſſimis amicorum, qui plerumque nocentiſſimi cuiuſque conſilii auctores fuerant, cupiditatem eius inflammantibus. Erant autem hi Euagoras Theodori filius, Balacerque Nicandro, & Dinarchus Nicia genitus. Ii non ſuaſores modo fuerunt Pyrrho, neceſſitati omnia cedere prædicantes: ſed miniſterium quoque ſuum ſacrilegio præbuerunt: ingenti pondere auri, quod

multos

Inſidiis Mamertinorum excipitur in Italia.

CAP. XXII.

Sed virtute ſua ſe expedit.

Pyrrhi pugnacitas & robur.

CAP. XXIII.

Proſerpinæ theſauri ſpoliantur à Pyrrho.

Peſſimis amicorum ſuadentibus.

CAP. XXIV.

Digitized by Google

multos per annos subterraneis in specubus asseruatum fuerat, eruit. Lætus ille, *religionis intempestiuæ nihil ineptius, opesq; parare non accipere dementis esse dictitans*, impositam nauibus prædam Tarentum auehi iussit: ipse terra est profectus. Ceterum facinus ei sicuti non turpius cepto, quam infelicius euentu fuit.

Tempestas Pyrrhi naues perdit. Subita tempestas adorta classem, ventis sub noctem mutantibus qui secundi hactenus fuerant, naues in tenebris circumactas partim in fretum expulit.

Thesauri Proserpinæ refert in vicina fano litora. Sed quæ sacram pecuniam vehebant, quassatæ laceratæque vndis irrumpentibus cum ipsis hominibus interierunt: pecuniam autem reliquis ex naufragio tabulis hærentem, postridie quam exportata fuerat, in vicina fano litora fluctus retulerunt.

CAP. XXV. Re intellecta, thesaurum omnem diligenter conquisitum referri ad pristinas sedes iussit, pacem numinis, vt putabat, hoc facto impetraturus.

Pyrrhus postea mala fortuna vsus. Neque tamen ideo melioribus deinceps fatis vsus est; omnes eius conatus, etiam quibus consilium & virtus non abfuisset, eludente fortuna. Quam ille rem & postea constanter ad læsi numinis iram referebat, vti Proxenus historiæ scriptor; atque ipse in commentariis suis Pyrrhus memorat: & recenti adhuc malo, quum Proserpinæ sacrificans, multis hostiis litare non posset; exarsit adeo, vt cunctos infelicis consilii auctores ac ministros, quique facinus istud aggressuro vel leuiter consenserant, de medio tolleret. Atque hi quidem dignum moribus factisque suis exitum habuerunt:

Tarentũ redit.

CAP. XXVI. Pyrrhus autem institutum prosequutus, quieto deinceps itinere Tarentum peruenit. Romani, quum maiorem in modum vrgeret pestilentia, Pyrrhique in Italiam reditu belli timor creuisset; nihil aduersus ista vel humani præsidii, vel diuini intentatum reliquerunt.

Pestilentia causa clauus a Dictatore pangitur. Vetus erat opinio, pestilentiam clauo ab dictatore fixo sedari posse: eam spem tum quoque tentatam, clauique pangendi caussa Dictatorem dictum esse P. Cornelium Rufinum, haudquaquam improbabilis coniectura est: quum & mali magnitudo ad omnia quærenda remedia stimulare mentes posset; & Rufinum anno sequenti à censoribus notatum fuisse constet, postquam bis Consul & Dictator fuisset: neque dicturæ eius vel certior inueniatur memoria, vel conuenientior locus. Et aduersus morbos quidem, vt potuit, prouisum est: armorum cura maiorem industriam contentionemque, præcipue ob

Difficultas delectuum. difficultatem delectuum, postulabat. Nam præter diuturnitatem belli, etiam longo iam tempore infesta lues tædium rerum omnium hominibus iniecerat: Citatique iuniores militiam mira obstinatione detrectabant.

CAPVT XXVII. Sed peruicaciam istam seueritas & constantia M. Curii Dentati secundum Consulis fregit: is enim, L. Cornelio Lentulo collega, magistratum

ſtratum iam inuenerat. Quum igitur in Capitolio delectum haberet Curius, reſpondente nullo, vocabula tribuum omnium in vrnam coniici, quumq; Polliæ tribus exiiſſet, quod ex ea nomen primum ſorte eductum erat, citari iuſſit. tacere perſeuerantis bona primum, deinde quum grauiter de Conſulis iniuria queſtus tribunos appellaſſet, ipſum quoque vendidit: *nihil opus eſſe reipublicæ eo ciue, qui neſciret parere*, præfatus. neque tribuni auxilio fuerunt: & poſtea quoque ſalubris exempli iudicata res in conſuetudinem tranſiit, vt delectu rite acto, qui miles factus non eſſet, in ſeruitutem venderetur. Hoc terrore ceteri adacti ad nomina promptius danda: conſcriptiſque legionibus, quæ decretæ erant, in hoſticum ambo Conſules mouerunt. Lentulus in Lucaniam irruit. Samnitas adortus eſt Curius. Excitus ad eius rei famam Pyrrhus, luſtrato Tarenti exercitu ſuo, peditum ferme viginti millia, tria equitum recenſuit. Cum his & delecta Tarentinorum iuuentute, Samnium ingreſſus, Samnitas dicto minus audientes habuit; tardiuſque ad eum auxilia & infrequentius venere, animis non ob cladium modo magnitudinem feſſis, ſed etiam exulceratis eo, quod iſtarum cauſſam Pyrrho imputabant, tam triſtia non paſſuri, niſi proditis diſceſſu ſuo Italicis ſociis, expeditionem Siculam ille ſuſcepiſſet. Veruntamen ſic quoque magnis inſtructus copiis, partem earum in Lucaniam, ad diſtinendum alterum Conſulem miſit; ipſe Man. Curium oppugnare aggreſſus eſt, facilem ſibi reliquam victoriam fore ratus, ſi hunc ſuperauiſſet. Romanus autem, gnarus phalangi Macedonicæ, ſi explicari poſſit, nullam aciem parem eſſe, locis impeditis ſe tuebatur: & quoniam ex Lucania ventura ſperabat auxilia, ſimul etiam auſpicia & exta parum læta erant, copiam pugnandi minime faciebat. Tanto vehementius cupiebat confligere Pyrrhus, priuſquam duo Conſulares exercitus coniungerentur. Igitur adſumptis ex omni exercitu promptiſſimis quibuſque, præter aliquot elephantos, noctu, quo falleret hoſtem, ad caſtra Romanorum ſtatuit accedere. Dum autem ad iter & oppugnationem futuram omnia apparantur, ipſe in ſomnum lapſus maiorem ſibi dentium partem excidere, & ex ore copioſum erumpere ſanguinem imaginatus eſt. Eo viſu perplexus, abſtinere in id tempus rebus gerendis decreuerat: ſed amicis obteſtantibus, *ne occaſionem forte non redituram elabi pateretur*, ſignum ad proficiſcendum dari iuſſit. Circa Maleuentum vrbem (hoc enim tum adhuc nomine erat) montoſa, & ſyluestria loca ſunt: quæ deinde paulatim æquioribus cliuis demiſſa poſtremo in planitiem late patentem deſinunt, qui *Taurasini campi* appellantur. Itaque Pyrrhus ex inferioribus locis per obliquos colles & ſaltus inſiſtens itinere, quum lumina defeciſſent, erroribus & ignorantia

Anno ab Vrbe Condita CDLXXIIX

Curius ad nomẽ non reſpondentem in ſeruitutem vendit

Ambo Conſules in [illegible] profecti.

CAPVT XXIIX.

Pyrrhus Curiũ aggreditur. Romanus ducit bellum.

CAP. XXIX.

Pyrrhus properat.

Ad caſtra Romana ducit.

CAP. XXX. locorum tardatus, luce iam orta ex caſtris Romanis conſpici cepit. Commotis inopinato hoſtis aduentu animis, quia tamen dubium haberi non poterat, quin pugnandum foret, extaque victimarum lætiora fuerant,

Conſul contra aggreditur.

Conſul celeriter ex caſtris progreſſus, primos quosque hoſtium diuulſos à ſuis & incompoſitos adoritur, pellitque: Hi in ſuos incurrentes totum agmen turbauere; cæſusque eſt militum haud exiguus numerus, & nonnulli elephanti à ſuis relicti venerunt in poteſtatem victoris. Hic ſucceſſus animauit Curium, vt inſiſtendum fortunæ putaret, & cum vniuerſis copiis ad pugnam inſtructis paratisque in campum ſe demitteret. Neque Epirenſes moram fecere.

Prælium committitur.

Concurſum eſt vtrinque ferociter, ſed quod priore certamine Romanus ſuperior fuerat, plus etiam in præſens animorum atque ſpei attulerat. Cedentibus Epirotis, iterum à belluis ſubſidium petiit Pyrrhus, alteroque ſuo cornu fugiente, viciſſim in altero

CAPVT XXXI.

Romanos ad præſidia ſua pedem referre coëgit. Firmam ibi ſtationem iturus in pugnam Conſul conſtituerat: hanc igitur recentibus viribus excipere prœlium, & elephantos amoliri iubet.

Elephanti igni magis quam ferro auertuntur.

Aduerſus hæc animantia promptam atque facilem opem vſus monſtrauerat: ignique magis quam ferro auerti poſſe ſuperiores docuerant pugnæ. Parati igitur erant malleoli, ſtupa & pice multa obducti, quos incenſos ardentesque in terga & turres belluarum iaculabantur: ii, ſiue cuti elephantorum, ſiue ligno turrium inſediſſent, vncis præacutis infixi hærebant. Quum igitur hi, & vna varii generis miſſilia ex ſuperiore loco confertim iacerentur, elephanti partim terrore flammæ, partim dolore vulnerum in furorem acti,

Pyrrhi aciem turbant.

quum amplius à magiſtris regi nequirent, in ſuorum aciem retroceſſerunt, omnia, quo impetum verterant, trepidatione & clade miſcentes. Narrant initium ſtragis ab elephanto pullo ortum, qui telo ictus in capite, quum ſtridorem querulum edidiſſet, matrem primum ad notam vocem exſilientem, deinde hac etiam tumultum augente, ceteras belluas omnes turbauerit auerteritque.

CAPVT XXXII.

[illegible]

Magna ea pugna & numero cæſorum, & victoriæ fructu fuit. Tum enim debellatum eſt cum Pyrrho, neque ceteri deinceps Itali diu, neque poſt Italiam, aliæ nationes Regesque reſtiterunt. Triplo maiorem ea pugna numerum in regiis partibus dimicaſſe tradunt. Octoginta enim peditum, ſex equitum millia fuiſſe: ex his qui plurimum, ſex & triginta millia; qui minimum, ſex & viginti cæſa memorant. captos mille trecentos, cum elephantis octo. Pyrrhus cum paucis equitibus Tarentum effugit. Capta eius caſtra admirationi fuiſſe dicuntur, & in poſterum vſui. Antiquitus enim & Romani & alii populi caſtra paſſim per corpora cohortium conſtituere, mapaliorum in morem, ſolebant: primus totum exercitum Pyrrhus di-

menſa

menſis rite ſpatiis ſub eodem vallo continuiſſe fertur: atque illo exemplo adiutos Romanos, additis quæ ex vſu viderentur; ad metationem caſtrorum, quam ſequentibus temporibus perfectiſſimam habuere, perueniſſe. *Pyrrhus caſtra metandi artifex.*

CAPVT XXXIII. *Cenſura ſeueritu.*

Hic annus republica belli præclare feliciterque geſta, domeſticis quoque rebus & notabili ſeueritate diſciplinæ vrbanæ illuſtris fuit. Q. Fabricius Luſcinus, Q. Æmilius Papus, concordem cenſuram exercuerunt. multis equi publici adempti ſunt; quidam etiam in Senatu legendo præteriti. Sed maxime inſignis ad memoriam P. Cornelii Rufini nota fuit. Bis Conſul & Dictator fuerat, rebuſque magnis bello geſtis triumphauerat. Hunc igitur Senatu mouerunt Cenſores, cauſamque iſti animaduerſioni ſubſcripſerunt, *quod eum comperiſſent argenti facti cœna gratia pondo decem habere.* Iſque caſus non hominis modo, ſed familiæ ad longum deinde tempus fuit: nec ante Sullam Dictatorem quiſquam ex ea ſummis honoribus vſus eſt. Tanta temporibus iſtis parcimonia, tantuſque in eadem ciuitate poſtea luxus fuit, vt quæ ſupellex apud poſteros contemptiſſimæ vilitatis argumentum futura erat, eadem à prioribus pro intolerabili luxuria damnaretur. Cenſu perfecto luſtrum conditum eſt: cenſa ciuium capita ducenta ſeptuaginta vnum millia, ducenta, viginti quatuor. *Ciuium cenſorũ numerus.*

CAPVT XXXIV. *Conſilium Triumphi.*

In exitu anni Conſul vterque triumphantes Capitolium inuecti ſunt. Prior Curius: cuius & triumphus quum fama rerum, & lætitia ſucceſſus, tum etiam ſplendore pompæ illuſtrior fuit. Nam ad eam diem ex vicinis & pauperibus populis in apparatu triumphi nihil ferme niſi arma fracta, aut carpenta Gallica: in præda, niſi greges & armenta ducta fuerant: tum vero & varietate gentium quarum captiui ante currum ducebantur; & ſpoliorum pulchritudine ac magnificentia celebris ſpecies fuit: quum Epirotæ, Theſſali, Macedones, Apuli, Lucani, Brutij, vincti ante currum agerentur: præferrentur autem tabulæ pictæ, ſigna nobilium artificum, aurum, purpura, ceteræque transmarinæ elegantiæ, & Tarentini luxus inſtrumenta. Sed præcipui miraculi gaudiique ſpectaculum elephanti fuere. Cum ipſis turribus ſuis quatuor (nam reliqui ex vulneribus interierant) tum primum Romæ viſi ſunt: vulgus à nomine animalis quod hactenus maximum nouerat, & loci vbi primum conſpexerat, *boues Lucas* vocitabat. *Man. Curii pulcher ac magnificus.*

CAPVT XXXV. *Lentuli obſcurior, nec tamen ſpernendus.*

Alterius conſulis paucos poſt dies obſcurior triumphus fuit. Neque tamen illi pœnitendæ res fuerunt. Samnites & Lucanos vicerat: oppida multa ceperat, ſed comparatione Curianæ gloriæ, horum ſplendor æſtimatioque decreſcebat. Inter eos qui virtutis ergo donati ſunt, Ser. Cornelio Merendæ auream coronam ex præda dedit, ob Samniticum quoddam oppidum, eius maxime opera captum. Romanis ad hunc modum victoriæ ſuæ lætitia fruen-

Digitized by Google

tibus, longe diſpar animorum habitus apud hoſtes erat. Ii iam olim imperio Pyrrhi minime læti, poſt infelicem pugnam, animis timore atque indignatione plenis, nihil quietum agitabant. Rex ipſe dudum Romani belli pertæſus, & nunc deſperata penitus victoria, nihil niſi rationem tutius honeſtiusque diſcedendi meditabatur. Sed diſſimulato interea conſilio, hortabatur ſocios, *ne ob vnum aduerſum prælium conciderent animis: non plus eos cladis poſtrema hac pugna accepiſſe, quam prima intuliſſent: neq; ideo Romanos ad pacem etiam bonis conditionibus permoueri potuiſſe. horum conſtantiam ſi ipſi quoque æmularentur, ſeque fortunæ vertenti ſeruarent, omnia commodius habitura; ſupereſſe vires adhuc diuturno bello ſuffecturas. In Græcia multos potentes amicos ſe habere, à quibus certa auxilia expectare poſſit.*

Pyrrhus diſceſſum ex Italia meditatur.

CAPVT XXXVI.

Ptolemaus Macedoniæ Rex.

Neque hæc incredibiliter ſingebantur: quum & antea, præſertim à Ptolemæo qui Macedoniæ tum præerat, luculenter adiutus fuiſſet: & in magna exiſtimatione apud Græcos barbarosque eſſet; aliisque beneficiorum memoria, aliis metu deuinctis, ab Ætolorum gente temporibus iſtis potentiſſima, ipſisque Macedonibus, præterea Illyriorum regulis coleretur. Ceterum hæc ita iactabat, magis vt deſciſcere parantes ſocios in fide retineret, donec aperto ad nauigandum mari regnum repetere poſſet; quam quod aut bellum in Italia continuare vellet, aut magnam ſpem in transmarinis auxiliis haberet. Dimiſſis tamen circum Aſiæ Macedoniæq; Reges legatis, ab aliis pecuniam, ab aliis auxilia; ab Antigono, qui Macedoniam tenebat, vtrumque poſtulabat. Hac ſpe vtcunque retenta ſociorum voluntate, quum interea diſſimulanter omnia parauiſſet ad diſceſſum, legati cum literis ab Antigono redierunt. Conuocatis igitur ſuorum Italorumque principibus, non quidem quas acceperat literas recitauit, ſed fictitias alias, quibus paulo poſt ab Antigono auxilia magna adfutura eſſe continebatur.

Pyrrhi artes in tegendo conſilio abitus ſui.

CAPVT XXXVII.

Pyrrhus in Epirum reuertitur.

Hoc aſtu non ſociis modo deluſis, ſed etiam Romanis qui propinquo loco præſidium agitabant, conſequuta nocte citra vllum impedimentum vela fecit, Cerauniosque montes (Epiri id promontorium eſt) tenuit. Sed quo minori turpitudine deſeruiſſe bellum videretur, fidesque hominibus fieret, perfectis quibus euocatus eſſet rebus reuerſurum, Milonem ad cuſtodiam arcis Tarentinæ reliquit; eique vt non modo ſpe præmiorum, ſed etiam paris exitii metu in fide maneret, ſellam dedit, cuius lora erant ex Niciæ pelle, quem compertis in caput ſuum inſidiis occiderat. Huic igitur addito præſidio militum, cum ceteris copiis, octo peditum millia, quingenti equites erant, ſexto quam exiuerat anno, patrium in regnum reuerſus eſt.

Anno ab Vrbe Condita CDLXXIX.

Interea Romæ quum comitia centuriata haberentur, Pyrrhusque bellum inſtauraturus putaretur, M. Curium refici Conſulem placuit; quod vnus ille aduerſus

Regem

Curii auctoritas & fortuna.

Regem optime geſta re, ad reliqua quoque belli plus auctoritatis & fortunæ allaturus videretur. Ex patriciis Ser. Cornelius Merenda factus eſt eum quoq, prouehente recenti gloria, & commendatione gentilis ſui, ſub quo priore anno militauerat.

CAPVT XXXVIII.

His conſulibus in Lucanos, Samnitesque & Brutios conuerſa belli moles eſt. qui quum locis potius quam armis ſe defenderent, nihil rei ad reliquarum exemplum memorabilis geri potuit. Neque tamen imminuta inde Curii gloria eſt, ſic quoque iudicantibus omnibus, Regem acerrimum, non modo cladem acceptam, ſed etiam ducem aduerſus ſe denuo venturum Curium exhorruiſſe. Confecti itaque belli huius, fugatique ex Italia Pyrrhi penes illum laus atq; fama permanſit.

Prima legatio ab Alexandrinis Regibus.

Anno ab Vrbe Condita CDLXXX.

Anno qui tertium Curii conſulatum ſequutus eſt, primum ab Alexandrinis Regibus legati cum muneribus Romam venerunt in C. Dorſonis, C. Claudii Caninæ magiſtratu. Ptolemæus cognomento Philadelphus, audita Pyrrhi fuga gratulatum miſit, petiitque, *vt populi Romani ſocius & amicus haberetur.* Lætum id honorificumque Patribus viſum, quod amicitia Romana vltro à tam potentibus tamque longinquis Regibus ambiretur: igitur comiter acceptis habitiſq; legatis, ſocietatem cum Ptolemæo iungi placuit: ſimul delecti ex illuſtribus, qui confirmandæ eius, reddendique officii gratia legatione ad Regem fungerentur, Q. Fabius Gurges ex Conſularibus, & cum eo C. & Numerius Fabii Pictores, Quintusque Ogulnius.

Societas cum Ptolemæo iungitur.

CAPVT XXXIX.

His profectis, aduerſus Italicos populos, qui arma adhuc neceſſitate & deſperatione retinebant, à Conſulibus feliciter dimicatum eſt. Maiores alterius res fuiſſe viſas, triumphus C. Claudii Caninæ argumento eſt, quem de Lucanis, Samnitibus, Brutiis, in magiſtratu ſuo duxit Quirinalibus. Sed rerum foris proſperarum lætitiam nonnihil turbauit Sextilia, quæ Veſtalis virgo quum eſſet, inceſti comperta, temeratis religionibus, infenſos ciuitati deos effeciſſe credebatur. Sed piaculis & ſacris placata deum ira, ſacerdosque verſo in noxium caput ſupplicio, ad portam Collinam viua defoſſa eſt.

Sextilia Veſtalis viua defoditur.

Iiſdem Conſulibus Coloniæ deductæ ſunt, Coſa in Volſcientibus, & in Lucania Pæſtum, quæ Græcis Poſidonia vocatur. Eam Lucani Sybaritis ademerant: ab his recens in ditionem populi Romani peruenerat.

Finis belli Samnitici & Tarentini.

CAP. XL.

Anno ab Vrbe Condita CDLXXXI.

Illuſtrior annus ſequentis memoria eſt, qui finem belli non aduerſum Samnitas modo cæteroſque, ſed etiam cum Tarentinis attulit. L. Papirius Curſor, Sp. Caruilius ſecundum Conſules, Samnitas Brutiosque & Lucanum cum Tarentino populo prouincias nacti, expectationem hominum (nam in ſpem hoc anno finiendi belli par iſtud Conſulum ſtudioſe delectum fuerat) conſiliis factiſque magnificis expleuerunt. Et Samnites quidem à Caruilio perdomiti primum atq; ſeptuageſimum

Samnites à Caruilio perdomiti.

Bruti & Lucani a Papirio.

post [illegible] ne [illegible] L. Papirius [illegible] ma-gni [illegible] in vr-bis multi [illegible] bello [illegible] ipsarum [illegible] Papirio cum Samnitibus, [illegible] Bruti-Lucanisque, & vtrique cum Tarentinis res fuit. Nec enim [illegible] co-piæ Tarentinorum fusæ fugatæque, sed ipsa quoque [illegible] in fidem ac-cepta est. Quod negotium, quia præter [illegible] vrbis, Pyrrhi Regis mortem, & Carthaginiensium [illegible] & prima æ-mulationum inter Pœnos Romanosque initia continet, paulo al-tius explicandum est.

CAP. XLI.

Pyrrhi successus in Macedonia.

Pyrrhus ante biennium ex Italia [illegible] fu-gerat, vt relicto in vrbe Tarentina præsidio spem reditus sui faceret: et paulo post nouo Regis titulus in Macedonia successu non parum aucta Italorum animos aduersis præsentia damna sustentauerat. Vir enim ar-dentis animi quum diu quiescere non posset, Antigono, quod in Italia belligerantem nullis auxiliis iuuisset, bellum intulerat, eumque prælio victum vniuerso prope regno eiecerat. Vnde Romanis quoque con-tinuus per ea tempora metus fuit, ne auctioribus copiis regressus in Ita-liam, maius priore bellum excitaret. Sed inopinata mors Regis spem metusq. omnium subito incidit atque sustulit. Pyrrhus enim, vt erat potentiæ in immensum augendæ insatiabiliter appetens, per caussam re-ducendi in regnum Spartæ Cleonymi, qui cum Areo dissidebat, Pelopon-nesum ingressus, ad illam etiam occupandam adiecit animum. Et Lace-dæmonios quidem, licet vrbe frustra oppugnata, magnis adfecit incom-modis.

Ingressus in Peloponnesum.

CAP. XLII.

Sed Argis interea, quum aduersæ factiones duæ essent, principes earum Aristippus Antigonum, Aristias Pyrrhum ad opprimendos ini-micos aduocat. nam & Antigonus, contra communem hostem La-conibus auxilio futurus, in Peloponnesum venerat. Ita diuersis portis, sub eandem noctem, vtriusque Regis copiæ in Argiuam vrbem recipiun-tur.

Prælium in vrbe Argiuorum.

Pyrrhus cognito vrgeri suos, vrbem & ipse ingressus, quum die iam oriente lupum & taurum ex ære, certantium inter se habitu, vidis-set; imminentis fati indicio exhorruit. Oraculum enim erat vetus, fa-talem Æacidæ locum fore, vbi taurum cum lupo dimicantem specta-uisset. Igitur retrahere copias, & ex vrbe recedere cogitabat. Sed oc-currentes cum Heleno Pyrrhi filio subsidiarii milites elephantique clau-serant exitum: hisque in vrbem irrumpere, illis extre nitentibus, quum hostes etiam acriter insisterent cedenti turbæ, & in angustiis viarum spaciis Argiui, Macedones, Epirotæ, quique cum Areo venerant Spar-tani Cretesque, adhæc elephanti quidam truderent inter se truderentur-

que

CAP. XLIII.

Pyrrhi vulnus.

que omnia trepidatione & tumultu miſcebantur. Dum inter hæc Pyrrhus vbique conſiliis, clamoribus, manu, ſeruare ſuos, arcere hoſtes, ſatagit; à iuuene quodam Argiuo lancea leuiter vulneratus eſt. Matrem hic habebat anum paupérculam, quæ cum aliis mulieribus ex tecto domus prœlium ſpectans, quum Pyrrhum in auctorem vulneris ſui toto impetu ferri videret, periculo filii attonita, protinus tegulam corripuit, ac vtraque manu libratam in caput Regis demiſit. Tam inhonorus & miſerabilis exitus Pyrrho fuit, quo maiorem animi robore, ſolertia conſiliorum, ſcientia rei militaris, multiſque præterea corporis ingeniique bonis, ætas illa non tulit. Sed fructum laboris operumque ſuorum, & ornamenta virtutum, ambitione corrupit, felicior futurus, ſi ſuis rebus contentus; potentiſſimus autem omnium, ſi quam in quærendis opibus induſtrius fuit, tam in retinendis circumſpectus eſſe potuiſſet.

Mors & Elogium.

CAP. XLIV.

Italiæ populi amicitiam Romanam quærunt.

Tarentinorum & Milonis inimicitia.

Hæc igitur poſtquam in Italia ſunt audita, pro variis hominum ſtudiis, lætitia luctuue ciuitates adfecere. Sed alii quidem populi, qui ſuæ ſpontis erant, pacem amicitiamque Romanorum, quibus poterant, conditionibus redimebant: Tarentinum, ne ſuis conſiliis vteretur, præſidium Epirotarum & præfectus arcis Milo vetabat. Inter quos res paulatim ex leuioribus iniuriis atque contumeliis in apertas inimicitias proceſſerat. Itaque maximis in difficultatibus conſtituti Tarentini, quum extra mœnia Romanos hoſtes, intus Epirotas haberent; miſſis legatis auxilium à Carthaginenſibus petiuerunt. Pœni, qui Siciliæ magnam partem tenerent, & maritima Italiæ loca ſibi quam Romanis accedere mallent, ſpecie ad eiiciendum Milonem, ceterum ſi Tarento potirentur, etiam aduerſus Romanos tuituri, cum inſtructa claſſe prompte accurrerunt. Quum inter hæc etiam L. Papirius Conſul adueniſſet, vndique clauſa Tarentus erat, Romanis à terra vrbem ſimul arcemque, Pœnis eamdem arcem à mari obſidentibus.

CAP. XLV.

L. Papirii conſilium ad occupandum Tarentum.

Milo Tarentum Conſuli prodit.

In hoc ſtatu rerum, quum haud minor Romano cura eſſet, ne Carthaginenſes arcem caperent, quam ne à ſe non caperet, omnes victoriæ rationes ſubtiliter indagans, Milonem per idoneos internuncios tentat, *ſi Tarentum eius opera obtinuiſſet, ipſum popularesque cum rebus ſuis incolumes dimiſſurum eſſe* pollicitus. Milo nihil ex præſentibus videns tutius, cum Tarentinis agit, *vt cuncti conſilio de communi ſalute deliberarent*: ſenſimque perſuadet, *vt ſe legatum ad L. Papirium mitterent, de conditionibus ex omnium vtilitate ferendis diligenter acturum.* Vt homines tædio curarum periculorumque feſſi libenter adſenſi ſunt, ad Conſulem identidem profectus, qui cum fallaciam iſtam compoſuerat, lenientes plerumque conditiones, & ſpem non pœnitendæ pacis certam referebat. Ea credulitas, ſi quid in animis Taren-

uno.

Digitized by Google

tinorum diligentiæ ac curæ superesset [illegible] occasionemque Miloni [illegible] Romanis traderetur. [illegible]

CAP. XLVI. *Carthaginenses discedunt.*

cos Romanorum se ferentes [illegible] *Milonem venisse*, [illegible]. [illegible] nitos, *si Tarentinæ rei se immiscerent* [illegible] do denunciationem hanc [illegible], [illegible] Tarentina contra Romanos auxilia Pœnis [illegible] bellum quod aduersum Carthaginenses in Sicilia [illegible], quamquam Pœni periurio culpam tegere [illegible] *lo factum esse* [illegible]. Ego sicut non abnuerim [illegible] duces tale quid agi potuisse; dum Romanus Pœni [illegible] patitur, Pœnus instituto suo quam potest caussam prætexit [illegible] ipsos publice isthæc disputauisse: ita veriores belli [illegible] caussas alias fuisse existimo: quod neque statim bellatum est, & postea natum in Sicilia bellum, ob Mamertinos præcipue, manentibus adhuc Punicis fœderibus, exarsit. Aucto ad hunc modum imperio redeuntes Romam Consules à gratulantibus excepti, magno omnium fauore, magnaque sua gloria triumpharunt.

Non fuit [illegible]

[illegible] *Triumphi.*

CAPVT XLVII. *Legati Alex. missi reuertuntur.*

Inter hæc Q. Fabius Gurges & ceteri qui missi Alexandriam fuerant, in Senatu legationem renunciarunt. *Omni se genere hospitalitatis ac beneuolentiæ acceptos habitosque: munera venientibus magnifica missa* [illegible] *maiora etiam data discedentibus. Sed priora quidem illa modeste recusari, magis ex dignitate abstinentiaque Romana visum esse: cetera quæ omnino recipienda fuissent, a se prius quam* [illegible] *rerum quidquam agerent, in ærarium populi Romani delata esse: Sed & Alexandriæ, quum ad solennes epulas inuitatis, more apud Reges vsitato, coronæ aureæ missæ essent, eas ominis caussa acceptas, noctu statuis Regis impositas fuisse.* Senatus & successu legationis, & grauitate legatorum [illegible] lætus, gratiis actis *quod sua continentia mores Romanos externis* [illegible] *bus venerabiles reddidissent*: restitui munera, quæ in ærarium detulerant, præcepit. Continuo populus, *ita demum rempublicam optime gestum iri* dictitans, *si ditescendi ex publicis negotiis infame studium tolleretur*, [illegible] sciuit: quæstoribusque pecuniam eam vti iussi erant prompte restituentibus, digni hoc abstinentiæ fructu homines, pari gloria & [illegible] Ægyptias opes, & receperunt.

Q. Fabii honores.

Q. Fabium qui caput legationis eius fuerat, hoc quoque nomine prælatum tot egregiis viris existimo, vt à Censoribus M. Curio, L. Papirio Princeps senatus legeretur, quum nobilitate domus, & paternis meritis, simul consulatibus duobus [illegible] que triumphis, nulli iam honori impar videretur. Iisdem Consulibus

M. Cu-

CAP. XLIIX

Anienis aqua in Vrbem ducitur.

M. Curius Cenſor Anienis amnis aquam in Vrbem ducendam locauit, ex manubiis hoſtium. Ex quibus adeo priuatim ditari noluit, vt aliquando, quum à maleuolis interuerſæ pecuniæ argueretur, gutto ligneo, quo ad ſacrificia vti conſueuerat, in medium prolato, iurauerit *ſe nihil præterea de præda hoſtili, ſuam in domum intuliſſe.* Vir profecto tum rerum geſtarum magnitudine, tum etiam aliarum virtutum illuſtribus experimentis meritus, vt quædam eius inſigniora dicta factaque, modico excurſu adnotentur. Neque vero indignum, aut hiſtoriæ condendæ officio alienum iudico ea referri, per quæ homines in republica verſaturi, haud ſane minus quam conſiliis operibusque militaribus, ad felicitatem ex virtute petendam inſtruantur. Bello Sabino quum tantum prædæ fuiſſet, vt tum primum Romanos guſtum diuitiarum cepiſſe ſcriptor hiſtoriæ Fabius autumet, Curius nihil ex tam opulenta victoria, præter conſcientiam famamque ſibi vindicans, in priſtina paupertate duritieque manſit: etiam publicæ continentiæ magiſter idem idoneus, & ſeuerus cuſtos.

Man. Curii inſigniora dicta factaque.

CAP. IL.

Agri enim captiui parte maxima publicata, priuatis haud amplius quaterna dena iugera viritim diuiſit; ipſe quum ſenatus maiorem ei portionem adſignaret, eodem quem ceteris dederat agri modo contentus fuit, *malum eſſe ciuem* dictitans, *cui non idem, quod aliis, ſatis eſſe poſſet.* Hæc deinde in Sabinis villa Curiana fuit, in qua forte rapa torrentem victi nuper Samnites quum adiuiſſent, ingensque pondus auri adferrent dono; *ego hæc*, inquit, *in fictilibus meis eſſe malo, & aurum habentibus imperare.* Cui villæ cum vicina prædia ſenior Cato poſſideret, eo ventitabat crebro, tenuemque caſam, & ruſculum, quod vir tantus poſt tres triumphos manibus ſuis foderat, cum recordatione vitæ abſtinentiſſime actæ contemplatus, animum ad parem conſtantiam, antiquæ ſimplicitatis & virtutis æmulatione componebat. Et profecto viris haud aliis opus fuit ad imperii futuri tam firma ponenda fundamenta, quæ & impoſitam molem perferre poſſent, & non exteris modo concutientibus reſiſterent, ſed ipſis quoque domeſticis vitiis ægre vixque conuellerentur.

Villa Curiana.

A Seniore Catone frequentata.

Digitized by Google

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER QVINTVS.

In locum lib. XV. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XV. Liuiani.

VICTIS Tarentinis pax & libertas data est. Legio Campana, quæ Rhegium occupauerat, obsessa, deditione facta, securi percussa est. Quum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam iuuenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data: coloniæ deductæ, Ariminum in Piceno, Beneuentum in Samnio. Tunc primum populus Romanus argento vti cepit. Vmbri & Salentini victi in deditionem accepti sunt. Quæstorum numerus ampliatus est, vt essent octo.

SVperatis post multa certamina validissimis hostibus, partaque per Italiam pace, supererat ea deliberatio Patribus, quemadmodum victoria bene vterentur. Mulctari parte finium omnes, qui arma contra tulerant, populos placuit: seueriore aduersum Tarentinos vindicta, quanto intemperantius offenderant. arma nauesque tradere iussis, muri quoque diruti sunt, tributumque ciuitati impositum: pax modo cum libertate concessa. Nihil deinde visum antiquius, quam perfidiam puniri legionis, quæ Rheginis dolo circumuentis, oppidum eorum decimum iam annum pro suo possidebat. Hi quum ante preuidissent, Romanis rebus quotidie lætioribus, suum scelus inultum non fore, quidquid ad communiendam vrbem, viresque defensioni parandas pertinebat, solicite administrauerant: non ignari, quod fraude vique partum esset, nisi iisdem illis artibus diu retineri non posse. Præter insitam ferociam freti erant amicitia Mamertinorum; successuque aduersus Carthaginenses, deinde Pyrrhum, quo vrbis suæ animorumque fortitudinem experti fuerant, hostibus ab obsidendi consilio cito depulsis. Itaque in tantum creuerant rebellium & desertorum animi, vt Crotonem prodentibus quibusdam capere ausi, præsidium Romanum trucidare, vrbem diruere sustinuerint. Igitur L. Genucio, qui cum C. Quinctio Consulatum eo anno gerebat, mandata est vltio: compulsisque intra mœnia per-

Tarentini puniti.

Rhegium tenentes defectores ad defensionem se parant.

CAP. II.

Anno ab Vr-

perduellibus vrbs obſeſſa. Sed illis ſuas & Mamertinorum vires non inſtrenue opponentibus, quum incommoda quædam paſſus Conſul etiam rerum neceſſariarum penuria laboraret, ab Hierone, qui Syracuſis principatum obtinebat, frumento & milite adiutus eſt. Hic enim Mamertinis infenſus, etiam ſocios eorum Rhegium tenentes oderat: incrementis quoque Romanorum, vt eorum animos ad vſum ſequentium temporum beneficiis occuparet, mouebatur. Sic ad extremum ad deditionem vrbe coacta Mamertinos certis conditionibus adſtrictos dimiſit Conſul, perfugas & latrones, quorum multi Rhegium, velut ad aſylum concurrerant, adfecit ſupplicio: legionarios autem milites abduxit Romam, vt de ipſis Senatus ſtatueret. Magnum inde publicæ ſeueritatis exemplum ſequitur. Senatus primum *omnes qui adducti à Conſule fuerant, in carcerem condi iuſſit: vt inde ad ſupplicium capitis promerentur.* Deinde, quum interceſſiſſet Senatusconſulto tribunus plebis M. Fuluius Flaccus, denuncians, *in capita ciuium Romanorum aduerſus leges & morem maiorum animaduerteretur*; conſtantia Patrum tribunitii clamores ſpreti ſunt: ſuppliciumque de nocentibus ſumptum. Ne tamen inuidia facti tam acerbi, plebisque mœſtitia grauior foret, ſi tanta hominum multitudo eodem tempore interficeretur; ſingulis diebus quinquaginta ducti ſunt, quos virgis cæſos ſecuri percuſſerunt. Senatus etiam corpora ſepeliri, mortemque cuiusquam eorum lugeri vetuit. Decius Iubellius, qui ad eam vsque diem oculis ſuis ſuperſtes vixerat, vt maiore cum dolore moreretur; in carcere manus ſibi attulit. Plures auctores ſequutus legionem totam, hominum millia quatuor Romæ in foro ſecuri percuſſa retuli. Sed verius puto quod à Polybio traditur, *ex ea legione viuos in poteſtatem veniſſe admodum trecentos; reliquum numerum dum vrbs capitur ferociter repugnando cadi maluiſſe, non ignaris omnibus poſt delicta tam enormia nihil ex deditione aliud, quam plures cruciatus, mortemq; grauiore cum ignominia coniunctam expectari poſſe.* Vrbs Rhegina prioribus incolis, quod eorum vsquam reperiri conquirique poterat, cum libertate legibusque ſuis, reddita eſt. Hoc iuſtitiæ fideique documentum Romanæ ciuitatis exiſtimationem largiter auxit: neque minus amoris eo facto, quam per arma metus apud Italicos vicinoſque populos quæſitum. C. deinde Genucii, Cn. Cornelii Conſulatus bellum cum Sarſinatibus habuit. Vmbrorum ea gens Apenninum incolentium, quibus cauſſis in arma fuerit acta, quaque ſpe formidabili iam Romanorum potentiæ ſe oppoſuerit; ſilentibus ſcriptorum reliquiis, diuinare non potui. Totius etiam belli ſeries penitus intercidit,

be Condita. CDLXXXII. *Obſidentur à L. Genucio.*

In poteſtatem veniunt,

CAP. III.

Supplicio adficiuntur.

CAP. IV.

Rhegium prioribus incolis reſtituitur.

Anno ab Vrbe Condita CDLXXXIII *Bellum cum Sarſinatibus Vmbris.*

Digitized by Google

nihilque ad nos ex veteri rerum istarum memoria peruenit, nisi quod à Cn. Cornelio de Sarsinatibus triumphatum est. Asperrimam his Consulibus hyemem fuisse Romæ traditur; vt arbores emortuo succo aruerint, Tiberis densa glacie concreuerit, iumenta & pecudes inopia pabuli contabuerint. tantaque fuit inclementia cœli, vt in foro Romano niues horrendæ altitudinis per dies quadraginta continuos durauerint. Res insulitata, vt fit, à multis prodigii loco habita, vehementi terrore hominum animos percelluit: intentiore statim metu, quum Q. Ogulnio Gallo, C. Fabio Pictore magistratum ingressis multa cernerentur ostenta, multa nunciarentur. Romæ enim ædes salutis, & pars muri sub eodem loco, de cœlo tacta. Lupi tres ante lucem Vrbem ingressi semesum cadauer intulerunt, membratimque laceratum, in foro, ipsi strepitu hominum exterriti, reliquerunt. Formiis mœnia fulmine sæpius icta disiectaque nunciabantur. & in agro Caleno diducta repente terra flammam erupisse alatam, quæ triduo toto flagrans quinque agri iugera vsque in cinerem exusserit, vt non modo fruges eo loco cunctæ, sed etiam arbores radicitus emorerentur. Plus ea res timoris Romæ, quam calamitatis attulit. Nihil enim magnopere consequutum est, nisi quod bellum à Picentibus ortum, annoque sequente confectum eam quoque regionem Romanæ ditioni adiecit. Interea in Vrbe signandi argenti primum initium fuit, auctis iam succellu rerum opibus, quum ad eam diem æs tantummodo Romæ in promiscuo pecuniæ vsu fuisset, tum autem denarii quinariique ex argento cusi, qui pro libris totidem æris essent; aliique minores, qui dupondio & semisse quum æstimarentur, exre sunt sestertii appellati. *Moneta* dicta quod in æde Iunonis Capitolina cuderetur. Cognomen enim illud inditum Iunoni fuerat, quod bello Pyrrhi & Tarentino consulentes de pecuniarum inopia Romanos monuisset, *pecuniam non defore iustitiam & arma colentibus.* Consules Q. Gallus, C. Fabius ad compræhendendum Lollium Samnitem profecti sunt: qui quum obses Romæ fuisset, clam elapsus, castello quodam occupato faciebat latrocinia: populariumque animos vix adhuc certa pace compositos, ad defectionem incitabat. Atque is quidem cum collectitia & maximam partem inermi turba non diu restitit: in Caricinis (ea quoque Samnii pars est, Frentanis propior) laboris periculique plusculum fuit. Dum locus munitus, qui prædarum Lollio receptaculum fuerat, expugnatur; ancipiti casu, ex spe magna in timorem, ex timore ad victoriam subito ventum est. Inducti quidam ex propugnatoribus impunitatis pacto, nocte sublustri Romanos intra

mœnia

CAP. V. *Hyems asperrima.*

Anno ab Vrbe Condita CDLXXXIV *Ostenta.*

CAP. VI. *Argentum signari ceptum.*

CAP. VII. *Caricini.* *Anceps casus.*

mœnia receperunt. Concurrentibus ad tumultum oppidanis, quum manus conſeri cepiſſet, magna vis niuis repente cœlo delapſa conſpectum eripuit prœliantibus. Ea res Caricinis aduerſus locorum ignaros ita profuit, vt maximo in diſcrimine Romana ſigna verſarentur: iamque prope aberat, vt cogerentur referre pedem, quod inter tenebras fieri citra magnum detrimentum nequibat; quum ſubito ceſſante niuium caſu reddita luna eſt; cæcoque metu liberatis promptum ad victoriam iter virtute partum. Eæ turbæ impedimento videntur fuiſſe, ne Picentes iis Conſulibus perdomarentur. Inſequente autem anno P. Sempronius Sophus, Appius Claudius Cæci F. Craſſus conſulatu inito bellum illud aggreſſi, rem ex ſententia confecere. Sub eadem iſta tempora in Piceno, qui ager Senonum Gallorum fuerat, Ariminum colonis occupari placuit: Maleuentum in Samnio: ſed nomine, quod ominoſum eſſe videbatur, mutato, *Beneuentum* colonia dicta eſt. Sabinis, qui ante aliquot annos accepti in ciuitatem fuerant, tum ſuffragii quoque ius datum. In Vmbria res etiam à Claudio geſtæ, Camarinumq; oppidum captum: incolæ ſub corona venditi. ſed quia parum liquida fide geſtum ab imperatore bellum videbatur, vtilitatem populus Romanus iuſtitiæ poſthabuit: *conquiſitosque Camertes redimi ab emptoribus, receptosq; in ciuitatem locum ad habitandum in Auentino colle adſignari, & prædia ſua reſtitui* iuſſit. At Picentinæ victoriæ maius gaudium fuit: resque digna viſa, quæ denariis argenteis nuper cudi ceptis impreſſa, & pluribus ſtatim innoteſceret, & ad memoriam ſeruaretur poſteritatis. Nummos Picum repræſentantes, Saturni filium (nam is gentis auctor creditur) & ab alia parte dextram à magiſtratu Romano porrectam ſupplicanti, ex ſenatuſconſulto cudendos curauit Q. Cædicius Quinti Filius. Et certe luculentam ea gente pacata virium acceſſionem factam vel inde conſtare poteſt, quod trecenta ſexaginta Picentium millia in fidem populi Romani veniſſe traduntur. Eo bello triumphum Conſules meruerunt duxeruntque: inſigniore tamen P. Sempronii gloria, quod aduerſus validiores hoſtium copias, periculoque & contentione maiore certauerat. Res enim prodigioſa tum accidit, vt inſtructa vtrinque acie, ſub ipſum committendi prœlii tempus, terra ſubito moueret. Sed Conſul apta tempori oratione territos militum animos confirmauit: *haud minus hoſtes religione non neceſſaria perturbatos dictitans, eiusq; victoriam fore, qui excuſſo inani metu aduerſarium ſui non bene compotem prior inuaſiſſet. Templo* deinde *Telluri deæ voto, ſi populo Romano victoriam dediſſet*; impetum in hoſtes fecit. Neque hi

CAP. VIII.
Anno ab Vrbe Condita CDLXXXV
Picentes domiti.

CAP. IX.
Eius victoriæ gaudium.

CCCLX. Picentium millia in fidem venientes [illegible]

CAP. X.
Conſul confirmat ſuos terræmotu trepidantes.

Digitized by Google

segnius excepere certamen, cædesque tam atrox fuit, vt etiam victoris exercitus pars minor euasisse dicatur. Ab hoc prœlio, quum alia Picentium oppida, tum caput gentis Asculum, situ murisque tutissimus locus, Sempronio se dediderunt. Huius deinceps exemplo Picentium omne nomen imperata facere pollicitum, à Senatu pacem obtinuit. Iam Italia tota, qua Siculum Ioniumque mare spectat, perdomita, soli restabant Sallentini, qui ad extremas Italiæ oras colunt, qua mare superum Ionio committitur. ad hos igitur à Picentibus bellum, veluti contagione quadam peruasit, iisque M. Atilio Regulo, L. Iulio Libone Consulibus indictum est. Crimini datum, quod Pyrrhum ex Epiro venientem, portubus oppidisque suis recepissent. Ceterum commoditas portus Brundusini, qui eodem vento spirante & dimittere naues potest, & accipere, facilisque inde in Illyricum & Epirum traiectus, quodque opportunius videbatur ipsis Italiæ finibus imperium terminare, veriores belli caussæ putabantur. Triumpharunt ex his ambo Consules vna die, quæ fuit octaua Kalend. Februar. Fusis acie Sallentinis, nobilissimum eo tractu oppidum Brundusinum ceperant: aliaque prospere gesserant: adiuti, vt ferebant, à Pale pastorum dea, quæ *præmium victoriæ* petiisse vltro dicitur, *vt ædes sibi Romæ dedicaretur.* Maiori parte Sallentinorum ab his subacta, victoriam sequentis anni Consules absoluerunt. Numerius Fabius C.F.M.N. & D. Iunius D.F.D. Nepos Pera fuere. Ab his Vmbri simul atque Sallentini in deditionem accepti: Sic vniuersa iam Italia perpacata qua maribus & amne Pado finitur, è vestigio per insulas propinquas, & adsitam Ionio Adriaticoque pelago continentem, aliorum spe, aliorum formidine celebrari Romana magnitudo cepta est. Nam quibus studium erat per iniurias vicinorum crescendi, suis consiliis impedimentum à Romano metuebant: aliis ex diuerso præsidium istud aduersus impotentiam aduersariorum, tamquam diuinitus oblatum amplexantibus. Primi omnium Apolloniatæ missis Romam legatis in amicitiam recipi petierunt. Vrbs illa sexaginta stadiis à mari recedit, à Corinthiis & Corcyræis condita, commodumque portum habet, qua proximus in Græciam à Brundusio traiectus est. Illyricæ Macedonicæque circum gentes colunt: igitur inter potentes & cupidos libertatem suam ægre tuebatur. Ab Senatu non tam ciuitatis eius opes, quæ tenues erant, quam spem futuri, & apertam ad maiora occasionem reputante perquam humaniter accepta est legatio. quo grauior mox vindicta fuit in quosdam ordinis Senatorii iuuenes, qui legatos orta contentione pulsauerant. Q. enim Fabium

Sallentini bello petuntur.

An. ab Vrb. Cond. CD LXXXVI. CAP. XI.

Commoditas portus Brundusini.

Pales pastorum dea.

A.V.C. CD LXXXVII. CAP. XII.

Vniuersa Italia perpacata.

Apolloniatæ legatos mittunt Romam.

Digitized by Google

Fabium neque magiſtratus dignitas, ædilitatem enim gerebat, neque generis amplitudo tutata eſt, quin Apolloniatibus ob eam noxam dederetur. Deditus eſt etiam Cn. Apronius itidem ædilis, eiuſdemque culpæ reus. *Hos* igitur *per feciales legatis Apolloniatarum tradi, quæſtoremq; cum his Brundiſium ire* Senatus cenſuit, *ne quid in itinere legatis à deditorum propinquis amiciſue noceretur.* Magnum ſane fidei publicæ documentum; ſed non inferius prudentiæ: quum enim opinione iuſtitiæ nationum exterarum animos ad amicitiam ſuam attrahere deſiderarent; magnopere intererat, iniurias eorum, qui primi ad ſocietatem iungendam veniſſent, quam accuratiſſime vindicari. neque enim quidquam deſtinatis eorum tam inimicum fieri potuiſſet, quam ſi commiſſum eſſet, vt & Apolloniatas facti ſui, & alios exempli pœniteret. Atque ab hac vtilitate receptum, conſtanterque ſequutis etiam temporibus ſeruatum eſt, vt qui legatos ciuitatis liberæ pulſauiſſent, iis, quorum erant legati, dederentur. Ceterum Apolloniatæ deditis in ſuum oppidum adductis, plus ſe commodi ex humanitate quam ex vindicta conſequuturos prudenter arbitrati, domum incolumes remiſerunt. Hoc anno ab vtroque Conſule, bini ſunt triumphi ducti. D. Iunius ante diem quintum Kal. Octobres, Numerius Fabius ante diem tertium Nonas eiuſdem menſis de Sarſinatibus Vmbrorum populo triumpharunt: Iterum Kalend. Febr. Fabius; Nonis Iunius, de Sallentinis & Meſſapiorum gente quæ Sallentinos accolas auxiliis iuuerat. Is finis eo tempore bellorum Italicorum fuit. Nam quod anno ſequente, Q. Fabio Gurgite tertium, L. Mamilio Vitulo conſulibus, ad Volſinios geſtum eſt, non cum iuſtis hoſtibus bellum, ſed aduerſum ſceleſta ſeruitia pro ſociis vltio fuit. Etruſcorum gens opulentiſſima Volſinii fidem populi Romani contra ſeruos quondam ſuos implorabat. Vſi enim inepto conſilio, ſiue quod ſuperioribus bellis attritas vires ita recreari poſſe ſperabant; ſiue deliciis ipſi diffluentes, armorum laborem fugiebant: ſeruis libertate & ciuitate donatis, ea permiſerunt. Inde communicatis etiam honoribus in Senatum legi, magiſtratusque fieri ceperunt. Ita breui oppreſſis veteribus ciuibus, translataque in ſe republica, datum à dominis libertatem aduerſus ipſos inſolentiſſime exercuerunt. Matronas honeſtas virginesque per vim conſtuprari: maritis parentibusque de iniuria conquerentibus pro vindicta legum, contumelias & ludibria rependi; arbitrio petulantiſſimorum nebulonum rapi, trahi, vexari omnia, Volſiniis iam in morem venerat. Neue prætereatur inſigne monumentum, quem ad finem ſeruilium animorum belluina impudentia poſſit proce-

CAP. XIII. *Eorum violatores deduntur.*

Sed ab Apolloniatis remittuntur

CAP. XIV. *Bini Triumphi Conſulum.*

A. V. C. CDLXXXIIX.

Vulſinii ciuitas & arma ſeruis data.

CAP. XV. *contra dominos exercentur.*

Digitized by Google

procedere, ſi nacta potentiam fuerit; lege lata ſanxerunt; *vti libertinis in patronorum filias ac vxores ſtupri ius eſſet: floremque virginis ingenuæ nupturæ primum aliquis ex ſuo ordine delibaret.* Vulſinienſes igitur veteres, quum neque ferre diutius miſerias iſtas, neque propulſare viribus ſuis poſſent; conſilio clam inter ſe habito, legatos Romam mittere decreuerunt. Ii ſecretis precibus impetrato *vti priuatim in ædibus Senatus cogeretur*, perniciem enim ſibi, ſi res emanaſſet, impendentem proſpiciebant: oratione flebili calamitates vrbis ſuæ expoſuerunt. qua moti Patres, opem miſeris in recuperanda priſtina iura promiſerunt. Sed hæc quum acta ſecreto putarentur, iis qui fuerant accuſati per Samnitem quendam indicata ſunt. Is, quum in ædibus vbi Senatus conuenerat, hoſpes domini ægrotaret, per obliuionem eo in loco relictus exceperat dicta prodideratque. Quæſtiones igitur de legatis Roma reuerſis habitæ ſunt; compertoque negotio, & ipſi & principes alii ciuitatis crudeliter interfecti. Eo iuſtior inferendi belli cauſſa viſa: miſſuſque cum exercitu Q. Fabius Cos. occurrere auſos in fugam vertit, magnumq; fugientium numerum cecidit: ceteros qui intra munimenta ſe receperant, actis operibus oppugnare inſtituit. Sed illis non ſegniter reſiſtentibus, quum leuia vt ſolet certamina crebro fierent, Conſul, dum incautius inter tela verſatur, vulnus accepit, & in eius deinde curatione deceſſit. Obſeſſi, caſu eo cognito, eruptionem ſummis viribus fecere, ſperantes exercitum interitu ducis turbatum, ſi ſubito inuaderetur, à mœnibus ſubmoueri poſſe. Verumtamen euentus prœlii contra dedit: excepti ferociter à militibus Romanis, & in vrbem iterum cum clade compulſi ſunt. Huic ego pugnæ Decium Murem præfuiſſe crediderim: hic enim legatus eſſe Fabio, & poſt necem eius donec ſucceſſor veniret, bellum adminiſtrare potuit. atque inde eſſe reor, quod apud negligentiores hiſtoricos, Vulſinienſis belli cepti finitique titulus Decio Muri adſcriptus eſt. Cenſores eo anno creati Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Blaſio, & C. Marcius, qui quum antea quoque cenſuram geſſiſſet, in hoc honore Cenſorinus appellatus eſt. Memorabilis huius Marcii moderatio fuit, qui accepta poteſtate, quam non ambiuerat, populum ad concionem vocatum grauiſſima oratione increpuit, *quod magiſtratum illum bis eidem mandauiſſet, cuius tempora, non aliam ob cauſſam, quam quia nimia poteſtas eius eſſet, coarctanda ſibi maiores indicaſſent.* Inde profecta lex eſt, qua cautum *ne quis Cenſor iterum fieret.* Eodem anno Quæſtorum numerus ampliatus eſt. Quatuor hactenus ſuffecerant: Vrbani duo: totidem ad bellum exeuntibus Conſulibus adiungebantur. Sed pro-

ximis

Priuatim in ædibus Senatus datur Vulſinienſium legatis.

CAP. XVI.

Res tamen proditur.

Conſul à ſeruis Vulſinienſium vulneratur.

CAP. XVII.

Sed illi cum clade in vrbem compelluntur.

Lex, ne quis Cenſor iterum fiat.

CAP. XIIX.

Digitized by Google

ximis aliquot annis, auctamaiorem in modum republica, vectigalibusque ac portoriis multis accedentibus, duplicari numerum iſtum neceſſe fuit. Appius deinde Claudius qui in magiſtratu Caudex cognominatus eſt, & M. Fuluius Flaccus Conſules ſequuntur; annus cepto primum aduerſus Pœnos in Sicilia bello memorabilis. Tum enim inter duas potentiſſimas ciuitates inimicitiæ primum erupere, quæ multos poſt annos, illatasque & acceptas horrendas clades, non niſi alterius excidio finiri potuerunt. Sed prius de Carthagine quædam altius repetenda ſunt, quam ad bellorum iſtorum expoſitionem accedamus. erunt enim his in rebus enarrandis multa intellectu iudicatuque difficiliora, niſi primum origo vrbis & incrementa cognoſcantur.

A.V.C. CDLXXXIX. *Initium Belli Punici primi.*

Carthaginis origo & incrementa.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER SEXTVS.
In locum lib. XVI. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XVI. Liuiani.

ORIGO Carthaginenſium, & primordia vrbis referuntur, contra quos & Hieronem regem Syracuſanorum auxilium Mamertinis ferendum cenſuit ſenatus: quum de ea re inter ſuadentes, vt id fieret, diſſuadentesq́; contentio fuiſſet. transgreſſis tum primum mare equitibus Romanis, aduerſus Hieronem ſæpius bene pugnatum. Petenti pax data eſt. Luſtrum à cenſoribus conditum. cenſa ſunt ciuium capita CCXCII. *millia,* CCXXIIII. D. *Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus. Colonia Eſernia deducta eſt. Res præterea contra Pœnos & Volſcos proſpere geſtas continet.*

CArthaginem à Tyriis Phœnicibus conditam eſſe, præter veteris hiſtoriæ fidem, etiam perpetua ciuitatum iſtarum, donec floruerunt, amicitia; præterea linguæ nunc quoque manentis manifeſta ſimilitudine certum atque teſtatum eſt. Ex ea gente ferunt Eliſam, quæ & Dido cognominata eſt, filiam A- *Eliſa, quæ &*

Dido Carthaginis conditrix.

genoris Belo geni[illegible], quod P[illegible] [illegible] [illegible] immissam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Afri- ex [illegible], pen[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] parum admodum vel tantæ [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] spem nullam [illegible] [illegible]. Quippe [illegible] [illegible] [illegible] emisse Elisa creditur, quum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tissima lora dilecto [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] intellige- bant peti, comprehendit; [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quam ex eo

Arx Carthaginis Byrsa.

Byrsam appellatam putant. Inde multis conuenientium [illegible] [illegible] aduenis colendorum sedes iuxta [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] ciuitatis effectum esset, Afrique mansuetos homines & diuites [illegible] [illegible] cuperent, facile adsensi sunt venientibus ab Vtica legatis, qui *suo exemplo* (nam & Vtica colonia Tyriorum erat) *ad condendam in locis vrbem* hortabantur. Ita conuenit, vt Afri sedem oppidi Phœnicibus conce- derent: [illegible] annuum eo nomine vectigal penderent Afris. Opere perfecto

CAP. II.

Carthaginis nomen.

Elisa lingua sua nomen imposuit *Carthadas*, quod vrbem nouam signi- ficat. Græci Carchedona, Romani aberrante, vt fit, pronunciatione Car- thaginem vocauerunt. Ea quum & vicinos fauentes, & populum in- dustrium, &, quod maximum est, sapientem reginam haberet, ad gran- dis incrementis breui conualuit. Hæc ante Romanam vrbem condi- tam anno circiter septuagesimo acta videntur: nam inter auctores, vt in re tam antiqua parum conuenit. Sed Elisæ quemadmodum vita ca-

[illegible] mors.

suum varietate nobilis, sic etiam memoranda mors fuit. Iarbas Africa- næ cuiusdam gentis regulus nuptias eius ambibat, ni adsequeretur, bel- lum minitans. Sed illa castitate insigni, & mariti prioris amore, nu- ptias auersabatur: bellum rebus adhuc nascentibus & teneris exitio- sum fore intelligebat. Igitur tempore ad deliberandum [illegible] [illegible] tandem vicisset animum, & ad nuptias Africanas [illegible] [illegible] ex- tremum [illegible] parte *[illegible] [illegible]* iussit [illegible] [illegible] [illegible] *ingrediretur, Sichæo suo inferias daturam* præferens, [illegible] [illegible] multis immolatis, ad vltimum ipsa conscendit pyram, & gladio quem secum attulerat sibi mortem consciuit, charitate viri & ciuium [illegible] inco- lumitatis curam superante. Retulerunt Carthaginienses quoad potue- re gratiam; & admiratione virtutum eius, donec respublica [illegible] fuit,

Dido cur vocata.

pro dea venerati sunt. ædes in loco vbi vitam exuerat [illegible] [illegible] Di- do [illegible] sermone suo viraginem Pœni vocant) appellata. Quum [illegible]

CAP. III.

nemo [illegible] successione regni post Elisam dignus haberetur, [illegible] [illegible]

Carthaginensis Reipub. forma.

matium, & populi potestate gubernari ciuitas cepit. Regia tamen ap- pellatio manebat, sed ii Lacedæmoniis regibus similes erant, nisi quod nulli

nulli certæ domui addictus honos, vt quisque nobilium diuitiis & virtute ceteros anteibat, mandabatur. Hi foris bellorum adminiſtrationem habebant; vnde *Prætores* atque *Dictatores* à Romanis, poteſtatem eorum cum ſua republica comparantibus appellari ſolent: domi principes conſilii publici erant. cum eo de negotiis ciuitatis ſtatuebant: de maioribus rebus, referebatur ad populum; eius iudicium in diſſenſu Regum atque Senatorum valebat. eidem ius erat etiam aduerſus placita Regibus & Conſilio ſciſcendi, ſi forte contra rempublicam eſſe (id autem licebat cuiuis coarguere) viderentur.

Nimia populi poteſtas.

Quæ nimia populi poteſtas, quum adſentatorum ſtudiis, vt fieri amat, in immenſum augeretur, ſequentibus temporibus Carthaginenſium rebus vehementer nocuit: in Senatu porro Seniores triginta quaſi ſanctius conſilium erat: & horum in ordine vniuerſo plurima vis. Decoris publici diſciplinæque cuſtodiam cenſoria poteſtate Præfectus morum exercebat.

CAP. IV.

Succeſſu temporum, maioribus iam populi Carthaginenſis opibus, plures ad bellum imperatores deligi ceperunt. Ex quibus præcipuæ virtutis & felicitatis Mago, quum duos filios, ſuis artibus inſtructos reliquiſſet, atque eaſdem illi quoque numeroſiori iam ſuboli veluti per manus traderent, euenit, vt eius familiæ nimia potentia nouis remediis coërcenda videretur: creatique centumuiri, penes quos de ipſis quoque ducibus iudicia forent; formidabilis poteſtas, vel amplitudine iuris, vel diuturnitate temporis, perpetui enim erant: quum iam Reges ipſi non in perpetuum, neque longum adeo ad tempus, ſed annui crearentur: quos domi frequentius *Suffetes*, id eſt iudices nominabant, Conſulibus Romanorum ſimiles. Sed centumuiros inſolentius ſe gerentes lex Hannibalis in ordinem coëgit, ſancito, *vt in ſingulos annos iudices legerentur, neu quis biennium continuum iudex eſſet.*

Mago.

Suffetes.

CAP. V.

Religiones Carthaginenſium.

Sacra maxime Tyro aduecta colebant: quædam etiam poſt adſumpta. Iunonis cultus præcipuus: neque leuis Æſculapii; cui magnificum templum in ipſa vrbe ſtruxerunt. Apollinis etiam locuples ædes fuit, laminis aureis tecta, cum celebri ſimulacro, quod exciſa Carthagine Romani auectum, iuxta circum maximum collocauerunt. Ad Herculem vero Tyrium quotannis magna cura delectam nauem, cum decimis annuorum prouentuum, aut partarum bello manubiarum, mittebant. Ab iiſdem conditoribus ſuis, alium etiam ritum horrendæ religionis hauſerant, vt Saturno, quem ipſi *Belum* vocant, quotannis victima humana facerent: cuius immanitatis reliquiæ ne cum ipſa quidem vrbe tolli penitus abolerique potuerunt. Ceteros ciuitatis mores plerumque commerciorum vtilitas moderabatur: quibus gens natura & maiorum inſtituto deditiſſima, prudens imprudens

Belum.

Digitized by Google

CAP. VI.

Diuitiarum admiratio corrumpit Rempublicam.

prudens omnes ſuas rationes conſiliaque accommodabat. Hinc ineuitabili malo, diuitiarum admiratio honosque comitia corrupit magiſtratuum: virtutem pecuniæ ſubiectam debilitauit: populum inflammauit opum cupiditate, fraudumq; & mendaciorum ſeruili conſuetudine inſecit: remquepublicam harum rerum ſe ſtudio totam tradere compulit. Inde enim proceſſit, vt neque fidei multum in Punicis fœderibus, & virium publicarum longe maxima pars in claſſibus eſſet: pedeſtris militia, robur atq; firmamentū omnis imperii, nullo equeſtris aut modico in honore uſuque: quoties terra bellandum, mercenariis copiis res gereretur, quarum neque charitas vlla in rempublicam, & fides venalis, & diſcordia moleſta, & conſpiratio terribilis eſſet. adeo capitali errore, vt non alius hoſtis, ante vltimum excidium, rem Punicam tam prope ad extremam deſperationem adduxerit. Neque minor ex ea malorum ſeges,

Magiſtratuum peculatus.

quod qui in magiſtratibus & in curationibus erant, mutua diſſimulatione peculatum impune exercebant: vt ſic quoque minus mirandum eſſe videatur, ſi bello inter has ciuitates exorto, ſuperiores Romani fuerunt; quorum Senatores duris temporibus ſuam pecuniam in publicum conferebant, quum Carthaginenſes rempublicam haberent quæſtui.

CAP. VII.

Sed hæc vitia cum ipſa vrbe adoleuerunt: quare primum quidem, vt infirma & modica, non ægre tolerabantur: poſt aliquamdiu ſuſtinere potuit imperii magnitudo, & quidam ſingulari virtute duces,

Singulari virtute duces.

quorum maxime opera quidquid felicitatis Carthago habuit, comparatum ſtabilitumque comperio.

Bella Carthaginenſium.

Sed ab initio quidem aduerſus Afros vectigal pro ſolo vrbis repoſcentes dimicatum eſt: idque ius non niſi repetentibus, bellum extortum. Inde prolatum etiam imperiū: Africæq; pars cultiſſima ſub ditionem populi Carthaginenſis redacta. In Sardiniam autem, deinde Siciliam, vt traiceretur, maris opportunitas & illius inſulæ rudis ad reſiſtendum barbaries, huius ob diſcordias perpetuas potentiorum iniuriis expoſita pulchritudo inuitauit. In Corſicam ex Sardinia facilis tranſitus, & inſulæ non opulentiſſimæ promptior occupatio fuit. At in Sicilia diutiſſime varia fortuna dimicatum eſt: maximaſque & victorias ex iis bellis, & clades, Pœni retulerunt.

CAP. VIII

Hamilcar Hannonis F.

Hamilcar quidem Hannonis F. quum trecenta hominum millia in Siciliam deportaſſet, à Gelone victus, interiit. qua calamitate perculſi Carthaginenſes abſtinuere Sicilia, donec ab Ægeſtanis, quos Selinuntii premebant, exorati,

Hannibal Geſconis F.

Hannibalem Hamilcaris filio Geſcone natum emiſerunt. Is Selinunte ac Himera excifis, magnam iterum potentiam Pœnis in Sicilia comparauit. Imilco Leptinem Dionyſii majoris fratrem ducemque in Siculo mari vicit, nauesque cepit aut depreſſit centum, virorum interfecit plusquam

viginti

viginti millia: multas Siciliæ ciuitates obtinuit, partem quoque Syracuſarum cepit: ſed orta repente peſtilentia, toto ferme abſumpto exercitu, cum paucis eum Carthaginem redire compulit. Neque tamen ſpem Siciliæ occupandæ abiecerunt Pœni, ſed paucis poſt annis cum alia claſſe Hannonem aduerſus Dionyſium bellare iuſſerunt. Poſtea Magonem ab Iceta vocatum, & in ipſa iam Syracuſana vrbe caſtra cum peditum ſexaginta millibus habentem Timoleon eiecit. Mox Hannibalem & Hamilcarem ſeptuaginta millia militum adducentes idem Timoleon pugna magna vicit, caſtriſque exuit. Sed haud temere velocior iis vllo bello maiorue conuerſio fortunæ, quam aduerſus Agathoclem fuit: qui victus in Sicilia, obſeſſus Syracuſis, nulla euidente ſpe ſalutis, vltro transduxit in Africam bellum, Carthaginenſeſque multis prœliis victos, deſciſcentibus paſſim Libybus, in maximum periculum metumque coniecit: domum deinde reuerſus, Sicilia tota expulit, donec mors regis, & ex ea turbæ, ſpem iterum occaſionemque repetendæ poſſeſſionis aperuerunt. Exinde, vt diximus, vario Marte cum Pyrrho bellauere, ad extremum ſuperiores. Interim etiam in Hiſpania ciuitates quædam ſtipendiariæ factæ, quum Gaditanis opem aduerſus accolas petentibus, cognato populo (nam & Gades Tyrii condiderant) auxilium Carthagine miſſum, vicinas aliquot Hiſpaniæ regiones Punici iuris fecit. Is ferme Carthaginis ſtatus erat, quo tempore bellum aduerſus Romanos ſumpſere. Siciliam vero, quæ Punicæ ditioni ſubiecta non erat, maiori ex parte Syracuſani, & Rex eorum Hiero poſſidebat: reliqua Mamertinorum armis tenebantur. Ii donec Romanorum qui Rhegium occupauerant ſocietate vti potuere, ſua defendiſſe non contenti, etiam Punicos Syracuſanoſque fines incurſabant: denique oppida Siciliæ multa, quo vaſtationem agrorum, & alia incommoda redimerent, vectigal pendere coegerunt. Sed expugnata vrbe Rhegina, defectoribuſque ſupplicio affectis, nudati hoc ſubſidio Mamertini priores opes tueri nequiuerunt: & amiſſis ferme quæ extra Meſſanam tenuerant, de vrbe ipſa cum Hierone Syracuſano dimicabant. De quo Rege, quoniam ipſe quoque temporibus eiſdem hoſtis populi Romani, mox per annos ſane multos ſocius & amicus fideliſſimus, & ingens ad res conſtituendas momentum fuit, paulo copioſius exponendum puto. Nam & in eo rara felicitas, & magna virtus, & prudentiæ vis eximia fuit: eaque tempeſtate Syracuſanorum opes & floruerunt cum Hierone, & conciderunt. Hic igitur nullo neque diuitiarum, neque gloriæ à maioribus relictæ, neque alio aliquo tali præſidio adiutus, omnem fortunam ſuam ſibi debuit: non vt ple-

Marginalia: CAP. IX. *Timoleon.* *Agathocles.* CAP. X. *Siciliæ ſtatus initio belli Punici I.* *Hiero Syracuſanus Rex.* CAP. XI. *Hiero adoleſcens.*

fortunam sibi debuit

plerique ad magnam potentiam ex tenui loco [illegible] rum aut [illegible] proue[illegible] dis[illegible] recte [illegible] stabi[illegible] bus [illegible] Itaque quum [illegible] quaginta [illegible] atque iis temporibus, quibus [illegible] mæ ciuitates de principatu terrarum summa contentione [illegible] ipse nullis [illegible] bello, si primos annos excipias, nullis [illegible] citus, nonagenario maior; quum ad eam ætatem [illegible] argumenta [illegible] integros corpusque firmum pertulisset, [illegible] modo [illegible], sed etiam apud Romanos pariter Græcosque magna [illegible].

Gelon Hieronis F.

CAP. XII.

Quem & principatum deponere sæpe volentem ciues sui publice prohibuerunt: & filius Gelon, qui natus annos plus quinquaginta ante Hieronem decessit, rara inter mortales moderatione, regno quam patre carere perpetuo maluit, eumque ad extremum vsque vitæ tempus constanti fide atque pietate percoluit. Is igitur Hieron ab Hierocle genitore, qui stirpem suam ad Gelonem veterem Siciliæ tyrannum referebat, expositus est: quod virum nobilem susceptam ex ancilla prolem pudebat tollere. Sed omni humana ope destitutum apes, in os iacentis ingesto melle, per complures dies aluerunt. Eo prodigio, responsisque aruspicum, qui regiam puero potentiam portendi confirmabant, permotus Hierocles, infantem recolligit, agnoscit, & in spem futuræ magnitudinis diligenter instituendum curat. tum igitur inter æquales discenti, à lupo in turba puerorum repente conspecto tabulam ablatam esse aiunt: & mox militiæ tirocinium auspicanti aquilam in clypeo, noctuam in hasta consedisse. Consilii viriumque indicium id fuisse creditum est, summique, ob regiam alitem, fastigii. Sed certiora signa mox ipse dedit, forma & robore corporis eximio: verum ingenii, temperantiæ, comitatis, iustitiæ, moderationis nomine clarior atque illustrior. Sæpe in acie, sæpe aduersum prouocantes singulari certamine congressus, semper victor, à Pyrrho multis militaribus donis virtutis caussa donatus est. Cuius postea ex genere Gelon Hieronis filius Nereidem in matrimonio habuit. Pyrrho ex Sicilia fugato, quum inter Syracusanum exercitum & vrbanos, solenni temporum istorum morbo, iterum orta esset dissensio, in castris circa Merganam Artemidorus & Hiero militaribus suffragiis duces creati; consiliis Hieronis & amicorum eius opera, clam intromissis militibus vrbem in potestatem redegerunt. Ibi Hiero excelsum se virum & quanticunque imperii capacem ostendit. Nam

Omen Hieroni oblatum.

CAP. XIII.

Hieronis forma & mores.

Nam ex diuerſis partibus occidit aut eiecit neminem: ſed clementia, moderamine, rectiſq; conſiliis ita compoſuit motus [illegible] tumultuoſis fluctibus [illegible] quam à quibus adductus fuerat, prætor Syracuſis [illegible]. Hic vero reipublicæ curam vt ſuæ toto animo [illegible], quum à longo iam tempore vitium iſtud in Sicilia inoleuiſſe cerneret, vt quoties magiſtratus copias eduxiſſent, vel in exercitu tumultuaretur aliquid, vel domi nouarum rerum motus orirentur: circumſpicere aliquem cœpit cui res vrbanas tuto crederet, ſi quando ipſe ad bellum exire cogeretur. Vxorem igitur duxit filiam Leptinis, qui magnæ inter ciues auctoritate, vir etiam cumprimis honeſtatis fideique tenax habebatur. Ita prouiſis domeſticis rebus, aduerſus mercenariorum inſolentiam, remedium neceſſarium magis quam vſquequaque laudabile commentus eſt. Nam educto contra Mamertinos exercitu, quum illi iuxta Centuripas occurriſſent, aciem ad Cyamoſorum amnem hoc dolo inſtruxit, vt inter ciues mercenariosque interuallo relicto, hos committere prœlium iuberet, tamquam ipſe cum vrbanis ſignis alia parte impeditum & diſtrictum hoſtem inuaſurus. Ita conductitii maiore Mamertinorum numero circumuenti cadunt: ipſe dum horum cæde diſtinentur hoſtes, otioſe tutoque Syracuſanas copias in vrbem reducit. Ad hunc modum repurgato, quidquid in exercitu ægrum, & ad ſeditiones pronum fuerat; vrbanum militem ſtudioſe exercet: nouas mercenariorum copias conducit: atque ita beneuolentia multorum comparata, remoto audaciſſimo quoque, reliquis aduerſus armatum & intentum mutire non auſis, principatum arbitratu ſuo adminiſtrat. Interea Mamertini recenti victoria ferociores, contemptim atque temere Syracuſanorum fines populabantur. Aduerſus hos Hiero iam ciuibus [illegible] fidens, incontanter egreſſus, ad ipſam hoſtium vrbem, [illegible] globis fere vacuam, caſtra poſuit. Cuius intellecto [illegible] Mamertini adferendam ſuis opem expedito cum agmine [illegible]. Hiero motis ex agro Mamertino caſtris Mylas vrbem, [illegible] milites mille quingentos capit: inde caſtellis aliquot aliis raptim [illegible] Ameſelum procedit, medio inter Agyrium & Centuripas loco ſitum. Id quoque, licet munitionibus & præſidio firmum eſſet, expugnatum diruit: præſidiarios in fidem acceptos ſibi militare [illegible] agrum Ameſelanum Centuripinis Agyrinisque diuiſit. Hoc ſucceſſu rerum alacrior denuo in fines Mamertinorum inuadit. Aleſam oppidum deditione capit: Abacæninos atque Tyndaritas ipſorum voluntate adiungit. Sic ab vtroque mari proximis Meſſanæ vrbibus Hieroni parentibus (nam ad Etruſcum mare Tyndaritani habitant: Siculum

Prætor creatur.

CAP. XIV.

Mercenariorum inſolentiam [illegible]

Dolo vſus.

CAP. XV.

Cum Mamertinis bellum gerit.

Vrbe [illegible]

CAP. XVI.

Mamertini Cio prætore pugnat. Sed Hieronis conſilio vincuntur.

culum Tauromenii accolunt, & ipſi Syracuſanorum eo tempore ſocii) Mamertini in arctum coacti, Cio quodam prætore copias opponunt hoſti, ad Longanum amnem in Mylæo campo caſtra habenti. Pugna commiſſa, quum dubio Marte certaretur; ſubito in latera Mamertinorum recens impacta cohors, haud dubiam Hieroni victoriam tradidit. Nam ante prœlium Hiero ducentos Meſſeniorum exſules, fortitudine & Mamertinorum odio præſtantes viros, additis de ſuo exercitu delectorum quadringentis, *vicinum collem*, cui *Thorax* nomen eſt, *circumire, hoſtemq; incautum improuiſo incurſu turbare* iuſſerat. Ii mandata gnauiter exſequuti effecerunt, vt vniuerſus Mamertinorum exercitus internecione cæderetur.

CAP. XVII.

Cios ambigua prædictione deluſus.

Cios re deſperata iam nihil aliud quam mortem mereri manu cupiens, multis vulneribus affectus capitur, & in hoſtium caſtra deductus, fidem extorum aruſpicumque prædictionem, alio quam ſperauerat euentu, comprobat. Nam ante pugnam immolanti vates inſpectis extis promiſerant, *fore vt in caſtris hoſtilibus pernoctaret*. Id ille in ſpem victoriæ trahens, ſero ſe ambigua prædictionis interpretatione deceptum agnouit. Hac ægritudine confectus, quum poſtridie inter equos captiuos eum videret, quo filius in prœlio vſus fuerat, hunc etiam occubuiſſe coniectans, faſciis fomentiſque vulnerum reuulſis ſpiritum indignantem effudit.

Mamertini deſperato caſu ſeruantur.

Mamertinos clade comperta deſperantes, iamque victori cum infulis ſupplicum occurſuros, ex inopinato fortuna ſeruauit.

CAP. XIIX.

Hannibalis dolus in eripiendis Hieroni Mamertinis.

Forte ſub idem tempus Hannibal Carthaginenſium prætor, in Liparæorum agebat inſulis, quæ Siciliæ adiacent. Is audita Hieronis victoria, metuens ne Mamertinis penitus exciſis Syracuſana potentia Carthagini grauis & intoleranda fieret, ſpecie gratulantis ad Hieronem ocyus venit: eumque moratus ne ſtatim ad Meſſanam duceret, vrbem ingreſſus eſt prior, Mamertinoſque deditionem facere volentes non modo verbis ad ſpem retinendæ libertatis reuocauit, ſed etiam præſidium ſuorum militum introduxit. Hieron aſtutia Pœni ſe deluſum intelligens, quum ad obſidionem iam difficiliorem futuram haud ſatis paratus eſſet, Syracuſas rediit: exceptuſque magna omnium lætitia,

Hiero R. acclamatur.

& ab vniuerſis copiis Rex acclamatus, poſtea quoque nomen iſtud ciuium externorumque conſenſu retinuit. Hierone digreſſo, Mamertini, quum fiduciam paulisper reſumpſiſſent, de rebus præſentibus deliberantes, duas in factiones ſcindebantur. Alii *non eſſe dubitandum* autumabant, *quin Carthaginenſium tutelæ ſe permitterent: quum hoc non modo plures ob cauſſas conducibile, ſed etiam, admiſſo iam præſidio, neceſſitati proximum videretur.*

CAP. XIX.

Mamertinu

Contra dicebatur: *non minus infenſos Mamertinis Pœnos quã Hieronem fuiſſe: neq; dubitandum quin illi non beneuolentia, ſed cupidine dominandi*

minandi Messanam defendere statuerint: à multis iam ætatibus eos imperium adfectare Siciliæ, non exercituum, non classium damno, ne suarum quidem rerum metu & Africis bellis, ab improba spe deterritos. His igitur si se committant, classem validam, & ipsius Siciliæ pleramq; partem iam obtinentibus, sine exceptione vlla seruituros esse. Minime igitur expedire vocari auxilio Carthaginienses, populum impotentem, infidum, grauiusq; iugum impositurum, quam à Syracusanis timuissent. Præsidium Punicum, si eo tantum consilio venisset, ne in manus Hieronis Mamertina ciuitas incideret; re iam perfecta dimitti bona cum gratia posse: si qua vero clandestina subesset molitio, etiam intentiore studio ancipitis amicitiæ fallacias præueniri oportere. Romanos igitur potius implorarent, armis inuictos, fide præstantes, neq; caussam retinendæ sub sua ditione Messanæ, neq; facultatem habituros: quibus in Sicilia ne vestigium quidem soli, neq; naualium rerum vllus vsus aut adeo cura esset. Hos satis habituros, si Carthaginensibus & Hieroni Messana vrbe tamquam obice quodam & fræno cupiditatis obiecta, securam ab his Italiam retinere possint. Perseuerarent igitur Romanorum potius fidem, quam cuiusquam alterius gentis experiri: neque honeste ipsos & parum opportune priora consilia mutaturos esse missis iam legatis, & auxilii spe impetrata. Quippe ante postremum cum Hierone prœlium, diffidere iam rebus suis incipientes Mamertini, Romanorum opem vti consanguineorum, implorauerant: & Consulibus belli gerendi cupiditate plebem incitantibus, populus auxilium ferri Mamertinis iusserat, sed Senatus auctor fieri pudore contabatur. Qui enim modo suos ob Rhegium per scelus captum seuero supplicio adfecerant, ii, si iam Mamertinis pari perfidia Messana potitis opitularentur, destrui videbant gloriam iustitiæ ac fidei quam priore facto late quæsiuissent. Ceterum clade Mamertinorum mox audita, quum iam dubium esse non posset, quin relicti à Romanis, Pœnorum opes respecturi essent, præualuit sententia iuuandos esse censentium. nam & in Senatu plures eodem inclinare ceperant, prospicientes ni fieret, Messanam statim, & paulo post ceteram Siciliam totam Carthaginensium fore. quod si euenisset, populum Romanum cum Pœno de Italiæ possessione certaturum. Nam istud periculum ineuitabile, tum cupiditas imperii potentibus insita, tum ipse locorum situs efficiebat. Quippe Italiam à Liguribus & Venetis inter duo maria longo tractu procedentem, qua Brutiorum ager est, à contactu Siciliæ tenue fretum diuidit. Neque dubitatur continentes olim has regiones fuisse, mox intercurrentibus aquis diremptas, siue humiliora ea parte loca mare acceperunt, siue maior aliqua vis terræmotus aut incumbentium vndarum, angustias Isthmi perrupit. à quo euentu *Rhegium* nominatum putant:

Romanos arcessi suadet.

CAP. XX.
Tam tuam contento: Italia possessione tuta futuros.

Romanorum contatio in recipienda societate Mamertinorum.

CAP. XXI.
Ineuitabile inter cupidos & vicinos bellum.

Digitized by Google

tant: tali enim aliquo vocabulo quæ rupta sunt, à Græcis appellantur. Itaque primos Siciliæ cultores ex Italia venisse credibile est; etiam ipso nomine confirmante coniecturam. Messanam enim ex aduerso litoris Italici sitam ciuitatem Opici condidisse traduntur: quam quia in sinu falcis referente figuram est posita, *Siciliam* credo appellarunt. quod aduenientes postea Græci *Zanclem* sunt interpretati, vtraque illa voce diuersos apud populos falcem significante. Inde, vt solet, toti insulæ hæc appellatio hæsit, vt, ipsa quoque & Zancle, & à pluribus Sicilia vocaretur.

Z...a nomen.

CAP. XXII. *Descriptio*

Insula vero ista quum magnitudine, tum etiam fertilitate omnes, quæ in mediterraneo mari sunt, longe antecellit: olei, vini, frumenti optimi supra fidem ferax: populo frequens, multisque & maximis vrbibus ad miraculum exculta: portuum autem situsque totius commoditate vix alius magnum imperium constituere cupientibus æque idoneus locus est. Nam Italiæ coniuncta ex diuersa parte Africam respicit, alio ex latere Sardiniam. ab Oriente Peloponnesum & Græciam Ionio mari discretas habet: quaquauersum nauigatione breui, & ad emittendas accipiendasque classes facilima. Neque dubium est, cupiditatem hac insula potiundi, quam eodem tempore & Romanus populus & Carthaginensis affectabat, caussam bello dedisse, licet alia dicerentur. Nam Romani *Tarentinos contra fœdus adiutos* arguebant: Pœni *societatem cum Hierone, vt aduersus se initam, criminabantur.*

Belli Punici prætextus, & caussa.

CAP. XXIII. *Potentia vtriusque populi.*

Ceterum eo iam potentiæ ciuitas vtraque peruenerat, vt euitari non potuerit, quin aliquando quacunque de caussa colliderentur. Quemadmodum enim arbores non magno interuallo consitæ, aliquam quidem diu non impediunt inuicem magnopere: auctæ vero, alimentum atque succum mutuo intercipiunt: quum grandiores fieri cepere, radicibus & ramis commissæ atteruntur: ita surgentibus imperiis vix per naturam diutius fida manere potest concordia, quam donec extrito quod medium fuerat, coniunctis iam finibus concurrentia vrgeant inter se trudantque, neque priorem intra modum standi impetrabili voluntate: neque libero, nisi remotis obsistentibus ad maiorem amplitudinem procursu. Accedebat ad has caussas in vtraque ciuitate magna plebis & potentiæ, & suscipiendi bellum cupiditas. Nam in Carthaginensi republica vulgus valebat plurimum: quod auctis ciuitatis opibus, variis & ipsum commodis locupletari solitum, quæstus dulcedine bella ex bellis seri non inuitum patiebatur.

Belli cupiditas.

CAP. XXIV. Neque multum diuersa conditio Romanæ multitudinis erat, quæ damna rei familiaris, superiori bello illata, Siculis diuitiis facile reparari posse sperans, pro iure nuper Patribus extorto, sententiam bellum suadentium plebiscito confirmauit. Quo armatus Con-

Digitized by Google

rus Conſul Appius: quum alioquin victis antiquæ ſectæ viris maior Senatus pars adienſa eſſet, ſine mora C. Claudium tribunum militum cum paucis nauibus præmittens, *obſeruare occaſionem, & ſiqua obueniſſet, in Siciliam tranſire* iuſſit.

C. Claudius in Siciliam mittitur.

Ille quum Rhegium veniſſet, in caſum dare triremes non auſus, quod longe maiori Pœnorum claſſe fretum obſidebatur, piſcatoria naui conſcenſa Meſſanam vectus eſt. ibi cum Mamertinis, ita vt præſens vſus poſtulabat, colloquutus, quum Pœnis reclamantibus parum proficeret, infecto negotio rediit. Sed paulo poſt cognito Meſſanæ diſcordiam eſſe, multis Romanos aduocandos eſſe negantibus, magna parte Carthaginenſe præſidium haudquaquam æquis oculis adſpiciente, rurſus tranſmiſſo freto, quum alia tempori apta diſſeruit, tum hoc maxime interiecit, *ſe non niſi ad liberandam ciuitatem veniſſe: hoc vbi perfeciſſet, è veſtigio diſceſſurum eſſe.*

Meſſanæ diſcordia.

CAP. XXV.

Disceptatio Pœnorum cum Claudio.

Quum ad hæc Pœni reſponderent, *non eſſe Romanis laborem vllum ſuſcipiendum in liberanda ciuitate, quæ ſui iuris eſſet: iam beneficio Carthaginenſium proniſum, ne Mamertini ſeruire Syracuſanis cogerentur: faceſſeret igitur Romanus; aut ſi quam aliam iuſtam haberet cauſſam cur eſſet Meſſanæ, exponeret.* negauit Claudius *liberam videri ciuitatem, in qua præſidium alienæ gentis, non ſponte oppidanorum ageret.* Ad ea quum reſponderet nemo, Pœnis præ ſuperbia, Mamertinis metu tacentibus, vir vafer & promptus, *apparet,* inquit, *ex hoc ipſo ſilentio veſtro, Carthaginenſium cauſſam iniuſtam, & Mamertinos libertatis auidos eſſe: nam ni ita foret, & illi de iure ſuo differere non grauarentur, & iſti, nulla, ſi cum Carthaginenſibus ſentirent, diſſimulandi cauſſa, palam & aperte inſtitutum illorum approbarent.* Ad hæc verba fremitu Mamertinorum orto, multiſque orationem illam vt veram & intimis ſenſibus ſuis congruentem laudantibus, ſatis in præſentia promotum eſſe putans Romanus, quod habitus tamen animorum explorauiſſet, Rhegium regreſſus eſt.

Claudius explorat animos Mamertinorū.

CAP. XXVI.

Cum triremibus in Siciliā tendens, repellitur.

Neque multo poſt adornatis quas habebat triremibus, tentauit tranſitum. Sed Pœnorum præfectis & multitudine nauium, & in maritimis rebus ſolertia longe inferior, ad hæc fluctuum illorum violentia, quos orta ſubito tempeſtas præter ſolitum exaſperauerat, repulſus, amiſſis aliquot triremibus, ceteris ægre ſeruatis, in portum, vnde exierat, rediit. Neque deterritus hoc incommodo, vt meliori alia opportunitate fortunam iterum experiri poſſet, naues reficiebat: quum ab Hannone (is Mamertino præſidio fretique cuſtodiæ præerat) venerunt nuncii, quidquid triremium hominumue ſuperiore certamine Pœni ceperant, adducentes. Cupiens enim fœderum ruptorum infamiam Romanis impingere, conſilium hoc amplexus erat Hanno, queſtuſque *poſſeſſi Carthaginenſibus freti per vim tentatam nauigatio-*

Hanno Roma-

Digitized by Google

. . . et fœdera ſeruanda prouocat.

gationem eſſe, ad pacem & fœdera maiori deinceps cura ſeruanda prouocabat. ſed audito, Claudium nullas conditiones admittere, niſi Meſſana præſidium deduceretur : fretique traiectionem iterum moliri : exclamauit , *ſe vero non eſſe paſſurum, vt Romani vel manus in iſto mari abluerent.*

CAP. XXVII

Romani in Siciliam nauigant.

Neque tamen prohibere potuit , quin Claudius obſeruata freti natura, captatoque tempore quum refluxum eius etiam ortus commode ventus adiuuaret, priusquam occurri poſſet , Siciliam teneret. Ibi Mamertinorum in portu repertorum coacta concione, perſuaſit, *vt Hannonem aduocarent, tamquam de præſenti negotio cum eo deliberaturi.*

Hanno Meſſanam amittit.

Hanno enim oppidanorum diſcordibus animis parum confiſus, arcem cum ſuis occupauerat: neque concioni Mamertinorum ſe audebat credere. tamen veritus, ne hoc ipſum querelas eorum accenderet, ſi diffidere videretur, & per ſuam abſentiam ſe Romanis protinus adiungerent , in colloquium venit. quo per diſceptationes & iurgia diu extracto, ad vltimum iniectæ à Romanis Hannoni manus ſunt, isque in carcerem conditus , Mamertinis factum comprobantibus. Ita partim dolo, partim terrore circumuentus, quum alia conditio nulla eſſet, arce Mamertinis reddita, præſidium deducere coactus eſt.

CAP. XXIIX

Ideoque cruci adfigitur a ſuis.

Pœni re comperta ſupra modum exacerbati, quum alioqui duces ſuos ob mala conſilia quantumuis proſpero euentu punire ſolerent, ſimul ſtultitiam Hannonis, ſimul ignauiam accuſantes, in crucem miſerum ſuſtulerunt : & continuo nauales terreſtresque copias Meſſanam pergere præceperunt : alio Hannone, qui Hannibalis erat filius , ad res gerendas in Siciliam miſſo. Ille coactis ad Lilybæum copiis Selinuntem progreſſus , caſtrisque ibi factis , pedeſtrem exercitum reliquit : ipſe proceſſit Agrigentum , & arce communita , populum Carthaginenſibus amicum , ad ſocietatem armorum contra Romanos impulit. Hinc in caſtra reuerſum repererunt ab

Hiero Pœnorum ſocius contra Romanos.

Hierone legati , qui & ipſe Romanorum in Siciliam tranſitu minime lætus , hoc maxime opportunum tempus iudicabat , quo coniunctis Punicis viribus, & ipſi & Meſſanam obtinentes barbari penitus ex inſula exterminarentur.

CAP. XXIX.

Itaque colloquio cum Carthaginenſi duce habito , quum vtrique Meſſanæ occupandæ ſpe excidiſſent, facile aduerſus Romanum , vtrorumque pari damno ſuperuenientem , ſocietatem

Meſſanam obſident.

inierunt. vt Meſſanam communiter obſiderent : neque quemquam in Sicilia , niſi aut Syracuſani, aut Punici iuris eſſe paterentur. Ita Pœnus imperator, præmiſſo caduceatore , qui Romanos, *ſi Carthaginenſium*

Romanum præſidium excedere iubent.

amici eſſe vellent, relinquere Meſſanam, & intra præſtitutum diem excedere Sicilia iuberet; totis viribus aduerſus Mamertinos mouit. Naues circa Pelorum ſtationem agere iuſſæ : pedeſter exercitus ad Cubilia (Eunæ,

Græ-

Græci vocant) haud procul vrbe Meſſana diſſitum locum caſtra communiuit. Venit & ex pacto cum Syracuſano milite Hiero, & ab altera vrbis parte, circum montem Chalcidicum nomine, conſedit. Ita vrbs vndique circumdata, neque terra neque mari commeatum aut auxilia accipere tuto poterat. Sub idem tempus quum Punicus caduceator nihil à Meſſana pacati retuliſſet; Carthaginenſes partim ira, partim diffidentia permoti, omnes qui apud ipſos militabant Italici generis conductitios crudeliter occiderunt. Quæ poſtquam Romæ comperta ſunt, è veſtigio cum valido exercitu profectus Conſul Appius Rhegium venit: inde præmiſſis qui cum Pœnis & Hierone de obſidione ſoluenda agerent, ipſe fretum acri cuſtodia ſeptum ſciens, ſolicitus intentuſque rationem minore cum periculo traiiciundi circumſpiciebat. Legati Conſulis neque à Pœnis amicum reſponſum retulerunt, & ab Hierone accurata oratione ſunt increpiti, qui commemoratis in populum Romanum officiis ſuis, *Ambigo*, inquit, *meamne vicem doleam magis, an veſtram, Romani. Nam ego quidem amicos aliquanto quam exiſtimaueram deteriores: vos autem opinionem iuſtitiæ ac fidei, qua apud omnes clari eratis, amiſiſtis. Aduerſus Mamertinos nulla vobis vnquam ſocietas aut amicitia fuit: fœdera cum Pœnis olim, mecum etiam nuper iciſtis. Hæc in gratiam aliorum nihil ad vos attinentium diſſoluere cupientes, poteſtis dicere, qua vel iniuria noſtra, vel merito Mamertinorum hoc faciatis? ſed quia Carthaginenſibus quod pro ſe dicant, non deerit: illorum omiſſa cauſſa, quæ me tangunt vnum, in præſentia memorabo. Mamertini, boni populares veſtri, quum apud Syracuſanos, vti non ignoratis, ſtipendia feciſſent: vt in Italiam redirent dimiſſi, Meſſanæ, poſtquam à miſeris & credulis Meſſeniis tanquam amici & ſocii recepti ſunt, facinus poſt hominum memoriam longe fœdiſſimum ediderunt: interemptis noctu hoſpitibus ſuis, eorumq; bonis, vxoribus, liberis, & vrbe ipſa in poteſtate retenta. Quod niſi vos ipſi etiam eodem quo ceteri mortales omnes ſenſu nefandum & intolerabile ſcelus eſſe iudicauiſſetis, profecto iis qui Mamertinorum imitatione idem in Rheginos auſi ſunt, illud ipſum tam ſeuere non fuiſſetis vindicaturi. Qua igitur indignitate vos moti pœnas ab nefariis hominibus repetendas eſſe putauiſtis, eadem & ego moueor, ne Mamertinos impunitos [illegible] poſſim, præſertim quum poſtea quoque latrociniis per vniuerſam Siciliam exercendis, priorum ſcelerum memoriam nouis ſubinde facinoribus propemodum obruerint. Nam, vt alia taceam, Camarina Gelaque vrbes ab his exciſæ quum in fide Syracuſanorum eſſent, ſatis mihi graues cauſſæ videntur, cur hominum ſceleratiſſimorum nefariam audaciam iuſto pioq; bello proſequamur. Quod ſi vero tuendos vobis eſſe propterea ſimulatis, quod eadem in Italia nati*

CAP. XXX.

Appius Conſul Rhegium venit.

Hieronis expoſtulatio cum Legatis Appii.

CAPVT XXXI.

Mamertinorum ſcelera.

Meſſenses perfidioſe deluſerunt.

CAPVT XXXII.

Camarinam Gelamque exciderunt.

Digitized by Google

lianae, quod [illegible] esse [illegible] quam [illegible] ut [illegible] me non [illegible] Messanam [illegible] multis [illegible] Romanis [illegible] cura, si quis honesti intellectus, si denique pudor [illegible] dubitare non decet, quin me [illegible] dictum [illegible] incertum [illegible] longe certissimum [illegible] nitum esse, non ulla [illegible] specie, [illegible] ipsi quidem audent praetexere, nulla etiam Mamertinorum [illegible], sed sola ambitione & nobilis insulae vestro imperio adiungendae [illegible], Romanos ad bellum nobis inferendum conari. Quum [illegible] sent, Appius olim animaduerso, excubantibus [illegible] sibus, sine manifesto periculo transfretari non posse, continuum [illegible] liditatis & astutiæ plenum: placere sibi negat *Hieronem ab Romanis alienari: neque aduersus ipsum decretum bellum esse, neque iniussu populi [illegible] posse*, die igitur prædicta socios nauales præsto esse iubet, ac nauigia ad cursum instructa haberi, tamquam domum abnauigaturus. [illegible] autem multos ex Syracusanis atque etiam Punicis castris milites, per speciem negotiatorum, Rhegino in portu versari, per quos famam illam celeriter ad eos, quibus maxime persuasum hoc cuperet, peruenturam esse iudicabat. Sic igitur accidit, vt prouiderat. quippe quum die claro nauibus conscensis iuxta litus Italicum vela facere cepisset: Carthaginenses, quibus freti claudendi negotium datum fuerat, [illegible] statim per suos nunciata, nullum iam hostilis transgressus periculum esse reliquum existimantes, transitum incustoditum [illegible] quemque ferebat animus dilapsi. Consul qui futurum hoc coniectauerat, conuerso sub noctem cursu, cum omni classe, nemine per tenebras venientem obseruante, nedum prohibente, in Siciliam vectus est. Audax id ceptum & periculosæ aleæ plenum fuit: quum ignarus maris exercitus per freta, etiam si hostis & tenebræ abessent, suo ingenio metuenda, cum rudibus & imperite fabricatis nauigiis noctu veheret. digna que res visa, quæ etiam noui cognominis monumento posteris innotesceret. Quod enim caudicariis nauibus multis in transuehendo [illegible] vsus esset, admiratione facti *Caudicem* istius æui simplicitas appellauit. Hactenus enim rerum maritimarum adeo nullus Romanis vsus fuerat, vt ad hoc tanti momenti negotium, neque tectam nauem, neque longam.

Romanorum ambitio [illegible]

CAPVT XXXIII.

Appius [illegible] in transmittendo freto.

Custodum negligentia.

CAPVT XXXIV.

Appius in Siciliam venit.

gam, ne lembum quidem vnum haberent, ſed triremibus quas Tarentini Locrique cum Eleatis & Neapolitanis commodato dederant, & actuariolis, quæ quinquaginta remorum eſſent, vterentur.

CAPVT XXXV.

Ceterum Appius, quum forte non longe ab eo loco, vbi caſtra erant Syracuſanorum, appuliſſet, cohortatus ſuos, *certamq. victoriam* oſtentans, *ſi tale nihil ſuſpicantes opprimerent*, protinus ad hoſtium oppugnanda caſtra pergit.

Hieronem vincit & fugat.

Hiero ſubito tumultu excitus, & ipſe contra educit copias pro tempore inſtructas. fit aliquandiu certamen acre. pelluntur Romani equites ſed legionibus fortiſſime prœliantibus vincitur Hiero, ſeque cum ſuis trepidus intra vallum recipit. Appius ſpoliari corporibus hoſtium iuſſis, Meſſanam intrat, Mamertinosque præſentia ſua ex timore magno recreatos ſpei melioris implet. Hiero victum ſe videns priusquam vidiſſet hoſtem (ſicut ipſe poſtea confeſſus eſt) fretique tranſitum à Carthaginenſibus proditũ ſuſpicatus, quum ambigua mente multa ſecum agitaret, de ſumma rerum vereri cepit: proximæque noctis ſilentio copias eduxit caſtris, & contento itinere Syracuſas refugit.

CAPVT XXXVI.

Eo ſubmoto Appius, quum terrore victoriæ recentis ad Pœnos quoque debellandos vti vellet, militibus vt cibum tempori capiant imperat. deinde albeſcente iam die progreſſus, caſtra Pœnorum oppugnare inſtituit.

Caſtra Pœnorũ oppugnat.

Erant hæc loco ſatis tuto poſita, & natura manuque diligenter permunita. hinc mare, inde profundæ paludes, in peninſulæ ferme ſpeciem ambibant. inter has anguſtum ſpatium, quo vno adiri poterat, ductus aduerſum irrupturos murus obſepiebat. Hic vbi vim feciſſent Romani milites, neque locorum ſimul iniquitatem, & propugnantium multitudinem vincere poſſent, miſſilibus maxime ſicut in vrbium oppugnatione ſolet, rem gerentibus Pœnis, irrito incepto deſiſtere coacti receſſerunt. Sæpe in bellis meliori fortunæ locum ſors durior, & aduerſi ab initio caſus fecere: dum his affecti, conſiliis animisque maioribus acceptum detrimentum ſarcire ſtudent hoſtes felicitatis opinione blanda faſcinati, neque ſatis aduerſum fortuna prouidentes, in temeritatem auferuntur.

CAPVT XXXVII.

Quod illo tempore Carthaginenſibus vſu venit. Qui repuliſſe hoſtem non contenti, tanquam fugientem eruptione ex caſtris facta perſequebantur. ſuæ virtuti non munitioni locorum Romanos ceſſiſſe exiſtimantes. Itaque poſtquam ex anguſtiis quibus defenſi fuerant proceſſere, mutata cum loco fortuna prœlii, magnusque eorum numerus cæſus eſt: reliqui ad caſtra, pars, vt cuique maxime promptum erat, in vrbes circumiectas diffugere, neque deinceps quam diu Meſſanæ Claudius fuit, caſtris ſuis excedere ſunt auſi. Conſul etiam cum natura loci & difficul-

Pœni prœlio victi.

tate

Digitized by Google

tate suis iteratò pugnare minime confidebat [illegible] tempus [illegible] videret [illegible] Messanæ [illegible] Syracusanorum [illegible] fines [illegible] [illegible] conceperat fiduciæ [illegible] Syracusani [illegible] Varia ibi fortuna certatum est, semel etiam Consul magno in periculo fuit circumuentusque [illegible] consilio misit ad Hieronem, quasi de conditionibus pacis acturus. Misit & ille certum hominem ex amicis: cum hoc cepto colloquio & de industria producto, sensim ex iniquo loco se subtraxit in tutum. Syracusani quoque secuti, sermones de pace cum diuersis Romanis miscuerunt, conuentumque foret nisi Hiero auctor fieri noluisset. His rebus gerendis maior anni pars consumpta. tum Messanam rediit Consul, & inde cohortibus aliquot relictis ad tuendos Mamertinos, cum ceteris Rhegium traiecit: mox Romam decessit ad triumphum: quem de Pœnis & Rege Siciliæ Hierone, quod primus ille de transmarinis populis ageretur, magna omnium gratulatione duxit. Hoc initium Romanis tentandi maria, & hic successus ceptorum in Sicilia fuit. Ceterum & ista & sequentium temporum gesta Scriptorum ambitione corrupta sunt, quum eorum præcipui, Philinus Agrigentinus, & ex Romanis Fabius Pictor, dum ille Carthaginensium gloriæ, hic domesticæ nimium studet, officium & fidem insuper habuerunt. Quorum leuitatem merito Polybius arguit. quippe quum etiam priuatorum minimis in caussis falso testimonio circumuenire quemlibet exsecrabile crimen habeatur, quanto fœdiore perfidia conditor historiæ principum atque populorum acta corrumpere censendus est: cui neque mortalium commodorum quidquam, neq. spiritus ipse pulchra veritate debebat esse antiquior, tanto minori spe veniæ, quod ne prætextum quidem mentiendi allegare idoneum villum potest: cui, si libere quæ vera sciebat quacumque de caussa non licuisset tradere, tacere certe licuisset. Porro, dum in Sicilia Claudius Hieronem & Pœnos vincit, obsidionem Volsiniensium ad exitum deduxit alter Consul M. Fuluius. qui homines aduersus vim desperatione validos, inopia rerum necessariarum & fame domuit. Facta deditione ingratum illud & insolens libertinorum vulgus cum cruciatu interemptum est: vrbs etiam ipsa diruta: reliqui Volsiniensium & quod territorum fidem atque reuerentiam erga dominos non exuerat, in attributas alibi sedes migrauerunt. hoc quoque bellum dignum triumpho visum est: eumque Consul A. D. Kalendas Nouembres tamquam de Volsiniensibus egit. Iisdem Consulibus à Cn. Cornelio, C. Marcio Censoribus lustrum

Appius [illegible]

CAPVT XXXVIII.

Triumphus primus de Transmarinis.

Historicorum mala fides.

CAPVT XXXIX.

Arguitur à Polybio.

Volsinienses feruis puniuntur.

CAP. XL.

lustrum conditum: censa sunt ciuium capita ducenta nonaginta duo millia, ducenta, viginti quatuor: numerus sane magnus & propemodum incredibilis, tot bellorum à primis ferme Vrbis initiis nunquam cessantium, continua detrimenta; tot ex pestilentia morbisque sæuissimis non minores bellicis strages, cogitanti. Ceterum aliis aliisque subinde populis in ciuitatem recipiendis, quod institutum à Romuli sapientia profectum posteri constanter tenuerunt, inuicta nullisque cladibus superabilis effecta est Respublica; quam nec à Pyrrho data damna, neque naufragia frequentia primo Punico bello, neque secundo Trasimenus & Cannæ potuerunt affligere, quin ex incommodis suis identidem alacrior ferociorque resurgeret. At in Græcia Lacedæmonii militari laude & ipsi percelebres neque impares Romanæ virtuti, quoniam arcebant peregrinos, nec imperium quod pepererant, diu, neque libertatem suam semper tueri potuerunt. Sed quum Leuctrica pugna mille non amplius Spartiatæ cecidissent, protinus potentia ciuitatis corruit: Iterum ad Sellasiam, Lacedæmoniorum sex ferme desideratis millibus, statim amissa libertas est. Achæi vero eiusdem Peloponnesi incolæ vicinos omnes æquo iure complexi, pulcherrimam constituerunt rempublicam, & mansuram, nisi Romanam potentiam tum etiam longe lateque imperantem, insania paucorum in perniciem suam patriæque prouocasset. Atqui tam diuersus euentus instituta tam dissimilia necessario sequutus est. Sicut enim naturæ congruit, corpus quod iustum ad modum salubri cibo reficitur, robustius & longioris æui esse; quam si ingenito contentum succo extra se natum alimentum omne aspernetur: ita florentiores fuere ciuitates, quæ suum efficere nouerunt, quidquid vsquam egregii erat; quam quæ inepta quadam arrogantia habentes despicatui quod in sua gleba natum non esset, semetipsas multis bonisque potentiæ quærendæ tuendæue adiutoribus spoliarunt. Idem annus rei sane crudeli, sed mox intemperantissime vsurpatæ, initium attulit, vt sanguis humanus, in gratiam leuissimi cuiusque spectatoris affatim fusus, voluptas publica fieret. Barbari moris auctores M. & D. Iunii Bruti, nescio qua pietate defuncti patris cineres honoraturi, gladiatorium munus ediderunt, magno fauore ciuitatis. Sed hanc humanitatis iniuriam vlta pestilentia est; quæ per istum & sequentem annum atrocissime sæuiit. Ob quam, quum Sibyllinos libros adiri placuisset, ira deum immissam esse repertum. Ergo religiones profecto parum castè haberi suspicione orta, Pontifices diligentius obseruando & inquirendo, plurima sacella fanaque à priuatis occupata esse inuenerunt: &

Ciuium censorum numerus.

Pop. Rom. ex incommodis alacrior resurgit.

CAP. XLI. *Rerũ publicarũ quæ arcent peregrinos, & quæ recipiunt, comparatio.*

Sicut corpora ita ciuitates externo succo alendæ.

CAP. XLII. *Gladiatorii muneris origo.*

Religiones parũ castè habitæ.

Digitized by Google

Cappadociam ex Vestalibus incesti crimine teneri. Sed illa dum [illegible] peragitur suspendio præuenit supplicium: in corruptorem eius conscios que seruos legibus animaduersum est. Loca sacra ex priuatorum [illegible] metitate publicis sibus vindicata. Sic exsoluta religionibus ciuitate patres animum rursus ad reipublicæ curam retulerunt & quoniam Etruria iam pacata, nihil in Italia reliqui motus erat: ambos anni noui Consules in Siciliam cum legionibus transgredi placuit. Fuerunt hi M. Valerius M. F. M. N. Maximus, qui in hoc honore Messalla appellatus est, & M. Octacilius C. F. M. N. Crassus. Ab his transportatas prospere copias eadem in rebus gerendis prosequuta felicitas est. Quum enim Adranitarum vrbe post breuem obsidionem per vim capta, Centuripinis circumsiderent, venerunt ab Alæsinis legati oppidum suum dedentes. Hinc de Consules diuersas insulæ partes obeundo, modo diuisis, modo iunctis exercitibus, vt res & ratio suadebat, Pœnis Syracusanisque qui [illegible] congredi erant ausi profligatis, terrorem famamque late sparsere: tantaque fortunam sequentium facilitas, tantusque impetus fuit: vt paulo post oppida haud minus septem & sexaginta numerarentur, quæ Romanæ fidei se permiserant: quo in numero Tauromenitani quoque & Catinenses fuere.

CAP. XLIII.

A. V. C. CDXC.

Ambo Consules in Siciliam proficiscuntur.

Pœni Syracusanique sæpe vincuntur.

CAP. XLIV.

Syracusas obsident.

Vnde Consules imperatis, quæ volebant, auxiliis quotidie validiores, ad ipsas iam Syracusas castra ponere sunt ausi, obsidionem vrbis meditantes. Quibus rebus animaduersis Hiero, quum suis atque Carthaginensium viribus diffidere cepisset, præterea plus apud Romanos esse fidei crederet, amicitiam & ipse cum Romanis inire constituit: legatosque cum mandatis de pace componenda ad Consules misit. Neque Romanis displicebat Hieronem à societate Punica disiungere: maxime vt res annonaria suis legionibus expeditior esset. Nam Carthaginensibus mare obtinentibus ex Italia transuehi commeatus nequibant: & ab ea re prioris anni Consul plus propemodum, quam ab hostibus incommodi molestiæque persenserat. Hierone vero adiuncto Syracusanum regnum abundanti frugum copia, res necessarias Romanis affatim erat præbiturum.

Hieronis societas Romanis vtilis.

CAP. XLV.

Eius leges.

Itaque legibus his transactum: *vt Hiero quæ de Romanis socijsue eorum loca, quosque homines cepisset, sine pretio restitueret: argentique talenta centum penderet. Ipse tuto imperaret Syracusis, cæterisque Syracusani iuris vrbibus.* ex quibus erant præcipuæ Acræ, Leontium, Megara, Elorus, Netini, Tauromenium. Legatis deinde ab Hierone Romam venientibus, eædem conditiones ratæ fuerunt, pacemque cum eo Rege seruandam & Senatus censuit; & post paucos dies Cn. Atilio Calatino populum rogante, populus iussit. Hoc fœdus in an-

nos

Digitized by Google

nos quindecim pactum; deinceps perpetuo manſit: Hierone magnitudinem Romanam ita colente comiter; hiſque viciſſim illius ſtudium tam benigne prolixeque remunerantibus, vt neutros eorum ſocietatis inſtitutæ pœniteret. Syracuſanæ pacis audita fama, Hannibal Pœnus, qui Hieronem obſidione liberaturus cum naualibus copiis iam Xiphoniam acceſſerat, maiori quam venerat feſtinatione receſſit. Romani quum iam Hierone quoque ſocio & commilitone vterentur, non diu morati, Carthaginenſis ditionis oppida complura ſubegerunt. Et ab Adranone quidem, vico munito, Macellaque poſt multorum dierum obſidionem diſceſſerunt inriti: ceterum Segeſtanos, occiſo Pœnorum præſidio ad ſe vitro deſciſcentes, receperunt. Præter alia, cognationis neceſſitudine ſe Romanis fratribus fauere dictitabant; originem ſuam & ipſi ad Æneam ex Troiano incendio profugum referentes. Neque multo poſt Alienæi Romanis acceſſerunt; ad Hilarum vero, Tyrittum, & Aſcelum, vi & machinis opus fuit; eoque ſeuerius in victos conſultum. Quo terrore Tyndaritani proximos ſe periculo, & auxilia longe eſſe cernentes, quum ipſi quoque de tradenda Romanis vrbe conſultarent, à Pœnis prohibiti ſunt. nam illi ex rebus ipſis coniectura capta quid ageretur, primores ciuitatis obſidum loco Lilybæum auexerunt. etiam frumento, vino, ceterarumque rerum apparatu abſportato. His temporibus Octacilii Craſſi Conſulis vtilis & conueniens Romanæ diſciplinæ ſeueritas fuit. qui milites ab Hannibale turpi pacto incolumitatis ſub iugum miſſos, extra vallum tendere iuſſit, vt hoſtium incurſionibus expoſiti, neque alibi quam in virtute ſpem habentes, confirmarentur animis, armiſque potius quam loco ſe tueri diſcerent. Poſt hæc & alia non maioris momenti geſta, quum hyems immineret, præſidiis per opportuna loca diſpoſitis, Conſules, reliquo exercitu in Italiam reportato, Romam redierunt. Ibi M. Valerio, cuius eo bello felicior & vtilior opera fuerat, triumphus decretus, quem ante diem XVI Kalendas Apriles de Pœnis & Rege Siculorum Hierone duxit. Prætervectum inter ſpolia horologium eſſe ideo adnotatum eſt, quia res ad eam diem incomperta Romæ fuerat. id Catina recepta deportatum, deinde in publico ſecundum Roſtra, in columna Valerius ſtatuit. Idemque tabulam in qua prælium quo Pœnos & Hieronem vicerat, depictum fuit, in latere Curiæ Hoſtiliæ propoſuit; quod ante eum fecit nemo, poſtea plerique. Meſſallæ cognomen huic Valerio ab vrbe Meſſana inditum fuiſſe conſtat: ſed miror ab ea capta hæſiſſe, non contemnendis auctoribus credi. quum potius ideo impoſitum ipſæ res euidenter arguant,

Perpetua Hieronis & Romanorum amicitia.

CAP. XLVI.

Pœni multa oppida amiſerunt.

Tyndaritani ad Romanos tranſire prohibentur.

CAPVT XLVII.

Octacilii Conſulis ſeueritas.

Horologium in Triumpho prætervectum.

CAP. XLIIX.

Meſſalæ cognomen Valerio inditum.

 quod

Digitized by Google

quod Messanam à Pœnis & Hierone discessu Appii Claudii actam, infestatam, illis submotis, hoc reconciliato, liberasset. Inter hæc quum aliquis huc pestilentia vexaret Vrbem, Dictatorem claui figendi caussa dici placuit. Dictus est Cn. Fuluius Cn. F. Cn. N. Maximus Centumalus: is magistrum equitum Q. Marcium Q. F. Q. N. Philippum dixit. Eodem anno Æsernia colonia deducta est: quum superiore Firmum deducta esset, & vt quidam volunt, Castrum. L. deinde Posthumius L. F. L. N. Megellus, Q. Mamilius Q. F. M. N. Vitulus Consules facti. Sicilia prouincia vtrique data; legiones vero duæ tantum decretæ, sufficere visæ, postquam in societatem accepto Hierone leuius bellum factum erat: & rem frumentariam facilius expediri posse rebantur, si minor exercitus mitteretur. Consules traiectis in Siciliam legionibus, sociorumque contractis auxiliis, minores sibi res prætermittendas rati, ad vrbem Agrigentinam totis viribus obsidendam animum adiecerunt. Eam rebus omnibus Pœni largissime instruxerant, belli arcem habituri. Quippe quum Hieronem ab amicitia sua defecisse, Romanos contra non perfunctorie rerum Sicularum curam capessere cernerent; diligentiore ad bellum apparatu opus esse rati, primum quidem præsentium virium maiorem partem in Sardiniam miserunt, quæ Italiæ littoribus insidiaretur, vt hoc metu Sicilia Romanos abstraherent: aut certe minoribus, quam voluissent, copiis rem ibi gerere cogerent. Mox Romanis ad sua tuenda, Siciliamque nouo cum exercitu repetendam pariter sufficientibus, spe ista falsi ex Liguribus Gallisque mortales multos, sed plures adhuc ex Hispania mercede conductos, simul rerum ad victum necessariarum magnam copiam, Agrigentum miserunt: ibi horreum annonæ receptum exercituum suorum esse volentes, loco, & opportunitate situs, & magnitudine oppidi, præ ceteris quæ in Sicilia possiderent, his vsibus accommodato. Circum hanc igitur vrbem tota belli mole contracta, Consules Pœnis intra munitiones compulsis, ad vnum inde milliare castra locant. Erant tum in agris maturæ fruges, & quia diuturnam fore obsidionem apparebat, milites studio demetendi colligendique frumenti, longius & incautius quã hoste tam propinquo par esset, vagabantur. Neque Carthaginenses imperite aut segniter occasione vsi, magnam intulissent cladem, nisi tantumdem virtute restituissent Romani milites, quantum negligentia perdiderant. Quum enim frumentatores subitum hostis impetum sustinere non potuissent, Pœni ad ipsa castra Romana perrexerunt, diuisoque agmine quidam vallum rescindere parabant: alii cum statione pro castris locata prœlium conserebant. Tunc

Æsernia, & alia colonia deductæ.
A. V. C. CDXCI

CAP. XLIX
Agrigentum obsidetur a Romanis.

Pœnorum apparatus.

CAP. L.
Tota belli moles circa Agrigentum.

igitur

igitur, ſicut alias ſæpe, militiæ leges & incorruptus diſciplinæ rigor, rem ancipitem & exitio Romani exercitus caſuram, erexit. Quod enim quacumque de cauſſa ſtationem deſeruiſſe capitale apud Romanos eſt, excubitores nihil in fuga ſpei repoſitum eſſe gnari, quamquam numero longe ſuperarentur, pugnam præſentiſſimis animis ſuſtinuere, multis quidem ſuorum amiſſis, ſed hoſtium interfectis pluribus: donec armari cohortes laborantibusque ſuccurrere potuerunt. Ita & hic pulſi hoſtes, & qui vallum iam prope cœperant circumuenti. magna ibi cædes fuit. ceteros ad vrbem vſque Romani perſequuti ſunt. Ea res in poſterum & timidiores ad erumpendum hoſtes, & cautiores Romanos ad frumentandum fecit. Inde cum ſegnior eſſe cœpiſſet contentio, rarius, nec niſi ad leuia certamina excurrentibus Pœnis, diuidi copias placuit, & duabus vrbis partibus, hinc ad Æſculapii fanum, inde via quæ Heracleam ducit, caſtra ſtatui. hæc foſſis vtrimque permunita: qua vrbem ſpectabant, aduerſum eruptiones; foris, quo tutiora contra inuaſuros eſſent, iterque ſubſidiorum in vrbem introducendorum præcluderetur. Medium inter duo caſtra ſpatium, frequentibus præſidiis ſtationibusque ſeptum eſt. In his omnibus multum iuuabantur opera Siculorum qui recens in fidem venerant: quorum iam vna cum Romanis centum millia facta erant. Ab iiſdem commeatus Erbeſſum vſque ſubuehebantur: ab eo deinceps oppido (non aberat autem longe) ipſi Romani ſua in caſtra deportabant. Ita fiebat ut affatim eſſet magna rerum neceſſariarum copia. Hoc in ſtatu ad menſes ferme quinque hæſit obſidio: quum neutris inſigne ad victoriam momentum adeptis (præter leues enim velitationes tentatum nihil fuerat) res Punicæ deteriore loco eſſe cœperunt. Quia enim ingens hominum multitudo, haud minus quinquaginta millia bellatorum, tanto iam tempore idem intra oppidum concluſa annonam fere omnem abſumpſiſſet, ſperari vero ſubuectio nulla poſſet, aditus omnes Romanis ſolicite cuſtodientibus; propugnatorum animi tum præſentibus malis, quam exſpectatione inſtantium haud mediocriter angebantur. Igitur Hannibale Giſgonis filio, (nam hic rebus Carthaginenſibus Agrigenti præerat:) crebris nunciis opem aduerſus famem & pericula poſcente; cum militibus qui poſtea contracti fuerant, elephantiſque, Hanno ſenior in Siciliam tranſmittitur. Peditum erant millia quinquaginta, ſex equitum, ſexaginta elephanti. Cum his copiis Lilybæum vectus, inde verſus Heracleam mouit: ſtatimque venerunt ad eum qui deditionem Erbeſſi pollicerentur. Hoc in opera Erbeſſo potitus, vnde hactenus ad caſtra Romana deferri commeatus

Diſciplina Romana ſeruat exercitum.

CAP. LI.

Pugna.

Victoria penes Romanos.

CAP. LII.

Siculorum ſtudia erga Romanos.

L. M. bellatorum Agrigenti obſeſſa.

CAP. LIII.

Hannibal Agrigenti præfectus. Hanno cum nouo exercitu in Siciliam venit.

conſue-

consueuerat, rem haud minimi momenti perfecisse videbatur, quum inclusos omni propemodum facultate necessariarum rerum Romanos haud leuius vrgeret, quam ab his Agrigentini premerentur. Iamque de obsidione soluenda deliberatum erat non semel, nihilque propius factum, quam vt negotium illud spe desperata abiiceretur, nisi Hiero ex [illegible] omnes tentando vias nonnihil [illegible] ter-furtim submittens, præsentem inopiam modico subsidio [illegible] creasset. Hanno quum Romanos & penuria, & morbis qui sequi famem solent grauiter affectos, suas contra copias viribus integris agere perpenderet, propius ad Romanos accedere, prœliumque, si facultas daretur, fortunam experiri statuit. Elephantis igitur quinquaginta ceteroque toto exercitu adsumptis Heraclea profectus, Numidicum equitatum præmittit, qui hostium castris obequitans, eliceret Romanos equites, & in præparatas insidias deduceret. Numidis, vti mandatum erat, ad castra Consulum contemptim prouolantibus, erumpunt Romani, propelluntque resistentes primo, deinde solutis ordinibus via qua venire Hannonem sciebant, refugientes, contento cursu persequuntur. Igitur quanto longius abripi se passi fuerant, tanto difficiliorem ad sua munimenta receptum habuerunt; multique eorum quum & recentes occurrissent copiæ, & qui paulo ante fugerant vndique circumfunderentur, desiderati sunt. Hoc euentu magis etiam ad spem summæ victoriæ confirmatus Hanno, collem quendam, Torum nomine, mille quingentis passibus à Romanorum castris distantem insedit. Serius tamen aliquanto, quam inter exercitus tam propinquos sperari potuisset, commissa pugna est; modo Romanis, modo Pœnis vnius prœlii fortunæ spes vniuersas committere formidantibus. Donec igitur pugnandi auidior Hanno fuit, Romani castris suis se tenuerunt: quod numero, & alacritate, ipsi detrimento equitum suorum perculsi & mœrentes, vincerentur. Postquam autem dubitatione sua sociorum animos languescere, hostes in spem erigi, diutiusque sibi bellum cum inopia, quam cum Pœnis futurum arbitrati, certamen detrectare desierunt. Hanno vicissim tergiuersari cepit, & omnia metuere. Duo menses sic exacti, vt præter leuia prœlia, quæ fiebant quotidie, nihil maioris rei gereretur. Ad extremum frequentibus Hannibalis precibus motus, qui & nuncios mittebat adsidue, & facibus accensis signa crebra edebat famem amplius obsessis tolerari non posse, multosque ea peste coactos ad hostem transfugere, dimicationi moram vlterius nullam adferre decreuit: eodem tempore Hannibale quoque cum suis eruptionem ex vrbe facturo.

CAP. LIV. *Romani penuria & morbis vexantur.*

CAP. LV. *Hannonis fiducia.*

deinde cunctatio.

CAP. LVI. *Agrigentini vrgentur.*

Ea res Hannonem ad pugnandum stimulat.

Digitized by Google

Quæ quum animaduertiſſent Conſules intra ſua ſe caſtra quieti tenuerunt. eo ferocius Hanno aciem inſtructam oſtentare, & vbi nemo contra exit, ſub ipſa Romanorum munimenta ſuggredi, ad pugnam audacter prouocare, cunctantibus timorem & ignauiam obiicere: illi hoſtem leuibus prœliis à vallo repuliſſe contenti, neque contra manentes ſtruebant aciem: neque recedentes inſequebantur. Hoc vbi per aliquot continuos dies factum, Pœnisque iam perſuaſum eſſet, nihil vltra auſurum Romanum: L. Poſthumius Conſul contemptum hoſtium in ſuam occaſionem ſoletter vertit. Inſtructis enim ſilentio copiis omnibus intraque vallum retentis, accedentem pro more Pœnum cum paucis ſubmouens, à prima luce ad horam diei ſextam velitando detinuit. tum demum recipientibus ſe hoſtibus productas ex caſtris legiones immiſit. Hanno quanquam contra opinionem ſuam pugnandum ſibi videret, intrepide congreſſus in ſerum diei ambiguum certamen extraxit. Sed Romanos curatis bene corporibus, ad pugnam præparatos, æſtus, ſitis, labor, non æque fatigabat. Carthaginienſis autem acies ante commiſſum prœlium inedia & ſtando feſſa, quanto longius protrahebatur dimicatio, fatiſcentibus corporibus minus ad reſiſtendum virium habebat. Poſtremo conductitius miles qui in prima fronte pugnabat, diutius ſuſtinere laborem non potuit; neque ſolum ipſe ceſſit loco, ſed in elephantorum agmen, & alios à tergo ſtantes ordines trepida fuga ſe inferens, turbauit totam aciem, hoſtique acriter incumbenti terga dare coegit. Eadem felicitate tum quoque ab alia parte geſta res: Hannibalque quum eruptione pugnauiſſet, maiore ſuo quam hoſtium detrimento in vrbem compulſus eſt. Capta Carthaginenſium caſtra ſunt: elephanti vulnerati tres, cæſi triginta, vndecim in manus Romanorum venere: ſimilis & hominum fortuna fuit. de tanto exercitu pauci cum ipſo duce Heracleam euaſerunt. At qui in vrbe clauſi erant, rebus plane deſperatis, nullam ſalutis viam ſibi relictam eſſe videntes, maximis terroribus affligebantur: quum Hannibal optimi vt in fortuna mala conſilii auctor, animaduerſo Romanos & labore certaminis defatigatos, & lætitia bene geſtæ rei ſolutiores, negligentius ſolito excubias agere, circa tertiam vigiliam cum mercenariis exit oppido: & cratibus, quas hunc ad vſum ante paratas ſtramento compleuerant, in foſſas iniectis, transgreſſus, aliquantum itineris præcipit, donec Romani luce iam oriente quid actum eſſet ſentientes, partem extremi agminis deprehenderunt. Hannibal cum reliquis in tuta loca peruenit. At Agrigentini deſertos à Pœnis ſe videntes, multos eorum qui in vrbe remanſerant, ſiue

Prælium.
CAP. LVII.
Romani virtute ducem hoſtium vincunt.

Carthaginenſium clades.

CAP. LVIII.

Hannibal egregie [illegible]

per iam

Agrigentum diripitur.

CAP. LIX.

per iram, siue vt à victore gratiam inituri, concederent. Nec [illegible] captum est oppidum. homines, amplius quinque & viginti [illegible] illorum capitum, in seruitutem venditi. Hoc maximo [illegible] Romanis Agrigentum est; septimum intra mensem quam [illegible] perat. magna cum vtilitate gloriaque populi Romani, sed multa [illegible] que sanguinis impensa. quippe supra triginta hominum millia [illegible] Consulum exercitu, Siculorumque auxiliis inter illam obsidionem [illegible] ste perierunt. Qua de caussa, simul quia nihil tam magnae rei [illegible] mem propinquam suscipi poterat, Messanam redierunt. Anno deinde proximo cum imperio ierunt in Siciliam L. Valerius M. F. M. N. Flaccus, & T. Octacilius C. F. M. N. Crassus, Consules prioribus duobus [illegible] spem triumphi Romam digressis. Carthaginenses quidem classe [illegible] quam ad vastandam Italiam missa, nouos Consules a Siciliæ cura distinere cupiuerant. sed ii constitutis circum litora globis militum, qui prædones arcerent, nihilominus in insulam transiecerunt. Tunc quoque multa Siculorum oppida in fidem recepta, recenti cladis Agrigentinæ exemplo & metu: neque obsistentibus Pœnis, quos super prœlium aduersum etiam seditiones mercenariorum militum angebant: Gallis præcipue ob mensium aliquot stipendia non soluta tumultuantibus. Ad quos puniendos fraudem eiusmodi commentus est Hanno. Sermone blando mitigatos *modicum ad tempus quiescere* iubet: *sibi esse certam & propinquam oppidi cuiusdam locupletis occupandi spem* ostendit: *ex eius præda cumulate Gallis etiam pro solutionis mora satisfactum iri* confirmat. Ita sedatis illis, adeoque gratias agentibus, opportuno tempore, cum dispensatore suo quem habebat fidelissimum agit, *vt specie transfugæ, tamquam rationibus interuersis ad Otacilium Consulem pergeret, indicaretque nocte proxima Gallorum millia quatuor ad vrbem Entellinam proditorum opera recipiendam venturos, locatis insidiis circumueniri posse.* Consul rem non spernendam arbitratus, licet transfugæ non omnino confideret; mittit delectam militum manum. veniunt & Galli ab Hannone decepti. Consurgentibus ad hos excipiendos Romanis oritur prœlium atrox, in quo Galli omnes interfecti, quum inulti noluissent occumbere duplex Hannoni gaudium præbuerunt, conductitiorum insolentiam, cum hostium haud exiguo detrimento non incallide vindicanti. Romæ interim de aqua Anienis in vrbem deducenda Minucius Prætor in Senatu retulit. Opus illud ex manubiis Censor M. Curius locauerat. sed variis exortis impedimentis, res nonum in annum prolata, tum retractabatur. Creatique duumuiri Curius & Fuluius Flaccus; sed Curio quintum intra diem

Margin notes:

Ingens numerus in illa obsidione amissorum.

Anno ab Vrbe Condita CDXCII.

Pœni seditione mercenariorum anguntur.

CAP. LX.

In his puniendis fraus Hannonis.

Galli mercenarii Pœnorum caeduntur.

CAP. LXI.

diem defunctæ, gloria deductæ æque penes vtrum Fuluium fuit. Sub id tempus Hamilcar in Siciliam Hannoni ſucceſſor Carthagine venit. Hannonem namque ex mala pugna domum redeuntem, ignominioſe exceperant Pœni, mulctatumque ſex millibus aureorum præfectura dimouerant. Eum Hamilcarem patrem Hannibalis, qui ſequens bellum Punicum aduerſus Romanos duxit, fuiſſe, quidam ſimilitudine nominum decepti non recte tradiderunt. nam genitor Hannibalis Hamilcar extremis eius belli temporibus in Siciliam cum imperio adoleſcens venit, ſed celebritas eius effecit, vt alterius ignotioris Hamilcaris acta, Barcæ Hamilcari, omnium qui hoc nomine fuerunt nobiliſſimo, adſcriberentur. Succeſſor igitur Hannonis Hamilcar, pedeſtri vtique exercitu Romanos longe ſuperiores eſſe cernens, mediterraneas quidem vrbes nullas audebat adgredi, neque ex locis montoſis & arduis in plana deſcendere, ſed claſſe validus, qua haud dubie maris imperium tenebat, ea parte virium haud ſegniter vtebatur, miſſoque iterum Hannibale ad vaſtandam Italiæ oram, ipſe Sicula litora circumuectus, pleraque maritima loca, quæ Romanis ſeſe adiunxerant, facile recuperauit. Qua re fiebat, vt Romanis loca procul à mari remota, Pœnis litoralia & occupantibus facile, & tuentibus, æquo vtrimque momento ſpes metuſque librarentur, neque facile penes vtrum populum totius belli victoria eſſet futura, iudicari poſſet.

Hamilcar in Siciliam venit.

Alius Hamilcar Hannibalis pater.

Romanis mediterranea, Pœnis maritima loca facilius tuentur.

N I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER SEPTIMVS.
In locum lib. XVII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XVII. Liuiani.

CN. Cornelius Cos. a claſſe Punica circumuentus, & per fraudem veluti in colloquium euocatus, captus eſt. Cn. Duilius Cos. aduerſus claſſem Pœnorum proſpere pugnauit, primuſque omnium Romanorum ducum naualis victoriæ duxit triumphum. ob quam cauſam ei perpetuus honos habitus eſt, vt reuertenti à cœna tibicines canerent, & funale præferretur. L. Cornelius Cos. in Sardinia contra Sardos, & Corſos, & Hannonem Pœnorum ducem feliciter pugnauit. Attilius Calatinus Cos. cum in locum iniquum à Pœnis circumſeſſum temere duxiſſet exercitum, M. Calpurnii tribuni militum virtute & opera euaſit, qui cum trecentis militibus eruptione facta hoſtes in ſe conuertit. Hannibal dux Pœnorum victa claſſe, cui præfuerat, à militibus ſuis in crucem ſublatus eſt. Attilius Regulus Cos. victis nauali prœlio Pœnis, in Africam traiecit.

[illegible] in Sicilia.

QVartus iam belli Carthaginenſis annus exierat, neque pœnitebat virtutis aut fortunæ Romanos: prœliis enim omnibus quotieſcunque congreſſi cum Syracuſanis, cum Pœnis fuerant, victores diſceſſerant: opulentas vrbes oppugnando ceperant: aliæ conditionibus in poteſtatem venerant: ſed quando bellum in inſula gerebatur, neque commeatus, neque ſupplementa quum opus eſſet, ſubmitti poterant: & naues Carthaginenſium liberis & inprouiſis adpulſibus non modo Siculas vrbes ad mare poſitas ex tuto vexabant; ſed etiam Italiæ oram ſubinde vaſtantes, & detrimentum imperio Romanorum; & ignominiam famæ inferebant; quum interim Africa indemnis, & periculorum malorumque omnium hoſtilium exſors haberetur. Itaque re diligenter deliberata Senatui Populoque Romano placuit, vt claſſe comparata, non terra tantum, vti ceperat, dimicaretur cum Pœnis, ſed etiam maritimæ aleæ fortuna tentaretur. Hæc prima Romanæ vrbi de naualibus rebus ſeria cogita-

De ea deliberatio.

CAP. II.

Digitized by Google

gitatio fuit: quam haud minus forti felicique opera compleuit, ac animo conſilioque fidenti ſuſceperat. vt non immerito iudicaretur, orbis imperium genti Romanæ deberi, cui aduerſus exercitatiſſimum in re nautica populum claſſibus bellare volenti, nec ad rem adgrediendam audacia, nec ad regendam ſollertia, nec ad perficiendam conſtantia defuiſſet. Quum enim ad eam diem Romani adeo maritimam militiam non attigiſſent, vt neque viros qui nauale prœlium vidiſſent, neque naues vllas bellicas, ne fabricandarum quidem artifices idoneos haberent, maxima fiducia tantum opus adgreſſi, breuiſſimo tempore & nauigare ceperunt, & dimicarunt maritima pugna, & homines à multis ætatibus rerum earum peritiſſimos ſuperauerunt. Cura claſſis fabricandæ mandata Cn. Cornelio L. F. Cn. N. Scipioni Aſinæ, & C. Duilio M. F. M. N. qui Conſulatum recens inierant. Nauis erat vna quinqueremis, quam Claudius quo tempore freti tranſitum meditabatur, cupidine pugnandi propius ad littus perlatam, locisque vadoſis & breuibus impeditam pedeſtri manu ceperat: huius ad exemplum claſſem exædificari Conſules iuſſere, tantoque ſtudio inſtiterunt operi, vt ſexageſimum intra diem quam cæſa materia fuerat, claſſis centum ſexaginta nauium in anchoris ſtaret. Sed nec ingenio minore quam induſtria Conſules expeditionem iſtam maturarunt. quum enim neque imperitos remiges in prœlii diſcrimen adducere conſultum putarent; neque exercendis iis tempus rerum gerendarum coarctare vellent, commenti ſunt rem vti prima ſpecie ridiculam, ita vſu euentuque prolixe commendabilem: vt interea dum naues compinguntur, futuri remiges in litore ſedentes officia ſua docerentur. Iiſdem enim ordinibus diſpoſiti, quos in ipſis nauibus ſeruaturi mox erant, hortatore in media turba collocato, ad illius vocem & præcepta, mouere & impellere remos, iterumque quieſcere, haud aliter, quam nauigantes ſolent, iubebantur. Hac imaginaria exercitatione tantum profectum eſt, vt poſtquam paratis iam nauibus paucos dies in ipſo opere induſtriam ſuam probauiſſent, iam confidere ipſis auderent Conſules, ſuamque & legionum ſalutem credere. Prouincias deinde quum ſortirentur, C. Duilio terreſtre in Sicilia bellum, Cn. Cornelio claſſis euenit. Qui adſumptis nauibus ſeptemdecim Meſſanam progreſſus, quo in aduentum claſſis, quam ſequi vt primum poſſet, iuſſerat, neceſſaria præpararet: priuſquam ad fretum illa accederet, in manus hoſtium incidit. Factum id Boodis aſtutia, quem Hannibal Punicæ claſſis imperator legatum habebat, & credulitate Conſulis, qui Liparæis quibuſdam ab hoſte ſubornatis fidem habens, Liparæ vrbis per proditionem occupandæ ſpem temere conce-

De naualibus rebus ſera cogitatio.

Claſſis fabricatur

A. V. C. CDXCIII. CAP. III.

Inuentum ad exercendos in ſicco remiges.

Hortator remigum

CAP. IV.

Cn. Cornelius in manus hoſtium incidit.

Digitized by Google

perat. Ibi circumuentus à Punicis nauibus, conferere tamen manus, & pugnando salutem quærere cogitabat: nisi Boodes altera fraude ipsum & tribunos militum, quasi de conditionibus cum Pœno loquuturos suam in triremem pellexisset. venientibus iniectæ sunt catenæ: quo terrore quum ceteri sine certamine se tradidissent. Boodes nauibus omnibus potitus captiuos Carthaginem misit. Simile mox Pœni ducis peccatum fuit, eoque maioris opprobrii, quod neque Romani Consulis incogitantia tam recenti exemplo ad cautionem profuisset. Didicerat Romanam classem iuxta litus Italicum vela facientem, ad fretum tendere; neque procul abesse iam posse. volens igitur eam ex propinquo considerare, vt numerum nauium, & quæ in nouo instituto Romanis agilitas & habitudo esset, accurate cognosceret, cum nauibus quinquaginta proficiscitur: securus futuri, & classe, vt in cursu tuto solet, magnis temere permixtis, parum composita. Igitur in flexu cuiusdam promontorii quum in Romanam classem ordine commodo nauigantem subito illatus esset, ante victus quam ad pugnam parare se potuisset, amissa meliori parte nauium, postquam ipse quoque ad extremum periculi venisset, cum ceteris vix effugit. Victrix classis, cognito Cornelii casu, simul ad C. Duilium misit nuncios, qui suum aduentum ei significarent; simul ad prœlium se parabat, quod ceteras Carthaginensium naues propinquis locis agere compererat. ibi dum solicitis animis incommoda suarum nauium considerant, easque rudi opere constructas, à Punicis velocitate longe superari reputant. venit cuidam in mentem machinæ ad comprehendendas hostium naues tenendasque vtilis, quam postmodum *coruos* vocauerunt. eius hæc forma fuit. Tignum erat rectum teres, quatuor vlnas longum, crassitie dodrantali, trochleam in summo habens. huic in prora nauis defixo aptabatur scala sex vlnas lata, longa pedes quatuor, composita ex transuersis tabulis, quas impacti claui ferrei firmiter continebant. in ea machina foramen relictum erat oblongum, quo tigno inducta complecteretur illud, eique cohæreret, per spatium vlnarum quatuor, quanta ipsius tigni longitudo erat. Scalæ vero reliqua pars & tigno non inserta, quæ vlnarum erat duarum, quibusdam velut articulis ita dependebat, vt facile attolli demittique posset: in extremo scalæ validum affixum erat ferrum, pistilli forma, præacutum, quod in capite annulum habebat, ex quo funis adligatus per trochleam tigni, in ipsam nauis proram demittebatur. Tum quoties voluissent attracto fune erigebatur scala, remisso ruebat, quidquid comprehendisset infesto ferrei styli acumine defigens & vinciens. Inter hæc C. Duilius Consul pedestri exercitu

tribu-

Marginal notes:

Boodis Punica fraudes. (beside line 2)

CAP. V. *Pœni ducis peccatum.* (beside "potitus captiuos Carthaginem misit")

Victoria Romanorum. (beside "subito illatus esset")

CAP. VI. (beside "culi venisset")

Ingenium ad comprehendendas naues. Eius descriptio. (beside "structas" to "vtilis")

CAP. VII. (beside "longitudo erat")

Vsus. (beside "mittebatur")

tribunis tradito, ad naues venit: intellectoque Mylaiten regionem ab hoſte vaſtari; cum vniuerſa claſſe ad eam oram proficiſcitur. Grata res Carthaginenſibus fuit, qui aduerſum mediterraneos homines & rei nauticæ imperitiſſimos, certam ſibi victoriam pollicebantur: ipſi quoque documento futuri, nullum vnquam hoſtem ita contemni oportere, vt quidquam de cauendi diligentia & diſciplina remittatur.

Carthaginenſes claſſe congredi cupiunt.

CAP. VIII.

Dux claſſis Hannibal, is qui copias ex Agrigento eduxerat, ſeptireme vehebatur, quæ fuerat regis Pyrrhi, hunc reliquæ naues ſequebantur, non tamquam ad prœlium, per aciem & diſtinctos ordines: ſed vt cuique pronum erat, hoſtium contemptu properantes: at poſtquam propius ſuggreſſi ſuſpenſos ex proris aduerſæ partis minantesque coruos viderunt; rei nouitatem admirati paulisper hæſere. tandem ferociſſimo quoque imperitorum hominum rude commentum deridente, primæ quæque naues concitato impetu inuehuntur.

Coruorum nouitatem admirantur.
Prœlium nauale.

Tum vero demiſſi repente corui, vt in quamlibet inciderunt, ita perforato tabulato hærentes inuitam retinebant: milites autem Romani ſiquidem ſors tulerat vt ex lateribus naues connecterentur, omni ex parte in hoſtiles inſiliebant: quoties autem proræ tantum commiſſæ eſſent, per ipſum tignum adnexumque pontem armati bini tranſibant, tanto expeditius, quod vtroque à latere ſcalæ lorica genu tenus alta, tutiorem inceſſum graduumque firmiorem præſtabat: primi enim quique proiectis ante ſe ſcutis frontem aduerſus hoſtium tela protegebant; pone ſequentes ſua ſcuta loricæ vtrimque applicabant; ſic etiam lateribus defenſis, nauem aduerſam collato gradu oppugnabant. fiebatque pugna non roſtrorum, ſed enſium virorumque cominus, & ſtatariæ ſimilis.

CAP. IX.

Romanus vincit.

Vnde Romano, qui robore præſtabat, aduerſum homines leuiter armatos, nauiumq. potius agilitate quam manibus confiſos, facilis victoria fuit: celeriterque ſunt expugnatæ naues Punicæ triginta: in quibus & prætoria ſeptiremis capta eſt. Hannibal tamen, quum ex naui, quæ iam capiebatur, in ſcapham ſaltu ſe demiſiſſet, captiuitatem euaſit. rapideque miſſo Carthaginem amico, qui famam cladis præueniret, imminens ob rem male geſtam ſupplicium aſtu declinauit. Is enim curiam ingreſſus, quaſi re adhuc integra conſilium à Senatu petiit, *congrediendumne cum Romana claſſe videretur?* omnibus ſucclamantibus, *ne dubitandum quidem, aut differendum fuiſſe: fecit,* inquit, *& victus eſt.* Ita non audentibus incuſare factum, cuius, antequam fieret, auctores eſſe pro ſe quisque voluiſſent, capitis pœna liberatus eſt Imperator, præfectura nauium adempta.

Hannibalis commentum in euadendo ſupplicio ob rem male geſtam.

CAP. X.

Carthaginenſis.

Ceterum poſt fugam ducis è prœlio reliquæ Carthaginenſium naues (ſupererat autem pars multo maxima) impedito

[illegible] conflictatio. consilio, quid faciundum esset, ambigebant: pudebat excedere pugna nullo tum accepto incommodo, ne hoste quidem vigente: rursus Romanas naues aggredi [illegible] metu cunctabantur: ad postremum vndique circumuecti, & nauticas artes omnes experti, vbi omni ex parte opponi sibi rostra & corui formidabiles illas machinas viderunt, desperata victoria discessere. Mersæ traduntur eo prælio naues Punicæ quatuordecim, captæ vna & triginta, cum septem hominum millibus, postquam pugnando tria millia perijssent. Hoc euentu C. Duilio Consule aduersus Pœnos iuxta Liparæorum insulas certatum est: vnde magnus Romanis etiam prædæ fructus, sed longe amplissimus gloriæ famæque fuit. Consul assumpto terrestri exercitu Segestam profectus, vrbem a Pœnis ad extremum spei adactam, periculo exemit: inde Macellam pugnando cepit, Hamilcare nusquam occurrere auso: confirmatisque ciuitatum amicarum animis, æstate iam circumacta, Romam rediit.

Mors fuga.

CAP. XI.

Duilii discessu Punicæ res efflorescunt.

Cuius discessu res Punicæ rursum efflorescere coeperunt. Primum enim ab obsidione Mutistrati, post septimum mensem multis suorum desideratis, discesserunt Romani: deinde quum inter ipsos & auxiliares dissensione orta, seorsim à legionibus inter Paropum & Thermas castra metati socii essent; illorum vecordia vtendum ratus Hamilcar, improuisa irruptione supra millia quatuor occidit: neque multum abfuit quin totus Romanorum exercitus eadem clade inuolueretur. Tum igitur multa iterum oppida, partim expugnata sunt ab Hannibale, partim proditione capta. Quæ licet Romæ haudquaquam lætis auribus acciperentur, leuia tamen damna præ gaudio naualis victoriæ reputabantur. Quum enim hactenus Romana virtus terrestribus bellis inuictam se præstitisset, non abs re lætabantur isto prœlio maritimarum quoque virium non contemnendam opinionem quæsitam esse. vnde ad spem totius belli mirifice confirmatis animis, auctorem decoris insolitati nouis etiam honoribus dignum iudicauerunt.

CAP. XII.

Duilii Triumphus & alii honores.

Primus itaque Duilius naualem triumphum de Siculis & classe Pœnica egit Kalendis Intercalaribus. tulitque ciuitas, quod honore isto non contentus, alium sibi nullo exemplo priuatus sumpsit, vt à cœna redeunti tibicinis inter cantum funale præluceret. Columna quoque rostrata Senatusconsulto posita in foro est, ex Pario marmore candido, quæ mersarum captarumque nauium, numerum, & summam pondusque pecuniæ captæ complexa adhuc visitur, sed extritis vetustate vocabulis pluribus: auri tamen nummos captos esse ter mille septingentos: argenteorum supra centum millia; æris grauis vicies septies centena millia pondo, satis agnoscitur. Triumpho peracto comitia C. Duilius habuit, L. Cornelius

L. S.

A. V. C.
CDXCIV.

L. F. Cn. N. Scipio, C. Aquilius M. F. C. N. Florus conſules facti. Prouincias Conſulares Senatus decreuit Siciliam, & claſſem. Cui claſſis obueniſſet, ei in Sardiniam & Corſicam tranſiicere, ſi è republica videretur, permiſſum. Hæc ſors Cn. Cornelio quum eueniſſet, inſtructa claſſe profectus eſt.

CAP. XIII.
Prima Romanorum in Sardiniam & Corſicam expeditio.

Hæc prima Romanorum in Sardiniam & Corſicam expeditio fuit. Inſulæ ſunt locis ita coniunctæ: vt eadem videri poſſint: cœli tamen ſolique natura, & quod ſequitur, hominum ingenio, multum diſſimili. Sardiniam vt imaginem humani veſtigii referentem *Ichnuſam* veteres, itemque *Sandaliotin* dixerunt. *Inde Sardum Hercule Libyco genitum* aiunt *frequentatæ ab ſe inſulæ nomen quo hodie noſcitur impoſuiſſe.* Græcos etiam ad ea loca veniſſe cum Ariſtæo fabulis antiquis decantatum eſt, itemque poſt Iliaca bella, Troianos. Terra neque ſpatio ſoli maximis eiuſdem maris inſularum, neque bonitate fertiliſſimis multum cedit. parens optima pecudum, frumenti optimi feraciſſima, metallorumque, ſed præſertim argenti, diues. Cœlo tamen haud æque ſalubri vtitur, laudemque fecunditatis apud exteros peſtilentioris aëris infamia corrumpit: per æſtatem enim morboſa eſt, & in locis fertilioribus, magis.

CAP. XIV.
Herba Sardoa.

Herbam præterea producit vehementis veneni apiaſtro perſimilem, quæ in cibo ſumpta mentem adimit, neruiſque violenter attractis labia diſtorquet in ridentium ſpeciem; exitiali ſucco, niſi poſt vomitum lac aut aqua mulſa copioſe bibatur: ita vis iſtius mali præſens diluitur, ceteris deinde incommodis ea medentur, quæ in conuulſionibus neruorum vſui ſunt. Etiam minimum animalculum per imprudentiam ſuperſedentibus mortiferum eſt. *Solpugam* vocant, formicarum genus, tanto periculoſioris malitiæ, quod & latet facile propter exiguitatem, & ab ignaris naturæ eius, etiam animaduerſum non timetur. Sardi variis ex barbaris mixta natio, quum ingenio ſuo permittitur, libentius latrocinio quam agri cultura victitant. pelta & breui enſe armantur: thoraces ex pelle muſmonum conſuunt. arietes ita vocant, quos inſula gignit, non lanam vt alii, ſed pro ea pilum caprorum more geſtantes. Vrbium celeberrima Caralis eſt, Africam ſpectans, & inde condita, cum pulcherrimo portu.

CAP. XV.
Corſicæ deſcriptio.

Corſica nec amplitudine nec opibus Sardiniæ comparanda, tertium tamen inter has inſulas magnitudinis locum obtinere creditur. nomen a Corſa, muliere quadam, accepiſſe incolæ tradunt, cuius ab armento taurus in hanc inſulam ex Liguria tranſiecerit. Græcis *Cyrnus* vocatur. Montoſa eſt & aſpera, & pleriſque locis penitus inuia. quare populum etiam terræ ſuæ ſimilem alit, nullo humano cultu feris propemodum ipſis intractabiliorem. Capti in ſeruitutem vix manſueſcunt: ſed aut impatientia la-

tia la-

Digitized by Google

tia laboris & iugi vitam exuunt; aut contumacia & stupiditate molesti sunt heris. Mel in insula copiosum est, sed amari saporis, quale fit ex flore buxi, quam Corsica multam & crassissimam profert. Idem tamen saluberrimum putatur: & sunt qui longæuos in Corsica homines fieri opinentur, quod mel istud suum in continuo vsu habeant. Oppida nec magna nec frequentia populo, sed tamen supra triginta numerantur:

Corsica vrbes.

ex quibus facile principes sunt Aleria Phocæensium Colonia; & Etruscorum Nicæa. Hic quoque graue cœlum est, & præterea importuosum mare.

CAP. XVI.

Cum his igitur gentibus diu Carthaginenses bella gessere, & vtriusque insulæ dominatione, præter inaccessa loca potiti sunt. Sed quia facilius erat rudes & feros homines vincere, quam domare; tum alia quibus eos continerent, excogitarunt, tum etiam quo res vitæ necessarias ex Africa petere cogerentur, quidquid vbiuis frugum fructuumue erat, corruperant, etiam supplicio mortis indigenis proposito, si quis tale quid serere aut plantare instituisset: donec longa consuetudine facti mitiores imperium æquioribus animis pati didicerunt.

Cn. Cornelius Aleriam expugnat.

Has ad insulas nauigationem eo tempore Cn. Cornelius Consul instituit. & prius quidem in Corsica vrbem expugnauit Aleriam, quo facto ceteras facile & citra laborem aut periculum adiunxit.

Classem hostium fugat.

Inde Sardiniam petenti classis occurrit hostium, quam aggressus Consul, antequam ad manus ventum esset, in fugam coniecit.

CAP. XVII.

Mox ad Olbiam profectus, quum in portu multas Carthaginensium naues stare vidisset, neque se satis à pedestri robore instructum ad oppugnationem vrbis situ & defensorum multitudine validæ crederet, omisso in præsens negotio, domum ad plures milites adsumendos abnauigauit.

Naualium sociorum conspiratio Romæ.

Per idem tempus seruilis in vrbe motus inter ipsa initia feliciter compressus, magna rempublicam solicitudine simul adfecit, & liberauit. Ad classem instruendam ex gentibus recens deuictis nauales socii frequentes cogebantur. eorumque tum ad quatuor millia Romæ conuenerant, Samnites plerique. ii quod à mari abhorrerent, conditionem suam secretis sermonibus miserati, eo vsque exarserunt, vt vrbem incendere atque diripere agitauerint. iamque ad tria seruorum millia in eamdem sententiam pertraxerant, quotidie sumente vires conspiratione, quum Erius Potilius præfectus auxiliorum prudenti consilio periculum omne discussit.

Prudenti consilio discutitur.

CAP. XIIX.

Simulato enim eiusdem factionis studio, machinationes eorum omnes exacte perdidicit: genus, numerum, nomina singulorum qui in ea coniuratione essent, cognouit: loca, tempora, quibus ausuri quodque forent, explorauit. Nihil iam deerat ei quo minus rem ad Senatum deferret, præter facultatem Curiam adeundi; nam voluntas superarat:

sed

Digitized by Google

ſed Samnitibus nuſquam incomitatum ſinentibus, perficere inſtitutum nequibat, donec excogitato dolo perſuaſit eis, *vt quo die Senatum haberent in forum agminatim progreßi, fraudem ſibi in dimetiendo frumento factam eſſe vociferarentur: inde naſcituram occaſionem dicens aut exſequendi conſilii ſui, aut certe ſpeculandi quid aduerſus ſubitos eiuſmodi motus animi conſiliiq; Patribus eſſet.* quoque plus fidei faceret, ipſe proceſſit vna, neque comitem modo ſe tumultus eius, ſed principem ducemque præbuit. Vnde vocatus ad Senatum, conſpirationis occultæ periculum commentique ſui cauſſas expoſuit. Patres diſſimulata facti conſcientia, miſerunt qui turbam illam blandis verbis delinitam domos abſcedere iuberent, *daturos operam Patres vt iniuria quæ facta diceretur ſublata, iuris ſui cuiq; copia fieret.* Ita coniurati latere adhuc conſilium ſuum exiſtimantes digreſſi ſunt: nocte vero proxima ſuos quiſq; ſeruos, quos indicio Potilii ſceleris eſſe participes cognouerant, vinxit. Samnitium quoque plerique in hoſpitiis ſuis comprahenſi. Neſcio an hæc cura, an vero aliud negotiorum aut valetudinis impedimentum C. Florum tenuerit, ne citius in Siciliam proficiſceretur. in qua Hamilcar poſt proximam victoriam res Carthaginenſium magnis profectibus reſtituebat. Quippe Camarina & Enna proditione receptis, Drepanum vbi portus egregius erat, communiuit, & in oppidi formam auxit, transductis illuc Erycinis, quorum vrbem ne Romanis vſui foret, præter templum Veneris, euerterat. Multa deinceps alia loca dolo aut armis in poteſtatem redegerat, totaque Sicilia potiturus videbatur, niſi Florus ob res iſtas ne ſub hyemem quidem inſulam relinquere auſus obſtitiſſet. Facilius alteri Conſuli bellum cum Sardis & Carthaginenſibus ad Olbiam fuit. Quo reuerſus cum auctioribus copiis, Hannonem inuenit, quem Hannibale remoto Carthaginenſes rebus maritimis præfecerant. Pugna vehementi facta, Hanno fortiſſime dimicans, quum vinci ſuos videret, in confertiſſimos hoſtes irruens interfectus eſt, ſequutaque oppidi deditio. Conſul victoriæ famam etiam humanitatis aduerſus hoſtem inſigni documento decorauit. Nam è tabernaculo ſuo corpus Hannonis efferendum curauit, amplaſque ipſi fecit exſequias, ceſſantibus poſt mortem odiis, virtutem etiam in hoſte honorandam eſſe recte iudicans. Inde recentis victoriæ terrorem exoleſcere non paſſus, multas & alias Sardiniæ vrbes cepit, conſilio doloque virtutem adiuuans. Solebat enim noctu appulſa litori claſſe, delectos ex cohortibus haud procul oppidis, quæ adoriri conſtituerat, exponere: qui locum inſidiis opportunum occupantes expectabant, donec ad ipſas vrbes ſuggreſſus Conſul oppidanos in arma compulſos, ſimulatione fugæ longius à mœ-

Mira ratio prodendi coniurationem nihil ſuſpicantibus conſciis.

CAP. XIX.

Hamilcaris res proſpere in Sicilia.

Florus Conſul ſub hyemem in Sicil. traiicere negunt.

CAP. XX.

Cn. Cornelius Sardos & Carthaginenſes vincit.

CAP. XXI.

Stratagema Cn. Cornelii.

Digitized by Google

nibus eluxisset: tum illi aduenientes cursu vacuas defensoribus vrbes capiebant: ex asto complures in potestatem venere: tantumque vincendo processum est, vt neque in Corsica neque in Sardinia Pœnorum exercitus consistere possent. Qua de caussa minime dubitatum est, quin Romam reuerso triumphus amplissimus decerneretur. Triumphauit de Pœnis & Sardinia & Corsica ante diem V. Idus Martias quum magnam ex insulis istis prædam, & multa millia captiuorum adduxisset. At in Sicilia C. Florus Proconsule Mytistratum obsidebat, locum munitum, & semel iterumque frustra tentatum. Ne tum quidem prius expugnari potuit, quam nouus Consul A. Atilius A. F. C. N. Calatinus veniret.

CAP. XXII. A. V. C. CDXCV.

huic enim Sicilia prouincia: collegæ eius C. Sulpicio Q. F. Q. N. Paterculo ciuiSis euenerat. Ii, quod Panormi Carthaginensium hyberna erant, cum omnibus copiis eo profecti acie instructa fecere pugnandi copiam hostibus. Sed nemine contra prodeunte, Hippanam petiuerunt: quæ vrbs ex itinere oppugnata statimque capta est. Inde Mytistratum perrexit Atilius, quam acriter defensam ad extremum fatigati lamentis mulierum atque puerorum propugnatores deseruerunt. Ita præsidio Carthaginensium noctu digresso, prima luce portas oppidani aperuerunt. Sed Romani, malorum quæ in obsidione pertulerant nimium memores, obuios sine discrimine sexus ætatisue cædebant: donec A. Atilius proclamari iussit, *prædam & homines capientium fore.* Tum demum crudelitatem auaritia vicit: seruatique Mytistratensium reliqui sub corona venierunt: vrbs direpta est & diruta. Camarinam inde ductus exercitus, ob regionem parum diligenter exploratam, maximum in discrimen incidit. Pœnus enim imperator obuiam profectus loca superiora prior occupauerat: Romanasque copias in vallem iniquam temere demissas circumsidebat. Certum ante oculos omnium exitium, & Caudinæ cladis imago versabatur: nisi consilium & virtus M. Calpurnii Flammæ, qui tribunus militum eodem in exercitu agebat, rebus pene desperatis subuenisset. Nam is P. Decii sequutus exemplum, qui tribunus militum idem in Samnio fecerat, adsumptis militibus trecentis ad tumulum quemdam occupandum iuit: nulla spe euadendi, sed amore laudis & seruandi exercitus cupiditate ipse militesque eius accensi. Ferunt, quum eo duceret, ita suos adloquutum esse: *moriamur milites, & morte nostra eripiamus ex obsidione circumuentas legiones.* Atque ita factum est. hostibus enim in hos conuersis dum acerrima pugna quantumuis multos morituri detinent, Consul euoluere sese locis infestis potuit: Carthaginenses interfectis qui se obiecerant, nihil in detectis

Mytistratum capiunt Romani.

CAP. XXIII.

M. Calpurnii Flammæ virtus.

CAP. XXIV.

iam insidiis ponentes spei discesserunt. Itaque Calpurnii miraculo proxima

xima fortuna fuit. Qui repertus inter ſuorum hoſtiumque cadauerum cumulos, quum ſolus omnium adhuc ſpiraret, ſublatus atque diligenti cura refectus, quum inter multa vulnera lethale nullum accepiſſet, diu poſtea fortem fidelemque operam Reipublicæ præſtitit: magnoque terrori hoſtibus fuit. Qui ſi apud Græcos tantum virtutis ſpecimen edidiſſet, neque præmiorum, neque monumentorum ſatis potuiſſet decerni. nunc homini Romano tanti facinoris merces corona ex gramine fuit: memoria vero facti adeo negligens, vt vix de nomine fortiſſimi viri conſtet. eumdem enim *Calpurnium Flammam* plerique, ſed M. Cato *Q. Ceditium*, Claudius Quadrigarius *Laberium* vocatum eſſe tradiderunt. *Et miracula proxima fortuna.*

Ceterum emerſus ex his anguſtiis Conſul quum & error pudorem, & periculum vigilantiam acuiſſet; maioribus iterum viribus & intentiore cura oppugnare vrbem aggreſſus, poſtquam ſine machinis parum proficiebat, ab Hierone petitas accepit. Earum violentiæ ceſſit murus, redactosque in poteſtatem Camarinenſes maiori ex parte ſub haſta Conſul vendidit. *Camarinam occupant Romani.*

CAP. XXV.

Tum ad Ennam itum: ea quoque proditione recepta: præſidiarii partim à Romanis in oppidum admiſſis interfecti ſunt, alii fuga dilapſi ad ſuarum partium loca ſe receperunt. *Item Ennam, & alia loca.* Sittanæ poſſeſſionem non dolus ſed virtus dedit: magna vi pulſis, qui defenderant, & vrbe expugnata. Neque moram fecerunt minora quædam in ea Siciliæ parte oppida, quin protinus miſſis legatis Conſuli ſe traderent. Qui præſidiis per commoda loca diſpoſitis, in Agrigentinum agrum ſigna promouit, ibique Camicum caſtellum opera proditorum recepit. Vnde perculſi qui Erbeſſum tenebant, oppido relicto fugerunt. Sic Erbeſſus quoque ad Romanos rediit. Hoc ſucceſſu Conſul animatus, & quod Liparæorum haud paucos ſibi fauere putabat, ad illorum vrbem admouit exercitum. Ibi non pro cetera felicitate res proceſſit. Hamilcar enim Romani ducis conſilio ſagaciter depræhenſo, Liparam clam intrauerat, intentusque tempus bene gerendæ rei expectabat. *Hamilcar Romanos cadit.* Quod Romanus quum ignoraret, audacius & incautius ſubiens muros, repentina Pœnorum eruptione turbatur. vulnerati ſunt in eo conflictu permulti, cæſorum quoque non exiguus numerus fuit.

CAP. XXVI.

Interea C. Sulpicius Conſul in Sardinia cum Pœnis aliquoties proſpere dimicauit tantumque hinc acceſſit animi, vt Africam verſus vela facere auderet. *C. Sulpicius in Africam nauigat.* Id vero minime ferendum eſſe Carthaginenſes arbitrati, Hannibalem qui ex Sicula fuga Carthagine adhuc agebat, iterum nauibus ſuis præponunt, multisque & præſtantiſſimis præfectorum naualium adiunctis, *claſſem hoſtilem à patriis litoribus repellere* iubent. Soluit is quidem vt pugnaturus:

Ceterum quo minus concurreretur, intercessit tempestas, quæ vtrisque grauis incumbens, ad loca tranquilliora submouit inuitos. Sardiniæ tamen portus ambo duces tenuerunt. Ibi quum in ancheris haberent naues, Sulpicius quo Pœnū in apertum mare pelliceret, quosdam subornat qui transfugarum specie persuaderent Hannibali *Romanos iterum in Africam nauigare.* Deceptus ille hoc vaframento celeriter educta classe, in

Hannibalem vincit.

Consulem idoneo loco præstolantem imparatus incidit: multæque naues Punicæ depressæ sunt, priusquam scire possent quid ageretur: quum insidias Consulis tempestatis fauor & opportune orta caligo texisset.

CAPVT XXVII

Tandem re intellecta reliquæ repetiuerunt portum, aut in litus se eiecerant: ibi profugientibus remigibus pleræque inanes captæ sunt. Hannibal enim desperato teneri portum posse, in oppidum Sulcos se contulerat: vbi seditione orta compræhensus à Carthaginensibus, qui eodem ex pugna confugerant, quod *eius temeritatem & stultitiam cladis suæ caussam fuisse* dicerent, crucique adfixus periit.

Hannibal cru[illegible]

Sed hæc victoria Romanis paulo post detrimenti nonnullius caussa fuit. quum enim sublato classis Punicæ metu in vastatione agrorum contemptius & securius versarentur, inprouiso Pœnorum Sardorumque incursu, Hannone quodam duce, fusi sunt. Censuram hoc anno C. Duilius gessit, Ianique templum apud forum olitorium struxit. Triumphi dehinc duo spectati:

Triumphus C. Aquilii Flori, & C. Sulpicii.

prior C. Aquilii Flori proconsule de Pœnis A. D. IV. Nonas Octobres; alter C. Sulpicii Consulis de Pœnis & Sardis, A. D. III. Nonas.

CAP. XXIIX

Anno ab Vrbe Condita CDXCVI.

Quum deinde C. Atilius M. F. M. N. Regulus, & Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Blasio iterum Consules essent, sacra quædam procurandis prodigiis fieri solita Senatus faciunda censuit; quod in Albano monte, locisque aliis pluribus, atque adeo in Vrbe ipsa, lapides frequentes grandinis instar deciderant.

Dictator ad instaurandas ferias Latinas.

Latinas ferias instaurari, caussaque eorum Dictatorem dici visum est. Q. Ogulnius L. F. A. N. Gallus Dictator, M. Lætorius M. F. M. N. Plancianus magister equitum fuerunt. C. Atilius, qui classi præerat, ad Tyndaridem Siciliæ quum appulisset,

C. Atilius Punicam classem inuadit.

classem Punicam ordine parum composito prætemauigantem conspicatus, eius oppugnandæ consilium subito cepit. Iussisque sequi ceteris nauibus, ipse cum decem quæ primæ parari potuerunt, euolat; & ad Pœnos iam longius euectos summa velorum remorumque contentione

CAP. XXIX.

pergit. Hamilcar in ea classe vehebatur, non contemnendus imperator: qui paucas sibi naues instare videns, alias portu vix egressas esse, magnam partem etiamnum in anchoris hærere, conuerso cursu C.

Anceps pugna.

Atilium eiusque naues tota classe circumuenit. deprimuntur celeriter naues

Digitized by Google

naues nouem, impari aduerſum tanto plures certamine nequidquam omnia expertæ. Prætoria tamen meliori quam ceteræ fuerant remigio inſtructa, ſociiſque naualibus præſentia Conſulis animatis vi perrupit, ſalutemque inuenit. iam enim aderant Romanorum aliæ naues, quarum ſupplemento mutatur fortuna pugnæ, merguntur Punicæ naues octo, capiuntur cum ipſis remigibus decem: reliquæ ad Liparæorum inſulas intendunt curſum. Hæc mari geſta. terreſtrium copiarum ſegnius bellum fuit, vrbe Lipara ſine ſucceſſu oppugnata. ſed in apertorum locorum vaſtationem deſæuiit hoſtilis ira; eademque calamitas etiam Meliten inſulam haud longe diſſitam comprehendit. Ob hæc geſta C. Atilius Conſul triumphum naualem de Pœnis egit. Eodem anno etiam A. Atilius Proconſule ex Sicilia de Pœnis triumphauit A.D. XIV. Kalendas Februarias. lætæque tum Romanis res erant, qui non terreſtribus modo prœliis, ſed etiam maritimis ſuperiores, non iam de Sicilia annexiſque inſulis, quarum imperium ſatis ſibi certum eſſe putabant; ſed de Africa inuadenda, bellique terrore Carthaginis ipſius portis impingendo incipiebant conſultare.

Victoria Romanorum.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER OCTAVVS.

In locum lib. XIIX. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XIIX. Liuiani.

ATTILIVS Regulus Cos. in Africa serpentem portentosæ magnitudinis cum maxima militum clade occidit, & cum aliquot prœliis aduersum Carthaginenses pugnasset, successorque ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, idipsum per literas ad senatum missas conquestus est. in quibus inter caussas petendi successoris erat, quod agellus eius à mercenariis esset desertus. Quærente deinde fortuna vt magnum vtriusque casus exemplum in Regulo proderetur, accersito à Carthaginensibus Xanthippo Lacedæmoniorum duce, victus prœlio, & captus est. Res deinde à ducibus Romanis omnibus terra marique prospere gestas deformauere naufragia classium. T. Coruncanus primus ex plebe pontifex maximus creatus est. P. Sempronius, M. Valerius Maximus censores quum senatum legerent, XIII. senatu mouerunt. lustrum condiderunt, quo censa sunt ciuium capita CCXCVII. *millia*, DCCXCVII. *Regulus missus à Carthaginensibus ad senatum, vt de pace, & si eam non posset impetrare, de captiuis commutandis ageret, iureiurando adstrictus est rediturum se Carthaginem, si commutari captiuos non placuisset. vtrumque negandi auctor senatui fuit: & quum fide custodita reuersus esset, supplicio à Carthaginensibus de eo sumpto, periit.*

A. V. C. CDXCVII. *M. Regulus Africa infert bellum.*

COnsulatum deinde L. Manlius A. F. P. N. vulgo Longus iniuit, & Q. Cædicius Q. F. Q. N. cui in magistratu mortuo suffectus est M. Atilius M. F. L. N. Regulus, qui semel Consul fuerat. Hoc anno demum Africa quæ hactenus cladium hostilium exsors egerat, sentire bellum cepit. Romanis in eam ingressis, postquam Carthaginensium classem magna pugna vicissent. Quæ vti gesta sint ipsiusque Reguli vtramque fortunam, & indignum viri virtute exitum, hoc libro exponemus. Anno superiore cum C. Atilio Consule Carthaginenses ita prœlio nauali contenderant, vt quamquam ipsi pluribus amissis nauibus pugna priores excessissent,

Digitized by Google

sent, tamen quia Romanas etiam aliquot submerserant, se non inferiores fuisse interpretarentur: Romani contra euentum eum pro victoria haud dubia computabant. Ita fiebat, vt spe & fiducia pari populus vterque studium maritimarum rerum per æmulationem summam prosequeretur. Igitur & Consules in Africam transferre bellum iussi, cum trecentarum triginta nauium classe Messanam appulsi, atque inde litus Siciliæ dextrum legentes præter Pachynum ad recipiendas pedestres copias, tum castra circa Ecnomum collem habentes, pergebant: & sub idem tempus Hamilcar imperator Pœnorum, & Præfectus classis Hanno, trecentarum sexaginta nauium duces, Carthagine Lilybæum, & inde Heracleam Minoam transgressi, eo in portu stationem agitabant: consilia Romanorum obseruantes, & si versus Africam instituere cursum auderent, prohibituri. Quod edocti Consules ad vtrumque casum studiose cuncta comparant, vt siue naualis prœlii tentandæ spes forent, siue alicubi exscensionem fieri oporteret, consilium in expedito haberent. Itaque pugnacissimis quibusque militum in naues impositis, quatuor classes, tamquam eiusdem vniuersæ partes totidem, faciunt. legionem primam in prima classe, duas sequentes ordine suo constituunt: in quarta collocant triarios. Has copias ita disponunt, vt singulis nauibus treceni remiges, milites vero centeni viceni vehantur: ita numerus hominum in vniuersa classe ad millia centum quadraginta accedebat. Hunc numerum aliquanto superabant Pœni, plus centum quinquaginta millibus hominum adducentes. Et militum quidem genus præ suis parui faciebant Consules; maior ea deliberatio erat, quoniam in alto mari pugnandum fore appareret: vbi celeritas nauium & gubernatorum artes plurimum valent, quo ordine aduersus istud discrimen aptissime componi acies posset. postremo rationem instruendæ classis talem ineunt. Hexeres duas quibus Consules ipsi vehebantur pariter in fronte statuunt; vtrique harum hinc primam inde secundam classem longa & simplici serie adnectunt, ita conlocatis nauibus, vt omnium proræ foras obuersæ essent: hexeresque propemodum coniunctæ irent, proximæ his longius inter se digrederentur: atque ita deinceps spatium inter duas oppositas naues relictum cum ipsis ordinibus cresceret. Sic minimo inter primas naues, maximo inter postremas interuallo, quum ex duabus istis classibus forma cuneatæ aciei effecta esset, tertiam deinde legionem admouerunt: quæ simplici nauium ordine spatium istud inter priores duas apertum prætexens, triquetram totius aciei faciem exhiberet. Pone hanc, à tergo tertiæ classis, hippagines funibus tractoriis ad naues tertianorum pertin-

Classes vtrimque. CAP. II.

Hamilcar & Hanno consilia Romanorum obseruant.

Consules classem diuidunt.

CAP. III.

Pœnorum numerus.

Ordo Romanorum nauium.

CAP. IV.

Triarii in classe.

tingentibus remulco trahebantur. Poſtremi omnium triarii nauibus vnam in ſeriem, ſed ſemicircularem exporrecti: ita priores ambibant, vt ab vtroque cornu prominerent. Ita totum corpus fronte caua, poſtremis partibus ſolidis, roſtri naualis ſimilitudinem præferebat: non minus ad ſuſtinendam impreſſionem firmum: quam ad inferendam habile. Sed Carthaginenſium duces Romanæ claſſis aduentu per exploratores cognito, quum vrbem ſuam aditu facilem, imbelle vulgus, accolas leues & ad mutandam fidem pronos cogitarent, obuiam ire decernunt, omnia prius experiri certi, quam tutum in Africam curſum Romanis nauibus permitterent.

Pœni duces obuiam eunt Romanis.

CAP. V

Igitur ſuos paucis cohortati, *vt memores non de præſentibus modo, ſed omnibus, quos domi quiſque chariſſimos haberent, pugnandum eſſe; obfirmatis & alacribus animis prœlium capeſſerent*, naues conſcendunt: bonaque cum ſpe ſua & naualium ſociorum ex portu euehuntur. Neque longe Romana claſſis aberat; itaque haud procul Heraclea pari vtrimq. robore concurritur.

Prælium nauale.

Pœni duces inter ſe ita compatauerant, vt in dextro cornu Hanno curaret (erat autem idem ille, qui apud Agrigentum infeliciter pugnauerat) ceteris præeſſet Hamilcar, naues autem ſuas animaduerſa Romanorum acie quadripartito & ipſi diuiſerant:

Punica acies.

Harum quæ totius aciei ſiniſtra erat in figuram arcus ſinuata, terram verſus inclinabat: ceteræ ſimplicibus ordinibus extentæ, proris nauium in hoſtem verſis. ex his dextrum cornu in quo roſtratarum & quinqueremium celerrimæ erant, Hanno verſus altum mare quantum poterat exporrexit, ſi pugna aliunde commiſſa eſſet, circumdaturus hoſtem.

CAP. VI.

Hamilcaris aſtus.

Neque diu morati Conſules in medias Pœnorum naues cum duabus claſſibus ſuis ſe intulerunt. Hamilcar, quo Romanorum aciem diſtraheret, ſuis præceperat, vt commiſſa pugna fugam continuo capeſſerent. Quod quum factum eſſet, Romanique cedentes auide perſequerentur; illis quidem ob celeritatem nauium innoxia fuga fuit; at Romanorum acies vti voluerat Hamilcar præuideratque diuulſa eſt, triariis & tertia claſſe ſuo adhuc loco ſe tenentibus. Quod vbi perfectum eſſe vidit, ſubito dat è naui ſua ſignum, vt conuerſis proris pugnam cum inſequentibus ineant. certatur ambiguo Marte, Pœnis velocitate & peritia nauticæ rei, Romanis robore militum longe ſuperioribus. Itaque quamdiu nauium potius quam hominum pugna eſſe potuit, Punica res haud dubie meliori loco erat: ſed quoties coruorum iactu colligatis nauibus cominus pugnari ceperat, penes Romanum erat certa victoria; quum miles manu fidens, & in conſpectu Conſulum pugnans, inſignitiore opera virtutem ſuam his approbare contenderet.

Virtute Romana eluditur.

CAP. VII.

Dum in ea parte ſic dimicatur, Hanno cum dextro

dextro cornu, quod hactenus immotum habuerat, in triariorum naues inuectus à mari fecit impetum, magnasque in anguſtias redactis moleſtum omnino negotium exhibuit. Eodem ferme tempore ſiniſtra quoque Carthaginenſium acies, mutata priore forma, & æquata fronte roſtris infeſtis tertiam Romanorum claſſem, quæ hippagines remulco trahebat, inuadit. Romani dimiſſis funibus ad reſiſtendum ſe parant: hic quoque fortiter confligitur. ita tribus locis, totidem naualia prœlia, magno interuallo diuiſa naſcuntur. Quum ita ſatis diu dubia victoria certatum eſſet, tandem euenit, quod neceſſum eſt, vbi ſimul pluribus locis æquali virium robore pugnatur, vt quæ pars prima pulſa fuit, totius certaminis victoriam daret. Quum enim Hamilcar vim hoſtium vlterius ferre non poſſet, ipſius fuga ceteras etiam Punicæ claſſis partes ſtatim profligauit. Nam ex Conſulibus L. Maulio in captiuis nauibus conquirendis, & ad ſuas alligandis occupato, M. Regulus commiſſum alibi certamen videns auxilium ſuis ferre feſtinauit, aſſumptis ſecundæ claſſis nauibus, quotquot ex priore pugna integræ illæſæque euaſerant. Celeriter opem iſtam ſenſere triarii, receptisque animis quos prope ad extremum periculum adducti deſponderant, ſtrenue dimicare cum aduerſariis cœperunt. Hanno quum & hos acrius reſiſtere ſibi, & à tergo ſe premi videret à recentibus, velis in altum datis imminens exitium præuenire ſtuduit. Quum inter hæc L. Manlius quoque tertiam Romanorum claſſem à Carthaginenſium ſiniſtro cornu ad terram vrgeri conſpicatus, curſum eo intendiſſet, ſuperuenit & M. Regulus, qui iam hippagines & triarios in tuto locauerat, ita ſubito facies rerum vertitur, clauduntúrque & cinguntur, qui paulo ante Romanos circumdederant. quos equidem in arctum conſtipatos & velut obſeſſos olim peſſumdediſſent, niſi metu coruorum accedere veriti, ſpatium dediſſent Conſulibus, vt & ſuos eriperent incolumes, & Carthaginenſibus ſubito accurſu circumfuſi, naues quinquaginta cum vectoribus omnibus, velut indagine caperent: paucæ reliquæ iuxta litus ipſum ſe ſubducentes effugere. Fuit hoc prœlium quum varietate caſuum, & contentione pugnandi, tum etiam amiſſarum vtrimque nauium multitudine inter pauca memorandum. Tres & ſexaginta Pœnorum naues captæ, ſupra triginta depreſſæ ſunt: victores quatuor & viginti naues amiſerunt fluctibus hauſtas, at in poteſtatem hoſtium nulla peruenit. Poſt hanc victoriam Meſſanam reuerſi paucos dies nauibus hominibusque reficiendis, & ampliori commeatui parando dederunt. Inter quos Hamilcar quum Africam ab Romanis adiri vehementer nollet, prohibere vero vi & armis non poſſet, ad dolos ſe contulit, miſſoque ad eos per

Hanno triarios vrget.

Tria ſimul naualia prœlia.

CAP. VIII.
Victoria Romanorum.

Coruorum vſus in nauibus.

CAP. IX.
Prœlium memorabile.
Nauium captarum & depreſſarum numerus.

Digitized by Google

caussam petendæ pacis Hannone tempus extrahere, atque [illegible] copiæ, quas Carthagine sibi mitti sperabat, aduenissent. Hanno quum ad Consules accessisset, audiretque voces *idem in illum statuendum esse* clamitantium, *quod quinto ante anno in Cn. Cornelium Asinam Consulem Pœni designauissent*: astuto responso periculum intentatum elusit: *hoc vero*, inquit, *si feceritis, iam nihilo eritis Afris meliores.* statimque Consules excepere sermonem, tacere iussis, qui vinciendum dixerant, conueniensque Romanæ gentis grauitate vox audita est: *Isto te metu, Hanno, fides ciuitatis nostræ liberat.* De pace, quia neque Pœnus serio agebat, Consulesque victoriam quam pacem malebant, frustra agitatum est. Africanam igitur expeditionem diutius differri non placuit. Neque Pœni duces obstitere, quamquam inter se constituissent, quietum iter hosti non concedere, sed diuersis ex partibus carpere moratione. Ceterum Hannone ad præmuniendam Carthaginem festinante, Hamilcar nihil mouere ausus, Heracleæ se continuit: naues Romanæ & ab hostibus & à tempestate pacatum iter habuerunt. Neque defuerant, qui longinquam nauigationem, & hostile litus, ipsumque Africæ nomen exhorrescerent: ante ceteros imperium detrectante tribuno militum Mannio: sed aduersus hunc ita exarsit Regulus, vt virgas securimque minitaretur, ni paruisset. ita demum præstitum est obsequium Consuli, formidinemque nauigandi propior & maior metus expulit. Hermæum promontorio nomen est, quod à sinu Carthaginis in mare Siculum late procurrit: eam oram primæ Romanorum naues tenuerunt. ibi paulisper exspectato donec tota classis conuenisset, litus Africæ prætervecti Consules ad Clupeam vrbem peruenere. hic legiones expositæ sunt, nauibusque in portum subductis, vallum ac fossa quo tutiores essent, circumdata: vrbs quia deditionem abnuebat, obsessa, statimque metu ciuium siue dedita siue deserta (nam vtrumque traditur) in potestatem Romanorum concessit. At Carthaginenses quamquam sane dura & insueta paterentur, tamen gratulabantur sibi, quod aliquanto mitiora formidatis accidissent. Metuerant enim audito pugnæ naualis exitu, ne protinus ad ipsam Carthaginem victores copiæ ducerentur. Itaque non nihil ex priore metu respirantes in contrahendas copias vrbemque & suburbanam regionem tuendam intenti erant. Consules interea missis Romam nunciis, qui & res hactenus gestas docerent, & de instantibus sententiam Patrum exquirerent, Clupeam muniunt, vt ea sede belli vterentur: præsidioque ad vrbis & agri custodiam imposito, cum ceteris omnibus copiis longius progressi, cultissimam regionem, vtpote quæ post Agathoclis tempora ferrum hostile non viderat, perpopulan-

CAP. X. *Hanno [illegible]*

Romanæ grauitatis consentanea vox.

CAP. XI. *Africanā expeditionem Romani quidam detrectant.*

Clupea in Romanorum [illegible]

CAP. XII. *[illegible]*

[illegible]

pulantur: villas magnificas multas deſtruunt: magnam quadrupedum prædam; hominum præterea ſupra viginti millia abducunt: nemine prohibere auſo. oppida quoque multa vi aut deditione capiunt; in his perfugarum aliquem numerum deprehendunt, magnamque vim captiuorum proximis bellis ciuium Romanorum liberant. quos inter & Cn. Cornelium fuiſſe crediderim, qui proximo poſt biennio Conſul iterum factus eſt. Dum hæc aguntur, qui Romam à Conſulibus miſſi fuerant, cum mandatis Senatus reuertuntur. iubebatur autem *alter eorum in Africa manere cum ea parte virium, quam retineri ex republica iudicaſſent; alter ceteram claſſem & copias Romam reducere.* Sic imminente iam hyeme, manſit M. Regulus cum quindecim ferme peditum millibus, equitibus quingentis, & nauibus quadraginta: claſſem reliquam mancipiis & præda onuſtam L. Manlius Siciliæ litora tuto prætervectus in Vrbem reportauit. Septem & viginti millia captiuorum ab hoc Romam deducta reperio: naualemque de Pœnis decretum ei triumphum eſſe. Poſthæc Ser. Fuluius M.F.M.N. Pætinus Nobilior, & M. Aimilius M.F.L.N. Paullus Conſules facti. His Sicilia & claſſis prouinciæ decretæ; Regulum res in Africa proſperrime gerentem ex medio curſu victoriarum reuocari non placuit: iuſſusque Proconſule bellum in Africa adminiſtrare. Id Senatusconſultum nemo accepit ægrius, quam idem ille, cuius in honorem factum fuerat. Igitur literis ad Senatum miſſis ea de re queſtus eſt, interque cauſſas petendi ſucceſſoris poſuit, *villici ſui morte* (is agellum heri quem habebat in Pupinia, iugerum ſeptem coluerat) *mercenarium occaſionem nactum, amoto inde inſtrumento diſceſſiſſe. quare neceſſariam eſſe præſentiam ſuam, ne rure deſerto non eſſet vnde vxor liberiq; ſui alerentur.* Decreuitque Senatus, *vt ager M. Reguli publice coleretur, res amiſſæ redimerentur, vxori liberisque eius alimenta præberentur.* Ii tum mores fuere! Sed ego quoties hæc atque talia lego tradoue, temperare non poſſum, quin cum animo meo recogitem, quanto ſit virtuti firmior à laude, quam ex pecunia merces. quippe tam multis poſt ætatibus gloria M. Reguli manet: aliorum opes cum dominis, & ſæpe ante ipſos perierunt. Carthaginenſes interea duobus domi conſtitutis ducibus Aſdrubale Hannonis F. & Boſtare, tertium etiam Hamilcarem ex Sicilia acciuere. qui cum peditum quinque millibus, equitibus quingentis Heraclea Carthaginem propere venit. Hi communicato inter ſe conſilio ſtatuerunt, *non mœnibus, vt ad eam diem factum fuerat, continendum exercitum; neque Romanos impune quiduis agere ſinendos eſſe.* ſic animis ad bellum gerendum incitatis exercitus educitur. Interea M. Regulus proxima quæque ſubigendo in loca peruenerat, per

CAP. XIII. *Romam alter ex Africa reuerti iubetur.*

L. Manlius præda & Triumphus.

A. V. C. CDXCIIX.

CAP. XIV. *Regulus ægre fert imperium ſibi prorogari.*

Ager M. Reguli publice colitur.

CAP. XV. *Carthaginenſis duces, eorumq; conſilia.*

Bagrada flumē, & ibi serpens portentosæ magnitudinis.

quæ flumen Bagrada labitur: ad quod castra habentes Romanos improuisa pestis & damno non mediocri, & terrore adhuc maiore perculit. Magnitudinis enim portentosæ serpens aquatum profectos milites inuasit: territisque & nequidquam repugnantibus multos ingentis oris hiatu sorbuit: alios spirarum voluminibus & caudæ verbere obtriuit: nonnullos ipso pestilentis halitus adflatu exanimauit: tantumque negotii M. Regulo facessere potuit, vt totis viribus cum eo de possessione amnis fuerit dimicandum.

CAP. XVI

Pugna cum serpente.

Quod vbi cum iactura militum fiebat, neque vinci aut vulnerari draco poterat, durissima squamarum lorica, quidquid telorum ingereretur, facile repellente; confugiendum ad machinas, aduectisque ballistis & catapultis velut arx quædam munita, deiiciendus hostis fuit. Post aliquot iactus in vanum emissos ingens saxum spina dorsi perfracta vigorem impetumque formidabilis monstri resoluit. Sic quoque difficulter confectum est. tanto cum horrore legionum & cohortium, vt *se oppugnare Carthaginem, quam alteram talem bestiam mallent* faterentur. Neque diutius ibi morari castra potuerunt, quin tabo infectas aquas, & omnem circa regionem fœtore iacentis pestifero adflatam

Humanæ superbia suggillatio.

fugerent. non sine rubore aliquo humanæ superbiæ, quæ non raro viribus suis nihil negatum esse, stolide putat. Exercitum certe Romanum, imperatore M. Regulo, terra marique victorem vnus anguis & viuus exercuit, & interfectus submouit. Quare nec puduit Proconsulem, huius etiam hostis spolia Romam mittere, timorisque sui magnitudinem & victoriæ gaudium publico monumento fateri. Corium enim belluæ

Corium serpentis in templo suspensum.

detractum in Vrbem deuehendum curauit: quod centum viginti pedes longum fuisse dicitur: & in templo quodam suspensum, ad Numanti-

CAP. XVII.

ni vsque belli tempora durauisse. Motis à Bagrada castris, versus vrbem Adin exercitum duxit Consul. obiter expugnatis vastatisque oppidis & castellis quæ in itinere occurrerant. Ad Adin vero quam ca-

Regulus Adin obsidet.

pere maioris erat operæ, vineis machinisque adhibitis iusta instituta est obsidio. Ad quam prohibendam Pœni duces quum celeriter accurrissent, in colle quodam castris quidem Romanis imminente, sed impedito syluosoque consederunt. M. Regulus ingenio situs & genere copiarum hostilium æstimato, quum illis peditem suo neutiquam comparandum, sed in elephantis & equitibus spei plurimum esse videret, ceterum eam virium partem in aperto campo formidabilem futuram, iniquitate locorum excludi, inutilemque reddi; stultitia hostium sapienter vsus, priusquam errorem suum animaduertere ac corrigere possent, in suis castris eos oppugnare statuit. Quapropter hortatus milites, & cetera quæ suggerebat ratio diligenter exsequutus, nondum certa luce castris

Digitized by Google

caſtris egreditur, aciemque in aduerſum collem, vbi Carthaginenſium erant caſtra, erigit. Pœnos ipſa primo Romanorum audacia territa-bat, quod numero pauciores ex inferiore loco tantas copias in munimentis ſuis aggrediebantur: deinde maior inde tumultus fuit, quod equites & elephanti, vnde plurimum auxilii ſperauiſſent, non modo nullam vtilitatem, ſed vltro perturbationem & impedimentum adferebant. Ipſum quoque tempus augebat trepidationem, quod inopinantes & magnam partem adhuc ſopitos Romanus inuaſerat. Itaque multi ſuis in cubilibus trucidati ſunt: alios trepida fuga palantes & quo ſe reciperent neſcios inſidiæ ſecundum vias conlocatæ exceperunt. Mercenariis tamen Pœnorum Hiſpanis Galliſque raptim inſtructis, & extra vallum alacriter certantibus in ancipiti aliquamdiu victoria fuit; fugiente iam legione prima. totuſque Romanorum exercitus impulſus foret, ni cohortes alia ex parte circumgredi iuſſæ, hoſtem cedentibus inſtantem opportune à tergo aggreſſæ forent. tum etiam qui paulo ante locum deſeruerant, recolligi, & ad repetendam pugnam animari potuere. Sic vtrimque impetitus hoſtis, quum aliquamdiu fortiſſime reſtitiſſet; cedere coactus eſt. Quod vbi fieri Carthaginenſes videre, continuo ſe eiiciunt caſtris, & contento ſtudio fugiunt. Et elephantis quidem equitibuſque, poſtquam planiora loca attigere, facilis & tutus receptus fuit: peditatum paulo longius perſequuti victores, ad caſtra diripienda redierunt. Hac pugna Pœnorum ſeptemdecim millia cæſa, quinque capta referuntur, cum elephantis duodeuiginti. Euentus huius prœlii non modo totam circa regionem, ſed etiam longius diſſitos populos Romanis conciliauit; diebuſque non ita multis oppida circiter octoginta in fidem venere. Vnde Pœnos in magnas anguſtias redactos propemodum exanimauit capti à Regulo Tunetis nuncium, vrbis tam munitæ, & quæ ad duodecimum à Carthagine lapidem poſita, ne occultum quidem hoſtibus ſineret eſſe, quidquid ibi fieret, tum ad ipſam vrbem, tum ad mare propinquum patente proſpectu. Neque ſolum Romani belli terror circumſteterat, ſed Numidæ quoque veteribus odiis, occaſione noua ſtimulati arma mouerant; vaſtandoque & vrendo Punicos agros plus etiam terroris & cladis quam Romanus hoſtis inferebant. & in vrbem vndique confugientes ruſtici non conſternationem modo maximam, ſed iam famem quoque faciebant: abſumente magnam annonæ vim tanta mortalium multitudine, & reliquam adhuc copiam auaritia dominorum occultante qui ex calamitate publica quæſtum aucupantes, cum ipſa rerum neceſſariarum penuria precium eorumdem auctum iri quotidie

Caſtra Pœnorū oppugnat.

CAP. XIIX.

Pœni cæduntur.

Romani nutantes confirmantur.

CAP. XIX.

Victor Regulus oppida circiter LXXX. capit.

Et Tuneti Carthagini vicinū.

CAP. XX.

Numidæ hoſtes Pœnorum.

tidie sperabant. Vnde factum est vt pronis auribus legatio M. Reguli acciperetur, qui belli confecti titulum ambiens, timensque ne quis Roma successor missus eum interciperet, Pœnos ad pacem hortabatur.

Pacis inter Regulum & Pœnos frustra tentata.

Itaque missi sunt ad eum quidam ex principibus, sed quum à M. Regulo qui se certam in manu habere victoriam putabat, intolerabiles conditiones ferri viderent, infecto negotio discesserunt.

CAP. XXI.

Duræ conditiones pacis a Regulo propositæ.

Sicilia enim & Sardinia tota cedere, Romanis captiuos gratis reddere, suos pecunia redimere, belli sumptus omnes restituere, prætereaque vectigal annuum pendere iubebantur. His alia, neque minus molesta addebantur: *vt eosdem cum Populo Romano hostes amicosque haberent: ne nauibus longis, præterquam vna vterentur: Romanos autem quotiescumque significatum esset, triremibus instructis quinquaginta iuuarent.* Obstupefactis ad hæc legatis, & *vt mitiora imperaret* orantibus, *vincendum, aut vincentibus obtemperandum esse* respondit. Quibus in vrbem relatis exacerbati Pœni, quamquam rebus admodum accisis vterentur, omnia tamen prius pati decreuerunt, quam eas admittere conditiones, quas nihil aliud nisi captiuitatem ciuitatis suæ seruitutemque esse arbitrabantur. In eo statu rerum naues quæ ad conducendum militem in Græciam missæ fuerant, collecta mercenariorum haud exigua manu redierunt.

Xanthippus Carthaginem venit.

In his Xanthippus quidam erat genere Lacedæmonius, qui patriæ disciplinæ quam edoctus à pueritia excellenter fuerat, vsum rei militaris haud inferiorem adiunxerat.

CAP. XXII.

Punicorum ducum errorem detegit.

Ille rebus quæ eousque gestæ erant intellectis, & reliquo Punicarum copiarum, elephantorum, equitum apparatu cognito, non dubitauit iactare palam, *Carthaginenses non a Romanis, sed a semetipsis victos esse, per imperitiam ducum, qui viribus suis vti nesciuissent.* Hoc sermone celeriter vulgato, vocatus à magistratibus Xanthippus, rationes sententiæ suæ promit tam euidentes, vt prope manibus contrectari possint; *in faciundis itineribus, in castris ponendis, in prœliis committendis, loca prorsus incommoda deligi consueuisse* docet. *si suum consilium audiant, non incolumitatem modo, sed etiam victoriam promittit.* Probant hanc sententiam quum ceteri ciuitatis principes, tum ipsi duces: & laudabili modestia patriæ saluti suam existimationem posthabentes, homini peregrino deferendum imperium

Ac imperio accepto corrigit.

exercitus sui consentiunt consciscuntque: Xanthippus accepta potestate quotidie milites ex vrbe educens, campestribus exercitiis ad seruandos permutandosue ordines, ducumque iussa celeriter exsequenda adsuefacit: copias hanc disciplinam cum priore comparantes admiratione sui, fiduciaque melioris deinde successus implet: tota ciuitas recreata

CAP. XXIII.

ex rebus fere desperatis ad exspectationem futuri erigitur. Hanc alacrita-

Inde fiducia redit Pœnis.

tritatem omnium, vbi duces vident, animo & ipſi recepto in hoſtem iterum ducere conſtituunt: ſuosque vti tempus poſtulabat adhortati, cum duodecim fere millibus peditum, quatuor equitum, & elephantis non multo paucioribus centum aduerſus Romanos progrediuntur. Romanos vnum illud mouebat, quod inſtituto priore mutato Pœnos, vitatis editioribus aſperisque locis, per plana camporum videbant incedere: ſed perpetua felicitate in ſuperbiam elati, vinci ſolitas copias ductoremq; Græculûm deſpiciebant. Neque Regulus intactus erat hoc fortunæ obſequentis blando veneno.

Regulus ſucceſſu elatior.

igitur quum ſe maritimas Pœnorum vires, quum pedeſtres fregiſſe, oppida ferme ducenta, hominum ad ducenta millia cepiſſe, vrbemque ipſam Punicam variis incommodis laborantem cogi ad deditionem poſſe reputaret; pacem tolerabili conditione petentibus negauit, ſcripſitque Romam, *portas Carthaginis à ſe metu obſignatas teneri.* Ita magnos etiam animos ſæpius in ſecundis rebus moderatio, quam in aduerſis conſtantia deſeruit.

CAP. XXIV.

In loca ſe demittit hoſtibus opportuniora.

Ceterum Pœnis caſtra loco æquo habentibus, M. Regulus cui in peditatu plus roboris, eoque montoſa & ardua loca ſectanda erant, nihil referre virtutis putans, vbi dimicaret, non timuit & ipſe campo ſe credere, etiam ad maiorem oſtentationem fiduciæ, fluuio, qui medius fuerat transmiſſo: paſſuumq; fere mille ducentorum interuallo ab hoſte conſtitit.

Xanthippus Pœnos hortatur ad dimicandū.

Xanthippus Romani ducis imprudentiam conſpicatus, *hoc illud tempus eſſe, quo promiſſa ſua Carthaginenſibus exſolueret*, teſtabatur. quod enim Romanos ex itineris labore defatigatos, qualibus optauiſſet locis, nactus erat: ſuam fore victoriam non dubitabat. tempus etiam opportuniſſimum ad pugnam videbatur, quod præcipiti iam in veſperam die, Afris locorum gnaris, ſiue vincerentur, effugium per noctem facilius erat futurum: ſiue vincerent, nihil ad victoriam perſequendam impedimenti. Conſultantibus ergo Pœnis quid agendum eſſet, *deorum hominumque fidem* inuocans, *ne tam præclaram occaſionem perderent*, ad prœlium capeſſendum omnes impulit, eo facilius, quod ipſi milites Xanthippi nomen inclamantes, inſolita alacritate hoſtem vltro poſcebant.

CAP. XXV.

Acies inſtruuntur.

Summa igitur rei Spartano permiſſa, educit ille exercitum, inſtruitque hoc modo: Phalanx Carthaginenſium in qua robur erat peditatus, in ſubſidiis conſtituitur: huic, ſpatio relicto conueniente, prætexuntur elephanti, ſimplici ferme latitudinem phalangis exæquantes. in vtroque cornu expediti cum equitibus, poſt hos in dextro, mercenariorum grauis armatura collocatur. Acie ſic ordinata velitibus imperat, vti telis emiſſis ſe recipiant in apertos ad hunc vſum ſuorum ordines: & hoſte iam à validioribus excepto rurſum erumperent à cornibus, Romanorumque cum aduerſa

aduersa phalange pugnantium latera repente incursarent. Regulus contra copiis ex more instructis, quum elephantos in prima Pœnorum acie stantes conspexisset, consilium celeriter capit: leuiter armatos in frontem adducit, in subsidiis locat densos legionum ordines, equites in cornua diffunduntur. fit acies in altitudinem firma, sed multo quam fuerat angustior.

CAP. XXVI.

Ita quum & ab elephantis & ab equitibus hostium periculum esset; aduersus belluarum quidem irruptionem recte prouisum, sed in locis patentibus spatium equitatui hostium datum, vt circumfundi contractis ordinibus posset.

Prælium committitur.

Prœlium ab elephantis cepit. quos in aduersum agmen agi Xanthippus iussit: confestimque Romani clamore sublato arma pulsantes contulerunt gradum. Ab equitibus etiam vtrimque in cornibus pugna commissa. sed longe hic minore Romanorum numero, quum sustineri vis hostium non posset, cito fuga facta est. At è peditibus qui sinistri adstiterant, siue elephantorum occursum vitaturi, siue faciliorem sperantes de mercenariis victoriam, horum in aciem irruunt, versosque in fugam ad vallum vsque castrorum hostilium persequuntur. Non æque facile reliquis aduersus elephantos certamen fuit: quorum intolerabili mole dissipabantur ordines,

CAPVT XXVII.

proterebantur armati, agmina tota tamquam ruina sternebantur. Sustinebat tamen incumbentes ipsa aciei densitas, aliisque alii substituti ordines: donec simul locis omnibus laborari ceptum: dum extremi quique ab equitibus circumuenti, priores quotquot iam elephantorum aciem perruperant, ab integra & instructa phalange hostium, & adsultantibus vtrimque velitibus excepti, passim trucidantur. Neque minus cædis in ipsa fuga fuit. per aperta loca & plana effusos elephanti Numidæque equites immissi strauerunt.

Regulus capitur.

M. Regulus cum militibus fere quingentis viuus in manus hostium venit. ex toto exercitu non amplius duo millia hominum qui mercenarios loco pepulerant, festinato abitu Clupeam incolumes præter spem euaserunt. Romanorum sociorumque millia circiter triginta sunt interfecta. De Punico exercitu ceciderunt non multi, præter octingentos ex mercenariorum agmine, quod aduersus sinistrum hostis cornu dimicauerat.

CAP. XXIX.

Carthaginensiũ gaudium.

Tanta re perfecta quum exercitus spoliis cæsorum, & imperatore Romanorum capto superbus Carthaginem reuerteretur; obuiam effusa vrbanorum multitudo, alii in vicis aut domibus consistentes incredibili cum voluptate, spectaculo quale paulo ante vix optare ausi essent, fruebantur: vix tantæ felicitatis vel gaudium, vel etiam fidem capientibus animis. Qui enim modo proxime desperationem adducti non regionem tantũ suam sed vrbem ipsam, aras, focos amittere timuerant: ii tantam rerum com-

muta-

mutationé ſubito factam eſſe, quamquã viderent, vix audebant credere. Sed maxime in ipſos duces intenti omnium oculi animique erant: quũ modo Xanthippum, modo Regulum intuentes, huius æſtimatione magnitudinem ſui imperatoris metirentur extollerentque. *quantum illum eſſe virum oporteret, qui ducem acerrimum, fortunatum bellatorem, victorem ſuperbum, hoſtem implacabilem, terrorem peſtemq; magna Carthaginis, exercitu florentiſſimo, exiſtimatione ampliſſima, libertate denique ipſa tam facile tamque celeriter exuiſſet?* Augebat admirationem habitus viri, quod ſub exiguis membris, adſpectuque non nimis decoro, ingentem virtutem occultauerat. Quibus ex rebus multum Xanthippo gloriæ, ſed nec minus inuidiæ naſcebatur. Quo in monſtro profligando non minore prudentia, quam in bello conficiundo vſus, quamquam diuturnus ipſi factorum ſuorum fructus Carthagine deberetur, relinquere ſpes ancipites & inſidiarum plenas, & ante mutationem animorum aut fortunæ domum regredi ſtatuit. Hoc enim plerumque ingenio homines agunt, vt patriæ ſtudium in ore, priuatum in animo magis habeant: igitur quamdiu quidem honores & diuitias incolumi ciuitate quærere tuerique poſſunt, amorem illius ardentiſſimum præferunt: vbi periculum eſt ne ad alios ob magnam virtutem & eximia merita hæc concedant, longe malunt deeſſe qui publicæ rei proſint, quam eſſe qui obſint ſuæ. Donec autem alios æquiparare poſſe putant, occultius atque remiſſius inuident; quum vero longiſſime relicti, comparatione propinqua ſe premi ſentiunt, opesque & magiſtratus quos ipſi ſitiebant, penes alios eſſe: quod virtute deſperarunt, per calumniam & criminationes meliorum conſequi ſtudent. Ita fit vt optumo cuique plures inimici ſint, pluresque inſidiæ ſtruantur: ſed aduerſum has homini indigenæ in propinquis & amicis ſuis præſidium eſt: peregrinus hoc auxilio deſtitutus; malitiam degenerum animorum acuit ipſa facilitate nocendi, quod inſidiantibus magis expoſitus, vel euerti citra maximum laborem poteſt, vel citra periculum offendi. Xanthippum igitur hæc ſagaciſſime perpendiſſe, quæ ſequuta ſunt, euidenter adfirmarunt. *Abnauigantem enim per quoſdam à Carthaginienſibus immiſſos ſubmerſum* ferunt, *poſt acceptum beneficium illius auctorem grauatis exoſisque, quo extincto famam etiam peregrina virtute ſeruatæ ciuitatis exſpiraturam crediderint.* Alii de fato Xanthippi non eadem: ſed *Punicam tamen perfidiam arguunt. datam enim diſceſſuro nauem veterem & rimarum plenam, ſed ad ſpeciem firmitudinis recens picatam: ceterum virum nequaquam decipientibus facilem, animaduerſa fraude, diſſimulanter aliud nauigium conſcendiſſe, ereptumque periculo eſſe.* Non minoris perfidiæ, ſed ob numerum peremptorum crudelitatis odio ſuperior,

Xanthippi admiratio.

CAP. XXIX.

Et in vitanda inuidia ingenium.

CAP. XXX.

Peregrina virtus inuidioſa.

Xanthippo inſidiæ pro beneficio redditæ Pœni.

CAPVT XXXI.

Alia narratio

Perfidia & crudelitas Punica.

[illegible], iisdem temporibus perpetrata res traditur. Mercenarii [illegible] ob nauatam insigniter operam præmia paulo tumultuosius effl[illegible] in naues imposuerant, facta spe alio quodam loco tribuenti [illegible] quod peterent. Sed à præfectis nauium, quibus id negotii datum [illegible] fuerat, in deserta quadam insula expositi relictique, quum omnis [illegible] manæ opis egenos, sine alimentis, sine nauibus, neque manere [illegible], neque abire pelagus sineret, fœdo horrendoque genere mortis, extabuerunt.

CAP. XXXII. *Dissensio auctorum. Ostodes insula.*

Apud alios auctores facinus hoc ad superiora tempora referri reperio, quibus Syracusani bellum cum Pœnis habuere: nomenque mansisse infami deinceps insulæ, vt Ostodes; ossuariam possemus dicere, vocaretur. Ea post Liparam, occidentem versus in alto mari sita est. Quæ facta quomodocumque aut quocumque tempore euenerint, à cetera Pœnorum immanitate nihil abhorrens habent. Neque igitur mirandum est, qui in socios adiutoresque suos hoc animo fuerint si aduersum hostes iidem se gesserunt inclementius. Quamquam profecto ceteros captiuorum satis tolerabiliter habuisse feruntur: quod & ipsi multos ex suis in potestate Romanorum esse sciebant, quos permutatione instituta cupiebant recipere.

CAPVT XXXIII. *Pœnorum crudelitas in M. Regulum.*

Sed aduersus M. Regulum neque abscondere iram neque moderari potuere, quin omnibus modis vexarent virum angerentque. cibum enim præbebant, non qui vel voluptatis aliquid adferre sensibus, vel vigoris corpori posset. sed qui tenuissima refectione spiritum infelicis ad producendas eius miserias detineret: at acerbiores erant contumeliæ perpetuæ, inter quas consueuerant creberrime elephantum aliquem adducere, cuius barritu exterritus, & inuisa specie tortus, nec animo nec corpore posset requiescere. postremo ita maceratum exagitatumque in carcerem publicum coniecerunt.

Romanorum metus.

Quæ postquam audita sunt Romæ, non dolore modo ingenti, sed etiam metu ciuitatem perculerunt. Timebatur enim ne Carthaginienses acerbitate calamitatum suarum, & victoriæ fiducia stimulati, reddere vicem hostibus, & quid malorum perpessa Carthago foret, Romanæ vrbi persentiscendum dare cuperent, auderentque.

CAPVT XXXIV.

Quare Consulibus mandauit Senatus, *vt Italiam quam possent diligentissime munirent præsidiis: ipsi cum nauibus quamplurimis Siciliam, inde, si videretur, Africam [illegible] Pœnos ab Italia petenda propiore metu distinerent.*

Carthaginienses Afros qui desciuerant mulctant.

Ceterum Carthaginiensibus antiquior cura fuit ciuitates à Romanis occupatas recipere. Afros qui a se hostes desciuerant mulctare, in rebellione persistentes ad obsequium armis cogere.

Clupeam defendunt Romani.

Sed Clupea quidem ab Romanis strenue defensa est: in Numidia, aliisque populis Africæ, magnum magis bellum, quam difficilis victoria fuit. Interea quum in Italia validam adornati

classem

-claſſem comperiſſent, omiſſa quam obſederant Vtica, naues veteres reficere, nouas exædificare, ad prohibendos Africo litore Romanos omnia ſtudioſe parare ceperunt. At Conſules incredibili diligentia tantum effecerant, vt æſtatis initio naues iam trecentas quinquaginta inſtructas ornataſque haberent. Quibuſcum in Siciliam profecti, poſtquam ibi ſatis tuta omnia, nihilque mali, præterquam quod in exſpectatione & metu fuerat, reperiſſent, præſidiis vbi maxime opus erat relictis, cum cetero exercitu protinus Africam verſus contenderunt.

CAPVT XXXV.

Coſſuram capiunt.

Sed tempeſtate Coſſuram delati, (inter Africam & Siciliam, qua Lilybæum promontorium eſt, poſita eſt inſula) vaſtatis agris, & vrbe eiuſdem nominis capta, præſidium impoſuerunt. Inde ad Hermæum promontorium perrexerunt, quod medio inter Carthaginem & Clupeam ſitu, alterum Carthaginenſis ſinus cornu claudit. Eo loco quum Pœnorum naues occurriſſent acrique certamine duas inter claſſes dimicaretur, auxilio venere ſuis à Clupea Romani, momentumque hoc paribus eouſque rebus, ad victoriam fuit.

Pugna naualis victore Romano.

Pœni naues quatuor ſupra centum ſubmerſas, triginta captas ab hoſtibus, militum ad millia quindecim amiſerunt: ex Romanis mille centum periere milites, cum nauibus nouem. Tum Vticam profecta claſſis, expoſituſque miles iuxta ipſam ciuitatem caſtra muniuit: venerunt eodem Carthaginenſes copiæ, quas Hannones duo ducebant: ita pedeſtri quoque prœlio res geſta, deteriore Pœnorum fortuna, qui hic quoq; circiter millia militum nouem perdiderunt.

CAPVT XXXVI.

M. Reguli redimendi cura.

Capti ſunt inter hos aliquot viri nobiles, ſeruatique à Conſulibus, vt per hos M. Regulus, & qui cum eo ſimilem caſum ſubierant redimerentur. Deliberatum inde eſt de præſentibus: magnaque ſpes fuerat Africam retineri poſſe. verumtamen regione quaquauerſum vaſtata, quum fames timeretur, abduci Romanos qui Clupeam tutati fuerant, Siciliamq; repeti placuit.

Romani relinquunt Africã.

Auecta eſt vna ingens præda, quam in vrbem Clupeam M. Reguli rebus adhuc proſperis comportatam victoriæ recentes cumulauerant. Peruentum erat in Siciliam tuta nauigatione, nimiumque felices fuiſſent Conſules, ſi felicitati ſuæ modum ſtatuere didiciſſent.

CAPVT XXXVII.

Sed quia, dum in Italiam reuehuntur, eadem opera quaſdam vrbes Siciliæ maritimas recipi poſſe putabant: nequidquam obteſtantibus nauium gubernatoribus, *ne inter Orionis & Canis exortum, quæ infeſtiſſima nauigantibus ſunt ſidera, obuerſum Africæ litus, intutum & importuoſum præterueherentur*: tantam tempeſtate cladem perpeſſi ſunt, vt vix aliud in hoc genere proditum ſit exemplum illuſtrius.

Naufragium patiuntur.

denique de nauibus trecentis ſexaginta quatuor, vix octoginta, onerum iactura facta, ſeruari potuerunt. hippaginum quoque ceterorumque variæ formæ nauigio-

rum non eam haud [illegible] [illegible] ut ita [illegible] hos [illegible] [illegible] & [illegible] naufragio [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] ciaslem transferat, Pachynum vsque litus omne complexum. [illegible] dum in sorte non leue solatium afflictis humanitas Hieronis [illegible] [illegible] benigne exceptos, vestibus, cibo, [illegible] que [illegible] [illegible] Messanam vsque deduxit incolumes. Sed Carthaginienses [illegible] fortunæ beneficio non segniter vsi, Cossiaram [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fine mora in Siciliam transmittentes, Agrigentum [illegible] Carthaginienses [illegible] quia non [illegible] [illegible] [illegible] que [illegible] mortales interfecti captique: ceteri quibus per mediterranea loca in ditionem Syracusanorum effugium fuit, in [illegible] iuxta fanum Iouis, Olympium vocant, consedere. Neque longe [illegible] spe totius Insulæ recuperanda Pœnorum duces, nisi [illegible] rum in reparanda classe studio confirmati [illegible] [illegible] [illegible] tem metum tolerassent. Tanta enim diligentia [illegible] [illegible] sules, vt vix credibili celeritate, intra [illegible] [illegible] naues [illegible] centum viginti compingerentur. Cum his Cn. Cornelius L. F. C. N. [illegible] pio Asina. & A. Atilius A. F. C. N. Calatinus iterum Consules [illegible] sitis ex nouo delectu strenuis militibus, primo quoque tempore [illegible] re missi. Magnum inconstantis fortunæ documentum Cn. ille [illegible] [illegible]: vtili ad fortiter tolerandas aduersitates exemplo. [illegible] septimo ante anno Consul insidiis Pœnorum circumuentus [illegible] tem, vincula, carcerem, quidquid in humanis rebus aut [illegible] aut [illegible] habetur, pertulisset; non cetera modo [illegible] ornamenta: sed etiam ipsum illud Consulare fastigium, fasces [illegible] [illegible] reiectos, tanto maiore gaudio recepit, quanto acerbiore [illegible] perdiderat. Consules Messanam transgressi assumptis quæ ibi [illegible] nauibus, ex superioris ferme naufragii reliquiæ erant, cum [illegible] ducentis quinquaginta ad ostium amnis Himeræ accesserunt [illegible] Cephaledium ad duodecimum inde milliare in eodem litore [illegible] proditoribus quibusdam receperunt. A Drepano, nam illuc [illegible] flexerant, quum nequé statim potiri loco potuissent, & obsidionem agitantibus Carthalo [illegible] vbi venit [illegible] [illegible] recesserunt. Neque [illegible] segniores ad audendum facti maiorem aliquanto [illegible] [illegible] consedere. Panormum enim directo cursu, Punicæ ditionis [illegible] [illegible] vrbem, & occupato portu, iuxta ipsos oppidi muros [illegible] [illegible], recusantesque deditionem Panormitanos fossa [illegible] circumdare instituerunt. [illegible] labori natura regionis materiem [illegible] arboribus passim enatis subministrans. Itaque cito perfectis operibus,

Humanitate Hieronis [illegible].

CAPVT XXXVIII. [illegible]

Diligentia [illegible] [illegible].

A. V. C. CDXCIX

CAPVT XXXIX. [illegible] fortunæ [illegible] [illegible].

Cephaledium [illegible].

CAP. XL.

Panormum [illegible].

ribus, quum oppugnationem ſtrenue vrgerent, machinarum ope turrim ad mare ſitam deiecerunt: milesque per ruinas irrumpens multa cum hoſtium cæde vrbem exteriorem, quæ noua dicebatur, expugnauit. *Et capiunt.* Neque vetus vrbs diu morata eſt: quum enim magna in eam multitudo confugiens, plus ex vrbe noua terroris quam commeatus intuliſſet; breui deiectis periculi cogitatione animis, & fame iam imminente, legati venerunt ad Conſules, corporibus exceptis omnia dedituri. Non accepere Conſules, gnari res obſeſſis anguſtas eſſe, niſi precio ſtatuto redimerentur. Pactæ ſunt in capita minæ duæ: redempta capitum millia quatuordecim. cetera multitudo, millia ferme tredecim, cum reliqua præda venierunt. Clara ea victoria fuit, magnæque & ſubitæ vtilitatis. multa enim eius oræ oppida, quædam etiam longius diſſita, Pœnorum eiectis præſidiis, ſocietatem Romanam complexa ſunt: principio ab Ietinis orto, ſequutisque ſtatim Soluntinis, Petrinis, Tyndaritanis, aliisque. Rebus ita geſtis præſidioque Panormi relicto Meſſanam Conſules, deinde Romam redierunt. Pœni abeuntibus inſidiati, naues aliquot onerarias, cum pecunia quam vehebant, abſtraxere. Romæ deinde continui triumphi duo ſpectati. Duxerunt prioris anni Conſules, prorogato imperio, de Coſſurenſibus & Pœnis, naualem vtrumque. Prior Ser. Fuluius A.D. XIII. Kal. Febr. triumphauit: M. Aimilius poſtridie. Annus quem ab Vrbe Condita quingenteſimum numerant, Africanam expeditionem habuit, ſed inanem & ſine fructu. Cn. Seruilius Cn. F. Cn. N. Cæpio, C. Sempronius Ti. F. Ti. N. Blæſus Conſules in Siciliam traiecere. vbi tentato fruſtra Lilybæo, in Africam direxere curſum, ducentis ſexaginta nauibus inſtructi. Litus hi legentes Africæ, multisque locis excenſionem facientes, oppida multa ceperunt, prædaque magna potiti ſunt. Maioris tamen rei nihil geri potuit, quod commodiſſimorum quorumque locorum aditu prohiberentur, occurrentibus vbique Pœnis, qui minus iam impedimentorum & plus animi habebant, receptis quæ M. Regulus tenuerat, punitisque defectoribus. Hamilcar enim Numidiam Mauritaniamque peruagatus, tractum eum omnem perpacauerat, imperatis pœnæ loco mille talentis argenti, & viginti millibus boum, punitisque principibus, qui fauiſſe Romanis arguebantur, quorum ad millia tria patibulo adfixi ſunt. Neque tamen hoſtium occurſus, quam ignorantia locorum, & cææ ſub aquis inſidiæ, formidabilior Romanæ claſſi fuit. Subuectos ad Meningem, Lotophagorum inſulam, quæ minori Syrti vicina eſt, recedente maris æſtu vadoſa loca tenuere: donec iactura leuatas naues, & extrema

CAP. XLI. *Multa Siciliæ oppida ad Rom. deficiunt.*

Triumphi duo nauales.

Anno ab Vrbe Cond. D.

CAP. XLII. *Africam infeſtant Romani.*

Hamilcar Mauros & Numidas pacat.

CAP. XLIII. *Romana classis pericula.*

omnia metuentes, præter spem reuersi fluctus explicuerunt. Ita non impune pestem euidentissimam elapsi, & loca tam infesta horrentes, sine mora fugientium in speciem vela fecerunt: ignari non minus ipsis superesse periculum quod adirent, quam quod euitauerant. Et Panormum quidem redeuntibus innoxium iter fuit. Ceterum Italiam petituros, dum Palinuri promontorium flectunt, quod à Lucanis montibus in mare procurrit, magna tempestatis vis adorta, longas naues supra centum sexaginta, cum hippaginibus & onerariis multis, profundo mersit.

Romani cogitationem maritimarum rerum abiiciunt.

Quare continuis hoc genus cladibus mœsta ciuitate, quum imperium maris ipsæ etiam vndæ ipsique venti Romano negare viderentur, decreuere partes, ne amplius sexaginta nauium classis, ad præsidium Italiæ, commeatusque exercitui qui in Sicilia esset subuehendos haberetur. Alteri tamen Consulum C. Sempronio calamitas ista non obstitit, quin triumphum de Pœnis ageret Kalendis Aprilibus: decimo post die quam de iisdem Cn. Cornelius Procos. triumphasset.

CAP. XLIV. *Censor, collega mortuo, se abdicat.*

Censores eo anno Romæ fuerunt: sed mortuo in magistratu L. Posthumio L.F.L.N. Megello, qui idem præturam tum gesserat, etiam D. Iunius D.F.D.N. Pera, censura se abdicauit.

A. V.C. DI. *Himera, post infelicem conatum, a Romanis occupatur.*

Æstate vero proxima C. Aurelius L.F.C.N. Cotta, P. Seruilius C.F. Cn N. Geminus, Consules, in Siciliam profecti, inter alia quædam oppida, etiam Himeram fluuio, cui adiacet, cognominem obsidione receperunt; sed vacuam incolis, quos noctu Carthaginenses eduxerant. Iuuit tamen loci non ignobilis possessio, quodque deleta sic esset ignominia, quam Romani nuper ad eam vrbem incurrerant, occupandarum Thermarum (nam & hoc eiusdem vrbis nomen celebratur) certa spe per militarem auaritiam excidendo. Quidam enim ex captiuis, cui Thermis custodia portæ cuiusdam commissa fuerat, vt proditione vrbis libertatem redimeret pactus dimissusque, hora constituta missis ad recipiendam vrbem militibus portam aperuerat. Horum præcipui quum ingressi essent, prædæque potiorem partem auertere cuperent, *portam obserari* iubent, *nemini q; præterea suorum aditum dari.* Quod vbi factum est, Thermitanique strepitu exciti ad arma concurrerunt; neque resistere ob paucitatem suam, neque adiuuari à suis quos arcuerant valentes, dignum stultitia sua exitum fecere, ad vnum omnes interfecti.

Dignus stultitiæ consilii exitus.

CAP. XLV. *C. Aurel. Liparam obsidet.*

Thermis Himerensibus in potestatem redactis, C. Aurelius Consul, Liparam, quæ iam aliquoties à prioribus ducibus tentata irrito conatu fuerat, obsidere cogitans, ex Romanis copiis, quæ per vniuersam Siciliam erant, plurimos fortissimosque milites delegit: eosque acceptis ab Hierone nauibus,

tibus, in Liparæorum inſulam traiecit. Vnde quum ad auſpicia repetenda Meſſanam rediturus eſſet, P. Aurelium Pecuniolam adgnatum ſuum (apud alios Q. Caſſium tribunum militum lego) obſidioni præfecit, opera tueri diligenter, de cetero abſtinere pugna iuſſum. Sed is poſthabito Conſulis mandato, ſuæ gloriæ ceſſurum ratus, ſi per abſentiam illius capta Lipara foret, ad oppugnanda mœnia duxit: non impunita temeritate, nam neque expugnare vrbem potuit, & multis amiſſis, eruptione in recedentem facta, aggere præterea incenſo, caſtra ægre tutatus eſt. Sed reditu C. Aurelii quum mutata fortuna eſſet, magna hominum cædes in vrbe capta eſt edita: deinde ad tribuni pœnas itum, quem adempto militiæ gradu, virgis cædi Conſul, & ſtipendia inter gregarios pedites facere coëgit; memorabili ſeueritate, cuius & alia quædam exempla in eodem illo Conſulatu C. Aurelius edidit. Recepta Lipara, Timaſithei, qui locis iſtis quondam præfuerat, poſteris datum, vt immunes à tributis & vectigalibus eſſent: adeo ne tempore quidem intercidere ſinebat gratiſſimus populus veteris beneficii memoriam, quod Timaſitheus craterem aureum Delphico Apollini dono à Romanis miſſum, quem piratæ Liparæi ceperant, legatosque qui eum deferebant, ſaluos & in Græciam & deinde Romam reducendos curauerat. Erctam deinde caſtellum munitiſſimum, Romani cum peditum quadraginta millibus, & equitibus mille obſidere adgreſſi, neque capere potuerunt, neque cum Pœnis auſi ſunt collatis ſignis confligere. Nam ex M. Reguli caſu tantus elephantorum terror Romanas legiones inceſſerat, vt ex eo tempore præliorum aleam fugerent. Sæpe in Lilybætano agro, ſæpe in Selinuntio inſtructis aduerſum hoſtes ordinibus ſteterunt, vix aliquando paſſuum ſexcentorum interuallo dirempti: ſed neque pro ſolita prius alacritate prœlium incipere, neque omnino in plana ſe demittere tutum rati, loca ardua & inacceſſa ſectabantur. Vnde Carthaginenſes maiorem in modum confirmati, quum & pedeſtri exercitu iam confiderent, & mari quoque maiores à tempeſtate Romanis, quam ex aduerſis prœliis ſibi accidiſſe clades iudicarent, etiam decreto Senatus, de claſſe omittenda, cognito: recipi Siciliam poſſe ſperauerunt, ſi nouæ eo terreſtres maritimæque vires mitterentur. Sed maxime pecuniarum inopia premebat: impenſis belli tam diuturni omnes & olim reconditas, & quæ quotidie cogebantur opes haurientibus. Ergo legatis ad Ptolemæum Ægypti regem, quocum amicitia ipſis erat, miſſis, duo millia talenta pecuniæ mutuæ petiuerunt. Rex qui Romanos & ipſos amicos sociosque ſuos, offendere nollet, pacis auctorem æque paratum vtrisque ſeſe obtulit. Sed re fruſtra tentata, petitionem

Et cepit.

CAP. XLVI.

Timaſitheo gratiam referunt Romani.

Elephantorum terror apud Romanos.

CAP. XLVII.

Carthaginenſium ſpes & cura.

Ptolemæus pacē inter Pœnos & Romanos fruſtra ſequitur.

nem [illegible] Pœnis denegaunt, *amicos aduersum bella* [illegible] *amicos sibi [illegible] prælatus.* Sub ea tempora [illegible]

CAP. XLIIX. [illegible] primus ex plebe Pontifex Max. factus est. [illegible]que annus habuit, quod munia magistratus eius, altero censore [illegible]tuo, altero abdicante, peragi anno superiore non potuerant. M. Va-lerius M. F. M. N. Maximus Messalla, P. Sempronius P. F. P. N. So-

Ciuium Rom. numerus. phus lustrum septimum atque tricesimum condiderunt. [illegible] capita ciuium ducenta nonaginta septem millia, septingenta [illegible] septem. Tristis hæc & seuera censura fuit: in Senatu recensendo [illegible] decem moti: iuuenes quadringenti ademptis equis publicis [illegible].

C. Aurelii se-ueritas. hoc quidem C. Aurelii Consulis querela effecerat, coram Censoribus arguentis, *quod in Sicilia, quum necessitas postularet, ad opus iussi accedere, imperium detrectauissent.* Consul ne hac quidem spretæ disciplinæ vl-tione contentus, etiam apud Patres obtinuit, ne eis emerita iam stipen-dia soluerentur. Neque minus, vt illa fuerunt tempora, ob vigorem disciplinæ intente custoditum, quam ob res gestas decretum ei trium-

CAP. XLIX. *Magni appa-ratus, & segne bellum.* phum opinor, quem de Pœnis & Siculis A. D. Idus Apriles egit. Pro-ximus deinde annus plus minarum quam euentuum habuit. nam ex magnis vtrimque apparatibus quum mutuo metu tenerentur, æstas nul-lo maiore negotio memoranda transiit. L. Cæcilius L. F. C. N. Metellus,

A. V. C. DII. C. Furius C. F. C. N. Pacilus, Consules, legionibus in Siciliam deportatis, neque lacessiuerunt ipsi hostem magnopere, nec ab eo lacessiti sunt, quamquam nouus Pœnorum imperator Asdrubal cum ducentis nau-ibus, elephantis centum quadraginta, peditumque & equitum millibus

Senatus denuo de classe paran-da consultat. viginti recens aduenisset. Ea res Senatum denuo de classe paranda con-sultare coegit: quippe trahendo in longum bello rempublicam exhau-riri sumptibus, neque post M. Reguli cladem suis legionibus pristinum vigorem mansisse; & vt terra prosperrime res succederet, tamen prohi-beri Sicilia Pœnos non posse, donec imperium maris penes illos esset, haud obscure videbant. Ergo rursus ad priora consilia reuoluti, victo-riæ spem in nauibus habere, illasque summa cura reficere, aut ædifi-

CAP. L. care cœperunt. Interea quum L. Metello Panormi relicto C. Furius ex

A. V. C. DIII. Sicilia domum reuersus comitia Consularia habuisset, C. Atilius M. F.

Classis instrui-tur. M. N. Regulus, L. Manlius A. F. P. N. Vulso, facti: vterque iterum. His mandata classis instruendæ conscribendorumque sociorum naualium cura, L. Metello prorogatum imperium, isque proconsule bellum in

Asdrubal in Panormitanum agrum castra transfert. Sicilia administrare iussus. Asdrubal alterum ex Romanis du[illegible] dimidia parte virium abiuisse cernens, secumque reputans iam a longo tempore, quamquam instructæ ex aduerso acies essent, Romanos metu

conta-

contatos fuiſſe, quum iam neque voces ſuorum, qui ſegnitiem eius increpabant, diutius ferre poſſet omnibus cum copiis Lilybæo egreſſus, difficili per Selinuntiorum fines itinere, Panormitanum agrum attigit, ibique caſtra metatus eſt. Forte Panormi cum exercitu reliquo Procos. agebat, vt æſtate iam adulta, ſociis ad demetendas fruges condendasque præſidio eſſet.

CAP. LI. *L. Metelli ſtratagema ad comprehendendos ſpeculatores.*

Hic audito hoſtium ſpeculatores occultos Panormi degere, vniuerſos qui in vrbe eſſent procedere in concionem iuſſit. deinde præcipiens vt ſeſe mutuo præhenderent rogando ignotiorem quemque, *quis eſſet aut cuius rei cauſſa Panormi ageret*, exploratores depræhendit. Ex quibus vbi didicit, quid apud hoſtes ageretur, animaduerſo plus temeritatis quam conſilii in expeditione Pœnorum eſſe, quo magis ad ineptam fiduciam incautos prolicerer, ſimulauit metum & intra munimenta vrbis ſe continuit.

Alterum ſtratagema ad illiciendum Aſdrubalem in loco iniqua.

Ferocior ergo factus Aſdrubal, promotis caſtris agrum Panormitanum vaſtat, vrit, fruges corrumpit, ad ipſos vsque vrbis muros populationem profert. neque moueri hoc vel damno, vel pudore, proconſul: ratus, ſi paulolum ſuſtinuiſſet, vtrumuis in Pœnos cum ingenti fœnore deriuatum iri. maxime vero vt flumen Orethum, quod meridiem verſus vrbem præterlabitur, tranſirent hoſtes, exſpectabat. hoc enim ſi factum eſſet, præmeditatam expeditamq; victoriæ viam habere rebatur. Id vt adſequeretur, quum rebus ceteris in ſpeciem timide adminiſtratis, tum propugnatores in muris raros conlocando, & animum ſuorum & numerum ab hoſte deſpici cupiebat.

CAP. LII. *L. Metelli conſilium caſus adiuuat. Pœnorum negligentia.*

Hoc conſilium, quum & Prætor hoſtium audacia ſua, & improuiſo caſu ſors iuuiſſet, ex ſententia proconſulis ceſſit. Nec enim defuit Aſdrubal tum copias pedeſtres, tum equitatum & elephantos omnes transducere, poſitis iuxta muros oppidi caſtris, tanto cum contemptu confeſſæ, vt putabant, hoſtium formidinis, vt neque vallo ſibi neque foſſa opus eſſe iudicantes, nullis defenſa munimentis tentoria figerent. Eo quum lixæ mercatoresque ingentem annonam plurimumque vini conuexiſſent, mercenarii Carthaginenſium auide hauſto mero, clamoribus diſſonis tumultuque & ſtrepitu, qualis ebrietatem ſequi ſolet, omnia compleuere. Tum vero tempeſtiuum proconſuli viſum, emiſſis expeditis hoſtes ad pugnam prolicere, proceſſitque res ita feliciter, vt aliis aliisque ſubinde prorumpentibus, tandem totus Aſdrubalis exercitus è caſtris educeretur.

CAP. LIII. *Pugna ad Panormum.*

Ibi L. Cæcilius proconſule partem velitum ante foſſam vrbis diſponit. his imperat, *ſiquidem elephanti propius ſubgreſſi eſſent, denſa in eos tela coniiciant: ſi vrgeantur ipſi, refugiant in foſſam, atq; rurſum inde conentur.* ſordidos opifices & forenſem turbam comportare miſſilia iubet, & extra muros proiicere, ne copia ho-

pia horum velitibus desit: sagittarios in muris locat, ipse cum cohortibus grauioris armaturæ intra portam, dextro hostium cornu obuersam, instructus paratusque consistit. Interea qui prœlium commiserunt, modo multitudine hostium pressi, seruatis ordinibus referebant pedem, modo recentibus suorum auxiliis confirmati, quæ proconsul identidem submittebat laborantibus, pugnam sustinebant: quum rectores elephantorum æmulatione incensi, quo ipsi potius quam Asdrubal auctores victoriæ fuisse viderentur, concitatis belluis proturbant aduersarios, & ad vrbem se recipientibus incaute instantes, ad ipsam vsque fossam progrediuntur.

Reflexis elephantorum clade Punica confusa.

CAP. LIV.

Vulnerati elephanti sæuiunt in suos.

Ibi vero, quum & à mœnibus sagittarum nimbus fueret, & à recentibus qui ante fossam steterant, hastæ velitares confertim iacerentur, confecti vulneribus elephanti sæuire, conuersique quo dolor & ira ferebat incumbere suis, proterere obuios, perturbare & dissoluere ordines armatorum cepere. quo animaduerso proconsul *hoc illud esse tempus prouisæ diu victoriæ* clamitans, aperta porta prorumpit: neque difficile certamen instructis & compositis aduersus trepidantes & turbatos fuit: magna cædes pugnantium, magna fugientium facta, casu quodam, qui præsidium adflictis adferre debuerat, vltro calamitatem augente. Quippe sub idem illud tempus Punica classis comparuit: ad quam, veluti salutis vnicam spem, quum trepida multitudo metuque cæca promiscue rueret, multi inuicem aut ab elephantis conculcati sunt, alii à persequentibus interempti: magnus etiam numerus inter natandum, aut dum naues tumultuose conscenduntur excussus, in mari periit.

Punica classis plus nocet suis, quam prodest.

CAP. LV.

Magna victoria L. Metelli

Carthaginensium clades.

neque vel ad ea tempora, vel deinceps vlla populo Romano inter tot res prosperas victoria clarior cessit: qua & ad priorem fiduciam erecti sunt animi, & tantus hosti metus incussus, vt non modo spem in posterum pedestris militiæ, quamdiu id bellum fuit, sed etiam cogitationem deponeret. Viginti millia Carthaginensium eo prœlio cæsa referuntur: elephanti sex & viginti statim, ceteri postea omnes capti. Proconsul enim efferatas palantesque belluas ab ignaris haud facile adduci posse cogitans, præconis voce *incolumitatem & libertatem captiuis* promiserat, *quorum opera comprahensi elephanti esse viderentur*. Ita primum captis mansuetioribus sibique notis, ceteros horum ope haud difficulter adduxerunt. L. Metellus omnes Romam misit, haud indigno quod memoretur inuento per fretum transportatos.

CAP. LVI.

Metelli inuentum ad transportandos elephantos.

Quod enim naues ad eam rem idoneas nullas habebat, doliis coactis multis vinctisque, ita vt inter bina quæque dolia tignum vnum immissum, neque conlidi inter sese, neque diuelli sineret: rates compactæ sunt, quæ deinde tabulato constratæ, materia terraque ingesta, & lateribus

vndique

vndique præſeptis in ſtabuli formam ingreſſas intrepide bellias, ſine ſenſu nauigationis, cuius valde impatientes ſunt, in Rhegino litore expoſuerunt. Aſdrubal ex clade Lilybæum euaſit, ſed Carthagine damnatus abſens, quumque rediiſſet comprehenſus & ſupplicio adfectus eſt. Interea Pœni cæſos exercitus ſuos, abactos elephantos, totam Siciliam præter Lilybæum & Drepanum amiſſum, Romanosque iterum claſſe confecta, mari terraque validos eſſe reputantes, ad pacis conſilia ſe retulerunt: gratanter accepturi ſi lenioribus paulo conditionibus tranſigi poſſet. Quæ res quum eos M. Reguli, legumque pacis ab ipſo quondam dictarum admonuiſſet, in eam cogitationem venerunt, vt per illum ipſum maxime crederent, vel pacem, vel quod ſecundum pacem gratiſſimum erant habituri, permutationem captiuorum impetrari poſſe. Neque dubitabant quin promptiſſimam operam in eo negotio vel ſua cauſſa nauaturus eſſet. *quem enim tanta duritie animi cogitari poſſe, quin exire miſerias carceris, reuiſere chariſſima pignora, frui libertate, patria, dignitate, honoribus cupiat? Eſſe M. Regulo vxorem Romæ, eſſe liberos: propinquos eius adfinesque in Senatu & magiſtratibus, fratrem etiam patruelem conſulari imperio agere: ipſum Senatui populoq. Romano & ob res proſperas chariſſimum, & ob aduerſas miſerabilem eſſe: ſiue ſe amaret, ſiue a ſuis amaretur; neminem neq. agendæ cauſſæ diligentiorem patronum, neque impetrandæ gratioſiorem fore.* Non abnuit ille, nulla ſpe aut cupiditate ſuæ vtilitatis, vt poſtea apparuit. ſed vt Senatum ad publica tuenda commoda præſens auctor efficacius permoueret. Ita Carthaginenſium legatis additus quum ad vrbem veniſſet, ingredi, quamuis rogatus à Romanis, noluit: *hoſtium legatu ex diſciplina patria Senatum extra vrbem dari* cauſſatus. Coactis ergo Patribus inter legatos Carthaginenſium verba fecit, *ſe quoque, vt qui iure belli ſeruus Pœnorum eſſet, mandata dominorum attuliſſe, maxime quidem bellum vt finiretur conditionibus quibus vtrique populo viſum eſſet: ſin vero, vt ſaltem captiuorum eſſet permutatio.* Digreſſos mox legatos & ipſe ſequutus eſt, neque deliberationi Senatus hoc ipſum inſtanter petentis prius intereſſe voluit, quam Carthaginenſes adſentirentur. tum adſedit tacitus, donec rogatus ſententiam: *Patres,* inquit, *conſcripti, ego tamen Romanus ſum. & corpus quidem, vt fortuna voluit, penes hoſtes eſt: animus fortunæ non ſubiectus, qui fuit, manet. quare huic potius obſequutio quem meum eſſe ſcio, quam corpori quod alienum eſt. neque captiuos permutandi, neque ineundæ pacis auctor ſum. Bello manente captiuos reddi, prorſus eſt inutile: nam illi pro me vno duces multos, pro ſene adoleſcentes repetunt; in quibus eſſe non quos non ſpernatis: finiri vero bellum, niſi lucnlentiſſimis conditionibus, aut vniuerſa victoria, quum indignum eſſet ſapientia veſtra, tum*

Aſdrubal ſupplicio adficitur, ob rem male geſtam.

CAP. LVII.

M. Regulus a Pœnis pacis petendæ cauſſa Romam mittitur.

Ita alio animo abit.

CAPVT LIIX.

Reguli Oratio in ſenatu.

Pacem diſſuadet.

Digitized by Google

CAP. LIX.

Comparatio Romanæ & Carthaginensis Reipubl.

rei Romanæ damnosissimum. Scio vobis etiam in gerendo bello difficultates multa accidere, neque enim res magnæ citra magnum laborem magnosque sumptus confieri possunt: sed si Carthaginensium fortunam contuleritis, omnia quæ momentum ad victoriam faciunt, penes vos meliora sunt. Magna pugna superati sumus semel, siue culpa ista mea siue fortuna fuit: sed exercitus eorum toties cecidimus, & animos mea clade rursum erectos victoria Panormitana infra priorem desperationem deiecit adflixitque. Siciliam excepta vna alteraque vrbe amiserunt. in ceteris insulis res ipsorum malæ sunt. Classem habetis, cui Punica non potest occurrere: hac quoque parte belli perpetuo superiores, neque acceptæ tempestatibus damna tantum vobis virium detraxerunt, quantum adiecerunt cautionis.

Pecunia vtrobique inopia.

Pecuniæ fortassis par vtrobique inopia: sed obsequentiores tamen vobis Itali, quam Afri Pœnis, quos quum amassent numquam, nuper etiam impensius odisse didicerunt. Qui enim nulla dum tam atroci iniuria lacessiti certatim ad me defecerunt, eos post vastatam a prioribus dominis regionem, abacta armenta, extortas pecunias, interfectos principes, quid aliud exspectare creditis, quam vt nouus exercitus hinc in Africam veniat?

CAP. LX.

Delectus Romanis facilior.

Quod vero delectus vobis facilis & copiosus est, miles bonus, concors, lingua, moribus, sacris, ciuitate, cognatione iunctus, id tantum esse reor, vt hac vna re ancipitem facere possetis Carthaginensibus totius belli victoriam, si ceteris omnibus vinceremini. Quid enim aduersus eiusmodi copias momenti sit in mercenaria manu? & tamen si quid erat, sua crudelitate iam aboleuerunt Pœni, sibique non minus difficilem effecerunt peregrini militis conducendi rationem, quam conducti custodiam.

Mercenarii a Pœnis alienati.

Xanthippus, cui forte Carthago debet, quidquid ab eo tempore potuit amittere, tam ingrate perfideque tractatus documento erat aliis, ne temere locent operam ei populo, qui maxima merita non nisi maximis iniuriis nouit remunerari. vulgus etiam barbarorum, stolidum & venale genus, nihilominus absterrebit in sui generis homines sæpius exercita sæuitia, quum modo carnificum aut commilitonum manu perempti, modo in desertis insulis expositi, pro stipendiis emeritis, ne simplicem quidem mortem, & humani moris supplicia pertulerunt. Habetis P. C. rationes meæ sententiæ, qua neque pacem Carthaginensibus dandam, neque commutationem captiuorum recipiendam censeo.

CAP. LXI.

Non displicebat consilium Senatui, si auctore saluo accipi potuisset, sed huius eo magis miserabantur, quo ipse vt reipublicæ consuleretur, magis se neglexerat: apparebatque huc inclinari, vt qualibet conditione vir animi tam generosi patriæ redderetur. Iamque voces iactabantur dicentium, *postquam ad suos postliminio reuertisset, suo iam iure manere in ciuitate, aut retineri posse*: Pontifex etiam Maximus adfirmabat, *si remansisset in ciuitate, citra periurium facturum videri.* quum ille spiritu vultuque quem etiam iste Senatus stupesceret: *Quin*, ait, [illegible]

[illegible]

Digitized by Google

tationem iſtam ſemel tollitis Romani,ſequiminiq; ſententiam meam, & audetis me contemnere? Fruſtra tenditis obtinere, quod neque iucundum vobis,neque vtile patriæ,neque mihi honeſtum ſit futurum. Fortaſſe dum noua res eſſet, alacres, & gratantes vobiſcum me verſari videretis: ſed ſimulatque primus iſtius gaudii breuis impetus euanuiſſet,odioſiorem me vobis redderet reditus mei turpitudo, quam abſentia mea deſiderandum effeciſſet. Mihi quidem certum eſt in ea ciuitate non degere, vbi poſt ſeruitutem Africanam ciuis honeſti dignitatem tueri non potero: & ſi maxime vellem, prohiberet fides, prohiberet iuriiurandi ſacer horror, numinumque veneratio, quorum inuocationem & reditus mei ad Pœnos pignus feci, & ſi peierem,pœna non à me tantum,ſed etiam à vobis populoque Romano repetendæ vindicem timeo. Sunt enim profecto aliquid dii, neque periuriis aut contemptu hominum impune violantur. Si quis vero poſſe me religione exſolui autumat: eſſe prodita libris auguralibus huiuſcemodi piacula: cærimoniis & victimis perfidiam ac periurium rite procurari: cum ego meminiſſe velim, maiorem eſſe maieſtatem numinum, quam vt peierando læſa quibuslibet hominum inuentis placetur: neque rationi conſentaneum, vt maculæ peccatis hominum contractæ, pecorum bouinue ſanguine ablui credantur. Ad me quod attinet, ſcio mihi Carthagine paratos eſſe cruciatus magnos, exquiſita tormenta. Sed his omnibus triſtius eſſe puto fidem fallere. Hoc enim mihi profecto noceret: illa magis ad ea quæ circa M. Atilium ſunt, quam ad ipſum referuntur. Nolite calamitoſum exiſtimare, quiquis ferre calamitatem poteſt. Seruitutem, contemptum, dolorem,inediam,vigilias, quum mala numquam putauerim, poſt tanti temporis adſuetudinem etiam moleſta credere deſii. Tolerabilia enim eſſe, tolerando didici: quod ſi ſupra quam ab homine ferri poſſint, intendantur, non ab illa tantum, ſed ab omni miſeria me cita mors liberabit. Nihil igitur timendum eſſe video mortem non timenti,quam etiam occupare licet; & feciſſem, niſi viri eſſet, vincere potius dolorem quam effugere. Sed hæc pauca & confuſa ideo dixi, vt vos neque dimoueri me poſſe à ſententia ſciretis; neque vicem meam velut hominis infelicis & calamitoſi miſereremini: mihi vero mei conſilii tota ratio facilis & conſtans eſt. nam vt Carthaginem reuertar, id mihi debet eſſe curæ: quid paſſurus ibi ſim, erit diis. Aiunt etiam quo efficacius moneret dubitantes, confirmaſſe, priuſquam Carthagine dimiſſus eſſet, ſibi venenum Punica fraude datum; quod lenta poſte ſpiritus vitales exedens, facta permutatione reſtitutum ſui conſumeret. Horribilem vero in hoc viro virtutis conſtantiam. qui,dum ab honeſto non diſcederet, contumelias,cruciatus,mortem,quidquid denique abominantur homines, maiori prope contentione ſequutus eſt, quam alii vitauerant. Vtili mortalibus documento, eas tantum animas quibusuis terroribus pares,

Regulus Romæ manere abnuit.

CAP. LXII. Rationes propoſiti ſui adducit.

CAP. LXIII.

Nihil timendum mortem non timenti.

CAP. LXIV. M. Reguli horribilis conſtantia.

honestique propositi ad extremum tenaces esse, quæ nobilitatis suæ sensum habent, seque non ad hanc modo vitam natas esse meminerunt. Nec enim acerbitates tantas M. Regulus sponte pertulisset, nisi aut pulchris factis ingentia post mortem fore præmia, aut sceleratis ingentes pœnas credidisset. Igitur in sententiam M. Reguli facto Senatus consulto, quum mortuos & iratos dominos ipse vultu semper eodem sequeretur, repulsæque dolorem appareret in suasorem eius crudeliter vindicatum iri, moti quidam sunt, vt vel nolentem retineri iuberent. vxore

Vxor Reguli.

præterea Reguli Marcia, communibusque liberis, omnia fletu planctuque complentibus, dixere Consules, *neq; manentem dedituros esse: neque discedentem moraturos.*

CAP. LXV. *Regulus excruciatur a Pœnis.*

Sic ille recusato etiam coniugis colloquio, parvorumque filiorum complexu osculisque vitatis, Carthaginem reuectus, atrocissimis suppliciis vexatum corpus exuit. Palpebris enim resectis aliquamdiu in loco plane tenebricoso habuerunt: deinde quum sol esset ardentissimus, repente eductum intueri cœlum coegerunt. postremo coniectum in arcam ligneam, quam ad solem obuerterant, clauis introrsum versis horrentem, atque ita angustam, vt erectus perpetuo manere cogeretur: dum fessum corpus, quocumque inclinaret, ferreis stimulis confoditur, cruciatu & vigiliis interemerunt. Hic M. Atilii Reguli fuit exitus, ipsa quoque vita, licet maximam per gloriam diu acta, clarior & inlustrior.

Elogium Reguli.

Fuit vir moribus integerrimis, animo infracto, consilio non spernendus; in quo nihil accusare neque sua neq; sequentia tempora potuerunt, nisi quod fortunam secundam infirmius tulisse visus est, repudiatisque Pœnorum precibus caussa fuisse, cur multis deinde annis bellum maneret, ingenti cum ciuitatis vtriusque detrimento.

CAP. LXVI.

Ceterum M. Regulus peccatum istud aliis virtutibus, sed maxime mortis admirabili constantia deleuit: calamitate sic perlata fortunatior, quam si enitare imminentem potuisset. Audito fine Reguli, & barbara Pœnorum feritate, Senatus nobilissimos captiuorum Marciæ liberisque dedidit.

Senatus vxori Reguli nobiles captiuos dedit.

quos illi conclusos in armario muricibus præfixo, pari ac Regulus interierat supplicio excruciare constituerunt, alimentis etiam per dies continuos quinque non præbitis. intra quod tempus Bostar Pœnus mœrore fameque extabuit. Hamilcar vero firmior, etiam alios quinque dies cum cadauere Bostaris inclusus, ciboque tantum ad vitam cum miseria prorogandam dato durauit: donec cognito quid fieret, magistratuum imperio sæuitia coercita est, iniunctumque vt Bostaris cineribus in patriam remissis reliqui captiuorum mitius haberentur.

Magistratus sæuitiam in captiuos prohibent.

morum vtriusque ciuitatis memorabili discrimine; quum altera

Digitized by Google

nec inique læsa, nec impune læsura, virtutem quam venerari debuerat, diris suppliciis extingueret: altera iustissimæ vindictæ poneret modum, non quem poscebat irritatus dolor, sed quem reuerentia humanitatis, & decora claris imperiis moderatio commendabat

IOH. FREINSHEMII SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM LIBER NONVS.

In locum lib. XIX. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XIX. Liuiani.

Cæcilius Metellus, rebus aduersus Pœnos prospere gestis speciosissimum egit triumphum, XIII. ducibus hostium & CXX. elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher Cos. qui contra auspicia profectus iussit immergi pullos, qui cibari nolebant, infeliciter aduersus Carthaginenses classe pugnauit, & reuocatus à senatu, iussusq; dictatorem dicere, C. Glauciam dixit, sortis vltimæ hominem: qui coactus abdicare se magistratu, postea ludos prætextatus spectauit. Atilius Calatinus primus Dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum Pœnis captiuorum commutatio facta est. Coloniæ deductæ sunt, Fregellæ; in agro Salentino Brundusium. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita CCLI. *millia* CCXXII. *Claudia soror Claudii, qui contemptis auspiciis male pugnauerat, à ludis reuertens, cum turba premeretur, dixit:* Vtinam frater meus viueret, iterumque classem duceret. *ob eam caussam mulcta ei dicta est. Duo prætores tum primum creati sunt. Cæcilius Metellus Pont. Max. A. Posthumium Cos. quoniam idem & flamen Martialis erat, quum is ad bellum gerendum proficisci vellet, in Vrbe tenuit, nec passus est à sacris recedere. Rebus aduersus Pœnos prospere pluribus gestis, summam victoriæ C. Luctatius Cos. victa ad Ægates insulas classe Pœnorum, imposuit. Petentibus Carthaginensibus pax data est. Quum templum Vestæ arderet, Cæcilius Metellus Pont. Max. ex incendio sacra rapuit. Duæ tribus adiectæ sunt, Velina & Quirina. Falisci quum rebellassent, sexto die perdomiti, in deditionem venerunt.*

PRofectis ab Vrbe Carthaginensium legatis, Consules Senatusconsulto exercitum in Siciliam deportare iussi, cupide paruerunt, & ira in hostes accensi ob M. Regulum, & æmulatione speq; ex L. Metelli proconsule victoria. Nec *Consules exercitum in S[illegible] deportant.*

enim

Digitized by Google

enim confecti negotii magnitudinem damno tantum Carthaginiensis populi metiebantur, quod amisso exercitu, tantoque numero elephantorum, ad reliqua belli factus esset infirmior; sed haud minus eo, quod prospera cum belluis pugna Romani milites animum ex priore formidine receperant: spesque incesserat finiri bellum posse, ni occasioni defuissent. Igitur classe nauium ducentarum coacta Consules ambo cum legionibus quatuor Panormum appulerunt: adsumptisque reliquis ibi copiis nauibusque, præter eas quæ custodiæ locorum necessariæ videbantur: cum rostratis ducentis quadraginta, cercuris vero (sic vocant nauium quoddam breuiorum genus) sexaginta, & aliis cuiusque modi nauigiis plurimis Lilybæum veniunt: ibique consilio habito aggredi vrbem constituunt.

Copiæ & naues Romanæ.

CAP. II. *Lilybæi nobilis obsidio.*

Hæc est illa Lilybætani oppidi nobilis obsidio, quæ per solidum decennium, ab eius belli anno quarto decimo tracta, non expugnatione vrbis, aut deditione ab obsessis facta, sed vniuersi belli euentu finem accepit. Quum enim Pœni Romanique intelligerent quantum in ea vrbe momentum vtrisque foret, vel ad Africæ præsidium, vel ad imperium Siciliæ, summis vtrimque viribus & oppugnata & defensa est. Vrbem deinde Romanam ex mœrore quem M. Reguli casus attulerat, refecit L. Metelli triumphus: non visu modo & memoria rerum prosperrimarum, sed etiam aduersus inhumanam gentem vindictæ dulcedine. Triumphauit de Pœnis proconsule A.D. VII. Idus Septembres. Ducti sunt ante currum duces hostium tredecim, & ingens elephantorum agmen, viginti supra centum: sunt & qui plures numerent. Hi deinde producti sunt, quum ludi fierent, & hastis præpilatis per totum circum ab operis acti, quo contemnere disceret belluas populus, quas vehementissime timuerat. Interfectos esse iaculis Verrius Flaccus auctor est, quum neque vti iis placuisset: neque donari regibus tantam adcessionem virium, ex vsu reipublicæ videretur.

L. Metelli Triumphus.

CAP. III. *Magna vilitas annonæ.*

Eodem anno magna vilitas annonæ Romæ fuit: assibus singulis farris modios fuisse. itemque vini congios, ficique siccæ pondo triginta, olei pondo decem, carnis pondo duodecim traditur. quum plus vbivis earum rerum esset, quam pecuniæ, cuius inter belli tam diuturni sumptus magna iam penuria esse ceperat. Dum hæc Romæ geruntur, in Sicilia Lilybæum summis viribus oppugnabant Consules, neque minore pertinacia animorum ab inclusis resistebatur. Prima vis admota est turri quæ præ aliis longissime versus Libycum mare procurrebat. Hac deiecta, ad proximam quamque promota sunt opera, donec sex omnino turres procubuerunt. tum ad ceteras quatiendas fossæ compleri ceptæ, vt machinæ transduci admouerique possent. quamquam magnus erat

Oppugnatio Lilybæi.

[illegible]

labor,

labor, quippe latitudo foſſæ ſexaginta cubitos, altitudo quadraginta æquabat, tamen impigre ceptus promotuſque eſt. Contra hæc Carthaginenſes interius aperta foſſa, egeſtam humum amoliebantur: ſed quum multitudine materiam apportantium nihilominus agger creſceret, foſſæque complanarentur, relicto iſto conſilio murum alium interiorem exſtruxerunt: indefeſſo ad omnia Himilcone, qui præter vrbanam multitudinem, mercenariorum decem millibus inſtructus, vim omnem dolumque hoſtium ſagacitate, vigilantia, conſtantiaque eludebat. Ille nihil neque remiſſum apud ſuos, neque tutum apud hoſtes patiebatur; operibus opera, cuniculis cuniculos, armis arma opponebat: inter hæc ſæpe eruptionibus pugnatum, adeo nonnumquam ferociter, vt haud pauciores quam iuſta pugna cadere ſolent, tumultuariis iſtis certaminibus deſiderarentur. Inter quæ, Romanis muros ſuffodientibus, quo ſubrutis fundamentis conciderent, Himilco ex aduerſo cuniculos agi iuſſit, vbi Romanos terram egerere animaduerterat. His deinde protinus apertis armatos immiſit, qui nudos & operi intentos ſubito aggreſſi, multos interemerunt; neque pauciores dum opem ſuis laturi ad muros accurrunt, ſarmentis in foſſam coniectis, deinde incenſis, concremarunt. Gliſcebat tamen in animis obſeſſorum pauor atque conſternatio, qua abuſi duces quidam mercenariorum, *ſtipendia ſibi non ex fide ſoluta* prætexentes, de prodenda Romanis vrbe conſilia iniuerunt: minime dubitantes, quin ſuos quiſque milites facile inlecturus eſſet ad probanda quæ agerentur. Itaque nocte quadam clam ex oppido ad caſtra Romanorum elapſi, ſtatum vrbis obſeſſæ, & quid ipſi pararent, expoſuerunt. Agebat tum inter mercenarios qui Lilybæi erant Alexon quidam, Achæus genere, vir neque militarium artium rudis, & eximius fide. Is animaduerſo proditorum conſilio, rem ad Himilconem continuo defert. Himilco, vt in magno & inſtanti metu nihil conatus, duces mercenariorum, quot eorum adhuc Lilybæi erant, conuocat: quid à quibus tentetur exponit, eoſque grauiter incuſat: hortatur præſentes *ne temeritatis & perfidiæ alienæ participes eſſe velint: in fide perſeuerantibus integra apud Carthaginenſes omnia, ſtipendium certum, præmia magna fore: proditionis infami crimine ſe commaculantes, & diis & hominibus aduerſis acturos eſſe.* Simul pecuniæ quantum cogere iſtam inter trepidationem potuerat, diuidit, *de gregariorum ſtipendiis, vt quam maturrime ſoluantur, ſibi curæ futurum eſſe* ſpondet. Magna vis orationis eſt in tempore adhibitæ, præſertim ſi grauitate morum fides ſermoni concilietur: aſſenſi certe ſunt vniuerſi, operamque ſuam ad continendos in officio milites alacriter obtulerunt. Himilco laudatos & ampliori ſpe incenſos

CAP. IV.

Himilconis induſtria in defendenda vrbe.

Eruptiones frequentes & ſanguinolentæ.

CAP. V.

Mercenariorum motus Lilybæi.

Alexonis fide proditur.

CAP. VI.

Himilconis induſtria ſedatur.

Digitized by Google

ſos ire confeſtim ad ſuos quemque iubet, *operamque dare, vt in fide atque poteſtate ſint*: mittit vna Hannibalem filium eius Hannibalis qui in Sardinia perierat & Achæum Alexonem: illum ad Gallos, quibus ex veteri commilitio notus & acceptus erat: Alexonem ad ceteros varii generis mercenarios, omnibus ex æquo charum gratumque. Hi fidem ſuam interponentes, *rata fore quæ Himilco promiſiſſet*, negotium adeo ex ſententia perfecere, vt paulo poſt reuerſos ad mœnia proditores non modo auerſarentur omnes, ſed etiam conuitiis teliſque vltro arcerent. Et hi quidem ad Conſules re infecta regreſſi, muneribus tamen quibusdam & agris in Sicilia donati ſunt.

CAP. VII.

Ceterum Pœnorum res improuiſo malo prope deſperationem adductas, eo tempore fides Alexonis ſuſtentauit: qui prius ſeruatis itidem Agrigentinis, quibus ſimili quodam ſcelere mercenarii Syracuſanorum inſidiati fuerant, iure ſuo memoriam laudemque in hiſtoria meruit. Creuerunt deinde obſeſſis animi aduentu nouorum auxiliorum. Carthaginenſes enim, licet ignari omnium quæ Lilybæi geſta eſſent, res non ſegnibus conſiliis indigere iudicabant.

Adherbal cum nouis copiis Lilybæũ mittitur.

Igitur Adherbali rei maritimæ præfecto negotium dederant, vt claſſe comparata militem, annonam & pecuniam Lilybæum introduceret. Ab hoc miſſus Hamilcaris filius Hannibal, ab Ægusis, quas vocant, inſulis ventum opportunum nactus, recta fronte Lilybætanum portum petit, inſtructos in nauibus habens milites, & ſi quis obſiſteret vi perrupturus. Iam ab obſidionis principio portus aditum obſtruxerant Romani, demiſſis in fundum maris cercuris quindecim;

CAP. VIII.

quos ad hunc vſum lapidibus onerauerant. Igitur partim hoſtis celeritate deprehenſi, partim metuentes, ne ventorum vi conuulſi & ipſi in portum & intuta nauigantibus loca raperentur, aduenientibus hoſtibus occurrere neglexerunt. Et Hannibal portum tuto tenuit, copiisq; (decem erant millia militum) expoſitis, magna cum lætitia Lilybætanorum, in vrbem acceptus eſt.

Decem millia militum in oppidum introducenda curat.

Romani quum ingreſſum hoſtium impedire non potuiſſent, de cetero conſultabant, quemadmodum opera ſua tutarentur, quæ tanta multitudine nouorum militum recepta Himilconem profecto oppugnaturum eſſe videbant. Neque fefellit eos opinio. Pœnus enim aliorum recentibus viribus, aliorum refectis aduentu ſociorum animis vſurus, veteres nouaſque copias in concionem vocat: ſpe victoriæ ac præmiorum ad faciundam eruptionem impellit: diſpoſitisq; vt res poſcebat manipulis ſub primam lucem opera Romanorum pluribus locis aggreditur.

CAP. IX.

Pugna ad Lilybæum.

Erant & apud hos prouiſa cuncta, quaq; plurimum periculi metuebatur, firmæ ſtationes oppoſitæ; cum his itaque confeſtim acre certamen contrahitur. cadunt vtrimque multi, quum

& magnæ

Digitized by Google

& magna animorum contentione, & numero pugnantium non contemnendo res gereretur, haud paucioribus viginti millibus vrbe egreſſis, & maiore aliquanto multitudine obſidentium. Quippe Conſules contractis ex amica Sicilia auxiliis plusquam centum millia hominum effecerant: ex quibus ad expediendos commeatus aliasque neceſſitates dimiſſis ceteris, ad obſidionem vrbis millia ferme ſexaginta adducta. Sed quum ex omni parte vehementer dimicaretur, maxima circa machinas erat contentio: quas alii vt corrumperent, alii vt defenderent, non magis ſuæ quam hoſtis vitæ parcebant. Iacebat ingens agmen occiſorum in ea ſtatione, quam tuendam ab initio ceperant: augebat clamorem prœliantium & terrificam diſcriminis faciem alia turba, quæ facibus tædisque armata, per pericula, per cædes ſuas alienasque ad incendenda opera ruebat: propiusque factum eſt nihil, quam vt peruicaciæ hoſtium miles Romanus cederet, machinæque defendi nequirent. Sed Himilco multos ſuorum occumbere cernens, Romanos autem de ardore propugnandi nihil remittere, ſignum receptui dedit, pugnaque prior exceſſit. neque Romani inſtiterunt, contenti ſeruatis operibus, quæ propemodum pro amiſſis iam habuerant.

Himilco præ ſignum receptui dat.

CAP. X.

Hannibal ex obſidione elapſus, Drepanū venit.

Proxima nocte Hannibal, clam hoſtibus, dum feſſi ex prœlio eius abitum obſeruare negligunt, nauibus quibuscum venerat, Drepanum ad Adherbalem vectus eſt: abductis vna equitibus, quos in locis impeditis ad nullam rem obſeſſis vtiles, alibi bonam operam nauare poſſe recte iudicauerat. Hi enim à Drepano ſæpe excurrentes, intuta faciebant itinera, rerumque neceſſariarum ſubuectionem difficilem, multosque pabulatorum, longius à caſtris vagantium excipiebant, ſociosque Romanorum omni cladium genere vexantes, Conſulum rationes non mediocriter conturbabant. Neque mari tutas iis res Adherbal eſſe patiebatur, qui modo Siculis modo Italicis litoribus improuiſus incidens, nihil quo nocere Romanis poſſet, inauſum intentatumque relinquebat. Ita factum, vt magna in caſtris nata inopia (nec enim præter carnes pecudum quidquam ferme cibi ſupererat) magna pars fame, plures etiam morbis, vt ſolet, obortis morerentur.

Fames & morbi in caſtris Romanis.

CAP. XI.

Hunc ad modum quum aliquot hominum millia deſiderata eſſent, alterum ex Conſulibus ad comitia Romam diſcedere, ſuasque legiones deportare placuit, quo remanentibus in obſidione expeditior annonæ ratio foret. Iterum deinde maiori conatu terra lapidibusque aggeſtis, aditum portus ſepire aggreſſi ſunt, validis trabibus decuſſatim compactis aggerem communientes, quæ ferreis ancoris reuinctæ, totius operis compagem firmiore nexu continerent. Sed propter

Machinamenta Romanorum ad Lilybæum.

maris altitudinem, ob quam inter descendendum conuellebatur, quidquid iniectum erat, ingens & inutilis labor fuit: nam oborto vehementiore ventorum flatu, vndisque intumescentibus, perfracta omnia ac direpta sunt. Quum tamen ipsa operis fama clausum aliquamdiu portum tenuisset; anxios ea res Pœnorum animos, vehementerque solicitos habuit; neque enim vlla in promptu erat ratio, qua cognoscere statum suorum possent, neque quisquam audebat operam suam ad inspiciundas Lilybætanorum res polliceri: donec Hannibal quidam cognomento Rhodius, vir ex illustribus, se ingressurum vrbem, & postquam omnia coram perlustrasset, ex fide renunciaturum recipit.

Hannibalis Rhodii audacia.

CAP. XII.

Portus Lilybæi custoditus a Romanis.

Ei promisso gratia primo maior apud Pœnos, quam fides fuit: quippe præter moles in mari iactas; aditum portus à Romanis nauibus ad ancoras stantibus custodiri sciebant.

Sed Hannibal penetrat.

Sed ille priuata, quam habebat, adornata naui, ad insularum quæ Lilybæo præiacent vnam, hinc deinde quum postridie ventum ferentem nactus esset, circa quartam horam diei, palam, inspectantibus vniuersis hostium copiis, hominibusque fiduciam stupentibus, portum inuectus est. At Romanus Consul, vt regredientem interciperet, selectas ex omni numero naues decem per noctem instrui iubet: eas ab vtroque latere portus, quam proxime ad ipsum eius ostium constituit. Hannibal celeritate nauis suæ confisus clara luce procedit: expectabant eum intenti paratique Romani: simulque conatu quanto poterant, in eum ferebantur. Sed ille velocitate tantum vincebat, vt effugisse non contentus, vltro illuderet, modo adnauigans, modo circumuectus, quasi ad pugnam hostes prouocaret.

CAP. XIII.

Idem sæpius.

Hac audacia quum sæpius vteretur, multum rebus Punicis adiumenti contulit, quod & obsessorum animi nunciis suorum mirifice recreabantur: & quæ postulabat vsus Carthagini mature cognosci poterant, & contumeliosa istius hominis temeritas Romanos molestia & pudore vexabat. Iuuabatur autem peritia maxime locorum, quod in palustri illa cœnosaque eluuie, per quam Lilybæum aditur, certum fidumque nauibus iter accurate obseruauerat. quoties enim ab alto veniens in conspectu habere vrbem ceperat, ita obuertebat nauem, vt puppis Italiam respiceret, ex prora turris Lilybætana quæ mari imminebat, ita cerneretur, vt omnium Africam versus sitarum turrium conspectum tegeret: quæ vna tutissima est via pleno cursu portum petentibus nautis.

Vnde plures eã audent.

Iamque plures esse ceperant, qui audacia & felicitate Hannibalis incitati Lilybæum commearent: donec casu quodam quadriremis celeritatis eximiæ comprehenderetur.

CAP. XIV.

Licet enim aliis partibus moles à Romanis iactas venti ac vndæ ra-

Digitized by Google

dæ raptauiſſent: vno tamen loco, vbi minus profundum mare fuerat, conſtiterunt: Ei dorſo impacta nauis quum obhæſiſſet, capta à Romanis optimoque milite & remigio inſtructa, etiam Hannibali exitium attulit. Quippe noctu forte ingreſſus vrbem, quum in reditu palam ſoluiſſet, quadriremem que iſtam ad omnes ſuæ nauis motus ſimiliter occurrentem videret, animaduerſo ſtatim periculo fugere, & quum hoc fruſtra eſſet, repugnare conatus, in validiorum poteſtatem venit. Romani hac quoque naue potiti, parique modo ad obſeruandum portus aditum vſi, ne quæ deinceps naues Lilybæum penetrare poſſent, facile prohibuerunt. Acrior inde vis obſidentium eſſe cepit: adortique munimenta Romani, quæ mari vicina erant, omne defenſorum agmen ad tuenda loca quæ oppugnabantur pertraxere. Sic via facta reliquis copiis quæ ex diuerſa parte occaſioni huic inſidiabantur, vt murum exteriorem caperent. quamquam id fruſtra fuit. quippe dux Pœnus cum delectis ſuorum tempeſtiue accurrens, multa cum cæde tenentes locum Romanos reiecit.

Sed intercipiuntur quiriamo. Etiam ipſe Hannibal.

CAP. XV.

Alia deinde maior fortuna ſpem obſeſſis vniuerſæ victoriæ dedit. Forte ventorum ingens vis exorta fuerat, adeo veluti data opera Romanorum incumbens machinis, vt & vineas quateret, & ipſas turres in capitibus earum ſtructas conuelleret. Non fefellit ea res oppidanos, deorumque munere oblatam ſibi opportunitatem credidere, qua toties fruſtra tentatis operibus ignem inicerent. Itaque tripartito agmine erumpunt, faces & quæ alendo igni parauerant immittunt. eratque per ſe facilis ad concipiendam flammam materia machinarum, quam diu ante cæſam ſol & æſtus arefecerant. Neque ſegniter ad opem ferendam concurrerant Romani; ſed impar certamen erat, quum alii machinis iam incenſis ad tela certius validiusque conicienda luce ignium & tempeſtatis impetu iuuarentur: aliis haud minus ab his cauſſis impedimenti periculique, quam ab hoſtili ferro eſſet. quippe flatus vehemens & Romanis prorſus aduerſus, fumum, fauillam, flammas in ora oculoſque hominum prouoluebat: telaque ab hoſtibus miſſa maiori violentia deferebat in obnoxios, quum interim Romanorum ictus incerti & inualidi, nec dirigi per caliginem poſſent; & vehementia reflantis venti frangerentur.

Lilybætani erumpunt.

CAP. XVI.

Opera Romanorum incendunt.

Ita factum vt omnes Romanorum vineæ, petrariæ, arietes, & quidquid operum vel agendis cuniculis, vel verberando muro paratum fuerat, eodem incendio abſumerentur. Tum vero ſpes omnis potiundi per vim Lilybæi excidit: deſertaque obſidio foret, ni Hiero, magna iterum frumenti copia ſubmiſſa, vti maneretur euiciſſet. Ita omiſſo oppugnandi conſilio, caſtriſque ex omni parte communitis, tempori & caſui rem permittere decreuerunt. Obſeſſi

Digitized by Google

quoque refecta murorum parte quæ ceciderat, maiores in posterum ad tolerandam obsidionem animos habuerunt. Hæc nequaquam lætis aut securis animis Romæ audita: neque tamen dubitabatur quin bello accepta detrimenta bello sarcienda essent adeoque hæc sententia penitus infixa mentibus fuit, vt quidam senator in ipsa curia occisus esse memoretur, quod verba de pace fecisset. Magni deinde apparatus facti, inter quos remigum (nam huius generis iactura ingens facta erat) millia decem ex nouo delectu in Siciliam missa. Consules iam erant P. Clodius, Ap. F. C. N. Pulcher, L. Iunius C. F. C. N. Pullus. Clodium illum nepotem Cæci fuisse, falso à quibusdam traditum est. Is quum in Siciliam venisset, accepto qui ad Lilybæum erat exercitu, milites in concionem conuocat, prioris anni Consules acriter repræhendit, *quod per ignauiam & delicias, obsessis quam obsidentibus similiores tempus ad Lilybæum sine vllo profectu, nec sine magna Romani nominis ignominia damnoque triuissent.* Erat enim vir asper & acerbus, & qui violentia ingenii, fastuque ob nobilitatem suam, prolaberetur ad facta dictaque vix sanæ mentis homini conuenientia. Idem in puniendo sæuus & immitis nullum delictum venia, leuissimum quodque nimia seueritate prosequebatur; quum interim ipse in rebus maximis, non misere tantum, sed etiam prorsus amenter impingeret. Nam & consilium priorum ducum, quod acerbe vituperauerat, imitatus est, vt ad portum obstruendum moles in mare iaceret: & quod capitalioris amentiæ fuit, temere Drepanum aggressus, non minus sua imprudentia quam Adherbalis virtute florentissimam classem perdidit. Persuaserat sibi ceterisque hostem ignarum supplementi quod Romana classis accepisset, imparatum Drepani deprehendi posse. nihil enim crediturum minus, quam audaciam & vires Romanis esse, vltro hostem mari lacessendi. Sic delectis nauibus optimis ducentis & viginti, impositoque remige, & fortissimo quoque ex legionibus, nam vt ad certam prædam, minimeque longum laborem (Drepanum enim Lilybæo abest millia passuum non amplius quindecim) certatim sese offerebant; circa tertiam vigiliam silentio soluit, cursu per noctem prospero, & hostes fallente. Lux orta, primis iam nauibus à Drepano haud procul conspectis, ad miraculum insolitæ rei exciuit Adherbalem, neque dubitare poterat, quin hostis adesset. duarum rerum erat proposita optio, vt aut confestim prœlio congrederetur, aut aditu hosti concesso cingi se obsiderique sineret. quod postremum, quum haud minus flagitii quam molestiæ discriminisque plenum videretur, auersatus; socios nauales subito in litore coëgit: mercenarios autem milites voce præconis in concionem aduocatos breui sed efficaci oratione monuit, quanta spes esset

Senator pacem suadens in curia occiditur.

CAP. XVII.
A. V. C. DIV

P. Clodii asperitas & alia vitia.

Classem perdit.
CAP. XIIX.
Drepana temere tentata.

Adherbal prælio se parat.

Digitized by Google

eſſet prælium prompte capeſſentibus: quantus, ſi illud refugiſſent, ex obſidione metus.

CAP. XIX.

Alacriter ſucclamantibus omnibus, Adherbal collaudatos naues ſine mora conſcendere iubet, prætoriamque (hac ipſe vehebatur) oculis & remigio ſequi. Hæc vbi præcepta dedit, primus ipſe altum petit, ſub ipſas portui inpendentes petras egreſſus, quum eodem tempore ex aduerſo latere Romanæ naues portum intrarent.

Pugna inter P. Clodium & Adherbalem.

P. Clodius, non vti ſperauerat territo hoſte prœliumque detrectante, ſed ad defenſionem ſui ſtrenue conuerſo, perturbatus ipſe, naues ſuas propere reuocat, in aperto mari ſtructurus aciem.

Romani trepidant.

Sed illæ nullo ordine, vt vnaquæque præcucurrerat, aliæ intra portum iam penetrauerant, aliæ petebant aditum; quædam in ipſis faucibus verſabantur. inde factum vt dum magno niſu retrocedere omnes tendunt, aliæ in alias incurrentes turbarent mutuo, remosque inuicem detergerent, donec vt potuerunt euolutæ portuque egreſſæ, quoniam ſpatium temporis nullum ſupererat, continuo iuxta litus ipſum in ordinem aciei adſtitere.

CAP. XX.

Adherbal cum paucis nauibus prælium inchoat.

Ipſe Conſul qui prius agmen coegerat, tum conuerſo curſu ante omnes euectus ſiniſtro claſſis ſuæ lateri ſe applicuit. At Pœnus interea læuum hoſtilis aciei cornu præteruectus, cum nauibus roſtratis quinque, tot enim ſecum habebat, Romanis obuertere frontem cepit, altum patensque mare à tergo habens. ſimul alios ſuorum, vt quiſque aduenerat, adiungere ſe iuſto interuallo prioribus nauibus iubet, & poſtquam omnes eadem ſerie directæ ſunt, ſeruatis ordinibus in hoſtem mouet.

Carthaginenſes vincunt.

Iamque ſublatum vtrimque ex prætoria pugnæ ſignum erat, quum omni ex parte acriter concurritur, pari primo ſpe, ſed ſubinde meliore Carthaginenſium fortuna. Quamquam enim numero nauium vincebantur, armatis tantum nonaginta, longe tamen rebus aliis ſuperiores erant. nam & nauibus melioribus, & exercitatiſſimo remige vtebantur: locum autem pugnæ ſortiti erant commodiſſimum, vt quoties vrgerentur, liberum in mare receptum haberent, velocitate ſua ex facili vel eluſuri hoſtem inſtantem, vel etiam ſi longius proſequeretur, circumuenturi. Romanis contra ad litus appreſſis in arcto omnia: non procurrere libero impetu, non inhibere tuto poterant: ſed quoties vrgente hoſte retrocedebant, aut puppe in ſabulo deſidente hærebant, aut impacti litoribus periclitabantur.

CAP. XXI.

Ita quum neque perrumpere hoſtium ordinem, & rurſus à tergo inuadere poſſent, ob tarditatem nauium, remigumque imperitiam: neque ob anguſtias locorum, intra quæ concluſi erant, laborantibus ſuis opem à puppi ferre, impune à Carthaginenſibus vexabantur. Ad has difficultates acceſſerat & alia deſperationis ex religione cauſſa: iraque deorum ſe premi rebantur ob temeritatem Conſulis, qui contra auſpicia

Digitized by Google

Clodius contra auspicia pugnauit.

auspicia pugnare sustinuisset, ad neglectum religionum etiam contumelia addita. Pullos enim, quoniam non pascebantur, in mare præcipitari iusserat, *vt biberent, quando esse nollent*: ea res, tanquam a Diis iratisque Diis prœliantes, ad omnia segniores timidioresque fecerat. Sed ipsi cladis auctori, quum cetera perdidisset, ad se conseruandum nec ingenium, nec audacia defuit. Quippe quum naues suas passim deprimi capique videret, assumptis triginta quæ proximæ constiterant, inter litus & hostilem classem elapsus est: & quo tutior ad Lilybætanum

Clodii stratagema ad euadendum.

CAP. XXII.

exercitum receptus foret (prætermauiganda enim Pœnorum erant præsidia) naues in speciem victricium ornari iussit. Ita Pœnis victoriam penes Consulem fuisse, reliquasque naues eius mox sequuturas putantibus, non modo tutus ei reditus, sed etiam hostibus terribilis Lilybæum fuit. relictas à Consule naues tres & nonaginta cepit hostis vna cum propugnatoribus & remige, præter eos qui nauibus magna vi in litus impactis, eiecerunt se in terram, fugeruntque. Sed & in ipso prœlio magnus nauium numerus depressus est: nam plures ducentis Lilybæo P.

Magna victoria Pœnorum, cum minimo aut nullo damno.

Clodius aduexerat. Tanta victoria minimo impendio Carthaginensibus stetit. *non modo nauem sed ne hominum quidem vllum interisse, vulneratos oppido paucos* traditur: quum *de Romana classe octo millia hominum cæsa, capta millia viginti* referantur. Sub idem tempus etiam à Panormo naues frumento onustas rapuere Pœni, Drepanumque auexere, & vicis-

Lilybæum commeatus importatur.

CAP. XXIII.

Aliud incommodum Romanorum.

sim ex agro Drepanitano commeatus Lilybæum importantes, omni genere bonorum obsessos large refecerunt. Neque hic substitit eius anni fortuna, quin alio quoque magno incommodo mactaret Romanos, nec possessione modo maris sed etiam spe potiundi depelleret. Alter enim Consul L. Iunius, cum onerariis multis quibus annonam ad exercitum deferret, rostratisque sexaginta ex Italia profectus, vbi Messanam appulit, obuiam aliarum nauium multitudinem habuit, quæ tum ab exercitu, tum aliis Siciliæ partibus eo conuenerant. His adsumptis, & classe facta nauium longarum CXX. onerariarum prope DCCC. Syracusas prouehitur. Quo postquam venit, Quæstoribus partem nauium Lilybæum ducendam tradit: ipse subsistit Syracusis, exspectans eos qui Messana proficiscentem consequi non potuerant, simul annonam cogens, quam ex locis mediterraneis socii subuehebant. Interim Adherbal missis Carthaginem nauibus, hominibusque captiuis, fortuna glo-

Carthalo aduersus classem Romanam mittitur.

riaque ad res gerendas incitante, Carthaloni qui suas septuaginta naues cum totidem ferme onerariis ex Africa adduxerat, triginta alias addidit, misitque hominem ad naues Romanorum quæ in portu ad Lily-

CAP. XXIV.

bæum stabant abstrahendas, aut corrumpendas. Ille sub primam lu-

cem

Digitized by Google

cem magno terrore iniectus, quum aliis nauium malos, aliis ignem inijceret. & in Romanos ad defenſionem nauium accurrentes, præfectus vrbis Himilco mercenarios eruptionem facere iuſſiſſet, magna in caſtris trepidatio fuit. ad extremum Carthalo conſractis non ita multis, abreptis quinque, Heracleam verſus curſum direxit. Iis locis excubanti, ne quis Romanorum impune Lilybæum nauigaret, nunciatur, nauium omnis generis claſſem haud pœnitendam aduentare. Iam ille præfectos alios ad ſe pertrahendo naues bonas ad centum viginti effecerat: confiſus igitur viribus, & ſuperiore victoria, confeſtim egreditur portu, venientibusque occurrit. Iuxta Geloum litus in conſpectum claſſes venere. ſed Romani Quæſtores impar certamen veriti, ad Phintiadem, quod in amicitia Romanorum erat oppidum, deflexerunt. Portus ad Phintiadem nullus eſt: tantum procurrentes in mare petræ ſtationem nauibus haud vsquequaque incommodam præbent. Hic exſcenſione facta Romani hoſtium aduentum inſtructi expectabant, catapultis atque baliſtis ex oppido aduectis, & pro litore ad tutelam nauium diſpoſitis. Carthaginienſibus initio conſilium fuerat obſidendi hoſtem, quem putabant metu perculſum ſtatim refugiturum in oppidum eſſe, nauesque ad prædam relicturum. Sed vbi Romanis grauiter ſe defendentibus, certamen periculi plenum experiebantur, prætereaque loco multa habenti incommoda parum fidebant, deſtiterunt: paucisque nauibus ex earum numero quæ commeatum vehebant, abductis, ad Halycum flumium, qui haud procul inde aberat, diſceſſerunt: ibi dum ſaucios reficiunt, hoſtium abitum ex commodo ſuo obſeruaturi. Alii ſcriptores, credo Philinum ſequuti, *haudquaquam leui damno defunctos eſſe Romanos volunt: ſed primo ſtatim adſpectu hoſtium perculſos Quæſtores, dum Phintiadem curſu petunt, onerarias naues, aliasque præter bellicas, deſeruiſſe. in ipſo vero prælio rotunda Romanorum nauigia quinquaginta, longas vero naues ſexaginta depreſſas, tredecim ita percuſſas quaſſatasque, vt deinceps vſui eſſe nequiuerint.* Non longo poſt tempore, Pœnis adhuc ſtationem ad Halycum amnem habentibus, L. Iunius Cos. rebus, quarum gratia Syracuſis ſubſtiterat, perfectis, præter Pachynum promontorium, vela Lilybæum verſus faciens, à ſpeculatoribus Carthalonis conſpectus eſt. Carthalo, re nunciata, quanta poteſt celeritate obuiam Conſuli proficiſcitur, ignaro eorum quæ ad Phintiadem geſta eſſent: quo longiſſime à Quæſtorum claſſe cum illo dimicaret, neque iuuari ille facile à ſuis poſſet. Conſul eminus viſa Pœnorum claſſe, quum neque confligere auderet, neque hoſtem inſtantem effugere poſſet, iuxta Camarinam in locum aſperum & impotuoſum naues adigit, metum hunc vincente alio maiore me-

Naues aliquot [illegible] *capit.*

Romani [illegible]

CAP. XXVI
Certamen ad Phintiadem.

Romanorum clades.

CAP. XXVII
L. Iunius Conſul Lilybæum verſus nauigat.

A Carthalone in locū iniquū adigitur.

re metu, ne aliter vniuersus exercitus in potestatem hostium deueniret. Carthalo eadem loca intrare non ausus, ad promontorium quoddam stationi locum capit, ita situm, vt inde pariter in vtramque Romanorum classem intentus esse posset.

CAP. XXIIX

Neque multo post ventis violenter flantibus, quum ingentis tempestatis signa Carthaginensium gubernatores rerum illarum periti vidissent, Carthaloni persuaserunt, vti relicta quam ceperat statione, Pachynum flecteret. ita nec sine magno labore vim tempestatis Punica classis effugit.

Classem naufragio amittit.

at Romanorum vtraque classis inter saxa cautesque depræhensa funditus interiit, vti ne tabula quidem vlla vllius vsus ex naufragio reliqua fuisse credatur; duabus exceptis nauibus quibus postea Consul, reliquos ex ea clade milites remigesque secum ducens, Lilybæum peruenit. Hoc naufragio naues quæ annonam portabant omnes, longas supra centum periisse traditum. exercitus tamen seruata pars est, multis in vicina litora enatantibus eiectisue.

Senatus omissa classe, terra rē statuit gerendā.

At Senatus, qui paulo ante P. Clodium Consulem ob rem male gestam ex Sicilia reuocauerat, quum insuper tristis de Iuniana clade nuncius aduenisset, in classe quidem spem habere desiit: ceterum ad bellum terrestri Marte prosequendum, animum consiliumque strenue aduertit.

CAPVT XXIX.

Lilybæi obsidionem vrgent.

Et Lilybæi quidem obsidionem solui non est visum: sed datum idoneis hominibus negotium, vt necessaria exercitui iusto tempore subueherentur. Spem faciebat, quod vti mari Pœnus, ita Romanus terra plus poterat, totamque ferme Siciliam ditione aut fœderibus complectebatur. Sed neque Consules eius anni placebant: neque Consulari imperio, quod isti contemptu religionum profanassent (nam & L. Iunius contra auspicia nauigasse dicebatur) res putabatur feliciter geri posse.

Dictatorem in Siciliā mittunt.

Igitur ad rem nouam & inusitatam ventum, vti Dictator diceretur, qui in Siciliam iret. quum ad eam diem extra Italiam nemo ea potestate præditus exercitum duxisset. Mira eo tempore & prope incredibilis P. Clodii Consulis insolentia fuit. iussus à Senatu Dictatorem dicere, tamquam parum in patriam deliquisset tantæ cladis auctor, nisi dignitatem etiam imperii contumelia & derisu macularet, M. Claudium Glyciam dixit, scribam aut viatorem suum.

CAP. XXX.

P. Clodii iudicium.

Tum vero coorta merito in eum indignatione omnium, coactus abdicare, ac in populi iudicium adductus est. Condem natum auctores quos Cicero vidit, retulere; sed apud alios adnotatum est, *illum haud dubia iam populi voluntate, casu ereptum esse imminenti damnationi, quum subito coortus imber comitia diremisset: tum enim velut quæstionem interpellantibus diis, aliam deinceps institui non placuisse.* Ceterum Glycias, quod vltimæ sortis hominem in maximo imperio conspici pudor ciuitatis non ferebat, coactus abdicare, ludos tamen postea

prætextatus ſpectaui[t]. In eius locum Dictator creatus eſt A. Atilius A.F.C.N. Calatinus, dixitque magiſtrum equitum L. Cæcilium L.F.C.N. Metellum, qui de Pœnis triumphauerat. Hi profecti quidem ſunt in Siciliam, ſed rem memorabilem nullam geſſerunt. Interea L. Iunius anxius rerum ſuarum, & naufragii culpam egregio facinore abolere ſtudens, quum in omnes occaſiones intentus eſſet, Erycis occupandi viam, proditione nocturna quorumdam, quos donis & promiſſis ſuos fecerat, inuenit.

L. Iunius Erycem occupat.

CAPVT XXXI. *Erycis deſcriptio.*

Eryx mons eſt Siciliæ poſt Ætnam editiſſimus, in ea parte inſulæ, quæ Italiam reſpicit, medio ferme inter Drepana & Panormum ſitu: ſed ab illa parte aſperior. In vertice planiciem habet cum templo Veneris, quam ex loco *Erycinam* vocant, longe omnium, quæ in Sicilia ſunt opulentiſſimo. Sub ipſum deinde cacumen in medio montis vrbs eſt cognominis, acceſſu valde difficili, qui à radicibus montis per longas & anguſtas ſemitas, non citra laborem expeditur. Igitur L. Iunius loci natura perſpecta, tum in ſummo montis iugo, tum in faucibus quæ Drepana ſpectant, præſidia conſtituit, tutus loco, & ſi inceſſeretur, vim hoſtium leui negotio propulſaturus. Sed & Ægithallum muro cinxit, firmauitque præſidiaria manu militum octingentorum. Ceterum Carthalo noctu expoſitis ibi copiis caſtellum expugnauit. præſidiarii partim occiſi captiue: partim ad Erycem perfugerunt. Cetera de L. Iunii rebus incerta ſunt apud ſcriptores: quidam enim *à Carthalone captum Ægithalli*; alii *metu accuſationis ob claſſem amiſſam ſibi necem conſciuiſſe* prodiderunt.

De L. Iunii diuerſa opinione.

CAP. XXXII. *Itemque de ludis ſæcularibus.*

Neque minus de ſæcularibus ludis ambigitur, tumne potius tertium celebrati fuerint, an quartodecimo poſt anno, P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Conſulibus. Credibilius tamen arbitror, hoc anno factos, incitante etiam ex tot cladibus metu, & ſpe meliorum temporum, ſi religiones diligentius colerentur. Fertilis hic annus fuit, oleique libræ duodenæ ſingulis aſſibus veniere. Interea quum dictaturæ vel tempus effluxiſſet, vel abdicata per Calatinum poteſtas eſſet; magiſtratum inierunt C. Aurelius L.F.C.N. Cotta, P. Seruilius Q.F. Cn. N. Geminus, iterum vterque Conſules.

A.V.C. DV. *C. Aurelii, P. Seruilii geſta in Sicilia.*

Hi res in Sicilia ſatis proſpere geſſerunt, citra tamen magnæ aut victoriæ, aut vtilitatis gloriam. Coërcuerunt ſane Pœnos Lilybæum & Drepanum tenentes, ne tam aut frequenter, aut late auderent excurrere: & quæ in locis à mari remotioribus præſidia habuerant, receperunt.

CAPVT XXXIV. *Carthalo Italicam oram vaſtat.*

Aduerſus hos Carthalo cum multa conatus fruſtra eſſet, conſilium Italicæ oræ vaſtandæ cepit: vt hoc tumultu Conſules à rebus Siculis diſtraheret: aut ſi auxilio venire ſuis neglexiſſent, occaſione temporum ad populandos agros, vrbeſque capiendas vteretur. Ceterum ne hic quidem fortuna ceptis adfuit. Miſſus enim

ad prohibendas hostium [illegible] [illegible] [illegible] consilii sui desperantem reduci in Siciliam compulit. [illegible] cenarius miles seditionem excitasset, quia stipendia non [illegible] multos ex eo numero in defectus mulctis [illegible] multos ad [illegible] misit Carthaginem. Quam rem ægre ferentibus reliquis [illegible] asperatis animis, manifesta defectio omnium, & ex eo [illegible] terra [illegible]. Sed in tempore Hamilcar [illegible] aduenit, tumultu [illegible] nocturno aditus, alios occidit, alios [illegible] mari, ceteros veniam petentes, in gratiam concordiamque recepit. Hic est ille Barcæ cognomento notus Hamilcar, quo meliorem ducem Carthago non habuit, futurus incomparabilis, nisi Hannibalem genuisset. Eo tempore autus Romanis bellum fieri cepit. Statim enim sedato [illegible] nariorum motu, cum classe ad Italiam deuastandam profectus Hamilcar, Locrensium & Bruttiorum agros late populatus est. At Romanis [illegible] Hieronis Syracusani Regis in eos constans fides & magna exitarent merita, remisso tributo annuo quod priori fœdere pepigerant, perpetuam cum eo societatem amicitiamque sanciuerunt. Interim Hamilcar ex Italia reuersus in finibus Panormitanis exscensione facta, inter Panormum & Erycem castris locum cepit natura munitissimum. Epercte vocatur mons omni ex parte abruptus, qui ex circumiacente regione in magnam altitudinem se erigit, non tenui fastigio, sed spatium centum plus minus stadiorum complexo: quæ tota regio pecori alendo frugibusque ferendis aptissima est, vt quæ marinis flatibus opportune aduersa, pestiferis animalibus omnibus vacat. Ibidem verruca quædam adsurgit, quæ & arcis vicem, & speculæ in circumiectos campos obtinere queat. Adiacet portus perquam aptus Drepano aut Lilybæo Italiam petituris, cum aqua dulci copiosa. Tribus omnino viis iste mons adiri potest: à terra duo sunt aditus, vnus à mari, sed omnes impediti & perardui les. Hic castra locauit Hamilcar audaci plane consilio, quum vrbem sociam haben omnino nullam in medios hostes se demitteret. sed munitione loci itaque virtute & peritia rei militaris confisus, plurimum negotii Romanis exhibuit, Carthaginensiumque res valde confirmauit, quæ iam etiam domi satis prospere ire ceperant. Namque Pœnorum alius dux Hanno, cui cum Hamilcare virtutis erat æmulatio, gloriæ parandæ caussa, simul vt militem citra sumptum ciuitatis ex hostico aleret, belloque exerceret, Libyæ parti quæ circa Hecatonpylon est, arma intulerat, & vrbe potitus, obsidum tria millia Carthaginem deduxerat. Neque tamen vsquequaque res eis lætæ eo tempore fuere. Quippe L. Cæ-

A.V.C. DVI cilio L. F. C. N. Metello secundum, Num. Fabio M. F. M. N. Buteone

Margin notes:

Hamilcar Magnus in Sicilia[illegible]

CAPVT XXXIV.

Locrenses & Bruttios populatur.

Epercte castra ponit.

CAPVT XXXV.

Situs valde opportunus.

Hanno prospere res in Africa gerit.

CAPVT XXXVI. *Romani priuatis permittunt nauigationem. Africa vaſtatur.*

Coſſ. priuatorum opibus parata claſſis Africam vaſtauit. Quanquam enim Senatus iterum abſtinere mari decreuerat, ciuibus tamen id poſtulantibus nauigandi poteſtatem fecit: ea conditione, vt naues ex publico acceptas reſtituerent, prædam ſeruarent ſibi. Sic facta claſſis non contemnenda, litoribus Africanis multum terroris damnique intulit: ſed & Hipponem Regium, vrbem non e vilisſimis adorti, naues Hipponenſium & ædificia multa igne conſumpſerunt. Regreſſuri deinde, quum exitum portus catenis clauſum reperiſſent, ex magno periculo ſalutem ſibi arte & conſilio pepererunt. Incitatis enim nauibus, quum proræ catenam prope iam contingerent, vniuerſi in puppes nauium receſſerunt: ſic leuatæ onere proræ catenas facile ſuperarunt. hoc facto contulerunt ſe omnes in proras, hisque depreſſis effecerunt, vt puppes itidem ſupra catenas lapſæ, liberi curſus facultatem periclitantibus redderent. Sic ingenti metu liberati, paulo poſt apud Panormum cum Punicis nauibus proſperam pugnam fecere.

CAPVT XXXVII. *Lilybæ & Drepana obſidio.*

Conſules autem Romani diuiſis belli muniis, L. Metellus Lilybæum, Num. Fabius Drepanum obſidebant. Adiacet Drepano Auſtrum verſus inſula, ſiue ſcopulus verius eſt, quem Peliadem inſulam Græci, nos Columbariam appellamus. Hanc occiſo præſidio Punico per ſuos milites noctu Conſul occupauit. Neque diſtulit Hamilcar, qui ad defendendum Drepanum accurrerat, orta luce ad locum recuperandum egredi.

Hamilcar ad defendendum Drepanum accurrit.

Quo animaduerſo Conſul, quum ſuis opem ferre non poſſet, tota vi Drepanum oppugnare inſtituit. Sic retracto Hamilcare, tenuit inſulam, eaque deinceps ad obſeſſos acrius infeſtandos vſus eſt. Iactis enim molibus continenti eam adnexuit: & quoniam illa parte infirmiora vrbis erant mœnia, operibus excitatis oppugnationem inde eſt orſus.

CAPVT XXXVIII. *Sepiſſime cum Romanis dimicat.*

Sed pugnas Hamilcari cum his & ſequentium annorum Conſulibus pugnatas, neque ob frequentiam poſſe deſcribi, neque ob ſimilitudinem caſuum debere Polybius cenſuit: quum triennio fere continuo Epiercte caſtra habens cum Romanis ducibus, maxime poſtquam illi caſtris ante Panormum locatis, vix quinque ſtadiorum interuallum inter ſe & hoſtem reliquiſſent, propemodum quotidiana prœlia fecerit. neque enim aut quietæ res eſſe poterant, quum collata caſtris caſtra eſſent: neque rurſum ad vniuerſæ dimicationis diſcrimen ventum eſt. multa enim prohibebant: præcipue quod pari copiarum firmitudine, locorumque munitionibus, etiam qui in prœlio inferiores fuerant, vicinitate caſtrorum protegerentur. Ita fiebat, vt inter pugnandum ſemper aliqui caderent: acie ſemel inclinata, tutus ad munimenta receptus eſſet. Ceterum eodem anno quo Drepana obſeſſa ſunt, non Sicula modo ſed etiam Italica litora Carthaginen-

Maritima ora Italiæ vexata [illegible].

CAPVT XXXIX.

Captiui permutantur.

nensium classes infestarunt. & ipse Hamilcar deprædand[illegible] [illegible] iri poterat, maritimam Italiæ oram ad Cumanos vsque fines [illegible]. His incursionibus, & Siculis pugnis quum multi Romanorum [illegible] in seruitute apud hostes essent, duces Romani cum Pœnis pa[illegible] vt captiui permutarentur: vtra pars plures accepisset, argenti p[illegible] & selibras in capita daret. Plures quum recepissent Pœni qu[illegible] reddidissent, pecuniam ex pacto pependerunt. Duas hoc anno colonias in Italia deductas inuenio, Æsulum & Alsium. Lustrum item Romæ conditum duodequadragesimum, ab A. Atilio A.F.C.N. Calatino, A. Manlio T.F.T.N. Attico, Censoribus. Censa sunt ciuium capita ducenta quinquaginta vnum millia, ducenta viginti duo: quum superiore lustro paulo minus trecenta millia censa fuissent. tantam ciuium multitudinem eo tempore bellum & naufragia consumpserunt. Nec ideo [illegible] suppleti exercitus Siculi. M. Octacilio C.F.M.N. Crasso iterum, M. Fabio C.F.M.N. Licino Consulibus deducentibus. Hi laboriosam quidem & exercitam militiam habuere, verumtamen, quia locorum quæ præceperat opportunitatibus emouere Hamilcarem nequiuerant, nihil memoria dignum gessere. quod sequentibus etiam aliquot Romanis Consulibus accidit, ob idem incommodum: & quia repentini duces aduersus perpetuum veteremque delecti, plus propemodum temporis in adparatibus, & locorum situ, militum voluntate statuque belli cognoscendo consumere cogebantur, quam ad res gerendas superabat. Quo etiam consilio factum videtur illo anno, vt quum instaret comitiorum tempus, Dictatorem potius dici placeret, quam Consulum alterutrum ex Sicilia euocari. Dictus est Ti. Coruncanius Ti. F. Ti. N. comitiorum habendorum caussa: is magistrum equitum M. Fuluium Q.F.M.N. Flaccum dixit. Interea duo Tribuni plebis C. Fundanius & Ti. Sempronius Claudiæ Appii Cæci filiæ diem ad populum dixerunt, quod à ludis rediens, quum turba premeretur, in conferta multitudine ægre procedente carpento, vocem miserat impii voti: *vtinam frater meus reuiuisceret, iterumque classem duceret!* Nulla fere nobilis Romæ domus erat, quin Claudiam gentem propinqua cognatione aut adfinitate contingeret. Itaque non deerant qui ream tuerentur, *claritatem familiæ, patris & Appii merita, fragilitatem sexus* obtendentes. *inauditum esse feminas ad iudicium populi vocari. neque satis grauem caussam, cur à Clodia mos nouus inciperet, qua nullo aut consilio aut facto maiestate populi Romani deminuta tantum intra verba peccauisset.* Aduersum quæ duo tribuni plebis ita disseruere *Quam impiam, quamque detestabilem vocem Claudia iecerit, non ignoratis Quirites. neque enim testimonii opus est, confitente rea: neque etiam*

Censorum Romæ ciuium numerus.

A. V. C. DVII.

CAP. XL.

Laboriosa & infructuosa contra Hamilcarem militia.

Claudia Appii F. diem dicitur.

CAP. XLI.

Claudia gentis nobilitas.

Tribunorum pl. oratio contra Claudia.

Digitized by Google

illa negare, ſi vellet, poſſet: quod palam in publico, non Ionem, quum ſub dio hæc diceret, non multitudinem ipſam ciuium, quam incuſabat, veneritæ, effudit. Quorſum igitur, quum de crimine conſtet, de pœna dubitamus? parumne diligenter legibus cautum eſt? an nos verba legum numerantes, mentem earum circumueniri patimur? Feminam hoc iudicio peti nouum eſſe contendunt. eſto: nouum enim etiam eſt, feminam hoc pacto delinquere: nec dum enim vllam tanta improbitate mulierem vrbs noſtra tulerat. Atque vtinam ne nunc quidem nouum exemplum ſtatui opus eſſet, mallemus profecto nullis delictis quietam ac veluti conditam legum aciem pati, quam aduerſus nocentes, vtili quidem, ſed tamen acerbo rigore diſtringere. Ceterum ciuitati ſtare volenti neceſſaria legum eſt cuſtodia: quas vtique minime deberent ſubuertere, qui Reipub. noſtræ principes & columina haberi volunt. Quos profecto iuris omnis peritiſſimos latere non poteſt, quum pluribus in legibus nulla ſit expreſſa mulierum mentio, verbo ſi quis, & ſimilibus, non minus illum ſexum, quam maſculinum contineri. Quid igitur mirum, ſi leges, quæ de maieſtate latæ ſunt, ad vtrumuis ſexum pertinere credimus, quum exemplo ſit iſthæc Claudia, ab vtroque in eas peccari poſſe. Sed eleuant illi rem, paruumq; videri delictum volunt, quod vltra verba non proceſſiſſet. Hoc enim reſtabat, vt conatum, ſtudium, facta coniungeret, cum Pœnis conſilia ſociaret, centuriaret homines, armaret ſeruitia, occuparet Capitolium, & peſtem quam ciuibus verbo vouerat, opere quoque ipſo & manu inferret? Atqui legibus profecto non facta magis, quam conſilium & animus patrantis puniuntur. neque enim ſi quid furioſus aut infans nocuit, iure aduerſus eum prodita eſt actio: animi vero cuiuſque multis in cauſſis non minus certa ex verbis, quam ex operibus indicia petuntur. Quæ ſic optat, quid faceret, ſi facere quod optet, in eius manu eſſet? Quod ſi aliorum quoque hominum iudicia non contemnimus (cur autem contemnamus?) etiam alibi pro ſcelere habitum vindicatumq; eſt impium votum. Athenis, quæ Græciæ ciuitas præceteris ſapientiæ laudibus clara habetur, damnatus eſt qui magnum lucrum optauerat, quum neceſſaria funeribus curandis venderet, quod conſequi poſſe non videbatur, niſi multi mortales interiiſſent. Et tamen illis in verbis locum habere poterat mitior interpretatio: hæc non ambigue neque perplexe, exitium ciuibus, cladem exercitui, calamitatem Reipublicæ optauit. Vtinam frater meus reuiuiſceret: votum improbum, etiam ſi fratris cauſſa ſic optauiſſet. Cur enim illi reddenda vita eſſet, cuius opera tot ciuium millibus erepta eſt? qui Rempublicam non minus per ſuperbiam deſpexit, quam per temeritatem afflixerat? qui prædamnatus omnium hominum ſententiis, non infamiam eius iudicii, ſed pœnam caſu effugit? Hunc tu, ſi ſaperes, optares reuiuiſcere? cuius ſi memoriam eodem tumulo potuiſſet obruere, quo cineres teguntur, nihil antiquius habere debuiſſet. Quemadmodum enim fratrum egregiorum fama aliæ

matronæ

[Margin notes:]

CAP. XLII.

Leges de Maieſtate ad vtrumuis ſexum pertinent.

CAP. XLIII.

Impium votum pro ſcelere damnatur.

CAP. XLIV.

P. Claudii ſuperbia & temeritas.

Digitized by Google

matrona [illegible] plorantur. ita [illegible] remanserit. Sed [illegible] sed tamen [illegible] quam caussa [illegible] fuit. [illegible] re? vt [illegible] propinqui hominis [illegible] tas praestiti. bona & ornamenta essent? [illegible] classem duceret? Hoc enim erat o [illegible] suscitare mortuos, naturam in ordinem cogere [illegible] cupiuisse, vt reperires, per quem periremus.

CAP. XLV. Hoc est [illegible] vos iubent, qui, dum bonos se propinquos probant, vix satis [illegible] habeantur. Et tamen intercedit nemo, quin ipsorum arbitratu [illegible] cuiusquam vestrum illa miseria est. Sin vero alius interitum, alius [illegible] orbitatem, omnibus calamitatem, cladem, pestem imprecata est, [illegible] mansuetudine quisquam erit, vt animum tam hostilem, tam [illegible] tam inhumanum vlla misericordia dignum existimet. Nuper quum [illegible]

Ciuium Rom. numerus imminutus.

stro consessio ciuium numerum Censores edidissent, qui gemitus hominum, quanta maestitia fuit? quamquam multa prospere per annos illos euenerant, vix tamen bonis viris satis salua videbatur Respublica, quae minus [illegible] numeraret, quam superiore lustro habuisset. At haec [illegible] re nihil mouetur: hoc dolet, quod aliqui superfuerunt: [illegible] esse queritur, reuiuiscere optat eum ipsum cuius maxime culpa [illegible]

Maioribus quid tribuendum.

sus rationes decreuere. Sed ipsa quidem mulier indigna est misericordia vestra;

CAP. XLVI. ceterum si quid peccauit, maioribus eius & patri condonabitis? Hoc [illegible] ciuitate nostra statuemus, vt si quis patriae quoquo modo profuisse dicatur, eius posteri possint eamdem illam patriam impune laedere? Minime [illegible] re maiores nostri, qui M. Manlium de saxo deiecerunt, quum Capitolium, vltimam tum spem Romani generis, non pater ipsius aut auus aut progenitorum aliquis, sed ipse seruauisset. Non debebat quidem adiutae Reipublicae [illegible] vberius quaeri, quam facti conscientia: sed tamen si qua bonam [illegible] Claudius praestitit, mercedem abunde recepit, locupletatus opibus, [illegible] noribus, quibus ad vltimam vsque senectutem peruenit. Quamquam [illegible]

Claudia domus inimica in plebem Romanam.

fuisset Appii [illegible] superiorum Claudiorum mentionem praetermittere, [illegible] monere vos iniuriarum, quas domus illa ab extrema origine [illegible] atroces vobis saepe & acerbas intulit. Quem enim Appium vos [illegible] lunt? alumne, quam illum qui semper commodis vestris [illegible]

Appii Claudii facta parum popularia.

uersatus est, qui potius cum exercitu perire voluit, quam a plebe [illegible] lega suo seruari. qui Censuram vltra legitimum tempus gerere [illegible]

CAP. XLVII. Claudius Decemuir.

bus omnibus perseuerauit. Si iam placet, vlterius merita Claudiae gentis populo Romano exprobrent, & ad decemuiralia vsque tempora [illegible]

[illegible]

vltimam vsq; generis iſtius originem: reperiant profecto potius, quomodo ſuperbia & contumacia mulierem iſtam maioribus ſuis ſimilem eſſe oſtendant; quam vt eorum in gratiam huic parcendum eſſe demonſtrent. Quid igitur cauſſæ, cur hæc mulier impune peccare debeat, vel iſti attulerunt, vel afferre quisquam poteſt? niſi forte metuitur, ne tam ſalutaris exempli feminam ex ciuitate noſtra amittamus. Quod ſi vos etiam veremini, Quirites, retinete, retinete hanc Claudiam, vt, quum matronæ noſtræ dubiis Reipub. temporibus ad puluinaria deorum ſupplicatum ibunt; illarum pia vota contrariis votis hæc moretur: vt, quum illæ ſalutem militibus veſtris; hæc exitium optet: illæ incolumes videre; hæc audire oppreſſos, conciſos, trucidatos voueat: illæ ſolicitent deos, ne multi in bello pereant; hæc incuſet, ſi multi reuertantur. Retinete mulierem, CAP. XLIIX *quæ ſicut aliæ matronæ clarorum virorum æmulatione liberos propinquosque ſolent ad virtutem, ad amorem patriæ, ad caritatem ciuium incendere; ſuos exemplo P. Claudii pugnare temere, fugere turpiter, ciues fideles perdere, Rempublicam contumelioſe deſpicere doceat. hæc ab infantia meditanda proponat nobilibus pueris; hæc imitanda adoleſcentibus; ſic imbuantur, quibus claſſes veſtras, quibus exercitus commiſſuri eſtis.* Talia quum vltro citroque iactata eſſent, miſſus in ſuffragium populus damnauit ream, mulctaque ei dicta eſt æris grauis quinque & viginti millia. *Claudia damnatur.* Ex hac aliaque mulctaticia pecunia Ti. Sempronius ædilis ædem libertatis in Auentino fecit, dedicauitque. M. deinde Fabius M.F.M.N. Buteo, C. Atilius A.F.A.N. Bulbus Conſulatum ineunt. A.V.C. DIIX. Coloni tum deducti Fregellas, vrbem Etruriæ maritimam, ad nonum lapidem ab Alſio, colonia ante biennium deducta. *Fregellæ Colonia.* Pugnatum his Conſulibus eſt nauali prœlio magno apud Aegimurum, neutris læto exitu. CAP. XLIX. *Nauale prœlium apud Ægimurum.* quippe magnum & hominum & nauium numerum perdidere Pœni; victrix Romanorum claſſis ex hoſte parta ingentia ſpolia, vi tempeſtatum amiſit. In Sicilia pari & conſilio & fortuna res geſtæ, quam ſuperiore anno factum fuerat: difficili Conſulibus bello nō magis ob aſperitatem locorum, quam ob Hamilcaris ingenium. qui ſicut in audaciam promptus, ita ad artes belli callidiſſimus erat. Quibus rebus illo tempore Romanos ita ſuſtinuit, vt non modo loca, quæ ceperat, tutaretur; hoſtiumq. ſocios in Sicilia Italiæq; ora incurſaret; ſed etiam in alia intentus, ruentem rem Punicam vbique fulciret, induſtrius idem, & cum animi firmitudine conſilii ex tempore capiendi artifex. Itaque Lilybætanos, qui terra maxime premebantur, inopia & metu liberare cupiens, partem claſſis, vt Lilybæum petentem, in alto iuſſit obuerſari. *Hamilcar Lilybætanos rebus neceſſariis inſtruit.* cuius ad conſpectum quum Romani euolaſſent, ipſe cum nauibus quas ad hoc in loco vnde conſpici nequiuerant, occultas habuerat, portum occupauit, obſeſſosque præſentia ſua & rerum neceſſariarum

CAP. L. invecta copia, magnam in spem alacritatemque erexit. Quum [illegible] modum tempus in Sicilia bellando extraheretur, Consules A. [illegible] T. F. T. N. Torquatus Atticus, C. Sempronius Ti. F. Ti. N. Blæsus [illegible] exercitus venerunt. Sub id tempus non tam commutata quam [illegible] stricta eius belli ratio est. Romani, vti paulo ante narrauimus, [illegible] cem vrbem in summo monte præsidium collocauerant, aliud itidem [illegible] vrbem in radice montis. munitio præterea situsque loci, quum [illegible] tales accederent, facile efficiebant, ne quid ei vrbi metuendum videretur. Sed audacia Hamilcaris, nihil homini imperuiũ esse passa, quod aggredi libuisset, rem tantam breuissimo tempore perfecit. Ille enim [illegible] copiis appulsus, & ascensum stadiorum triginta silentio emensus, quum ipse ante agmen suorum princeps incederet, nec opinantes oppressit. maiorique parte eorum qui in vrbe reperti fuerant interfecta, ceteros Drepanum amandauit. Ex eo tempore mira facies rerum & valde seuera militia fuit. Nam Hamilcar inter duo præsidia hostium medius, ab inferiore obsidebatur, quum ipse vicissim superius obsideret. Romanique pariter Pœniq; toleratis laboribus & periculis incredibilibus, quum in tanta vicinia castrorum nulla non dies modo sed ne hora quidem aut discrimine prœlii aut metu vacaret; fortissimorum virorum opera per proximum ferme biennium ediderunt. non fessi cedentesque inuicem, neque sua aut victoria aut clade dirempti, sed ad extremum pares inuictique, & nauali interim pugna decreto bello. Iisdem Consulibus Brundisium in agro Sallentino colonia deducta est, vicesimum post annum, quam in deditionem regiones istæ venerant. Sub idem tempus Ti. Coruncanio, qui primus ex plebe Pontificatum maximum gesserat, in extrema senecta mortuo, L. Cæcilius Metellus in locum eius factus est.

Bellũ in Sicilia adstrictius.

Hamilcar Erycinam vrbem occupat.

CAP. LI.

Romanorum pariter & Pœnorum in Sicilia virtus.

Ti. Coruncanius primus de plebe Pontifex Max.

A. V. C. DX. Interea Consulatus Romæ C. Fundanio C. F. Q. N. Fundulo, C. Sulpicio

CAP. LII. C. F. Ser. N. Gallo mandatur. Tum quoque pari forma & fortuna, vt hactenus, bellum cum Hamilcare gestum est. nisi quod Gallorum mercenaria manus, aliique nonnulli qui Pœnis militauerant, ob stipendia non soluta iniuriasque alias, Erycinam vrbem Romanis conati prodere (sibi enim præsidium agitabant) postquam consilium irritum fuit, ad Consules transfugerunt: primique exterorum ab Romanis in commilitium asciti sunt. Sic auctis viribus, tamen pedestri exercitu finem bello imponere non poterant, obsistente cumprimis Hamilcaris [illegible], qui neque decipi dolis, neque domari viribus patiebatur. Ergo demum reditum est ad classis instaurandæ consilia, marisque repetund[illegible]. Nec enim aliter posse Carthaginenses prohiberi Sicilia, quam si mari [illegible] perdidissent, spemque non vu[illegible]garem fecerant res superioribus [illegible]

Galli mercenarii ad Romanos transfugiunt.

plu-

priuatorum auſu bene geſtæ. Sed pecunia deerat, inani dudum ærario, & ſumptus tam diuturni belli male ſuſtinente. Tum vero Romani mores laboranti reipublicæ tempeſtiuo auxilio ſubuenere. Quippe tanta fuit Senatorum eo tempore generoſitas, vt in publico diſcrimine priuatis opibus puderet parcere, pluſque ſtatim pecuniæ reperiretur, quam ad impenſam claſſis opus eſſet. nam ex ditiſſimis ſinguli, aliorum bini terniue, vt facultates erant, quinqueremem vnam cum armamentis omnibus iuſtoque remigio præſtandam ſuſcipiebant, ea lege, vt republica meliorem in ſtatum reuerſa, ſua cuique pecunia reſtitueretur. Hac cura conſilioque quinqueremes ducentæ comparatæ ſunt, quas ad exemplum nauis quæ Hannibalis Rhodii fuerat, fabricandas curauerunt. Magna inde exſpectatio fuit, certis hominum animis, quod ad extrema remedia ventum eſſet, hac claſſe de ſumma belli neceſſario decretum iri.

Ærario ſubueniunt priuati. CAP. LIII.

Claſſis comparatur.

Magna cum exſpectatione hominum.

Dum hæc ita fiunt, Conſulatum C. Lutatius C. F. C. N. Catulus, A. Poſtumius A. F. L. N. Albinus, iniuere. Flaminium Martiale A. Poſtumius habebat; eoque prouinciam ſortiri cupientem L. Cæcilius Metellus Pontifex Maximus dicta mulcta prohibuit, negans fas eſſe flamini à ſacris recedere. cuius facti poſterioribus quoque temporibus probata ratio eſt. aliud in tuenda religione patria exemplum iiſdem temporibus Senatus edidit, vetito C. Lutatio Conſule Prænestinas ſortes conſulere, peregriniſue auſpiciis in adminiſtranda Republica vti. Tum ad belli curam conuerſis animis, quia neque ſaluis religionibus ambo Conſules proficiſci poſſe, neque vnus tanto oneri ſuffecturus videbatur; alterum ex Prætoribus, quum eo primum anno creari duo cepiſſent, cum C. Lutatio proficiſci placuit. ea prouincia Q. Valerio Faltoni obuenit. Hi quũ omnes & publicas & priuatorum naues ſtudioſe collegiſſent, numero circiter trecentarum expleto, cum pontonibus aliiſque nauigiis ſeptingentis, Siciliam ſtatim atque remiſit hiems, petiuere.

CAP. LIV. A. V. C. DXI. *Flaminem à ſacris reuocare vetat Pont. Max.*

Prætor cum Conſule in Siciliam mittitur.

Venientibus confeſtim Lilybætanus Drepanitanuſque portus patuerunt. quippe hoſtes nulla ſuſpicione claſſis ex Italia venturæ omnibus ſuis nauibus in Africam regreſſi fuerant. Hoc tam proſpero rerum initio Conſul animatus, quum & ſuopte ingenio impiger, & ad res gerendas incitatus eſſet, Drepana operibus factis obſedit: neque eo ſegnius, ad prœlium nauale, quod inſtare præuidebat, claſſiarios milites quotidie exercuit, eo ſucceſſu, vt quos rudes fere maritimorum caſuum adduxerat, ii ſatis iam ad quodlibet diſcrimen eruditi paratique viderentur. Inter hæc quum vrbs Drepanitana terra mariq; oppugnaretur; iamque muri parte deiecta res Pœnorum in ſummo periculo eſſet, Conſul, dum inter primores ſtrenue pugnam ciet, graue vulnus in femore accepit. eiuſque peri-

CAP. LV. *C. Lutatii progreſſus.*

Et vulnus.

periculo perterre... ... ne captum omitt... Nondum visum pedes receperat... ...norum classis adesse nunciatur. Naues erant quadringentæ ... commeatu quem ad exercitum portabant, copiis præter ... magnis, armorumque & pecuniæ amplissimo numero ... Hanno præerat, nobilis Pœnus. Hic magno studio ... adpulit, onere leuatas naues, acceptis ab Hamilcare ... pleret, atque sic deinde cum Romana classe confligeret. Ceterum ... ceptum optime consilium C. Lutatii Consulis circumspecta ... fregit. Is enim victoriam in eo consistere reputans si cum classe graui ... suis ... apparatibus impedita congrederetur, ante diem VII. Idus Martias, adsumpto in naues optimo quoque militum, Ægates insulas, contra Lilybæum iacentes, progressus, Hannonem ab Hieronis ... venientem conspexit. Tum gubernatores militesque hortatus, pugnam in diem sequentem indixit. Ceterum orta luce, rursum ambigua consultatio fuit: quod ventus hosti fauens, Romanis aduersus surrexerat. Quare iactatis vtrimque momentis rationum, cum ventus & Hannone ... pugnare, classem onustam habente satius visum quam permittere, vt ille nauibus onere leuatis florem pedestris militiæ, ipsumque adeo Hamilcarem, quo nihil eo tempore formidabilius habebatur, in certamen adduceret. Itaque conspectis hostium nauibus, quæ pleno cursu iter suum prosequebantur, è portu progreditur, & quo suis animum adderet, ipse licet vti pede non posset, in prætoriam se deportandum curat. Pœni quoque viam sibi interclusam cernentes, aciem instruunt, vi perrupturi. Sic vtrimque signo dato acriter concurritur. per valetudinem C. Lutatii, qui vicibus eius suis fungi prohibebat omnia imperatoris munia obeunte Q. Valerio. Neque diu pugnatum est, quin appareret, vtra ex parte futura esset victoria. Quippe graues & propemodum immobiles Pœnorum naues: arbitrio suo Romanæ leues & expeditæ adsultabant: ceteris etiam rebus omnibus longe superiores. quidquid enim hactenus infestum incommodumque fuerat, experientia docti mutauerant correxerantque. naues ad optimum exemplar fabricatæ: onera pugnæ inutilia diligenter amota: remiges exercitati validique, robur legionum haudquaquam spernenda ad victoriam momenta aderant. Contra Pœnis grauia oneribus nauigia, recens delecti remiges, &c, vt in magna securitate, negligenter: neque enim Romanos mare retentaturos esse sperauerant. ... vti necessum erat, in tam impari certamine, non longa victoria ... fuit. Centum & viginti nauibus amissis, quarum septuaginta cum ipsis hominibus (millia ferme decem erant) captæ sunt, ceteri per commo-

Margin notes:

CAP. LVI. *Noua classis Hannone duce in Siciliam venit.*

Lutatius ... aggreditur ... CAP. LVII.

Acriter concurritur.

CAP. LVIII. *Romani vincunt.*

commode mutato inter pugnæ tempus vento Hieronneſum fuga euaſerunt. Hæc eſt illa nobilis Pœnorum ad Ægates inſulas clades, quemadmodum à Polybio maxime deſcripta eſt. nam alii ſcriptores captas naues tres & ſeptuaginta, centum viginti quinque demerſas, duo & triginta millia hominum capta, tredecim millia cæſa retulerunt. Præda fuit ingens, non in commeatu modo & armis, ſed etiam auro argentoque. Ex Romana claſſe naues interiere duodecim. Ferunt ab initio pugnæ conſpectam in cœlo ſupra Romanas naues facem, Punicæ claſſi velut infeſta cuſpide minitantem, præſagium euentus mox conſequuti feciſſe. Hanno cum reliquis ex prœlio nauibus, præter eas quæ Lilybæum euaſerant, Carthaginem reuectus, pœnas infelicitatis ſuæ ſupplicio capitis luit. At C. Lutatius Coſ. ad Lilybætanum exercitum profectus, donec percuratur vulnus, recenſendis nauibus hominibusque captiuis, imperandoque quid de ſingulis fieri vellet, tempus inpendit. Inde profectus ad Erycem cũ Hamilcare prœlium ſecundum fecit, duobus occiſis Pœnorum millibus. At Carthaginenſes cognita cladis ſuæ magnitudine nondum quidem animi ad inſtaurandum bellum, ſed iam vires & facultates deficiebant. neque enim Erycino exercitui ſubminiſtrare neceſſaria poterant, mare tenentibus Romanis: neque ſi hunc amiſiſſent, alium aut militem aut ducem habebant, cui auderent confidere. Hac neceſſitate ad deſperationem acti, miſerunt ad Hamilcarem, poteſtatem ei deferentes agendi, quidquid è Republica videretur. Neque ipſe quum hactenus optimi ducis officium feciſſet, deteriorem patriæ ciuem præſtitit. Libratis enim rationibus omnibus quum videret, omnia ſe expertum nullam amplius ad ſalutem ciuitatis ſuæ viam, niſi per pacem, reperire, legatos ea de re ad Conſulem miſit. Neque huic ingrata accidit pacis mentio: exeunte enim iam magiſtratu ſuo, nullam ampliorem ſperare gloriam quam finiti per ſe belli quauis ratione poterat: eam vero gloriam ad ſucceſſorem transmittere, quum ſui operis eſſe videretur, importunum inconſultumque iudicabat. Mouebatur etiam notis Romanæ rei anguſtiis, & poſt labores continuos tot annorum aliquando Rempublicam quiete refoueri oportere ſentiebat. Iraque conditionibus vltro citroque tractatis, conuenit, *vt vniuerſa Sicilia Pœni excederent: bellum cum Hierone, Syracuſaniſque & ſociis eorum ne gererent: captiuos omnes ſine pretio confeſtim redderent itemque transfugas: argenti puri talenta Euboica bis mille & ducenta per annos viginti æquis penſionibus penderent: ſocii vtriuſque populi ab vtroque tuti forent: neutri in alterius ditione quidquam imperandi publiceue inædificandi, militiue inde conducendi ius eſſet: neque alterius populi ſocios alter in amicitiam & ſocietatem admitteret.*

CAP. LIX.
Clades Pœnorũ ad Ægates.

Etiam Hamilcar vincitur.
CAP. LX.

Pœni ſummam belli pacisque Hamilcari deferunt.

Lutatius Conſul ad pacem inclinat.

CAP. LXI.
Pacis leges.

terct. Additum est, *haec ita rata fore si populus Romanus* [illegible] arma qui Erycem tenebant, traderent, quamquam a Consule [illegible] fuerat [illegible] non potuit: quum Hamilcar [illegible] *turum exitu* diceret, *quam tantam* [illegible] ditionem, *vt in capita duodenis* [illegible] accepit. Missi deinde Romam & a Consule & a [illegible] legati, [illegible] pacis istius legibus Senatum populumque Romanum [illegible] Non probauit pacem populus: sed *decem legatos ad res inspiciendas* [illegible] iisque reuersis intendit conditiones: *vt mille talenta statim, deinde proximo decennio duo millia ducenta penderentur. vt praeter Siciliam, omnibus insulis, quae inter* [illegible]*ane & Italiam essent, excederetur: neue longis nauibus in Italiam aut Romani iuris insulas nauigarent Poeni: neq; militem mercenarium ex iis conducerent.* Carthaginenses dum pace potirentur, nihil recusauere. Hamilcar statim deposito imperio, priusquam iureiurando pacta sancirentur, Lilybaeum, atque inde Carthaginem transmisit. quum & consiliis & armis ducum omnium qui res eo bello gesserunt, haud dubie praestantissimum se exhibuisset. Hoc maxime modo & gestum & confectum est bellum illud Carthaginense primum; quod in quartum & vicesimum annum traxere varii casus, & atrocia vtrimque damna, sed maiora eorum, qui ad extremum vicerunt. Nam Punicas quidem quinqueremes circiter quingentas eo bello periisse tradunt, quia singularum cladium rationem iniuere: Romanarum ad septingentas. quo maxime argumento Romanae constantiae robur apparuit, quod nullis neque proeliorum aduersis, neque temporum casibus fractum, vim hostium, impetum fortunae, taedium laboris, paupertatem aerarii pari patientia sustinuit vicitque. Post haec ad res Siciliae constituendas C. Lutatio Catulo, cuius annus iam exierat, prorogatum imperium est. ex nouis Consulibus eodem missus Q. Lutatius C. F. C. N. Cerco, Catuli frater, A. Manlii T. F. T. N. collega. Hi prouinciam ordinarunt, quietamque reddiderunt, omnibus turbarum caussis, quae vt ex tanto motu non paucae supererant, abolitis resectisque. Nam & Siculis qui cum Hamilcare senserant; & Gallis, qui ab eo desciuerant, arma adempta: Galli nauibus impositi, & extra Populi Romani ditionem abire iussi; quod praeter alia facinora, quum in praesidio montis Erycis essent, templum Veneris spoliauerant. Siciliae vero vrbibus tributa & portoria sunt imposita, pro facultatibus singularum: factaque prouincia, quo Praetor cum imperio annuo Roma mitteretur. Adfuere interea Romae Poenorum legati petentes, *vt sibi captiuos suos redimere liceret.* redditique sunt Sena-

Hamilcar [illegible]

CAP. LXII.

Populus Rom. [illegible] *conditio*[illegible]

Belli Punici primi exitus.

CAP. LXIII. *Damna vtrimque populi eo bello.*

A. V. C. DXII.

Poenorum socii arma adimuntur.

CAP. LXIV. *Sicilia prouincia fit.*

tus conſulto gratis, quotquot cuſtodia publica attinebantur: qui in priuatorum manu eſſent, eos certa pecunia redimi placuit: cuius pars maior iuſſu Senatus ex ærario ſoluta eſt. At Romani populi lætitiam valde imminuerunt graues in vrbe caſus. Iamprimum Tiberis amnis vltra ſolitum auctus, late ſtagnantibus aquis, omnia inferiora Vrbis loca repleuit. Multa tum ædificia primo adlabentis impetu proſtrata ſunt: & quibus iſta peſtis pepercerat, exeſis ſenſim fundamentis (per multos enim dies iſthæc inundatio tenuit) recedente iam aqua vitium fecere. Sequutum eſt hanc calamitatem grauius ex igne damnum qui noctu temere ortus, multasque vrbis regiones peruagatus, domorum hominumque incredibilem numerum hauſit: neque priuatis cladibus contentus omnia in circuitu fori deuaſtauit. Ad extremum ipſa quoque ædes Veſtæ ardere cepit. Tum vero L. Cæcilius Pontifex Maximus ſacra populi Romani & arcana imperii pignora periclitari videns, dignum loco ſuo animum geſſit. Nam in medios ignes inſiliens, nulla ſui cura, dum diuinæ res ſaluæ eſſent, deſerta à virginibus ſacra ex incendio rapuit. Ipſe brachio ſemiuſtulatus, & exuſta flammis oculorum acie, præter ſolatium facti ſui, præmium à populo Romano pulcerrimum accepit, vt quoties in Senatum iret, curru veheretur ad curiam: Quod ab condita Vrbe tributum nemini fuerat. Interea Q. Lutatius Conſul cum fratre Catulo, & Q. Valerio proprætore, rebus in Sicilia conſtitutis, exercituque deportato; ad Vrbem redierant: decretosque ſibi triumphos nauales C. Lutatius Catulus A. D. IV. Nonas Octobres, Q. Valerius A. D. Prid. eaſdem Nonas, duxerant. Memorabile certamen inter duces iſtos de triumpho Q. Valerii fuit. Quum enim C. Lutatio haud dubie decretus triumphus eſſet, Q. Valerius haud leuiorem in eo negotio ſuam operam fuiſſe contendens, honore quoque pari haberi poſtulabat, quemadmodum ſocietate periculi curæque fuiſſet. Pugnabat contra Catulus, ne minor poteſtas maiori in tribuendis honoribus æquaretur. Quum incaluiſſet certamen, ſponſione Catulum prouocauit Q. Valerius, *ni ſuo ductu Punica claſſis oppreſſa eſſet*; nec ille dubitauit reſtipulari. Delectus eſt arbiter Atilius Calatinus: qui interrogato Valerio, *vtrum in conſultatione de pugna ineunda ſi diſſenſiſſent, Conſulis an Prætoris maior futura fuiſſet autoritas? itemq; ſi diuerſa habuiſſent auſpicia, vtra potius ſequenda fuiſſent?* quum *vtrobiq; maius Conſulis quam Prætoris ius futurum* Q. Valerius reſpondiſſet; non exſpectato Catuli ſermone, litem ſecundum illum dedit: quod controuerſia de imperio & auſpicio inter eos fuiſſe videretur. Sed Q. Valerius, quamquam arbitri ſententia victus; quum nota & celebris eo bello virtus eius fuiſſet, nihilo ſecius triumphandi ius

Ruina Romæ ab inundatione Tiberis.

CAP. LXV.

Incendium graue.

Lutatii & Valerii Triumphi nauales.

CAP. LXVI.

Certamen inter Lutatium & Valerium.

Conſulis maior autoritas quam Prætoris.

CAP. LXVII [illegible]

[illegible] numerus.

[illegible] ius [illegible]. Censores eo anno C. Aurelius Cotta, M. [illegible] lustrum vndequadragesimum fecere. Censa sunt [illegible] ta sexaginta. duabus adiectis tribubus, Velina & Quirina [illegible] quinque & triginta tribuum, quem deinde retinuerunt, [illegible]. Quum iam perdomita Sicilia quæ Pœnorum fuerat, & pace [illegible] Carthaginensibus facta, non quieta modo omnia, sed etiam tuta [illegible] repentinum vnde minime timebatur bellum paucis diebus & [illegible] motus intestini solicitam, & admiratione celerrimi exitus stupentem Italiam habuit.

Falisci bellum contra Romanos cient.

Falisci nescio quibus caussis ad infamam [illegible] arma Romana prouocare sustinuerunt. Sed missi cum legionibus Consules, sextum intra diem confecere bellum, gente in potestatem populi Romani redacta. Priore tamen prœlio, nam duo facta traduntur, ambiguam victoriam fecere, peditatu superiores, quum equestri prœlio vincerentur. Sed posterius certamen minime dubio Marte pugnatum, Faliscos ad pacem petendam compulit, quum suæ iuuentutis ad millia quindecim amisissent.

CAP. LXIIX

Dediti mulctantur.

Facta deditione armis, equis, supellectile, seruitiis, & agri semisse mulctati sunt: vrbs cuius munitionibus confisi bellum ceperant ex arduo & prærupto loco in planum translata. Seuerius in deditos consulturus populus Romanus fuerat; odio ciuitatis, quæ toties rebellauerat, acrem vindictam meditans, sed imperauit iræ, edoctus à Papirio (qui iussu Consulum sua manu deditionis formulam [illegible] rat) *Faliscos non potestati sed fidei se Romanorum commisisse.* tantumque

Sacrosanctum Fidei nomen.

apud omnes sacrosanctum *Fidei* nomen valuit, vt *hoc interposito nihil inclementius in victos statuendum esse* iudicarent. Id bellum effecit vt triumphis Consulum annus iste clauderetur. Q. Lutatius A.D. Kalendas Martias de Faliscis triumphauit: A.D. IIII. Non. Mart. de iisdem A. Manlius.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER DECIMVS.

In locum lib. XX. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XX. Liuiani.

SPoletium colonia deducta eſt. Aduerſus Ligures tunc primum exercitus promotus eſt. Sardi & Corſi, quum rebellaſſent, ſubacti ſunt. Tutia virgo Veſtalis inceſti damnata eſt. Bellum Illyriis propter vnum ex legatis, qui ad eos miſſi erant, occiſum, indictum eſt: Subactique in deditionem venerunt. Prætorum numerus ampliatus eſt, vt eſſent quatuor. Galli transalpini, qui in Italiam irruperant, cæſi ſunt. Eo bello populus Rom. ſui Latinique nominis CCC. millia armatorum habuiſſe dicitur. Exercitibus Rom. tum primum trans Padum ductis, Galli Inſubres aliquot prœliis fuſi, in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus Cos. occiſo Inſubrium Gallorum duce Viridomaro, opima ſpolia retulit. Iſtri ſubacti ſunt. Item Illyrii, cum rebellaſſent, domiti in deditionem venerunt. Luſtrum à Cenſoribus conditum eſt, quo cenſa ſunt ciuium capita CCLXX. millia CCXIII. Libertini in quatuor tribus redacti ſunt, cum antea diſperſi fuiſſent, Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. C. Flaminius Cenſor viam Flaminiam muniuit: & circum Flaminium exſtruxit. Coloniæ deductæ in agro de Gallis capto, Placentia & Cremona.

PAcata rurſum Italia, cum ſecuritate & imperio, etiam voluptates publicæ creuere. L. Liuius Andronicus ſcenæ ſpectacula, quæ hactenus vltra Satyram non proceſſerant, Comœdiam Tragœdiamque Græcorum imitatus, ad fabulas transduxit, C. Claudio A.P.F.C.N. Centhone, M. Sempronio C.F.M.N. Tuditano Conſulibus, quum ludi Romani celebrarentur. Idem annus alii quoque generi ludorum initium attulit. A. D. IV. Kalendas Maias Floralia ſunt inſtituta ex Sibyllinis libris, ad auertendam peſtem frugum aliorumque terra naſcentium, quæ illa parte anni florere ſolent. Ludos edidere L. & M. Publicii Malleoli fratres, iidemque ædiles plebis, ex pecunia mulctaticia, condemnatis pecuariis, qui in publico pauerant. Magiſtratus horum fratrum alio quoque nomine celebris eſt, quod cliuum, qui exinde Publicius vocatus eſt, ſter-

Ludi noui inſtituti Romæ.

A.V.C. DXIII.

Cliuus Publicius ſternitur

nendum locauerunt: quo commodius in Auentinum iter [illegible] esset, quum antea rupe [illegible] difficilis & aspera fuisset. quod [illegible] autem Floræ, iuxta Circum maximum, construxere.

CAP. II.

Hæc domi acta. [illegible] fere quietæ res fuerunt, nisi quod in Gallis & Liguribus [illegible] belli agitari suspicio tenuit. Has igitur prouincias Consulibus fuisse, tumque tum bellari cum Gallis vtique cepisse, coniecturæ potius, quam historiæ est, nullis qui gesta ea satis accurate doceant ex vetustate reliquis scriptoribus. id vnum constat in Vmbria Spoletium Coloniam Latinam esse deductam.

Spoletium Colonia deducitur.

De proximo quoque anno proclinius est dicere, pacem non fuisse, quod Iani templum clausum non est, quam indicare quibus in locis, quaue fortuna bellatum sit. neque vlla ferme re notior est C. Mamilii Q. F. Q. N. Turini, Q. Valerii Q. F. P. N. Faltonis Consulatus, quam quod anno eo natus est Ennius, primus apud Romanos poëticarum elegantiarum conditor.

A. V. C. DXIV.

Ennius nascitur.

Sed anno sequente, quum Ti. Sempronius Ti. F. Cn. N. Gracchus, P. Valerius Q. F. P. N. Falto, Consules essent, & Gallica bella recruduerunt, & nouus hostis Ligures tum primum exercitu petiti sunt.

A. V. C. DXV.

CAP. III.

P. Valerii pugna cum Gallis.

Ti. Sempronio hæc obuenit prouincia. P. Valerius Gallos aggressus primum inprospere pugnauit, amissis militum tribus millibus quingentis. Repetita pugna illustrem victoriam dedit, qua Gallorum millia quatuordecim cæsa sunt, duo millia capta. Sed ob prioris prœlii detrimenta, negatus est Consuli triumphus. præsertim quum, etiam alioqui res bene gesta non tam ad rationem consiliumque Consulis, quam ad fortunam publicam referenda videretur. Ille enim audito post primum certamen auxilia sibi ab Vrbe adduci, confirmauit *se malle cum suis internecione deleri, quam aliena ope vincere*: atque hoc œstro instigatus, seque & exercitum populi Romani in discrimen dedit.

Ti. Gracchus Sardos vincit.

Melior feliciorque Ti. Graccho in Liguribus administratio belli fuit. Profligatis enim prœlio hostibus, magnam Liguriæ partem victor populatus est. Ex Liguria deinde transmisit in Sardiniam & Corsicam, magnaque inde captiuorum multitudine reportata, locum prouerbio dedit, quo *Sardi Venales* dicuntur, in fastidiosa rerum vilium copia.

CAP. IV.

Sardinia & Corsica non iure occupata.

Ceterum, vt vera fateamur, occupandæ Sardiniæ Corsicæque bona magis occasio temporibus istis, quam iusta caussa adfuit. Carthaginenses post pacem Siculam graui bello cum mercenariis suis implicati, ad extrema pericula venerant. Vnde sumtis animis conductitii eorum alii qui per Sardiniam in præsidiis erant, Bostarem Pœnorum ducem cum suis interfecere: Hannonem alium ducem ad vindicandum facinus Carthagine missum, pertracto in societatem rebellionis exercitu eius comprehensum in crucem egere: totaque passim insula Punici sanguinis homini-

Poeni à merce-

buin-

bus interemptis ipſi munita loca obtinuerunt: donec diſcordia inter ipſos & Sardos orta, pulſi ab his, in Italiam ſe recepere. Tum igitur perfecerunt, quod aliquanto prius, quum adhuc in Sardinia eſſent, nequiuerant: nam eo quoque tempore Romanos ad inſulæ dominium occupandum inuitauerant. Sed præſentes ſiue precibus, ſiue occaſione creſcendi apertius demonſtrata, vt in Sardiniam nauigatio ſuſciperetur, obtinuere. Nec enim vulgatæ virtutis eſt, abſtinere rebus alienis, quarum prompta ſit poſſeſſio: neque hic animus apud cupidos & ambitioſos aut bene aut diu ſimulatur.

...ndrini ſuâ occiduntur in Sardinia.

CAP. V.

Romani Pœnis ab initio fauent contra mercenarios.

Sed hæc paulo ſupra repeti non alienum videtur. Nam Romani vt humanitatis laudem conſequerentur, ab initio belli iſtius magno animo Carthaginenſium cauſſam fouerant. Et copias quidem auxiliares, vti petiuerant Pœni, nullas miſere: ſed neque Vticenſes, neque quemquam ad ſe deficientium receperunt: mercatores ſuos ex Italia & Sicilia res neceſſarias ad Carthaginenſes deferre iuſſerunt, cum hoſtibus Carthaginenſis populi commercium vetuerunt: militis ex Italia & in iſtud ſaltem bellum conſcribendi fecerunt poteſtatem. Miſſis quin etiam legatis bellum componere, quamquam irrito conatu, ſtuduerunt.

Et bellum iſtud ponere ſtuderent.

CAP. VI.

Captiuos ſine precio reſtituunt.

Et inciderat quidem paulo ante controuerſia, quod homines Italicos forum rerum venalium ad hoſtem deportantes capiebant Pœni, carceribusque publicis includebant. Iamque ad quingentos eius generis habebant in vinculis; neque pauci dicebantur occiſi, & ad tegendam latrocinii famam in mare præcipitati eſſe: quum Romani rem eam grauiter ferentes, belli minas oſtentare cęperunt. Sed Pœni legatis miſſis, qui omnes quotquot detenti Carthagine fuerant, reducerent reſtituerentque, adeo placarunt populum Romanum, vt reliqui ex Sicilienſi bello captiui Punici omnes ſine precio reſtituerentur. Sed poſtremo vicit ambitio, premendique populi ſtudium, quocum per annos quatuor & viginti ancipiti fortuna pugnatum meminerant, & niſi in tempore occurreretur, etiam poſtea pugnandum ſibi proſpiciebant. Quare quum Sardiniam inuiti dimitterent Pœni, iamque bello contra mercenarios defuncti, arma defectionis auctoribus inferre meditarentur, arrepta hæc à Romanis eſt occaſio, *bellumque Pœnis decretum, ni armis, quæ in ſpeciem aduerſus rebelles ſuos, re autem vera contra Romanos ſumſiſſent, abſtineretur.* Ita Carthaginenſes alieno tempore bellum grauiſſimum ſuſcipere nolentes, non modo ceſſere Sardinia, ſed etiam poſtulantibus Romanis ad priorem ſummam adiecerunt argenti talenta mille ducenta: quæ maxime iniuria ægros habuiſſe Carthaginenſium animos, neque vlla magis cauſſa bellum mox Hannibalicum exarſiſſe creditur.

Poſtea Sardiniã ipſis, & ampliorem pecuniæ ſummam extorquent.

CAP. VII.

Hamilcaris enim perpetuum aduerſus Romanos odium, cui

Google

[illegible] *[illegible] Punicum exspe[illegible]*

A V. C. DXVI.

[illegible]

[illegible] bellum Punicum [illegible] stimulum [illegible] Tum vero [illegible] Consulibus L. [illegible] L. F. Ti. N. Lentulo Caudino, Q. Fuluio M. F. Q. N. Flacco, Galli [illegible] ta. Coloniam hoc anno deductam esse Valentiam, [illegible] quibusdam traditur, haudquaquam constans opinio est [illegible] Valentia præter Vibonem fuit, quam annis post quinquaginta T. Quintio Flaminio, Cn. Domitio Ænobarbo Consulibus, colonis occupatam esse certioribus auctoribus credam. Ceterum Consulibus in agro Gallico, donec coniunctas legiones habuere, tuta & prospera expeditio [illegible] postquam cupidine plura vastandi diuiserunt exercitum, Q. Fului castra nocte oppugnata, & ægre retenta sunt. Galli re infecta digressi, paulo post grauiore cum terrore auctisque maiorem in modum copiis ad bellum reuerterunt. Boiorum enim duces clanculum inter se consiliis agitatis, ingentem Transalpinorum manum ad societatem armorum contra Romanos exciuerunt. Interea L. Lentulus Consul, qui ad Ligusticos fines exercitum abduxerat, cum Liguribus prospere collatis signis dimicauit. Decretus igitur ei triumphus est, quem duxit Idibus Intercalaribus. Auctores habeo *illos primum Consules Romana signa trans Padum fluuium promouisse, diuersisq; prœliis Ligurum & Gallorum Insubrium interfecta millia quatuor & viginti, capta quinq; fuisse.* Sed verius esse putem, tumultu Gallico, qui postea maximus sequutus est, Padum transitum, Insubresq; in suis sedibus bello tentatos primum fuisse. Sub idem tempus ad Ptolemæum Ægypti regem legati missi *auxilium* obtulerunt *cum Antiocho & Syris bellanti.* gratias egit Rex, ceterum *in præsentia sibi opus auxilio esse* negauit, *quod pactionibus finitum iam bellum esset.* Lætus deinde Romanis aduentus Hieronis fuit, Syracusarum Regis. exceptus omnibus honoribus, sicut Regem amicissimum, & bene meritum & maximæ victoriæ socium oportuit; populo Romano ducenta millia modium tritici dono dedit. Venerat ad ludos spectandos, qui in sequentem annum adparabantur. Nam ludi Sæculares tertii, secundum quosdam, P. Cornelio L. F. Ti. N. Lentulo Caudino, C. Licinio P. F. P. N. Varo, celebrati sunt: vt supra quoque retulimus. Magistri procurandorum ludorum M. Æmilius M. F. M. Liuius M. F. M. N. Salinator creati. Boiorum interea principes, elati numerosis Transalpinorum auxiliis, ad Consules misere, petitum, *vt Ariminensis ager cum vrbe, quæ haud ambigui Gallici iuris essent, sibi restituerentur. ni fieret, bellum atrox & internecinum minabantur.* Consules, qui nondum contractis copiis, neque casui paucitatem suorum obiicere audebant, neque postulata Gallorum conce-

CAP. VIII. *[illegible] Transalpinos excitant. Ligures vincuntur a L. Lentulo.*

CAP. IX. *Hiero venit Romam.*

A V. C. DXVII.

Boii Ariminensem vrbem & agrum postulant.

dere

dere poterant, *ſi quid vellent, ad Senatum mittendos eſſe legatos* reſponderunt.

CAP. X.

Legatos Romã mittunt.

placuit iudicio Gallis, & dum ire ac redire legati poſſent, vtrumq. dierum aliquot induciæ conſtitutæ. Et legati quidem Romã profecti aduerſum à Senatu reſponſum accepere: ſimul maiores contra hunc tumultum apparatus facti, quorum vſus poſtea non fuit, quum formidabile bellum ſine Romano ſanguine fortuna confeciſſet. Dum enim legati redeunt, Boii cum Tranſalpinis auxiliis acie dimicauere his de cauſſis.

Cum Tranſalpinis auxiliis dimicant.

Ignara plebe Boiorum Tranſalpinus exercitus Ariminum proceſſerat. Inde ſuſpiciones ortæ, ne ad regionem iſtam ſibi retinendam veniſſent. tantumque conflatum eſt odiorum, vt Regibus ſuis Ate & Galato, tamquam ob proditionem interfectis, aduenarum copias agro ſuo depellere vi conarentur. Ita magna cæde pugnatum: & valde imminutis vtrimque viribus, Tranſalpini domos rediere; Boiis adempta pars agri pacem à Romanis dedit.

CAP. XI.

Conſules in Liguriam abeunt.

Hoc bello tam celeriter confecto, Conſules in Liguriam abiuere. Ibi P. Lentulus profligatis qui occurrerant hoſtibus, de cetero per illorum regionem exercitum circumducens, caſtella quædam armis, alia deditione recepit. C. Licinius in Corſicam transiecturus quum ad vniuerſum exercitum vna deportandum nauigia deeſſent, M. Claudium Glyciam cum parte copiarum præmiſit.

Claudii Glyciæ pax irrita cum Corſis.

Qui vanitate væcors, quum perterritos aduentu ſuo Corſos vidiſſet, neque Conſulis, cuius auſpiciis venerat, neque ſui iuris aut loci memor, certis conditionibus fœdus cum Corſis ſuo nomine pepigit, tamquam in ſe tracturus inſulæ receptæ gloriam. At Varus cum exercitu reliquo ſuperueniens, fruſtra Claudianam pacem inuocantes, armis vrgere non deſiit, donec in poteſtatem redacti ſunt. Senatus ad liberandam perfidiæ nota Rempublicam, fœdæ pacis auctorem Corſis dedendum cenſuit. Deinde, quia receptus non erat, in publica cuſtodia necari iuſſit.

CAP. XII.

Cenſores is annus habuit L. Cornelium L. F. Ti. N. Lentulum Caudinum, Q. Lutatium C. F. C. N. Cerconem, qui luſtrum non condiderunt, Q. Cercone in magiſtratu mortuo. Quamquam M. Claudius deditus Corſis deinde ſupplicio adfectus fuerat, non ideo perſuaderi barbaris potuit, iuſto ſe poſtea bello petitos fuiſſe.

Eiusdem ſupplicium.

Quare ſaucios eo dolore animos, vicinæ Sardiniæ motus facile impulit, vt ad arma reſumenda proſilirent. Nam Sardos Pœnorum occulta promiſſa traxerant ad rebellionem ceptandam, procliuibus ad hoc barbaris, qui nec nimium odiſſent veteres dominos, nec amarent nouos.

Sardi rebellãt.

Quæ Romæ audita metu & ira impleuerunt vrbem, non ob Sardiniam, quam tanti non faciebant, ſed quia bellum Punicum videbatur renaſci. Quod quia facilius futurum credebant, quanto citius inciperetur, inualidis adhuc

 à ſupe-

a superiore be[illegible] C[illegible] quam prim[illegible] tendumque P[illegible] at[illegible]. At Pœnis [illegible] pore quam bellum [illegible] nabum pati certos, ea le[illegible] vt legatos semel [illegible] que in iis postquam [illegible] set, decem ex p[illegible] pibus iidem iterato mitterent [illegible] *impetrat s sem[illegible] fru[illegible] liceret*, obtestaturos. Ne sic [illegible] quam obtinere potuit ab iratis & metuentibus: donec inter [illegible] te minimus Hanno, adolescens intrepidus, & linguæ vt [illegible], *Atqui*, [illegible] *si vobis sedet denegare pacem, Romani, quam non [illegible] alterum annum, sed perpetuam a vobis emimus: at pretium eius S[illegible] & Sardiniam reddite. ne priuatis quidem contractibus viri boni est emptione [illegible] sa recipere mercem, non restituere pecuniam.* Tunc vero pudore commoti Romani, ne iniuste bellum inferre viderentur, meliore cum responso legatos dimisere. Sic alter Consulum eius anni C. Atilius A.F.A.N. Bulbus, qui magistratum hunc iterum gerebat, in Italia mansit T. Manlius T.F.T.N. Torquatus, cui Sardinia euenerat, profectus est. Hic multis locis, cum hoste feliciter congressus, vniuersam insulam pacauit, Sardosque subegit: & de iis ante diem Sextum Idus Martias triumphauit. His rebus perfectis, quum nullo iam vsquam hoste*, Romana arma quiescerent, insolitum bellatrici Vrbi spectaculum, Iani ædes clausa est, quod indicium pacis, post Numæ tempora, per annos ferme quadringentos quadraginta, visum non fuerat. Quo nomine miseram fuisse ciuitatem Romanam arbitror, quod perpetuis conflictata laboribus, præmia laborum adsequi non potuit. quum enim nemo sapiens bellum, nisi pacis ergo gerat; hæc vrbs tot maximis bellis prospere confectis, nec impetrare tamen pacem sæpe, nec retinere diu didicit. Nam tunc quoque post menses non ita multos, noui terrores nunciati, lætitiam otii vix adhuc animis perceptam cito discusserunt. Nam & Sardi recens subacti, iugum excutiebant: & Corsorum erumpebant consilia: & in ipsa Italia Ligures tumultum mouerant. Ergo L. Postumio A.F.A.N. Albino, SP Caruilio SP. F. C. N. Maximo Consulibus negotium datum vt exercitus conscriberent. quibus trifariam diuisis, vt hostes ab ope mutuo ferenda distringerentur, L. Postumius Ligures adortus est: SP. Caruilius Corsos: in Sardiniam P. Cornelius iuit. Huius insulæ cœlum insalubre, morbis & pestilentia tentauit exercitum: multique ex eo mortales cum ipso prætore absumpti. Vnde elatos animo Sardos Consulis SP. Caruilii aduentus ingenti prœlio coërcuit: Corsi quoque ab eodem sunt subacti. Ob eas res triumphus ipsi decretus est, quem A.d. Kalendas Apriles duxit. In Liguribus etiam ab altero Consule & exercitu

Margin notes:
CAP. XIII. *Pœni pacem Romanam inu[illegible] retinent.*
Hannonis vox libera.
A.V.C. DXVIII.
CAP. XIV. *Sardi a Manlio Torquato subacti.*
Iani ædes clausa.
CAP. XV. A. V. C. DXIX. *Exercitus conscribuntur.*
P. Cornelius [illegible] Sardos & Corsos [illegible]

Conſulari res bene geſtæ. At Romæ Tutia virgo Veſtalis inceſti damnata, eo maiore probro, quod conſuetudinem ſtupri cum ſeruo habuerat, ſua ſe manu interemit. Cenſores deinde C. Atilius A.F.A.N. Bulbus, A. Poſtumius A.F.L.N. Albinus, luſtrum quadrageſimum fecere. Hoc quoque luſtro pauciores quam ſuperioribus fuiſſe cenſos (numerum enim non reperio traditum) argumentum eſt, quod ad augendam hominibus ciuitatem Cenſores iurare ſingulos coegerunt, *vxorem ſe liberorum quærendorum gratia habituros.* Hoc anno Cn. Næuius Campanus, qui bello Punico ſtipendia fecerat, fabulas primum ſcenæ dedit. Interea Ligures & Sardi denuo rebellantes Conſulibus nouis prouinciæ decretæ. Q. Fabio Q.F. Q.N. Maximo Verrucoſo Liguſticum bellum, M. Pomponio M.F. M.N. Mathoni Sardoum obuenit. Quum *horum motuum cauſſa penes Carthaginenſes eſſe* diceretur, *qui barbaros ad defectionem ſecretis nunciis allicerent*, legati miſſi ſunt Carthaginem cum aſperis mandatis, quo *ſtipendium* exigerent, atque *inſulis ad Romanos pertinentibus abſtineri* iuberent, *belli* minis additis, *ni imperata feciſſent.* Iam ex priori calamitate vires & animum receperant Pœni, Hamilcaris maxime induſtria non modo pacatis Africæ populis, qui à Carthaginenſibus deſciuerant, ſed etiam latiùs promota ditione: magnoque iam in Hiſpania imperio per eundem ducem parto. Itaque tum ad cetera ferociter legatis reſponſum eſt, tum etiam, quum illi, quemadmodum in mandatis habebant, haſtam caduceumque propoſuiſſent, data Pœnis optione, *vtrum mallent eligendi; neutrum ſe legere* ſucclamatum eſt, ſed *vtrum mallent ipſi legati relinquerent, æquo animo accepturis.* Inde flagrare denuo ceperunt inter duos populos odia, ſed neutro bellum adhuc incipere volente, ſpecies amicitiæ, magis quia non bellabatur, quam quod fida pax eſſet, interea tenuit. Ambo deinde Conſules ad Vrbem reuerſi, quum de rebus à ſe geſtis diſſeruiſſent, triumphum impetrauerunt. Q. Fabius multos Ligurum in prælio occiderat, coëgeratque reliquos in Alpeſtribus locis ſe continere, tutumque ab illorum latrociniis vicinum Italiæ latus reddiderat. Sic ante diem Kalendas Februarias, triumphauit de Liguribus. Idibus deinde Martiis M. Pomponius triumphum duxit, de Sardis, quos vicerat. Neque tamen deſtitere bello Sardi, ſed irritati potius damnis ſuis quam fracti, maiori mole rebellionem inſtaurarunt. Ambo igitur Conſules M. Aemilius M.F. M.N. Lepidus, M. Poblicius L.F. L.N. Malleolus in Sardiniam miſſi, magnam ex ea inſula prædam coëgere, quam deinde, quum in Corſicam tranſmiſiſſent, ereptam à Corſis amiſerunt. Domi quoque vehementer eo tempore turbatum: agrariam legem ferente tribuno plebis C. Flaminio, *vt Picenus atque Gallicus ager,* qui

CAP. XVI. *Cenſus albus.*

Ligures & Sardi rebellant. A. V. C. DXX.

CAP. XVII. *Hamilcaris in Africa & Hiſpania res geſtæ.*

Vnde ferociores fiunt Pœni.

CAP. XVIII. *Sardi ſæpe victi, maiori mole rebellionem inſtaurant.* A. V. C. DXXI.

que Senonum Gallorum fuerat, populo viritim [illegible] [illegible] actum [illegible] [illegible] precibus apud tribum [illegible] posita [illegible] dato magistratibus negotio, vt [illegible] Rempublicam tutarentur: neque dimoueri a [illegible] C. [illegible] potuit, aduersum vim contumax, & precibus inex[illegible] [illegible] eum pater quoque *vt voluntati Senatus cederet, neque seditionem [illegible] dire vellet.* Sed ille persistens in sententia, vocata concione, [illegible] legem instituit. tum vero pater Flaminius dolore ardens a[illegible] Ro-

CAP. XIX. *C. Flaminius Trib. pl. à patre de Rostris detrahitur.*

stra, correptumque manu filium detraxit. mirumque est [illegible] editum sine pietatis, siue venerationis, qua tum homines ius patriæ potestatis prosequebantur. qui enim vniuersi Senatus indignationem [illegible]nasque atroces contempserat, in maximo calore perficiundi operis impe-ctante plebe Romana, apud quam gratiosissima erat ferendæ legis mentio, vnius senis manu de superiore loco detrahi passus est. Nec omittenda concionis in hoc negotio modestia: quæ licet abitu tribuni spes suas destitui videret, ne minimo quidem murmure factum illius improbauit. Dilata tamen hoc modo potius quam euitata lex est, C. Carulio tribuno plebis collegam adiuuante: quod quidem initium fuit, & corrumpendæ plebis, & Gallici belli, quod octauo post diuisionem agri Gallici anno, grauissimum exortum est. Tum vero M. Pomponius M. F. M. N.

CAP. XX. **A. V. C. CDXXII.** *Sardi & Corsi denuo victi.*

Matho, C. Papirius C. F. L. N. Maso, quum magistratum inirent, prouincias M. Pomponius Sardiniam, C. Papirius Corsicam obtinuere. Vtrobique cessit hostis, & in syluas montesque arduos refugiens, locorum potius quam armorum munitionibus se tutatus est. Ergo M. Pomponius quum laboriosius esse videret inuenire barbaros, quam vincere, canes sagaces ex Italia curauit aduehendos, quorum indicio homines more ferarum in cubilibus suis latentes deprehenderet. C. Papirius Corsos campis pulsos, ad montana loca sequutus est. Ibi labor ingens cum periculo fuit: multique militum siti, aut subito barbarorum incursu periere. donec inuentis aquis refectoq; exercitu Corsi de exitu rei timentes Consuli ad deditionem hortanti paruerunt. Dum his rebus gerundis attinentur Consules, comitia per Dictatorem ad hoc creatum sunt habita. C. Duilius fuit M. F. M. N. is magistrum equitum dixit C. Aure-

CAP. XXI. *Censores vitio facti abdicant.*

lium L. F. C. N. Cottam. Censores etiam tum fuere T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, Q. Fuluius M. F. Q. N. Flaccus. sed vitio facti abdicarunt. Noui moris originem huic anno scriptiones adsignant, non [illegible] quæ referatur. Diuortium ab Vrbe condita nullum fuerat: primus SP.

Primum diuortium Romæ.

Caruilius Ruga sterilem vxorem dimisit, iureiurando à Censoribus obstrictus, *se liberorum quærendorum caussa coniugem habiturum.* Displicuit po-

pulo non magis nouitas, quam atrocitas rei, quod ad perpetuam vitæ ſocietatem iunctas vxores, quacumque de cauſa repudiari ſæuum & iniquum putabat: & Sp. Caruilium ſemper deinde odio habuit, quamquam neceſſitate coactus, de amicorum ſententia, vxorem bene conuenientem morumque gratia chariſſimam dimiſerat. Ex eo tempore plus in iure nexuum, plus apud prætorem litium fuit, tum primum cautionibus rei vxoriæ repertis, quarum, nullis antea diuortiis, ſuperuacanea fuerat calliditas. Eodem anno alia quoque noua conſuetudo in honoribus imperatorum cepit. Sub finem Conſulatus ſui C. Papirius de Corſis in monte Albano triumphauit, A.D. III. Nonas Martias. Cauſſa eius conſilii fuerat, quod ipſe ſibi res triumpho dignas geſſiſſe videbatur, pacata tandem Corſica: neque ab Senatu honorem eum impetrabat. Idque deinceps exemplum multis ad imitationem placuit: vt negato ſibi triumpho in Albano monte triumpharent. Spectauit deinde ludos myrto coronatus, delecta hac corona ob memoriam rei geſtæ, quod in campis myrteis Corſos ſuperauerat. Sardiniæ Corſicæque motibus compoſitis, Ligures reſtabant, aduerſus quos miſſi Conſules M. Aimilius L. F. Q. N. Barbula, M. Iunius D. F. D. N. Pera, inter proficiſcendum comperto, Gallos rebus nouis ſtudere, fines illorum cum exercitu intrauerunt. Irritatis enim lege Flaminia Gallorum animis, natus erat metus Romæ, ne quid molirentur homines læti bello, & ad iram præcipites. quare nuper edictum fuerat à magiſtratibus, ne quis homini Gallo aurum vel argentum daret, Boii enim ceterique Galli, tum ex aliarum rerum, tum mancipiorum venditione ingentem pecuniam cogebant; increuerat que ſuſpicio, ne iſta ad bellum Romanum vterentur. Quare magis etiam incitati, cognito Conſulibus Liguſticum bellum eſſe decretum, occultis conſiliis hoc agere dicebantur, vt exercitibus Romanis expeditione longinqua detentis, ipſi Vrbem aggrederentur. Ceterum aduentu Conſulum territi, quum ad vim faciundam inparati eſſent, Ro[manos] in pacis amicitiæque ſpeciem ſimulatis obſequiis excepere. Conſules quoque bellum oppreſſiſſe contenti, cauſſam cur eo veniſſent finxere; *vt per Gallicum agrum commodius exercitum in Liguriam ducerent.* Superiore anno Cenſores vitio facti abdicauerant. itaque his demum Conſulibus Q. Fabius Q. F. Q. N. Maximus Verrucoſus, M. Sempronius C. F. M. N. Tuditanus, luſtrum primum & quadrageſimum condidere. Dum hæc in Italia & Vrbe geruntur, noui cum Illyriis belli cauſſæ talibus initiis exſtiterunt. Illyrii ferox & auidum prædæ genus, piraticam faciundo, multos Italicorum negotiatorum, Brundiſino portu egreſſos, ceperant, nonnullos quoque trucidauerant: & primo quidem delatas ob ea queri-

CAP. XXII. *Noua conſuetudo triumphandi.*

Triumphi in monte Albano.

A. V. C. DXXIII.

CAP. XXIII. *Gallorum Italicorum motus.*

Conſulum aduentu premuntur.

CAP. XXIV.

Luſtrum XLI. conditum.

Illyrici belli cauſſæ.

monias Senatus inter alias curas negligentius au[illegible] [illegible] tamen quum prædonum audacia impunitate [illegible] [illegible] querelæ peruenie bant, visum est legatos mitti ad [illegible] simul vt Illæorum, qui [illegible] in fidem Romanorum [illegible] [illegible] tuerentur. Hos enim solum [illegible] insulam habitantes, quod a se defe-
CAP. XXV. cerant, grauibus odiis damnisque Illyrii prosequebantur. Missi sunt C. & L. Coruncanii. Hi dum in itinere sunt, Illyriorum qui Ardyæi
[illegible] Rex [illegible] vocantur Rex Agron Pleurati F. ad quem ibant, morbo decessit filio adhuc impubere (cui nomen fuit Pinneus) relicto: regnumque noue[illegible]
[illegible] ca pueri Teuta, consiliis amicorum administrabat. Hæc impotens animi, & rebus prosperis elata, legatis Romanorum contemptim audi-tis respondit, *curæ sibi futurum ne Romani ab Illyriis publice læderentur. Vetare vero ne quis suorum priuatim lucrum quod posset ex mari captaret, id Regibus Illyriorum nequaquam in more positum esse.* Non tenuit ad hæc iram minor Coruncanius, & intempestiua potius quam iniusta libertate vsus. *At Romanis,* inquit, *in more positum est, Teuta, priuatim factas iniurias publice exsequi, læsisque consulere. Conabimur autem diis bene iuuantibus te ad instituta Regia cupide & celeriter emendanda cogere.* Quibus verbis supra modum offensa mulier, sed animo interim vtcumque dissimulato, legatis iam profectis latrones immisit, à quibus minor Coruncanius cum parte comitum interfectus est; ceteris in vinculum coniectis, præfectisque
[illegible] occiduntur. nauium igne combustis. Legatus etiam Illæorum *Calemporus* nomine ab iisdem prædonibus occisus est. Iis rebus Romæ cognitis T. Corun-
CAP. XXVI. canio & P. Iunio honoris caussa tripedaneæ statuæ in foro sunt positæ:
Teutæ bellum indicitur. Teutæ vero & Illyriis bellum indictum. Teuta rudis imperandi, & muliebris ingenii vitia neque ratione, neque vsu domare docta, sicut ad irritanda odia præcipitem, sic ad toleranda timidam se gerebat. Itaque comperto bellum aduersus se parari *redditurum Romanis viuos* polli-cita est: *interfectos reddere non posse, quos iniussu suo prædones peremissent.* Hæc legatio, quamquam pro magnitudine delicti parum satisfaceret, tamen quia spem præbebat, controuersias Illyricas citra bellum componi posse, inhiberi vim placuit, petique ad pœnam eos à quibus interfecti legati dicebantur. Mulier arma quæ timuerat differri videns, vicissim ex metu ad priorem insolentiam rapiente animi leuitate, *neque dedituram se quemquam* dixit, & vt factis quoque ferociam ostenderet, quam
Teuta Issam obsidet. CAP. XXVII. verbis prætulerat, continuo copias ad Issam obsidendam misit. Non ergo diutius cunctari visum, quin ambo Consules (Lucius Posthumius A.
A. V. C. F. A. N. Albinus iterum, Cn. Fuluius Cn. F. Cn. N. Centumalus iam
DXXIV. inierant) cum naualibus pedestribusque copiis proficiscerentur. Cn.

Fuluius

Digitized by Google

Fuluius claſſem ducebat nauium ducentarum; L. Poſthumius legiones. Tum iterum territa Teuta Demetrium Pharium ad Conſules pacem petitum miſit. Atqui illi pepigerunt induciæ, *ſi Corcyra*, quam nuper occupauerant, *Illyrii decederent*. Profectis ad recipiendam Corcyram Romanis, tanquam longiſſime metus omnis abſceſſiſſet, ad priora conſilia relabitur Teuta, præfectosque ſuos ad Dyrrhachium & Apolloniam obſidendas mittit. Alii *non voluntate Teutæ deditam Corcyram, ſed Demetrii priuato conſilio tradunt, qui criminibus ſe apud Teutam peti gnarus, aduerſus illius iracundiam proditione præſidii cui præerat apud Romanos perfugium ſibi quæſiuerit.* Præſidio Illyriorum tradito, Corcyrenſes publico conſilio Romanis ſe permiſere, nullam ſibi reliquam ſalutis viam eſſe rati, niſi potentia tam claræ ciuitatis aduerſus Illyriorum iniurias protegerentur. A Corcyra Conſul Apolloniam cum claſſe petiit: venitque eodem L. Poſthumius, qui Brundiſio transiecerat, cum pedeſtribus copiis. peditum ad viginti millia erant, equitum duo. Romanos Apolloniatæ cupide recepere, ſeque fidei illorum tradidere. Ab hac liberata ſtatim ad Dyrrhachium itum. id quoque Romanorum exemplo factum, ad famam aduenientis exercitus, dilapſis pauore Illyriis, qui obſidere vrbem cœperant. Eodem impetu gens Ardyæorum ad deditionem coacta eſt: veneruntque ab vlteriore Illyrico legati variarum nationum, *imperata facturos ſuos* polliciti, *ſi in amicitiam reciperentur*: ex quibus Parthini fuerunt, & Atintanes. Plurimus ad hæc vſus Demetrii Pharii fuit, qui à Conſulibus circumductus, robur & fidem Romanorum extollendo, Teutæque incuſando temeritatem & inconſtantiam, alios rationibus & conſilio, alios auctoritate ſua ad ſocietatem Romanorum adducebat. Poſt hæc ad Iſſam curſus inſtitutus: & inter nauigandũ multis locis exſcenſione facta, pleraque oppida leui negotio capta ſunt. Nutria ſtrenue ab Illyriis defenſa eſt, multoque ſanguine conſtitit victoria, tribunis etiam quibusdam, & Quæſtore deſideratis. Cuius rei leuiorem dolorem fecerunt lembi viginti, quos cum præda & pecunia ex Peloponneſo venientes Romani excepere. Iam ad Iſſam ventum erat. Ibi perinde vt ad Dyrrhachium acciderat, aduentu Romanæ claſſis obſidio ſoluta eſt: diuerſa in loca diffugientibus barbaris, præter Pharios, qui in gratiam Demetrii, quod ex eadem inſula ortus, eique ſub Agrone præfectus fuerat, corporibus rebusque ſaluis in fidem accepti ſunt. Hæc audita inſtabilem Teutæ animum varie mouerunt, alternantibus timoris & fiduciæ cauſſis. Nam ſicut amiſſa & deleta oppida, vaſtatæ maritimæ regiones, vbiuis fugatæ Illyriorum copiæ metum ei maximum incuſſe-

Demetrium Pharium ad pacem petendam mittit.

Corcyrenſes Romanis ſe permittunt.

CAP. XXIIX

[illegible] Apollonia.

Demetrius multos a Teuta ad Romanos traducit.

CAPVT XXIX.

Nutria ſtrenue defenſa, tamen capitur.

inculserant, ita vicissim ... Nuttinorum audacia, & ... iam mare, cuius ... Romanus ... mum esse. Itaque ... oppidum ... cum paucis se contulit, expectatura remedium quod tempus offerret.

Teuta Rhizoni conclusit.

CAP. XXX.

Alebant vanam spem ... Corfinium, qui pleraque parte regionum quas ... Deo etriorum ... Dyrrhachium & classem ... exercitum ... Sed postquam L. Postumius ... quadraginta navibus ... exercitum ex ... virium delectu fecit, Ardyæis, & ... præterea Illyriorum ad societatem Romanam accesserant, ... fidi ... tum vero desperatis rebus suis Teuta de pace quibuslibet conditionibus redimenda cogitauit. Ideo sub initium veris legationem Romam misit, quæ præterita essent tamquam Agronis imperio facta excusaret, cuius facta tueri necessum sibi fuisset. Romani non ... ius ea propria potestas non esset. & quæ de Romanis nihil tale meruisset, ... Agronis filio Pinneo pacem dederunt his legibus: *ut stipendia imperata penderet. Illyrico omni, paucis exceptis locis, decederet: neque ultra Lissum pluribus quam binis lembis, & his inermibus, nauigaret.* Corcyra, Pharus, Issa, Dyrrhachium & Atintanes hac pace Romanis cesserunt: cetera quæ sub Agronis imperio fuerant, Pinneo relicta. Teuta siue pudore & metu, siue iubentibus Romanis, administratione regni abiit, quam tutelæ nomine susceperat Demetrius Pharius. Sic finita cum Illyriis contentione, finibusque imperii iam ad limites Græciæ promotis, ab alia parte parum secura Respublica erat: meditantibus bellum Gallis, & maximis in Hispania incrementis rei Punicæ, quam sine periculo Romanæ confirmari posse nemo credebat. Hasdrubal gener & successor Hamilcaris, vindicata soceri morte, multas præterea nationes partim armis, plerumque consilio & facundia qua mire pollebat, Carthaginiensium imperio subdidit: etiam altera *Carthagine quæ noua* appellata est, in sinu maris iuxta portum amplissimum & satis commodum, condita. Sed propior à Gallis metus, durius aliquod contra Pœnos consilium inire vetuit: quod reliquum erat, fœderibus pactisque cursum fortunæ eorum sistere studuerunt. Legatis ergo Carthaginem missis, aliisque ad Hasdrubalem, pepigerunt, *ut trans Iberum amnem se contineret Pœni, Saguntinis sua leges & libertas seruaretur.* Hæc in annum inciderunt ... SP. Caruilius SP. F. Cn. N. Maximus, Q. Fabius Q. F. Q. N. Maximus Verrucosus, iterum, Consules fuere. Sub idem ... Postumius pro consule, qui in Illyrico hibernauerat, legatos ad Ætolorum Achæorumque populos Corcyra misit, ad exponendum ... gestæ ...

Teuta de pace secum agit.

Pacis leges cum Illyriis.

CAPVT XXXI.

Incrementa rei Punicæ in Hispania.

Pacta ... Hasdrubale ...

CAP. ...

A. V. C. ...

D. XX...

Legati ... Achæos ...

per ordinem, *quibus cauſſis bellum iſtud ſuſceptum, qua fortuna geſtum, quibusq; conditionibus finitum eſſet.* Comiter excepti ſtudioſeque auditi ſunt, quod eæ nationes cæterique Græci, vehementer exoſum habebant Illyriorum nomen, ob continua latrocinia, quæ ſub Agrone Teutaque exercuerant. Hæc vbi domum nunciata ſunt, Senatus *rite atque ordine à Proconſule facta eſſe* cenſuit, aliamq; ſtatim legationem decreuit, quæ publico nomine Corinthios & Athenienſes adiret, *populiq; Romani ſtudium erga Græcos, & æquitatem erga omnes* commendaret. Ea res magnam in iis terris nomini Romano beneuolentiam peperit, confeſtimque decreto Corinthiorum honor hic populo Romano eſt habitus, vt *Iſthmiorum* (qui ludi inter quatuor celeberrimos ſunt Græciæ) *participes haberentur.*

Alia legatio publico nomine in Græciam venit.

CAPVT XXXIII.

Athenienſes ſocietatem Roman. amplectuntur.

Maxime mouit eos, præter Apolloniam & alias Græci generis ciuitates, Corcyra libertati reddita, quæ colonia Corinthiorum fuerat. Athenienſes quoque ſocietatem Romanam amplexi, decreuerunt, *vt Romanis ius ciuitatis Atticæ, initiorumq; Eleuſiniorum eſſet.* Interea Cn. Fuluius proconſule triumphum naualem ex Illyriis egit, A. D. Kalendas Quintiles: & principes Illyricos in triumpho ductos ſecuri percuſſit. Hic primus de Illyriis triumphus fuit. Anno ſequente P. Valerio L. F. M. N. Flacco, M. Atilio M. F. M. N. Regulo Conſulatum gerentibus, Prætorum duplicatus eſt numerus: quaternoſque creari viſum, vt eſſent qui in Siciliam Sardiniamque prouincias cum imperio mitterentur. ex his M. Valerius Sardiniam, attributamque huic Corſicam, C. Flaminius Siciliam ſortiti ſunt. Ingens eo tempore fuit metus Gallici belli, de quo Boii Inſubresque non inter ſe modo, ſed etiam cum Tranſalpinis populis agitare, magnaſque Gæſatarum Gallorum copias ſtipendio conduxiſſe ferebantur.

A. V. C. DXXVI.

Prætorum duplicatus numerus.

CAPVT XXXIV.

Mala remedia ſuggerit timor.

Ergo non ſolita modo remedia quæſita ſunt, ſed etiam iis rationibus malo quod timebatur occurſum, quas apud ſeueros iudices, præter amorem patriæ, & in eius gratiam quandoque conceſſa quæ alias negarentur, nihil excuſaret. Quum enim præter alios ex diis hominibuſque terrores, etiam in Sibyllinis libris repertum eſſet, *Gallos & Græcos Vrbem Romanam occupaturos,* ad prædictionis eius minas calliditate auertendas, M. Valerio M. F. M. N. Meſſalla, L. Apuſtio L. F. C. N. Fullone Coſſ. ex auctoritate Pontificum homines quatuor, Gallum & Gallam, ſimiliterque Græcum & Græcam in medio foro boario viuos defoderunt, vt ita quaſi partem aliquam Vrbis tenentes impleuiſſe fata viderentur. Ceterum hic annus inter res alias non magnas, apparatu maxime Gallici belli, quod iam inſtabat, conſumptus eſt. Deſcripta ſunt ad id bellum equitum peditumque copiæ, incredibili numero, tota pro Romanis Italia conſentiente. Q. Fabius hiſtoricus, qui rebus gerendis interfuit, *eſſecta*

A. V. C. DXXVII.

Gallus & Galla, item Græcus & Græca, viui defodiuntur.

fuiſſe

Digitized by Google

CAPVT XXXV. [illegible] [illegible] bellum [illegible]

fuisse [illegible] *armatorum* [illegible] *millia.* Romanorum quidem [illegible] norumque numero, peditum ex [illegible] ducenta quadraginta [illegible] lia ducenta, equitum [illegible] sex millia sexcenti [illegible] reliquorum Italiæ populorum fuit. Etiam Veneti ac Cenomani [illegible] dederunt Romanis, hominum millia viginti, qui [illegible] Boios metu & damni, ad patriam tuendam cogere, ne cum ceteris [illegible] stium copiis coniungi possent: quando à bellandi consilio legationibus [illegible] manæ [illegible] auocari nequiuerant. Venetis enim & Cenomanis [illegible] stantandam cum populo Romano amicitiam persuasis, Insubres [illegible] in hostili animo propositoque perstitere. Minutæ tamen vires eorum sunt, non ausis omnem armatorum multitudinem educere Regibus, coactisque partem iuuentutis ad fines defendendos relinquere. Ita reliquis cum copiis (peditum quinquaginta millia, equitum viginti numerabantur) iter per Etruriam tentare ceperunt. Interea L. Aimilius

Insubrium & Boiorum copia iter per Etruria tentant.

CAPVT XXXVI. A.V.C. DXXVIII.

Q.F.Cn. N. Papus, C. Atilius M. F. M. N. Consules Sardiniam & Ariminum cum vicina Gallia prouincias obtinuere. Sardi enim grauati perpetuam Romani Prætoris præsentiam, fascesque non ante conspectos, iterum tumultuati fuerant: sed hos C. Atilius Consul haud magno negotio coercuit. Maior moles L. Aimilio cum Gallis fuit: perrupta Etruria Romam tendentibus. Eos Prætor, cui Etruria prouincia decreta fuerat, quum arcere transitu nequiuisset, circa Clusium consequutus, præcipiti in occasum die, castra non procul ab hostilibus posuit. Galli, quo Romanos ad pugnam elicerent, meditato dolo, cum omni peditatu ad oppidum Fæsulas nocturno itinere perueniunt: relictis equitibus, quibus imperatum fuerat, vt orto die conspiciendos se tantum præberent hostibus, deinde statim ad pedites se referrent, castra ad recipiendum equitatum, hostesque ex improuiso turbandos apto loco habituros. Ea

Sardi tumultuantur.

L. Aimilii bellum graue cum Gallis.

CAPVT XXXVII.

Circa Fæsulas pugnatur.

fraus Romanis imposuit, vt quasi fugientes auide sequerentur. Ita circa Fæsulas à recentibus & paratis excepti sunt, fessi cursu, & consilio, vt in re nec opinata destituti. Quod vnum supererat, pugnando tueri salutem, aut vindicare sanguinem statuere. Sed præter alia numero quoque vincentibus Gallis, plures sex millibus in loco pugnæ concisi sunt, ceteri fugerunt. Galli munitum quendam collem, quo pleraque fugientium turba concesserat, capere conati, postquam nocturno itinere diurnaque pugna vires exhaustas sensere, ad corpora curanda abiuerunt: relicta parte equitum, quæ tumulum obsideret; postridie vi aut deditione haud dubie in potestatem redigendum. In hoc articulo rerum L. Aimilius Consul optabili potius quam sperato casu superuenit. Nam ad famam aduentantium Gallorum Ariminum missas, defentum

L. Aimilius in tempore superuenit laborantibus.

Adria,

Adriatici litoris oram, poſtquam Vrbem audiuit peti, magnis itineribus Arimino profectus, ad ea loca bona quadam fortuna peruenerat: & paruo ab hoſtibus interuallo caſtra metatus fuerat. Obſeſſi ex ignibus ab ea parte conſpectis, id quod erat, Romanum exercitum veniſſe conijcientes, quoſdam ſuorum miſerunt ſine armis, quo facilius hoſtium excubias fallerent. Ex his cognito rerum ſtatu Conſul, citra longiorem deliberationem, quam neque res, neque tempus ferebat, ſtatim orta luce cum equitatu præceſſit ad tumulum, tribunis militum cum legionario milite ſequi iuſſis. Gallos iam iidem ignes admonuerant de aduentu Romanorum, & ad conſilium de præſentibus coëgerant. Ibi Rex Aneroëſtus ſuaſit, *ne agmen locupletiſſima præda onuſtum obiicerent hoſti: ſed domum digreſſi, depoſita præda, ſi bellandum vltra videretur, expediti redirent.* Probato ab omnibus conſilio ante noctem diſceditur, itinere per Etruriam iuxta litus maris inſtituto. L. Aimilius receptis qui in tumulum confugerant, & Gallorum profectione cognita, cum his quidem collatis ſignis pugnare nolebat: ſed inſequi tamen ſtatuit, occaſione quam tempus obtuliſſet vſurus. In hoc articulo rerum rurſus aliquid ex improuiſo molita fortuna eſt. Alter Conſul C. Atilius ex Sardinia cum legionibus Piſas appulerat, atque ibi militibus expoſitis pedeſtri itinere petebat Romam, per eamdem Etruſci maris oram incedens qua Galli veniebant. Circa portum Etruriæ Telamonem primum obuiam ſibi facti ſunt præcurſores vtriusque exercitus: captiuisque nonnullis ad Conſulem adductis, vbi de itinere Gallorum, & inſequentis eos Collegæ inſtituto cognouit, miratus caſum, & ſpe inpulſus, quod medius inter duos Conſulares exercitus hoſtis teneretur, tribunis præcepit, *vt acie inſtructa, quantum locorum natura pateretur, quadratum agmen gradu militari ducerent*: ipſe animaduerſo colle opportune itineri, qua venire Gallos neceſſum erat, imminente, ad præoccupandum eum cum equitatu contendit. Feſtinabat enim cum hoſte quam primum decernere, certus ſi vrgeretur, collegam venturum ſubſidio; & ſi inceptum ſucceſſiſſet, potiorem bene geſtæ rei laudem penes ſe futuram eſſe. Galli viſo in ſuperioribus locis hoſtium agmine, noctu circummiſſos ab L. Aimilio equites rati, ſuum & ipſi equitatum emittunt, adiuncta leuis armaturæ parte, ad iter aperiundum. deinde captiuorum indicio Conſulis alterius aduentu cognito, peditatum continuo inſtruere cœgit ancipiti acie, quæ ante & retro in hoſtem verſa, interius oppoſitis inuicem tergis cohæreret. Nam videbant à fronte C. Atilium inſtare, à tergo ſequi L. Aimilium mouerant. Hunc igitur ex Tranſalpino genere mercede conductos, qui ab armorum nomine Gæſatæ vocantur, oppoſuerunt in prima acie,

tibus Romanis,

CAPVT XXXVIII.

Ex ignibus conijcitur exercitus venientis.

Galli ad deponendam domi prædam diſcedunt.

CAPVT XXXIX.

Alius improuiſo caſu C. Atilius in Gallos forte incidit.

CAP. XL.

Anceps ratio Gallorum, inter duos exercitus Conſulares mediorum.

Digitized by Google

[illegible] post hos in subsidiis Insubres: at Taurisci Boii[illegible] ad tergum [illegible] [illegible] locati sunt. esseda deinde carrosque [illegible] [illegible] cum idoneo præsidio vicinum in collem [illegible] [illegible] pugnam ad tumulum ab C. Atilio occupatum coeptam, & ex eo [illegible] bat L. Aemilius adesse collegam, cuius de itinere nihil habebat compertum præterquam quod appulisse Pisas audiuerat. Igitur ex tempore [illegible] silio capto equites suos & ipse ad collem vbi pugnabatur iussit [illegible] re.

CAP. XLI. Pugna atrox. Certatum ibi est equestri prælio acerrimo, in quo & C. Atilius Cos. occisus est, eiusq. caput ad Reges Gallorum relatum, ad extremum tamen [illegible] ribus Romani, loco retento [illegible]. Decreta hunc ad modum equestri pugna, pedites [illegible]. [illegible] vero certamen vidisses quum numero atque robore virorum, tum ipsa [illegible] positione acierum terribile: quum inter duos Romanos exercitus Gallorum intercepta multitudo, simul in vtrosque obuersa [illegible] ambiguo iudicio, plusne prodesset eis ista prœlii forma quod cum diuisis hostium copiis pugnantes, terga sibi inuicem tuta præstabant, etiam amissa spe fugæ ad fortitudinem stimulati; an vero noceret, quod inter duos Consulares exercitus conclusi tenebantur. Ceterum Romanos partim adspectus virorum terrebat, qui eximia specie & magnitudine corporum, primis in ordinibus stabant: partim ad pugnandum incitabat, non modo laudis, sed etiam spoliorum dulcedo: quod inter Gallorum antesignanos erat nemo quin maniacis armillisque aureis fulgeret.

Galli armillis aureis fulgent.

CAP. XLII. Conserto igitur prœlio, immissi primum velites maximam hostium edidere cædem, præsertim vbi Gæsatæ pugnabant, qui per ferociam & barbaram ostentationem abiectis vestibus, nudi ante prima signa constiterant. Quum enim scutum Gallicum prælongum & angustum, non possit corpus obtegere, tamquam exposita iaculatoribus signa certis ictibus petebantur; cadebantque multi, quod neque ferire hostem eminus poterant, neque conserta manu pugnari secum leuis armatura patiebatur. Qua desperatione pars temere in hostem ruentes, priusquam ad manus venirent, missilibus confossi sternebantur: ceteri sensim referentes gradum suorum perturbabant ordines. Ita Gæsatarum acie per velites disiecta, grauis armaturæ miles Boios Insubresque ac Tauriscos vndiquaque adortus, multos interfecit.

Gæsatarum ferocia & cædes.

CAP. XLIII. Stabant tamen obfirmatis animis, neque vlla re inferiores, nisi quod armorum genere vincebantur. neque ad muniendum corpus apte instructi, neque ad hostem percutiendum. gladius enim Gallicus tantum ad rem cæsim gerendam [illegible] mucronem idoneum non habet: præterea ad primum ictum [illegible] sequentesque parum efficaces habet, nisi pede pressus iterum dirigatur.

Armorum genere vincuntur. [illegible]

Euentum prœlii, quum in meliore ſpe Romani eſſent, haud dubium fecit equitum reditus, qui Gallico equitatu in fugam compulſo, ex colle decurrentes, in latus hoſtium impreſſionem fecerunt, tanto minus tolerabilem, quod ex ſuperiore loco ingruebat. Hoc maxime modo cum Gallis in Etruria pugnatum Polybius tradidit: à quo parum probabiliter alii diſſentiunt. quis enim temere credat ita potius rem geſtam eſſe, vt Gallos noctu orta tempeſtas fugere coëgerit, tamquam deorum iram timentes? poſtremoſque eorum aggreſſus C. Atilius occubuerit? deinde poſt aliquot dies quum interea ſuo quilibet in colle ſe continuiſſet, L. Aimilius cum exercitu Gallico proſpere pugnauerit? Neque plus merentur fidei, qui pugnæ locum ex litorali regione, in agrum Aretinum tranſtulerunt. Cecidiſſe tum Gallorum millia quadraginta non ambigitur, capta ſunt haud minus millia decem cum vno regum Concolitano: alius Aneroëſtus, qui plurimum opinione virtutis & potentia valuerat, paucis comitantibus elapſus, in fuga neceſſarios ſuos ſeque ipſum ſecta gula interemit. Recepta eſt præda ingens, quam Conſul reddendam iis curauit, quibus adempta fuerat, ſuas vnoquoque res adgnoſcentibus dominis. Inde cum ſuo & Atiliano exercitu iuxta fines Ligurum in Boicum agrum profectus, vt operæ nauatæ mercedem haberet miles, diripiendam ei regionem dedit; paucisque diebus ſatiatas præda copias in Vrbem reduxit: tanto maiore omnium lætitia, quanto acrior aſtius belli metus fuerat. Ergo vix cuiusquam triumphus fauentium vocibus tam celebratus eſt: inſignis alioquin, & rerum geſtarum gloria, & captiuorum ſpoliorumque prælatorum numero precioque. Multa inter hæc ſigna militaria fuere; plurimique torques aurei armillæque, virorum fortium apud Gallos ornamenta. Sed maxime aduerterunt oculos hominum Britomarus, aliique principes Gallorum, quos L. Aimilius per ludibrium accinctos in Capitolium duxit, tamquam voti ſui religionem ſeruaturos, quod *non prius ſoluturos ſe balthea, quam Capitolium adſcendiſſent*, iurauerant. A. D. III. Nonas Martias L. Aimilius Conſul de Gallis triumphauit. Eodem anno luſtrum alterum atque quadrageſimum conditum eſſe reperio, à Cenſoribus Q. Claudio AP. F. C. N. Centhone, M. Iunio D. F. D. N. Pera. Depoſitus iam belli Gallici metus, nondum vindictæ cupiditas erat: ambobusque proximi anni Conſulibus ea prouincia data. T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, Q. Fuluius M. F. Q. N. Flaccus erant, vterque iterum. His exercitus, & quæ ad bellum inſtruendum gerendumq. pertinebant alacriter decreta. Spes enim erat, poſt tantam victoriam, toto circa Padum agro depelli Gallos poſſe, ſi nerui intenderentur. Conſules cum copiis profecti primo ſtatim terrore

CAP. XLIV.

Gallorum magna clades.

Triumphus L. Aimilii.

CAP. XLV.

Britomarus in Capitolium accinctus ducitur.

A. V. C. CDXXIX.

Noui Conſules aduerſus Gallos proficiſcuntur.

CAP. XLVI.

Prodigia [illegible] *Bellum* [illegible]

[illegible] ad [illegible] ob [illegible] & [illegible] *se* [illegible] *esse* [illegible] *p* [illegible] sed nobis P. Valerij [illegible] Consules è longinquis regionibus [illegible] statim impedit ad comitia occurrere [illegible] Dictator creatus est L. Cæcilius L. F. C. N. Metellus [illegible] M. [illegible] M. N. [illegible] magistrum equitum dixit. [illegible] factique C. Flaminius C. F. L. N. P. Furius SP. F. M. N. Philus. [illegible]

A. V. C. DXX

Padum [illegible] *Gallis* [illegible]

Romanorum, vt existimo, Padum transmisere cum exercitu [illegible] Furius Philus [illegible] Padi committitur, in regionem Insubrum [illegible] facta. Multo labore neque nullo sanguine hæc [illegible] & in transitu fluminis, & dum castra ponuntur, [illegible] hostes Romanorum haud paucos occiderunt. Ex [illegible]

CAP. XLVII.

Prodigia varia.

ortam sollicitudinem inter ea naxere prodigia, quod *in* [illegible] *manasse sanguine, in Etruria cælum ardere visum, Arimini* [illegible] *tresque lunas eodem tempore apparuisse* nunciabatur & quod Romæ [illegible] vultur per dies complures sederat. nam sub idem forte tempus [illegible] motu terræ concussa, & collapsus Rhodi colossus nihil tum ad rem Romanam pertinere credebantur. Ceterorum caussa consulti augures *Consules vitio creatos videri* responderunt, sequutæque sunt Senatus ad eos literæ, quibus in Vrbem reuocabantur. Illi inter hæc per [illegible] cias Insubrum agro excesserant, deinde in Cenomanorum finibus [illegible] tum adscitis auxiliis, iterum campos Alpibus subiacentes infestare [illegible] perant.

Insubres Roma- [illegible]

permotique ita Insubres, etiam aurea signis ex æde Mineruæ [illegible] prompsere, quæ *immobilia* vocabantur, quod nisi ob extremam necessitatem moueri fas non esset, cum exercitu quinquaginta millium [illegible] rant, acie dimicaturi. Hoc ad tempus literæ Senatus venere. C. Flaminius

CAP. XLVIII.

siue coniectura earum argumentum adsequutus, siue literis amicorum præmonitus, Collegæ persuasit, *ne ante pugnam commissam aperirentur.* Sic obstinato ad dimicandum animo, de auxiliis Gallorum deliberabant *ne forte neglecta caussam nocendi haberent. adhibita,* [illegible]

Consilium [illegible] *auxi-* [illegible]

leuitas enim gentis timebatur, præsertim aduersus cognatum [illegible] suscipiendo prœlio. tandem hoc consilium placuit. Gallos [illegible] rem ripam miserunt: deinde ruperunt pontes. Ita neque [illegible] Romanis poterat, & copia fugæ penitus ablata, omnia [illegible] habiturus. Post acre prœlium, victoria Romanis cessit [illegible] norum laude, quam Consulum. Nam C. Flaminius [illegible] minis admouerat, vt nihil ad receptum cohortium relinqueret [illegible]

Romani vin- *cunt.*

haud dubie totum exercitum perditurus, ſi vrgentibus hoſtibus vel minimum recedere coactus fuiſſet. Tribuni vero, prioribus prœliis experti, Gallicam vim omnem in primo impetu eſſe, hunc acerrimum, ſed breuem ſi quis ſuſtinuiſſet, nihil poſtea metuendum habere: primis ordinibus haſtas triariorum diuidunt, quibus hoſtium excipiant ictus, deinde abiectis his gladium ſtringant. Vbi ventum ad certamen eſt, haſtarum obiectu Gallici gladii ſtatim ad primum ictum hebetati curuatique ſunt: quos illi nec dirigere ſtudent, ſuggreſſus ſtricto mucrone Romanus omnem armorum vſum iis ademit. Nam & hoc habent enſes Gallici, quia cæſim tantummodo iis pugnari poteſt, vt ad feriendum aliquantum requirant ſpatii, quod ſi quis abſtulerit, omnino fiunt inutiles. Romani vero etiam punctim ferire ex minimo interuallo poterant, eoque modo ad corpus hoſtis appreſſi faciem eius atque pectus impune cædebant. Interfecta dicuntur millia Gallorum nouem: quaſi duplum eius numeri captum eſſe. Poſt victoriam ager hoſtium longe lateque vaſtatus eſt, multumque prædæ partum. Tum demum literas Senatus legi placuit: quibus quum pariturus P. Philus eſſet, C. Flaminius *inuidiam hanc patrum eſſe* teſtatus, *nullo auſpiciorum vitio, cuius rei nullum argumentum certius ipſa illa quam obtinuiſſent victoria adduci poſſet*, negauit *ſe niſi finito vel bello, vel magiſtratus tempore deceſſurum eſſe*. Quin etiam addidit *effecturum, vt populus Romanus auguriorum aliarumque talium rerum inepta obſeruatione falli deſinat*. Ceterum in ſententia perſiſtente P. Furio, Flaminianus exercitus, metuens vt digreſſo illo ſatis in hoſtili regione tutus eſſet, exorauit eum, vt per dies aliquot remaneret, nihil tamen rerum poſtea gerere voluit: C. Flaminio interim caſtella quædam, vrbemque non incelebrem illis gentibus recipiente, conceſſaque militi præda ad inſtans cum Senatu certamen ſibi conciliante animos. Tanta enim exorta fuerat in Vrbe indignatio, vt redeuntibus Conſulibus neque obuiam ex more iretur, triumphusque non C. Flaminio modo, ſed in eius odium etiam P. Philo negaretur. Ad extremum C. Flaminii magnus apud plebem fauor vicit: isque triumphans Vrbem ingreſſus eſt, A. D. VI. Idus Martias. Multa in eo triumpho tranſlata ſunt ſpolia, magna vis armorum: torques itidem aurei permulti, ex quibus tropæum Ioui C. Flaminius in Capitolio poſuit, inuerſo Gallorum voto, qui *de ſpoliis Romanorum Marti ſuo torquem* promiſerant. Alter mox Conſul de Gallis & Liguribus triumphum egit A. D. IV. Idus Martias. Sic magis accenſa quam victa Senatus odia non quieuere, donec Conſules ſtatim ſecundum triumphum abdicare ſunt coacti. Pa-

CAP. XLIX. *Enſes Gallici inepti.*

C. Flaminii pertinacia aduerſus ſenatum.

CAP. L. *Collega eius P. Furio parcere incipiente.*

Conſules inuito ſenatu triumphant.

CAP. LI. *Dodecadi...* [illegible]

cti. Pari seueritate sub idem fere tempus viri clarissimi duo sacerdotio honore caruerunt: M. Cornelius Cethegus extis non rite porrectis: Q. Sulpicius quod inter sacrificandum apex ei de capite defluxerat. Quum magistratu Consules abiissent, comitia per interregem sunt habita, quibus Consul factus M. Claudius M.F. M.N. Marcellus, qui magistratu inito collegam adsciuit Cn. Cornelium L.F. L.N. Scipionem Caluum. Hi pacem petentibus Insubribus restitere, M. Marcello potissimum cupiditate prouinciæ triumphique conditiones omnes aspernante: sed & ipsi Galli belli potius quam otii consilia tractare videbantur, quum de integro mercede conducta Gæsatarum triginta millia superatis Alpibus longe maiorem Insubrium multitudinem conciuissent. Bello sic exorto, profecti primo vere Consules, Acerras (oppidum est inter Padum & Alpes) circumsederunt. Cuius obsidione quum depellere Romanos difficile videretur; Britomarus adsumpta decem millium Gæsatarum manu, Circumpadanam regionem vastare instituit. quo comperto Consules ita inter se partiti sunt copias, vt Cn. Cornelius cum exercitu reliquo vrgeret obsidionem: M. Marcellus duas partes equitum & delectos ex leui armatura ducens, sociis succurreret. Delegit expeditissimum quemque, non vltra sexcentos: cum his & equitibus suis non die non nocte intermisso itinere contendit ad hostes. quos circa Clastidium adeptus, priusquam reficere suos quiete posset, adortus est, non voluntate sua, sed ferocia Gæsatarum, qui numero potiores & equestris militiæ principatum sibi vindicantes, audito paucos adduci pedites à Consule, protinus ad obterendum eum, omissa Clastidii obsidione, proruperunt. M. Marcellus acie in longum porrecta, ne circumueniretur ab hostium multitudine, Gallis processit obuiam: neque longe aberant inuicem acies, quum iam impetum facere molientem equus clamore cantuque Gallorum exterritus abripuit, & retrorsum tulit. Ibi Consul veritus ne in omen tractus ille casus animum suis minueret, equum circumagendo Solem adorauit, tanquam ea de caussa conuertisset: ex veteri more, quo deos adoraturi se circumagebant. Ferunt eum ante primum congressum, *pulcherrima hostilium armorum Ioui Feretrio* vouisse, mox conspecto Britomaro, qui suorum agmen præcedebat arma ferens auro argentoque & coloribus eximie perornata, hæc indicauisse arma esse debere, quæ vouisset. Iam ipse quoque Rex viso Romanorum duce, prouectus longe ante suos, voce & gestu eum ad pugnam prouocabat: Neque cunctatus M. Marcellus, perfosso Regis thorace, vulnerauit eum hasta, & equi adacti impetu deiectum humi, semel iterumque repetitis ictibus occidit.

A. V. C. DXXXI.

Insubribus pax negatur.

CAP. LII.

Marcelli pugna cum Gallis ad Clastidium.

CAP. LIII.

Marcelli votū, & opima spolia.

Tum

Tum deſiliens ex equo, manibuſque arma tenens ſuſpexit in cœlum, *Iupiter, inquiens, Feretri, qui fortium ducum in prœliis facta præclara adſpicis, en ego te teſte tertius Romanorum, cæſo hoſtium Imperatore Imperator, opima tibi ſpolia conſecro. Tu vero ad reliqua etiam belli res noſtras proſpera fortuna pergere ſinito.* Repetente poſt hæc equum M. Marcello, totis viribus confligi ceptum, fortiſſime pugnantibus Romanis, quos Conſulis audacia & fortuna non minus ardore pugnandi, quam ſpe victoriæ impleuerat. Itaque non eques Gallus, non pedes, quamquam & ille ſuis ſubſidio venerat, ſuſtinere vim tantam potuit: raroque exemplo pauciſſimi de numeroſo exercitu pulcerrimam victoriam retulere. Lectis deinde ſpoliis ad collegam reuertit Conſul, qui Acerris occupatis, vbi magnam annonæ copiam reperit, circa Mediolanum caput Inſubrium Gallorum aduerſus hoſtes ægre ſe tutabatur; nam illi validiſſimæ frequentiſſimæque vrbis obſidione implicatum, viciſſim quaſi obſidebant. Sed aduentu M. Marcelli cito commutatus eſt rerum ſtatus. Nam & Gæſatæ audito Regis fine diſceſſerunt: & ab his relicti Mediolanenſes defendere vrbem non potuere. Sic ingentibus Inſubrum copiis cæſis, captaque Mediolano, & ſubinde Como, ceteræ deinceps vrbes, & Inſubrum tota natio, pecunia & agrorum parte mulctati, de cetero ſatis æqua pace impetrata, in deditionem venere. M. Marcellus prouincia confecta celeberrimum triumphum de Gallis Inſubribus & Germanis duxit Kalendis Martiis. Hæc prima Germanorum in hiſtoria Romana mentio, qui ex transrhenanis gentibus mercede conducti Viridomaro duce in Italiã venerant. Ex his Galliſque captiui forma ſtaturaque corporis ingentis, currum victoris inter ſpolia maximi precii antecedebant. Sequebatur ipſe Conſul rariſſimo ſpectaculo cæſi ducis arma Ioui Feretrio ferens, quem proſequutus à tergo exercitus ſplendidis ornatus armis, militari acclamatione cantuque celebrabat. Hoc ordine quum ad ædem Feretrii peruentum eſſet, deſcendens curru M. Marcellus, opima ſpolia poſt Romulum Regem & A. Cornelium Coſſum tertius, neque poſt illum alius ſuſpendit. Hæc arma populus Romanus maiori cum voluptate ſpectauit, quod Romanorum militum arma hoſtes Vulcano vouiſſe dicebantur: Tantaque victoriæ eius lætitia fuit, vt Senatus populuſque Romanus ex manubiis donum Apollini Delphico cratera aureum, & circum amicas ſociaſque ciuitates arma de ſpoliis Gallicis mitteret: ad Hieronem Syracuſanum præter ſpolia, miſſum etiam frumenti precium eſt, quo inter bella Gallica rem Romanam iuuerat. Noui deinceps hoſtes Iſtri exorti, qui piratico ſcelere maria infeſtantes, Romanorum aliquot

CAP. LIV.

Victoria Romanorum.

Inſubres in deditionem veniunt.

CAP. LV.

M. Marcelli triumphus celeberrimus.

[illegible] manubiis miſſa.

CAP. LVI.

Iſtricum bellum.

A. V. C. DXXXII. naues frumentarias diripuerant. Aduersus hos ambo Consules, P. Cornelius, M. Minucius Rufus missi, multos populos vi aut deditione subegerunt. Triumphatum tamen ab his non reperio, credo quia multo etiam Romano sanguine victoria constiterat. Hoc anno infaustum multis gentibus vrbibusque sidus in Hispania exortum est Hasdrubalis successor Hannibal, de cuius initiis gestisque multa deinceps maiori spiritu dicenda erunt. A. V. C. DXXXIII. Interea noui Consules L. Veturius C. Lutatius cum exercitu ad Alpes progressi sunt. sed conditionibus magis, quam armis vsi, multos eorum locorum populos voluntate ipsorum ad amicitiam Romanam adduxerunt. Bellum hoc tempore cum Illyriis instauratum est improbitate Demetrii Pharii, *Bellum Illyricū.* aduersus quem sub amicitiæ Romanæ prætextu vicinas ciuitates arbitrio suo vexantem, omnibus ex partibus querelæ venerunt. Nam fretus potentia, quam à Teuta deficienti Romani circumdederant, tutelaque Regis Pinnei, cuius matrem Triteutam connubio sibi iunxerat, Regem & ipse se ferens, popularibus iuxta, finitimisque grauis & intolerandus incumbebat. CAP. LVII. *Demetrii Pharii causa & gesta.* Et Illyrici quidem populos, Romanorum socios & amicos suæ dominationi studebat subiicere: Cycladas autem insulas, contra fœdus cum lembis armatis quinquaginta vltra Lissum prouectus, alias depopulabatur, ab aliis extorquebat pecunias: Iamque & Istrorum partem, quotquot à recenti bello Romanos oderant, & Atintanes vi coactos in partes suas traxerat. Neque Romanos reuerebatur, quibus Gallico bello implicitis, deinde Punicum metuentibus, neque vires neque otium ad vindicandas sociorum iniurias fore censebat: & à Philippo Macedonum Rege quidlibet sperabat, quod *Amicitia Demetrii cū Macedone Philippo.* bello Cleomenico dux Illyricorum auxiliorum Macedonicas opes adiuuisset. Igitur decretum aduersus eum bellum est, apparatusque facti. CAP. LIX. *Censuum censi numerus.* Lustrum interea tertium & quadragesimum L. Aimilius, C. Flaminius Censores condiderunt. Censa sunt ciuium capita ducenta septuaginta millia ducenta tredecim. Libertinorum promiscua multitudo per omnes tribus sparsa, multum hactenus turbarum dederat: eam imitatione Q. Fabii Maximi Censores in quatuor tribus, Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinamque redegerunt. C. Flaminius in eadem Censura viam Ariminum vsque muniuit, & Circum exstruxit. vtrique operi nomen ab auctore est impositum. Circusque Flaminius, & via Flaminia vocata. *L. Metilia de fullonibus.* Iidem Censores L. Metiliam de fullonibus ad populum ferendam dedere: ne minorum quidem rerum curam tanti magistratus fastigium dedecere rati. A. V. C. DXXXIV. Per idem tempus Illyriorum rebellio Senatum mouit, vt M. Liuio M. F. M. N. Salinatori, L. Aimilio M. F. Paullo Consulibus

Digitized by Google

prouinciam illam mandaret. Contra Demetrius bellum & ipse haud segniter comparare instituit, valido præsidio Dimalum misso, prouisis-que omnibus, quorum ad longam sustinendam obsidionem vsus est. Quibusdam locis interficiendos curauit principes, de quorum fide dubitabat, aliisque sibi addictis regimen vrbium tradidit. ex omni vero regno delectum robur, sex millia virorum, secum ad præsidium Phari retinuit. Dum hæc aguntur L. Paulus Consul primo vere profectus, in Illyricum venit: intellectoque magnam esse hostibus spem in munitionibus Dimali, quem locum inexpugnabilem putabant; ratus plurimum inde terroris oriturum, si hunc expugnasset, tanta sua militumque alacritate est aggressus, vt septimo quam oppugnare cepta esset die, vi caperetur. Neque falsus fuit animo Consul, sparsaque per vicinam regionem fama confestim ex omnibus vrbibus oratores venere, se suaque omnia Romanis dedituri. Quibus in fidem receptis Pharum insulam, vbi Demetrii regia erat, petiit. Quam vbi copiarum omni genere refertam, fortissimorumque virorum præsidio, tum situ operibusque, adhæc præsentia tyranni munitam esse didicisset; moram obsidionis veritus astum excogitauit accelerandæ victoriæ non inutilem. Partem enim maiorem exercitus, noctu traiectis copiis, in syluosis quibusdam callibus occuluit: ipse cum nauibus viginti luce clara proximum vrbi portum petens, elicuit Pharios, inter quos ipse Demetrius ad prohibendam hostium exscensionem adcucurrit. Conserto certamine plures subinde, vt fit, suis auxilio venientes, ad extremum omni fere præsidio militarium virorum vrbem nudavere. Interea Romani qui noctu exscenderant, itinere per tecta loca facto collem inter oppidum portumque [illegible] fere spatio situm occupauere: quo facto iis qui vrbe fuerant egressi, reditus ad eam occludebatur. Demetrius animaduerso quid fieret, consilium cepit, et in tam ancipiti periculo, non spernendum. Omisso enim præsenti certamine, reuocatisque suis, *Viri fortes*, inquit, *apparet virtutem nostram hostibus formidabilem esse, nam ad dolos conuersi fatentur se viribus armisque diffidere. Furtu noctu vsi hanc in terram inrepsere, vnde, si bene vos noui, redemtabunt nihil nisi quod corporibus tegent, anima emptum. Vos modo Pharii mei, vosque omni ex Illyrico delecta iuuentus, vel patriæ, vel gloriæ vestræ memores, ostendite Romanis, neque sua fortitudinis, neque nostræ imbecillitatis fuisse, quod semel de Illyriis Romæ triumphatum est. Non Fuluius eo tempore aut Posthumius Illyrios consiliis & armis, sed impotentia, sed temeritate sua Teuta vicit. Neque ignoratis, vt de aliis taceam, non ita procliuem illis futuram fuisse victoriam, si me defensorem potius quam inimicum habere Teuta maluisset. Verum*

CAP. LIX.

L. Æmilius in Illyricum venit.

Dimalum expugnat.

CAP. LX.

L. Æmilii strategema ad Pharum.

Pharii urbe exclusi.

CAP. LXI.

Demetrii consilium captum.

rum enimuero, & quia vobis praeclare confido, & quia facta p tempus postulat, abrumpo. Habetis animos, habetis arma, vid quae timidissimum quemque posset acuere, vobis pariter vrbiqu mum imminet, nisi virtute vestra discusseritis. Eamus igitu iuuante istos è latibulis suis paulo ante progressos petamus, seco scensionem faciunt. nam illos si ceciderimus, hi maiori cum f tent, quam reliquerunt.

CAP. LXII. *Pugna Illyriorū cum Romanis.*

Ita suos pro tempore cohortatu dinibus ad eos inuadendos qui collem tenebant, du non segnius congressi sustinuerunt hostem, donec adue scensionem interea fecerant. & à tergo eum adorti, ma re detrimentoque disiecere. Paucos in oppidum rett passim per inuios calles dilapsi.

Demetrius ad Philippum profugit.

Demetrius, qui soli cis paratos lembos in omnem casum habebat, vno so ad Philippum Macedoniae Regem profugit, cuius ceptus, mores adolescentis antea laudatos adulatione filiis corrupit, bellique Romani & multarum praete suasor & auctor ei exstitit. Post hanc pugnam Pha pta, iussuque Imperatoris direpta & diruta est. I bus ex sententia ordinatis, ad triumphum petendum te, Consul Romam rediit.

CAP. LXIII. *Polybii auctoritas, & dissensus aliorum scriptorum.*

In huius quoque belli nar sequi malui, non ignarus apud alios auctores ambobu perfecti gloriam communiter tribui, qui euocatum a quia non parebat, adgressi primum in Issa Insula, quib cerint: deinde Pharo proditione capta, Demetrium exp fine quoque dissentanea Polybio tradunt, istis & anni quae aliud in tempus egressa praetermitto.

Illyriorum Regi Pinneo pax data.

Ceterum Pinnei gratiam, quem innocentem aetate & proposit pepercit Senatus, foedusque cum eo, adiectis tamen c busdam, renouauit. Interea L. Aemilius Consul splendidissimum de his populis triumphum duxit: sed M. Liuium ex eo bello triumphasse reperio. plures tamen scriptores hunc praetereunt: credo quod maiores L. Paulli res fuerunt, quibus collegae famam gloriamque potuerit obscurare. sed nobilius eiusdem M. Liuii paulo post iudicium & condemnatio fuit. Per inuidiam ipse ac L. Paullus accusati, quod praedam militibus non aequaliter diuisissent, quodque ex ea multa auertissent, iudicium populi subiuerunt. L. Paullus ambustus vix euasit. M. Liuium omnes tribus excepta Maecia damnauerunt.

CAP. LXIV. *M. Liuius Vrbem relinquit.*

Isque contumeliam istam tam indigne tulit, vt Vrbe relicta, coetus omnes fugeret, donec eum ad instituta

vitae

Digitized by Google

vitæ prioris resumenda Reipublicæ tempora retraxere. Sed hæc in P. Cornelii Scipionis, Tib. Sempronii Longi Consulatum inciderunt. Anno autem, quo M. Liuius & L. Paullus adhuc Consules erant, Archagathus quidam Lysaniæ filius ex Peloponneso Romam venit, qui medicinam professus, iure Quiritium donatus est, eique taberna in compito Acilio emta publice. res ad memoriam minime celebris, nisi tum primum artis medicæ nomen auditum Romæ agnitumque esset, hactenus ad sanitatem tuendam sufficiente temperantia & inemptis remediis. Eisdem Consulibus coloniæ deductæ sunt in agro Gallico Placentia & Cremona, non postrema caussa irarum, quibus commoti Boii Insubresque respicere Annibalem cepere, qui tum Saguntinam vrbem summis viribus oppugnans, per ruinas eius iter ad Romana bella muniebat. sed hi ceterique motus, qui magno numero neque minori mole continuo ingruerunt, ab altiore paulo principio sunt repetendi.

Artis medicæ initium Romæ.

Aa *I. FREINS-*

Digitized by Google

rum enimuero, & quia vobis praeclare confido, & quia facta potius quam verba tempus postulat, abrumpo. Habetis animos, habetis arma, videtis necessitatem, quae timidissimum quemque posset acuere, vobis pariter vbique discrimen extremum imminet, nisi virtute vestra discusseritis. Eamus igitur, & fortuna bene iuuante istos è latibulis suis paulo ante progressos petamus, securi de his, qui exscensionem faciunt. nam illos si ceciderimus, hi maiori cum studio naues repetent, quam reliquerunt. Ita suos pro tempore cohortatus, instructis ordinibus ad eos inuadendos qui collem tenebant, ducit. qui & ipsi non segnius congressi sustinuerunt hostem, donec aduenientes qui exscensionem interea fecerant. & à tergo eum adorti, magno cum terrore detrimentoque disiecere. Paucos in oppidum retulit fuga; ceteri passim per inuios calles dilapsi. Demetrius, qui solis quibusdam locis paratos lembos in omnem casum habebat, vno eorum conscenso ad Philippum Macedoniae Regem profugit, cuius in amicitiam receptus, mores adolescentis antea laudatos adulatione & tyrannicis consiliis corrupit, bellique Romani & multarum praeterea calamitatum, suasor & auctor ei exstitit. Post hanc pugnam Pharus ex itinere capta, iussuque Imperatoris direpta & diruta est. Illyrici deinde rebus ex sententia ordinatis, ad triumphum petendum, adfecta iam aestate, Consul Romam rediit. In huius quoque belli narratione Polybium sequi malui, non ignarus apud alios auctores ambobus Consulibus eius perfecti gloriam communiter tribui, qui euocatum ad se Demetrium, quia non parebat, adgressi primum in Issa Insula, quibus dixi artibus vicerint; deinde Pharo proditione capta, Demetrium expulerint. de cuius fine quoque dissentanea Polybio tradunt, istis & annis & locis proximo, quae aliud in tempus egressa praetermitto. Ceterum Illyriis in Regis Pinnei gratiam, quem innocentem aetate & proposito fuisse constabat, pepercit Senatus, foedusque cum eo, adiectis tamen conditionibus quibusdam, renouauit. Interea L. Aimilius Consul splendidissimum de his populis triumphum duxit: sed M. Liuium ex eo bello triumphasse reperio. plures tamen scriptores hunc praetereunt: credo quod maiores L. Paulli res fuerunt, quibus collegae famam gloriamque potuerit obscurare. sed nobilius eiusdem M. Liuii paulo post iudicium & condemnatio fuit. Per inuidiam ipse ac L. Paullus accusati, quod praedam militibus non aequaliter diuisissent, quodque ex ea multa auertissent, iudicium populi subiuerunt. L. Paullus ambustus vix euasit. M. Liuium omnes tribus excepta Maecia damnauerunt. Isque contumeliam istam tam indigne tulit, vt Vrbe relicta, coetus omnes fugeret, donec eum ad instituta

vitae

Margin notes:

CAP. LXII. *Pugna Illyriorum cum Romanis.*

Demetrius ad Philippum profugit.

CAP. LXIII. *Polybii auctoritas, & dissensus aliorum scriptorum.*

Illyriorum Regi Pinneo pax data.

CAP. LXIV. *M. Liuius Vrbem relinquit.*

vitæ prioris resumenda Reipublicæ tempora retraxere. Sed hæc in P. Cornelii Scipionis, Tib. Sempronii Longi Consulatum inciderunt. Anno autem, quo M. Liuius & L. Paullus adhuc Consules erant, Archagathus quidam Lysaniæ filius ex Peloponneso Romam venit, qui medicinam professus, iure Quiritium donatus est, eique taberna in compito Acilio emta publice. res ad memoriam minime celebris, nisi tum primum artis medicæ nomen auditum Romæ agnitumque esset, hactenus ad sanitatem tuendam sufficiente temperantia & inemptis remediis. Artis medicæ initium Romæ. Eisdem Consulibus coloniæ deductæ sunt in agro Gallico Placentia & Cremona, non postrema caussa irarum, quibus commoti Boii Insubresque respicere Annibalem cepere, qui tum Saguntinam vrbem summis viribus oppugnans, per ruinas eius iter ad Romana bella muniebat. sed hi ceterique motus, qui magno numero neque minori mole continuo ingruerunt, ab altiore paulo principio sunt repetendi.

Digitized by Google

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER VNDECIMVS.

In locum lib. XLVI. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XLVI. Liuiani.

Eumenes Rex Romam venit: qui, quia Macedonico bello se medium egerat, ne aut hostis iudicatus videretur, si exclusus esset, aut liberatus crimine, si admitteretur; in commune lex lata est, ne cui regi Romam venire liceret. Claudius Marcellus consul Alpinos Gallos, C. Sulpicius Gallus consul Ligures subegit. Legati Prusiæ regis conquesti sunt de Eumene, quod fines suos depopularetur: dixeruntque eum conspirasse cum Antiocho contra populum Romanum. Societas cum deprecantibus Rhodiis iuncta est. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita trecenta viginti septem millia viginti duo. Princeps senatus lectus M. Æmilius Lepidus. Ptolemæus Ægyptiorum rex, à minore fratre è regno pulsus, missis ad eum legatis, restitutus est. Ariarathe Cappadociæ rege mortuo, filius eius Ariarathes accepit regnum: & amicitiam per legatos cum populo Romano renouauit. Res præterea aduersus Ligures, Corsos, & Lusitanos, vario euentu gestas, & motus Syriæ, mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat, continet. Hunc Antiochum puerum cum Lysia tutore eius Demetrius, Seleuci filius, qui Romam obses missus fuerat, clam, quia minime dimittebatur à Romanis, interemit: & ipse in regnum receptus. L. Æmilius Paullus, qui Perseum vicerat, mortuus, cuius tanta abstinentia fuit, vt quum ex Hispania & Macedonia maximas opes retulisset, vix ex auctione bonorum eius redactum sit, vnde dos vxori eius redderetur. Pomptinæ paludes à Cornelio Cethego consule, cui ea prouincia euenerat, siccatæ, agerque ex iis factus.

A. V. C. DLXXXVII

AFflicta Macedonum regia, totque nobiles prouinciæ imperio adiectæ, quum potentiam Romanam omnibus iam regibus nationibusque formidabilem effecissent; nullum ferme regnum, nulla respublica fuit, quin mittendis Romam legatis victori gentium populo adularetur. Acuerat præterea diligentiam quorundam non iniustus terror, ne pœnæ reposceren-

scerentur parum ex fide cultæ societatis. Ista maxime caussa mouit Eumenem Asiæ regem, vt in Italiam nauigaret. Comperto Regis consilio dubitauere Patres, quonam modo excipi venientem verum esset. Quippe quum proximo bello Macedonico, neque satis pro amico, neque pro hoste se gessisset, hærebant, ne aut repulsus condemnari isto crimine, aut admissus liberari videretur. Nam & absoluere pigebat haudquaquã illibatæ fidei virum: & pudebat bello petere, quem ipsi paulo ante principem amicorum, vt aliis ad colendam amicitiam Romanam exemplum esset, opibus & honoribus ambitiose auxerant. Tandem ea via placuit, qua animi viresque Regis frangerentur; nec in illum tamen nominatim aliquid constitueretur. Igitur in commune lata lex est, *ne cui Regi Romam venire liceret*. Eius exemplum missus à Senatu Quæstor Eumeni, qui iam Brundisium appulerat, attulit: simul denunciato, *si quid ei à populo Romano opus esset, vti ederet; quod si nihil esset opus, quamprimum excederet Italia*. Breue responsum Eumenis fuit, & quale in animo regio metus & ira pepererant, *nulla sibi re opus esse*. Submoto sic Eumene, senatus aliarum gentium ciuitatumque legatis operam dedit, qui gratulandi caussa cum muneribus venerant. Ii perhumaniter auditi dimissique sunt, impetratis ferme quæ postulauerant. Sed Atheniensium legatio, neque moribus ciuitatis, ad quam mittebatur, neque famæ eius quæ mittebat, satis conuenire visa est. *Pro Haliartiis quorum vrbem C. Lucretius Prætor bello Persei deleuerat*, nequidquam deprecata; prolatis aliis mandatis repente vertit sermonem, & *agros* miserorum quos precibus suis iuuare instituerant, *populo Atheniensi* petiuerunt. Minore indignatione acceptum est, quod *Delon & Lemnum insulas restitui sibi* postulauere: nam eas & olim obtinuerant. itaque tunc quoque reddi senatus iussit. Sub idem tempus Theætetus Rhodiorum legatus apud Patres verba *de Societate* fecit. Sed quum res in curia traheretur, ille mœrore & annis oppressus, erat enim octogenario maior, diem suum obiit. Superuenere deinde Cauniorum & Stratonicensium exsules, *vrbesque suas contra quam senatui placuisset, Rhodiorum præsidiis teneri* questi, nouum impetrauere Senatus consultum, quo *vrbibus istis excedere Rhodii iubebantur*. Erant adhuc in Vrbe Philophron & Astymedes: quos quum cepisset metus, ne ciuitatis suæ contumacia Romanorum iram asperaret, validiores parendi auctores futuri, si cœtibus publicis interessent, continuo in patriam sunt profecti. Mouit repræsentatio discriminis Rhodios, vt non modo statim deducenda curarent præsidia; sed etiam *legationem decernerent Romam, quæ de societate coniungenda omni ope contenderet*. Aristoteles legationis eius caput erat. is quum adulta iam æstate in Vrbem

Eumenes in Italiam nauigat.

CAP. II.

Excedere Italia iubetur.

CAP. III.

Atheniensiũ legatio.

CAP. IV.

Rhodiorum legatio.

Eorumdem alia legatio.

peruenisset, *obsequium Rhodiorum & promptam ad parendum etiam duris imperiis voluntatem* exposuit. deinde *de societate ineunda* multa verba fecit, vario sermone vsus ad expugnandos iratorum animos. At Patres ad extremum amicitiæ neutram in partem facta mentione, responderunt: *vt societas in præsentia Rhodiis daretur, ex dignitate populi Romani non videri.* Ludos interea Megalenses M. Fuluius, M. Acilius Glabrio Ædiles Curules ediderunt. Consulibus nullo vsquam maiore bello, Inalpini Galli & Ligures prouinciæ fuere. ex vtraq; gente triumphatum: quũ Cl. Marcellus Gallos, C. Sulpicius Ligures subegisset. Consularibus deinde Comitiis tanta candidatorum ambitio fuit, vt conuocato in Capitolium senatu opus esset. Eo se miluus auis intulit, raptamque de cella Iouis mustelam in medium consessum misit. Id prodigium solitis sacrificiis, & lustratione vrbis procuratum est. Plura mox sequens annus attulit, quum T. Manlius A.F. T.N. Torquatus, Cn. Octauius Cn.F. Cn.N. consulatum iniuissent. Nam & pestilentia sic in Vrbe laboratum est, vt ex Sibullinis libris populus circum compita & sacella operatus sederit: & in æde Penatium noctu sua sponte fores patuerunt, lupi quoque in Esquiliis & colle Quirinali media luce conspecti, persequentibus eos qui viderant, fugerunt. Vrbe iterum lustrata domi forisque tranquillæ res fuerunt. Ludis Magnis pugilum & funambulorum spectacula in scenam Sex. Iulius Cæsar, Cn. Cornelius Dolabella ædiles curules introduxere.

CAP. V.

Consularium comitiorum ambitio.

A. V. C. DLXXXIIX.

Prodigia.

CAP. VI.

Gallogræcorum legatio.

Hic quoque annus memorabilior legationibus quam rebus bello gestis fuit. Venere Gallogræcorum in Vrbem legati, magna spe, fore vt suspectus Eumenes, & tantum non pro hoste habitus gratiorem apud Romanos petitionem suam faceret. Bellum enim habebant cum Eumene, præter solita hostibus, peculiari quadam feritate gentis exitiabile, quod ex captiuis ætate & forma præcipuum quemque victimarum in morem ornatos diis suis immolauerant, cetera omni turba, quamquam multi olim noti amicique in ea essent, telis obruta. Concessum his est ab senatu *vt legibus suis vterentur*: iussi tamen sunt *domi se continere, neque cum armis fines suos egredi.* Haud æque propitiis auribus, licet iustiore in desiderio, Achæorum est audita legatio. Populus iste vnus ea tempestate per Græciam erat, cui ad res nouandas neque animus si ferret occasio, neque vires deesse viderentur. Igitur has accidere quærentibus Callicrates & Andronidas aperuere viam, *plerosq; primores Achæorum, quasi cum Perseo sensissent*, criminati. Ex quibus Xenon, qui & ipse per ea tempora exercitum duxerat, quum innocentiæ conscientia exclamasset, *se vel in ipso Senatu caussam suam defensurum esse*: dedit occasionem legato

CAP. VII.

Achæorum legatio.

Roma-

Romano qui tum aderat, vt *mitti Romam omnes, qui ab accusatoribus nominati fuerant*, imperaret. Duris & insolentibus mandatis (neque enim aut Philippus olim, aut filius eius Alexander, quum rerum potirentur, tam acerba iusserant) Achæi deteriorum metu paruere. missis in Vrbem principibus gentis, & quotquot aliorum per tempora Macedonici belli in imperiis aut curationibus alicuius momenti fuerant, circiter mille. Hos Romani, tamquam à suis iudicatos, circum municipia coloniasque Italiæ custodiendos dimiserunt. Ergo repetitis legationibus, *vt caussa ciuium suorum cognosceretur, aut si credere innocentes Senatus, quam reperire mallet, patriæ redderentur*, Achæi orabant. Quod vbi frustra fiebat, vacuique in Peloponnesum legati reuertebantur, tanta omnium indignatio in Callicratem & ceteros eiusdem sectæ exarsit, vt non iam secretis odiis, sed plane confessa simultate ab omnibus incesserentur. eousque, vt etiam à pueris è Schola redeuntibus palam *proditores* appellarentur: neque in sacris Græcorum conuentibus quisquam eorum cum laude mentionem facere posset, quin sibilis & tumultu vix credendo exciperetur. estque tradita res non indigna memoratu, aliquando Sicyone quum inter Antigoniorum solennia balneis publice instructis Callicrates & Andronidas vsi fuissent; neminem in eadem solia postmodum voluisse descendere, nisi prius emissa priore aqua omni, nouaque infusa, veluti expiata & lustrata viderentur.

CAP. VIII. Eorum odium in Callicratem & alios Romanæ factionis.

CAP. IX.

Sed Achæi quum aliud auxilium præterquam in precibus nullum esset, & harum vim maxime in perseuerando positam crederent, denuo legationem decernunt, quam Eureas & cum Anaxidamo Satyrus obierunt. Ii sub idem ferme tempus venere Romam, quo inter complures minorum gentium legatos à Rhodiis Astymedes, & à Rege Prusia Python quidam accesserat. Hic introductus in Senatum Eumenis accusationem orsus est, *cuius incursionibus, fines Bithyniæ vastarentur, oppidis etiam aliquot ereptis occupatisque. neq; aliud magnopere Prusiam Eumeni displicere, quam quod amicitiam Romanorum cum fide retineret. idq; ex eo intelligi posse, quod cum Antiocho Syriæ Rege de bello Romano agitaret consilia; neque senatusconsultis haberet honorem, sed contra hac vexaret Gallogræciam, omnesque in vniuersum socios clientesque Romanorum: res autem suas vbiuis confirmando qui suæ factionis essent, stabiliret.* Non spernenda res senatui visa: ne tamen adhuc nudarent consilia sufficere creditum, si fauore suo Gallogræcorum sustinerent animos, illorumque libertatem, quantum citra manifestam Eumenis iniuriam fieri posset, tutarentur.

Prusiæ legatio Eumenem accusat.

CAP. X. Rhodii legati Oratio.

Post hos Astymedes Rhodius iterauit ciuitatis suæ preces: *satis eam magnas superbiæ temeritatisq; pœnas luisse, quin & grauiora delictis pertulisse supplicia. Nam & Lycia Cariaque decedere coacti sumus, quas regiones non sine* maxi-

maximis sumptibus, triumque bellorum laboribus & periculis, ciuitas nostra quæsiuerat. Nunc igitur vectigalibus istarum tributisque caremus, vnde nobis egregii nuper fructus, & opum publicarum accessiones magnæ certæq; uere. Quanquam de Lycia Cariaq;, si quis infensius vrgeat, forte minus licitum sit queri. Quod enim vestro munere possederamus, videri potest non inique nobis ademptum esse, offensionibus obortis, & ciuium nostrorum vecordia suspiciones & iram vestram prouocante. Sed Caunum certe ducentis talentis a Ptolemæo, sed Stratoniceam ab Antiocho & Ptolemæo in magni beneficii loco accepimus: vnde nobis annuus prouentus centum viginti talentorum vno decreto vestro periit: cui quidem obedire quamquam maximo cum reipublicæ nostræ detrimento coniuncta res erat, non distulimus. Quibus ex rebus effectum est, vt maiores pœnas Rhodii dederimus semel dubii amici, quam semper certi hostes Macedones. vt iam alias taceamus gentes, ne cui incolumitatem suam inuidere potius, quam velificari nostræ videamur.

CAP. XI. *Res Rhodiorum accisa.*

Et tamen præcipuum ciuitatis nostræ vulnus nondum attigi, quod ex emptione Deli, demptaq; populo de portu & publicis statuendi potestate, portorium, hoc est, Rhodiæ rei fundus & columen sic interiit, vt quod paulo ante quadragies H-S locari consueuerat, hodie vix in sexcenta millia nummum inueniat redemptorem. adeo Patres conscripti iugulum premit ira vestra, & ipsos quasi neruos incidit ciuitatis. Quod si meritos hæc vrgeret calamitas, non foret absonum, publico delicta consilio, publicis quoq; miseriis expiari: nunc autem, quando & paucorum iste furor fuit, & reorum omnium suppliciis à populo Rhodio expiatus: relinquitur, vt remotis à sensu malorum sontibus, indignatio vestra tantummodo aduersus innocentes desæuiat. Quod quia neque pro cetera mansuetudine vestra, neque pro gloria sæpius ignoscendo quam vindicando quæsita facere videmini; certa me spes tenet, fore, vt aliquando misericordiæ quam iræ meminisse malitis.

CAP. XII. *Rhodii publice innoxii.*

Ob amentiam paucorum iracundiam non iniustam contra Rhodios concepistis. quanto æquius fuerit venia prosequi sceleris innoxios, ob errorem supplices, & pœnitentia ac obsequiis admissa correcturos? Amisimus dignitatem, potentiam, vectigalia, etiam libertate, pro qua iam inde ab antiquissimis temporibus nihil non sustinuimus, haud parum imminuta. & tamen ferimus ista patimurque: modo sic tandem satisfactum sit iræ vestræ, Patres conscripti, ærumnæq; Rhodiorum vel in hac fortuna finem inueniant. id autem nullo pacto sperare audemus, nisi, quod toties orauimus, in amicitiam societatemq; populi Romani recipiamur. olim inuidiosa & suspecta multis potuit hæc esse postulatio, ne ad spes nimias præscriptione vestræ societatis abuti cogitaremus: nunc ad eam, velut ad asylum confugimus, nec vt alii timori simus, sed vt timere ipsi desinamus.

In amicitiam societatemq; recipi postulant.

CAP. XIII. Huic orationi, quum similis argumenti alia quædam adiecisset, imagine humilitatis, in quam ex tanto fastu subito deciderat clarissima ciuitas, mouit animos Patrum, vt socie-

societatem cum deprecantibus iungendam esse decernerent. Neque deerant qui reniterentur, *simulatam Rhodiorum pœnitentiam* arguentes; sed apud plures misericordia valuit, adiuta Tib. Gracchi testimonio, qui *senatusconsultis omnibus obtemperatum à Rhodiis fuisse* referebat, *condemnatosq. publico iudicio vniuersos qui populum à Romanis alienauerant*. Nam huius Gracchi, A. Manlio A. F. T. N. Torquato, Q. Cassio L. F. Q. N. Longino Coss. celebris legatio per Asiam fuit, quam missus ab Senatu ad res sociorum inspiciundas obiuerat. Caussa mittendi maxime fuit, vt coram cognosceret, quid Antiochus & Eumenes animi consiliique inuicem aut aduersus populum Romanum haberent. Honorificentissime ab vtroque Rege exceptum ferunt, nullo conspirationis inter eos certo indicio, beneuolum ipsis fauentemque reuertisse. Acerrimi viri diligentiam Eumenes prudentia eluserat, qua nemine tum Regum inferior fuit; vicinia potentiorum ad consilia sua solicite tegenda tam longa ætate exercitus. Antiocho loco sapientiæ temeritas fuit, qua omnibus in negotiis vsus, vix vllum animi sui certum firmumque vestigium sinebat animaduerti. Quum enim alii Reges potentiam diuitiasque suas pari solicitudine augerent tegerentque, gnari magnarum opum famam suspicionibus obnoxiam esse; hic quasi data opera produxit thesauros suos & ostentauit. Magnificentissimos enim ludos instruxit, ex vniuerso fere terrarum orbe per ambitiosa præmia coactis artificibus: quo tempore quidquid regiæ supellectilis, ceteræque opulentiæ, fuerat reconditum, id omne publice spectandum proposuit. Vix peracta hac solennitate superuenit Tib. Gracchus, quem omni comitate ac liberalitate sic obruit, vt animum Regis ob ereptam Ægyptum à populo Romano alienissimi nullo indicio posset depræhendere. Quum enim natura largitor animosus esset, tunc etiam studio honoris cultusque omnia argumenta sic intendit, vt toto eo tempore aliis in ædibus diuersaretur, quo vacuam legatis Romanis regiam relinqueret. Ea res, & quoniam paulo ante inter ludos animum vsque ad pudendas ineptias effusissima hilaritate laxauerat, Romano facile persuasit, nihil in tali mente magnæ seriæque cogitationis agitari. Ceterum, vt ad institutum redeamus, non eadem humanitate qua priores, Achaici oratores excepti sunt ab Senatu. Negabant illi *principes Achæorum tamquam damnatos, sed vti caussam dicerent, missos Romam fuisse. rogare igitur nunc quoque, vt ita fiat, si Patribus videatur. quod si isthoc nolint, at saltem remittant illos domum. spondere concilium Achaicum enixe daturum operam, ne indicium suum leuius quam pro cuiusq. me[ri]to fuisse dicatur.* Nihil impetratum. Literæ quin etiam ad principes Græcarum ciuitatum qui Romanæ factionis erant, & in Achaiam ad Callicratem missæ; *Neque ciuita-*

Tib. Gracchi legatio Asiatica.

A. V. C. LXXXIX.

CAP. XIV.

Is vt exceptus ab Eumene & Antiocho.

CAP. XV.

Achæorum legatio irrita.

Digitized by Google

uitatibus publice, neq; ipsis priuatim profuturum videri, si homines isti suam quoq; in patriam reuertantur. Hoc per Græciam vulgato responso, passim metus erat & trepidatio non eorum modo qui Macedonum rebus studuerant, sed omnium quibus erat patriæ charitas externa dominatione potior. At Charops & Callicrates & ceteri eiusdem consilii, quanto humiliores videbant alios redigi, tanto ipsi maiores spiritus sumebant.

CAP. XVI. *Perseus moritur.* Dum ista diuersis locis sic aguntur, Perseo, qui rerum istarum omnium caussa fuerat, dubium an voluntarius exitus calamitatis vitæque finem attulit. Post L. Æmilii triumphum in carcerem Albanum conditus, & inde eodem L. Æmilio, senatusque principe M. Lepido adiuuante exemptus, in libera custodia biennium extraxit. tum vero miserias certas, spem incertam reputans inedia sibi consciuit necem. quidam à custodibus, quos forte offenderat, somno prohibitum exspirasse tradiderunt. Defunctum publico funere in honorem pristinæ fortunæ senatus efferri iussit, misso ad hoc Quæstore Albam, vbi decesserat. Nec omittendum est in casu tanti modo Regis aliud fortunæ ludibrium, etiam ipsa, vt mihi videtur captiuitate ac morte miserabilius. Alexander solus liberorum patri superstes fabriles artes didicit, quibus se toleraret: deinde scriptum fecit, operamque eam Magistratibus Albanis locauit.

CAP. XVII. *Censura Paulli, & Philippi.* Hoc anno Romæ census actus est, lustrumque conditum. L. Æmilius Paullus, Q. Marcius Philippus condidere. Censa sunt ciuium capita trecenta triginta septem millia, quadringenta quinquaginta duo. Mitis ea censura fuit, moribusq; & mansuetudini Paulli conueniens. tres tantum Senatu moti: nemo ex insignibus. eadem in equitibus Romanis recensendis moderatio fuit. Principem Senatus, quem & antecedentes quidam censores, legere M. Aimilium Lepidum. operum quæ locauere, quod mireris, splendidiora nesciuntur: memoratur Horologium, quod diligentius ordinatum Q. Marcius in publico posuit, grato in Populum Romanum munere, quia vetus, quod ibidem centesimum ferme ante annum M. Valerius Messala statuerat, ad horas Romanas parum conueniebat. Publicauit idem & Concordiæ signum, quod deinceps in curia collocauit C. Cassius. At L. Aimilius Mineruam, Phidiæ præclarum opus, in æde Fortunæ posuit. Hoc primum anno in Italiam venisse morbum, qui carbunculus appellatur, in annalibus annotatum est.

CAP. XVIII. Comitia deinde consularia habente A. Manlio, nam collega eius Q. Cassius in magistratu decesserat, Tib. Sempronius P.F. Tib. N. Gracchus iterum, M. Iuuentius T.F. T.N. Thalna facti sunt.

A. V. C. DXC. Ii quum magistratum inissent, Tib. Gracchus Galliam, M. Iuuentius Corsos prouincias accepere. sed in Vrbe Ludi Megalenses à L. Cornelio Lentulo, L. Valerio Flacco,

Ædilibus Curulibus acti ſunt. In Corſis feliciter bellatum cauſſa fuiſſe putatur Conſuli, vt rariſſimo fati genere interiret. Quum enim ſacrificanti forte literæ Senatus adlatæ eſſent, quæ *ob res ab eo geſtas ſupplicationem decretam* nunciabant; eas attentiſſime legens ante foculum, ſubito concidit, extinctus, vt putatur, gaudio, cuius in tranſlatitia felicitate intemperiem anguſtus animus non ferebat. *Conſul Iuuentius præ lætitia moritur.* Circum hæc tempora, quum iam mirifice amplificata res Romana eſſet, motibus omnium ferme Regnorum ſe permiſcuit. quare deinceps domeſtica externaque geſta, ſicuti cauſſis euentibusque ſunt connexa, ſic etiam narratione coniungentur. **CAP. XIX.** Pruſias numquam æquus Eumeni, & iam apud Senatum criminationes aduerſus illum pronis auribus accipi doctus, non deſinebat intendere ſuſpiciones, etiam Gallogræcis & Selgenſibus aliisque per Aſiam populis ad idem faciundum excitatis. *Pruſias Eumenem criminatur.* Igitur Eumenes, quoniam ipſe Roma excludebatur, fratres Attalum & Athenæum miſit, querelis omnium reſponſuros. Quod illi quum haud incommode perfeciſſe viderentur, magnis honoribus donisque adfecti diſceſſere. Neque tamen omnis cura deceſſit Patribus, numquam ſatis credito, *conſpirationis aduerſus Populum Romanum cum Antiocho inita vanam delationem fuiſſe*. Placuit igitur *C. Sulpicium Gallum, M. Sergium ſpecie legationis ad conſilia Regum exploranda proficiſci.* **CAP. XX.** *C. Sulpicii legatio in Græciam & Aſiam inſolenter acta.* Obtendebantur *res Græciæ paſſim interna diſcordia diſſidentis: & controuerſia Megapolitanorum, qui cum Lacedæmoniis de agri parte diſceptabant. In ea legatione C. Sulpicium multa inſolenter feciſſe* Græci ſcriptores arguunt. *Nam & cognitionem de finibus inter Argiuos Spartanosque, Philippo quondam qui Alexandrum genuit diſceptatam, ad Callicratem impurum inuiſumque toti Græciæ hominem reieciſſe: & Ætolis à Pleurone, qui ſeiungi à concilio Achaico cupiebant, indulſiſſe, vt ſuo nomine legatos Romam mitterent.* Sane Senatui placebat *imminui potentiam Achæorum, ſpiritusque frangi*: quapropter & Ætolis, quod petierunt, conceſſum eſt; & C. Sulpicius occulto Patrum mandato morem gerens, alias quoque ciuitates, quæ Achaicæ formulæ erant, ab eo fœdere diſſociare inſtituit. Neque minore deinceps acerbitate tractatus eſt Eumenes quum idem ille C. Sulpicius in Aſiam tranſieciſſet. Per celeberrimas enim Aſiæ vrbes edicta legatus propoſuit, *vt quibus de Eumene queri decretum eſſet, dicto die Sardis occurrerent.* Quo vbi veniſſet, poſito apud gymnaſium tribunali decendium ſolidum audiendis aduerſus Regem querelis vacauit: conuicia in illum probraque tam auide ſuſcipiens, vt inuitare accuſatores, & deſiderio reum faciundi quidlibet in crimen trahere videretur. vanus ingenio, & ex claris inimicitiis conſtantis animi famam appetens. Quum hic Aſiaticarum rerum ſtatus eſſet, in Ægypto Pto- **CAP. XXI.**

Aegyptiorum Regum discordia.

lemæi fratres iterum æmulatione & discordiis exarsere. validior tum iunioris factio, Philometorem, cognomen id maiori fuit, regno pulsum, ad petendam ab Senatu opem Romam compulerat. Paucis comitatus seruis ex præsentis fortunæ squalore pedes ad Vrbem faciebat iter, quum Demetrius Seleuci F. qui obses Syriæ Regum Romæ hærebat, re cognita obuiam profectus est, familiamque suam & cum diademate ac veste regia equum eximie ornatum obtulit, ne loci sui maiestatem sordido cultu prodidisse visus, à Romanis despectui haberetur. At ille Demetrii comitate prolixe laudata, illorum accepit nihil: rogauitque Demetrium, vt alicubi subsistens in via, se quo instituisset modo ingredi Vrbem pateretur. Id siue misericordiæ mouendæ caussa fecerit, siue metu, ne tanto cum fastu accedens, legem qua Reges Vrbis aditu prohibebantur, aduersam haberet, parum mihi compertum est. Ceterum tacite ingressus Vrbem, in hospitium pictoris cuiusdam Alexandrini se contulit.

CAP. XXII.

Ptolemaeus Philometor in Vrbem venit.

Quod vbi resciuere Patres, aduocatum humanissime sunt alloquuti, excusaruntque diligenter, *quod ei quæstorem non misissent obuiam, neque publicum hospitium præbuissent; id enim non sua negligentia, sed ipsius improuiso aduentu commissum esse. ceterum posse illum Senatus adeundi diem petere, & ab eo quidquid amicis sociisque regibus tribui par esset, exspectare.* Statim deinde è curia deductus est in publicam domum: decretaque pecunia Quæstori, ex qua ei quotidie munera mitteret. Sic erectus ad spem pristinæ fortunæ, non deteriorem his initiis euentum habuit. Missi enim deinde ab senatu legati, concordiam inter fratres, & pullus reditum confecerunt.

CAP. XXIII.

Ariarathes patri succedit in Cappadociæ regno.

Inter hæc mortuum Cappadociæ Regem Ariarathem cognominis patri filius excepit. Qui statim inter initia regni legatos in Vrbem ad amicitiam cum populo Romano renouandam misit, maxima cum demonstratione beneuolentiæ studiorumque. Neque fides orationi defuit, quod Tib. Gracchus, *quo tempore legationem Asiaticam obiuerit, quum huius, tum defuncti Regis animum abunde inspexisse* testabatur. Sed etiam postea M. Iunium, qui ad bellum inter eos Reges & Gallogræcos componendum venerat, perhonorifice habuerant. neque minoribus officiis coluerant Cn. Octauium & Sp. Lucretium post paulo ab Vrbe missos. Nam & cetera omnia prompte copioseque præstiterant: & quum in Syriam ituros comperissent, *suas Regnique vires obtulerant, si iis ad res Syriæ constituendas eguissent.* Pertinere enim magnopere ad se negotia Syriæ iudicabant: non magis ob terrarum, quam ob sanguinis coniunctionem: quia senior Ariarathes filium istum ex Antiochide susceperat, Magni Antiochi nata. Sed recusauerunt id auxilium legati, maiestate nominis Romani tutos se rati fore: quod longe secus euenit.

euenit. Nam apud tranquillos & modeſtos auctoritas ac reuerentia plurimum valet: vbi turbari res cepere aduerſus improbitatem armatam debile munimentum pudor eſt. Quibus autem initiis concuti regiones iſtæ ceperint, operæ precium eſt exponere.

CAP. XXIV. *Syria turbata.*

Puerum Antiochum pater Epiphanes Philippo cuidam amicorum commendauerat, expeditionis Elymaicæ comiti. Sed audita morte Regis Lyſias, qui relictus in cuſtodia Regni fuerat, tutelam pueri nouennis occupauit. Quod vbi Romæ Demetrius comperit, adito Senatu oſtendit, *patris Seleuci nomine obſidem ſe in Vrbem veniſſe: ſub Antiochi deinde regno, magis quia per ætatem ius ſuum neſciuerit, quam legitima ex cauſſa, eadem in conditione permanſiſſe: nunc etiam hoc extincto, ſe obligatione omni liberatum videri, æquumq; putare dimitti ab Senatu, atque etiam in regno recuperando adiuuari. Non enim modo iure potior ſum*, inquit, *Antiochi filio: cuius pater ætatem & abſentiam meam occaſionem ſuam ratus eſt: ſed non minus etiam fauori veſtro confido. Puer in hanc Vrbem veni: nunc tertio & viceſimo ætatis anno, tanto tempore inter vos educatus, ciuis potius veſter, quam externus videri debeo. Vos ego patres mihi, veſtros liberos, æquales meos, fratres eſſe reor: neque alia aut vos reuerentia, aut illos charitate amplector.*

CAP. XXV. *Romani puerũ Syris præeſſe, quam adoleſcẽtem malunt.*

Non erat equidem vel iniuſta Demetrii cauſſa, vel ingrata oratio. Sed vicit vtilitas, vt potius immaturum puerum, quam ætate florenti adoleſcentem opulentiſſimo regno præeſſe vellent. Itaque non retentus modo ille; ſed etiam paulo poſt tres legati Cn. Octauius, Sp. Lucretius, L. Aurelius delecti, qui in Syriam proficiſcerentur, ex voluntate Senatus regnum ordinaturi. Facile paſſuroſ hoc Syros rebantur, Rege per ætatem inualido, & tutoribus ſatis habituris, ſi Demetrio Romæ retento, ipſi in adminiſtratione rerum relinquerentur. Neque ſpecies honeſti conſilio aberat: *cura ſocii & amici regni prætendebatur, ne quietem eius mors Regis & ex ea timendi tumultus turbarent: maxime quum procurationem Regni Lyſias inuaſiſſet; ius ex mandato morientis Regis, cum reliquiis exercitus rediens Philippus vindicaret.*

CAP. XXVI. *Regnorum opes minuere ſtudẽt.*

Ceterum occaſio nata videbatur *ad opes regni minuendas*, mandataque in hoc legati acceperant: & nominatim, *vt naues tectas incenderent, elephantos occiderent, quæ contra fœderis leges habere Antiochus dicebatur.* Iisdem etiam *commiſſa Macedoniæ pacandæ cura*, quam ex regio imperio inſolita libertas, & publicorum conciliorum nondum bene compoſita forma in ſeditiones egerat. *Gallogræcos etiam & Cappadociæ Regnum diligenter inſpicere* iuſſi ſunt: & iam digreſſis aduenere literæ, quibus negotium dabatur, *vt ad conciliandos Ægypti reges nihil laboris induſtriæque prætermitterent.*

CAP. XXVII.

Interea Tib. Gracchus Cos. ſubacta Cammanorum gente, Romam ad triumphum regreſſus, comitia Conſularia in an-

[illegible]m sequentem habitis, quibus P. Cornelius P. F. Cn. N. Scipio N[illegible] C. Marcius C. F. Q. N. Figulus designati. Nec dubie tum res a[illegible] traditur inter creandos Consules, quum pr[illegible] rogat[illegible] [illegible]set, ille ex[illegible], neque legibus peracta sunt comitia [illegible] [illegible] populi agitatum est. [illegible] entis, ne qu[illegible] [illegible] peccatum esse [illegible] expiandum. Gracchus rem ad Se[illegible] [illegible] consules [illegible] *[illegible]* Hi vbi *rogatorem* [illegible] *rum non fuisse iustum* responderunt, incensus ira Gracchus: *itane* [illegible] *ego non iustus, qui & consul rogaui, & augur, & auspicato.* [illegible] *rum, Romanique iuris interpretes, Thusci homines, & barbari*: sic in praesentia nihil mutatum. Consul peractis comitiis in Corsos profectus videtur, vt morte collegae tumultuantes coerceret: inde, forte quod ibi quoque nouarum rerum semina erant, in Sardiniam transiecisse. Neque enim de gestis huius & proximorum annorum certa satis memoria superest, sed leuiter annotatum, circum haec tempora contra Ligures, Corsos, & Lusitanos vario successu bellatum esse. Iam Scipio Figulusque non magistratum inierant modo, sed etiam in prouincias fuerant profecti, quum Tib. Gracchi literas ad Senatum augures detulere, ad collegium suum ex Sardinia missas, quibus significabat *comitiis consularibus, quum ad auspicium repetendum Vrbe in campum rediisset, eodem se tabernaculo, quo antea de caelo seruauerat, vsum: id iam libros augurales legentem* [illegible] *re rectum non fuisse: eamque rem, licet cum suo pudore coniuncta esset,* [illegible] *pertinere ad religiones populi Romani videretur, perscribere voluisse.* Tanta res Senatui visa, vt à Praetore Vrbano literas ad Consules scribendas [illegible]ferret, quibus certiores de eo negotio fierent, *prouinciaque decedere* iuberentur. Atqui illi vitio creatos rati, & antiquiorem reipublicae quam suae dignitatis curam esse oportere. Scipio è Corsica, Figulus e Gallia maturato reditu, magistratum abdicarunt. Nam & ingenio probo modestoque erant (Scipio etiam sapientiae fama celebris) & recordabantur, quale C. Flaminius in caussa simili Senatus auctoritate spreta, certamen cum Patribus, & postremo fatum habuisset. Per interregem deinde suffecti Consules. P. Cornelius L. F. L. N. Lentulus, Cn. Domitius L. F. Cn. N. Ahenobarbus fuerunt. Quum inter haec in Syriam legati ab Senatu peruenissent, & *multa passim à Regibus contra foedus facta* arguerent irritarentque; in odium gentis, atque ex odio in periculum inciderunt. Maxime mouebant naues pulcherrimae sumptuque ingenti fabricatae quas incendi Cn. Octauius iusserat, etiam elephantorum mouebat miseratio, quod egregiae belluae, rarae que possessionis, domitae [illegible]

super[illegible]

Side notes:

De [illegible] Cos. [illegible] alter [illegible]

CAP. XXIIX. A. V. C. DXCI.

Consules abdicant.

CAPVT XXIX.

Cn. Octauius legatus Rom. in Syria interfectus.

ſuper manſuetæque, nulla, vt putabant, de cauſſa concidebantur. Itaque non difficulter inducti Syri, gens læta ſeditionibus, vt Romanos eiicerent, Cn. Octauium etiam interficerent, cui Laodiceæ, dum in Gymnaſio angitur, Leptines quidam manus attulit. Lyſias, ad diſſimulandam facinoris, cuius ipſe præcipuus auctor ferebatur, conſcientiam, & Octauium magnifico funere extulit, & ad purgandum crimen nomine Regis legatos è veſtigio miſit Romam. Ii quum multis verbis *nihil publico conſilio geſtum eſſe* contendiſſent, ſine reſponſo dimiſſi ſunt. *Cn. Octauio, quod pro Republica mortem oppetiſſe videretur, ſtatuam in Roſtris,* loco celeberrimo, Senatus decreuit.

CAP. XXX.

Nec Romani tantum ſuccenſebant Syris, ſed in exterorum quoque mentibus immanitas rei conciuerat indignationem. Inter quos præcipuus Ariarathes Cappadox, præter inſitum virtutis amorem, ſtudiumque in populum Romanum, etiam amicitia priuata mouebatur, quam cum Octauio in regia ſua contraxerat. Quia tamen legatis ad puerum Antiochum miſſis, matris ſuæ ſororisque reliquias repetebat, alieno tempore Lyſiam offendere timens, earum rerum mentionem à ſuis fieri vetuit. Ceterum haud obſcurum eius iudicium erat, quum populi Romani amicitiam plurimi faceret: ita quidem, vt ſub idem fere tempus reuerſis quos Romam miſerat legatis, promptamque Patrum erga Regem voluntatem referentibus, honorem habuerit diis, ſacrificioque magno peracto, cum ducibus ſuis hilariter fuit epulatus.

Ariarathis laudes.

CAPVT XXXI.

Dum hæc in iſtis locis fiunt, alibi quoque parum tranquillæ res fuerunt. Calyndenſes obſidione Cauniorum, à quibus defecerant, preſſi, à Cnidiis auxilio impetrato aliquamdiu reſtiterunt: deinde timentes de exitu belli, ni maioribus opibus defenderentur, Rhodios implorauere, ſe ſuaque dedere polliciti. Rhodii receperant quidem parumper ex priori conſternatione animos: ſed tamen iram Senatus verebantur, ſi inconſulto eo quidquam maioris negotii adgrederentur. Ablegatis igitur Cleagora & Lygdami petiuerunt, *vt ſibi recipere Calyndenſes liceret; vtque poſſeſſiones quas in Caria Lyciaq; priuatim Rhodii haberent, eodem eſſent iure, quo ante fuiſſent. Donum præterea decreuerant in æde Mineruæ, coloſſum cubitorum triginta, populo Romano ponere.* ceſſitque res iis feliciter. nam & ſubſidiis terra marique miſſis, Calyndenſium oppidum hoſte ſubmoto receperunt: & Romæ accepta facti ratio eſt, iusque nouæ ditionis auctoritate Senatus ſtabilitum.

CAP. XXXII.

Maior deinde res occaſionem præbuit Patribus, ex aliena diſcordia ſuam potentiam augendi. Quippe minor Ptolemæus cui Phyſcon cognomentum erat, Romam profectus *inſtitutam cum fratre diuiſionem retractari* orabat. *neque enim ſe*

Ptolemæus Phyſcon Romã venit.

sponte adsensum, sed iniquitati temporum cessisse. petebat igitur, *vt Cyrene adiiceretur sorti suæ, sic quoque fraternam non adæquaturæ.* Contradicebat his Menithyllus Alabandensis princeps legationis, quam obid ipsum Ptolemæus maior miserat, vt Senatum edoceret, *suo beneficio fratrem non modo Cyrenaicum regnum, sed etiam vitam ipsam habere: quam citra ipsius operam contracto tam acri omnium odio tueri non potuisset. Præterea religionibus, quæ apud Ægyptios sanctissime censeantur, mutuoque iureiurando firmata pacta violari non debere.* Isthæc differentes, etiam Canuleii & ceterorum, qui rebus omnibus interfuerant, testimonio iuuabantur.

CAPVT XXXIII.

At Patres, quibus potentissimi regni vires diuidi opportunum videbatur, refellenti isthæc Physconi credere maluerunt: & *legatione, quæ illi Cyprum à fratre impetraret* decreta, *T. Manlium Torquatum, Cn. Merulam proficisci* iusserunt, cum mandatis, *vt conciliatis inter se fratribus, minori Ptolemæo Cypri regnum citra vim & arma traderetur.*

Demetrius ad Syriæ recuperandum Regnum se accingit.

Quum in eo statu res regnorum essent, Demetrius Seleuci F. ad Syriæ recuperandum regnum apertam sibi occasionem iudicabat, infensis Lysiæ Romanis, & ob facinus contra gentium iura patratum, totam istam aulam auersantibus. Igitur Apollonio Apollonii F. consultore (quippe Polybius ingenio & vsu excellenti præditus, communi prouerbio vsus, *caueret bis ad eumdem lapidem impingere,* dissuaserat) senatum adire statuit, vt, *si regnare Patres Antiochum mallent, ipse saltem necessitate pro obside manendi solueretur. Nec enim iure se attineri, mortuo Epiphane, cuius in locum obses ipse factus esset.*

CAPVT XXXIV.

Instigatur à Diodoro.

Hæc quum ita nequidquam postulasset (nihil enim acciderat, cur priorem sententiam senatus mutaret) ad alia consilia conuersus, Diodorum ad se vocat, educatorem suum, qui nuper ex Syria Romam aduenerat. Is, vt erat homo callidus, & qui præsentem regni statum accurate teneret, ostendit, *nulla re alia, præterquam præsentia Demetrii fore opus: ei, vbi conspectus primum esset, protinus omnes adhæsuros. Nam & Lysiam inuisum popularibus, & populum Lysiæ suspectum esse, neque à Romanis timendum, numquam enim iis, quorum opera Cn. Octauium occisum esse crederent, auxilium laturos. Nihil igitur aliud in præsentia meditandum, nisi qua ratione fugæ consilium solertissime nunc tegere, mox exsequi possit.* Adolescens probata Diodori sententia, rem cum Polybio communicat: per hunc Menithylius Philometoris Ægyptii legatus Demetrio conciliatur. Is nauem Punicam nactus, quæ primitias Carthagine Tyrum ex veteri religione vehebat, quasi vsurus ea ad reditum suum palam cum nautis paciscitur: conuenit de mercede; comparatur ac infertur commeatus: tempus profectionis constituitur.

CAPVT XXXV.

His ita præparatis præmittitur in Sy-

riam Diodorus. Demetrius in eam diem, qua erat abiturus, paucis domeſticorum ſecum retentis, *ceteram turbam præcedere Anagniam* iubet; *& cum canibus apparatuque venatico, ad Circæum ſibi occurrere.* nam ibi ſæpe antea venationi operam dare conſueuerat. Idem fit à ceteris, quos conſilii participes, viæque comites legerat. in quibus & Nicanor fuit, mox præcipuus amicorum. Ii cum ſingulis pueris ad nauem quæ ad Oſtiam ſtabat, ſeſe conferunt. venit eodem Demetrius, repetitque Menithyllum, qui nautis obtentu *noui à Rege mandati* excuſat, *quod ipſe nequeat diſcedere: ceterum ſe iuuenes iſtos probatæ fidei ad illum mittere.* Non interfuit nautarum, quos vectores tollerent, quandoquidem de mercede nihil ipſis decedebat. Itaque prima luce ſublatis anchoris vela fecerunt, de comitibus ſuis præter id quod à Menithyllo acceperant, nihil ſuſpicati. Hac fraude quatriduum abiit, priusquam de fuga Demetrii dubitatum eſt. Quinto demum die coactus ob eam rem Senatus, quia multum itineris ille iam præceperat, *minime proſequendum eſſe* cenſuit. Sed haud multo poſt tempore Tib. Gracchum, L. Lentulum, & Seruilium Glauciam ad res Græciæ inſpiciundas miſerunt. iis mandatum, *vt ex Græcia in Aſiam transiicientes, quum aliorum Regum tum præcipue Demetrii conſilia ſpecularentur.* Datum etiam negotium eſt, *vt Regum cum Gallogræcis controuerſias iudicarent.* præſertim Graccho iniunctum, *vt his rebus omnibus præſens ſupereſſet.* M. deinde Valerius M. F. M. N. Meſſalla, C. Fannius C. F. C. N. Strabo Conſulatum acceperunt. In horum magiſtratu conuiuiorum luxui obuiam itum: qui tum, vt rebus proſperis ſolemne eſt, indies ſumptuoſiore intemperantia valeſcebat. Neq; L. Orcia, quam viceſimo ante anno C. Orcius de Senatus ſententia in tribunatu tulerat, ruentes mores ſatis ſuſtinebat, etiamſi ſeruaretur: quia numero tantum conuiuarum coërcito, ceteram epularum luxuriem ſine fræno reliquerat. Creuit igitur, vt ſæpe fit, irritatum remedio malum, paſſimque iam in pauciores conuiuas maior impenſa, quam in plures antea fiebat. Adeoque in publicum damnum & dedecus væſana ingluuies iuerat, vt vulgo iam in comitium ad conſultationes de Republica homines ebrii ventitarent: multique bonis ſuis euoluti per fœdam & abominandam turpitudinem proſtituto corpore quærerent, quod mox haud multo minore infamia per gulam erant perdituri. Quum igitur hanc intemperiem ægerrime ferret, quidquid in Vrbe ſanum erat, conſenſu bonorum ſumptuariæ leges expeti cepere. Conſulibus ea de re ad Senatum referentibus, Senatus in hæc verba cenſuit: *vti principes ciuitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent, iurarent apud Conſules verbis conceptis, nõ amplius, in ſingulas cœnas ſumptui eſſe facturos, quam centenos vicenosque æris, præter bolus*

Ex Vrbe profugit.

CAPVT XXXVI.

A. V. C. DXCII.

Conuiuiorum luxus.

CAPVT XXXVII.

Sumptuariæ leges.

ter holus, far & vinum, neue vino alienigena, sed patrio vterentur: neue argenti in conuiuio plus pondo, quam libras centum illaturos. Tertio deinde anno consules ad populum placuit ac modo sumptuum, qui in vnumquemque diem fierent. ab altero Consulum *Fannia lex* est appellata. Hæc *ludis Romanis item ludis plebeiis, & Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus centenos æris insumi concessit, decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos: ceteris autem omnibus diebus non amplius denos. Inuitari vero præter domesticos conuiuas ceteris diebus ternos, nundinis quinos.* Eorum qui legem suaserant C. Titii oratio extat. qui acriter inuectus in vitia ciuitatis, *stare istam posse negauit, nisi illa tollerentur.* Ludos Megalenses Romanosque hoc anno L. Posthumius Albinus, L. Cornelius Merula Ædiles Curules fecerunt. Ita constitutis domi rebus, nihil æque, ac Syriaci motus curam Patrum exercuit. Demetrius enim postquam Lyciam fuga attigisset, scripserat senatui, *se ad pœnas ob Octauii necem à Lysia repetendas, in Syriam festinare. Antiocho, quem populus Romanus Regem appellasset, nihil nociturum.* Neque segnius, quam ostenderat, Tripolin peruectus, vrbem voluntate oppidanorum recepit. Ibi quum magnus hominum ad eum concursus fieret, diademate sumpto, *Roma se ad repetendum senatus auctoritate regnum venire* mentiebatur. nihil enim aut sciebant aut suspicabantur de fuga eius homines, cuius famam celeritate præuenerat. Igitur paulo post Apamea quoque potitus, cum valido iam exercitu contendit Antiochiam, regni caput. Lysias metu Romanorum opponere arma non ausus, in faciem pacis cum Antiocho procedit obuiam. nec admissus in conspectum, cum pupillo à suis militibus interficitur. ita Demetrius regnum paternum citra laborem recuperat. Eodem anno Senatum M. Pomponius prætor *de Philosophis atque Rhetoribus* consuluit. *quod sub his nominibus multi mercenarii sapientiæ facundiaeque professores, iuuentutem Romanam contemptu patriorum institutorum, religionumque imbuere dicebantur.* De his Senatusconsultum factum est, *vt M. Pomponius Prætor animaduerteret, curaretque (si ei è Republica fideque sua videretur) vti Roma ne essent.* L. deinde Anicius L. F. L. N. Gallus, M. Cornelius C. F. C. N. Cethegus ineunt. His Consulibus egregiæ vitæ L. Æmilius Paullus extremum diem clausit. Maximæ hominibus admirationi continentia viri fuit, quod quum liberaliter quidem, sed tamen citra luxuriam vixisset, vnde dos vxori solueretur vix reliquerat. vendendisque mancipiis & supellectile & prædiis adhuc nonnullis fuit opus, vt sexcenta nummorum millia conficerentur. Quibus detractis in hereditate non amplius quinquaginta sestertium remanebat. Neque cum ditissimis populis Regibusque bello congressus, & incredibili opum vi potitus, ærarium populi Romani pecu-

CAPVT XXXVIII. *Lex Fannia.*

CAPVT XXXIX. *Demetrius Syria Regnum occupat.*

CAP. XL. *Philosophi & Rhetores Vrbe pulsi.*

A. V. C. DXCIII. *L. Aemilii Paulli mors & elogium.*

pecunia, ſuam domum laude locupletare ſtuduit. Plus auri ex Hiſpania, quam quiſquam ante illum alius, aduexerat in Vrbem: Macedonico triumpho bis millies centies in ærarium intulerat, tanto in populum Romanum beneficio, vt exinde tributum pendere deſineret. Neque male reſpondit ei beneuolentia & honoribus ciuitas, quippe maximis condecoratum magiſtratibus, plus etiam impenſi amoris teſtificatione ornauit. Sed & alia omnia, quæ homines fauenti fortunæ acceptum ferunt, cumulatim ei obuenere. Sub finem vitæ, poſtquam Veliæ, quo ſe ex conſilio medicorum contulerat, in ſeceſſu & otio diu fuerat verſatus, deſiderium non ferens populus, quum alias, tum in theatro crebras edebat ſignificationes, *vt ſe conſpectui ciuium redderet.* His adclamationibus, & ſacrificio quodam ſolenni inſtante inductus eſt, vt Romam reuerteretur: idque ſacrum cum collegis ſuis inter maximam gratulantis populi frequentiam peregit. Poſtridie rurſus ipſe pro ſua incolumitate fecit. ſtatimque vt reuerſus eſt domum delirio correptus, per quod ne ſentire quidem morbum poſſet, tertia deinde luce exſpirauit. Tum vero patuit, quantus apud omnes amor eius viri, quantaque veneratio eſſet. Nam ad deductionem funeris, non modo manuarii artifices, ceteraque vilis turba, ſuo quiſque relicto opere, certatim concurrerunt; ſed etiam magiſtratus atq. Senatus iuſtitio ſumpto res protulere. Quin & ex circumiacentibus municipiis, quotquot occurrere in tempore potuerant, viſendi ſimul honorandique funeris cauſſa confluebant. Vnde raro ſplendidiores cuiusquam exſequiæ fuere, non tam auro aut ebore, ceterique apparatus nitore, quam inſigni omnium beneuolentia ſtudioque defunctum decorantibus. Præferebantur quidem, vt in funere nobiliſſimi viri, longa ſerie maiorum imagines; ſed maius ornamentum erat in ipſa hominum frequentia, quum non ciues modo, ſed ex infenſiſſimis modo hoſtibus quotquot aderant, erga memoriam tanti viri certarent ſtudiis. Videres ex Liguribus, ex Hiſpanis, ex Macedonibus validiores quosque circa lectum funebrem ambitioſe diligentes: ſequebatur turba ſeniorum & magno cum adfectu *ſeruatorem ſuæ quisque Patriæ Patronumque* appellabat. Quem enim armatum pugnantemque hoſtes ob virtutem timuerant: eumdem in pace victi ob iuſtitiam grauitatemque haud minus amabant. Funebres parenti ludos Q. & P. Aimiliani fecere: quorum alterum in Fabiam, alterum in Corneliam gentem adoptandos dederat. Heredem vtrumque reliquerat pater, ſed P. Scipio iam tum in ea ætate generoſum monſtrans animum, cuius mox gloria præcelluit, ſemiſſem ſuum fratri C. Fabio adiecit, quod ipſe in ditiorem

CAP. XLI. *Amor apud ciues.*

CAP. XLII. *Funus.*

CAP. XLIII. *Funebres ludi.*

domum adscitus, cupiebat illum familiaris rei cop[illegible]
Nec ideo minus in edendis gladiatoribus ne sumptu [illegible]
dimidiam eius partem, ad millia nummum quadringenta [illegible]
contulit. Hæc & alia liberalitatis specimina quæ in [illegible]
ediderat, in Vrbe, vbi si nondum auaritia, iam parsimonia [illegible]

CAP. XLIV. P. Scipionis Aemiliani liberalitas.

laudibus & admiratione adolescentis omnia repleuerunt. Q[illegible]
ter inhærens proposito suo paulo post nouis rumoribus [illegible]
auxit, quum defuncta matre Papiria, non modo ex vniuerso [illegible]
donauerat cultu recepit nihil; sed quamquam ipse solus heres erat, o-
mnia bona materna concessit sororibus, ad quas nulla pars hereditatis
recepto iure pertinebat. Sub ea tempora magni laboris magnæque fa-
mæ opus Consul M. Cethegus perfecit, paludes Pomtinas exsiccando.
Locus ille olim trium & viginti vrbium fuisse creditur. vbi tum [illegible]-
so conatu Consulis factus est ager, læto magis præsentibus, quam
in longam posteritatem durabili
beneficio.

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER DVODECIMVS.

In locum lib. XLVII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XLVII. Liuiani.

CN. Tremellio tribuno plebis mulcta dicta eſt, quod cum M. Æmilio Lepido pontifice maximo iniurioſe contenderat: Sacrorumque magiſtratuum ius potentius fuit. Lex de ambitu lata. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt ciuium capita trecenta viginti octo millia, trecenta quatuordecim. Princeps ſenatus lectus Æmilius Lepidus. Inter Ptolemæos fratres, qui diſſidebant, fœdus ictum, vt aliter in Ægypto alter Cyrenis regnaret. Ariarathes Cappadociæ rex conſilio Demetrii regis Syriæ & viribus pulſus regno, à Senatu reſtitutus eſt. Miſſi à Senatu, qui inter Maſaniſſam & Carthaginenſes de agro iudicarent. C. Marcius conſul aduerſum Dalmatas parum proſpere primum, poſtea feliciter pugnauit; cum quibus bello confligendi cauſſa fuit, quod Illyricos populi Romani ſocios vaſtauerant, eandemque gentem Cornelius Naſica conſul domuit. Q. Opimius conſul tranſalpinos Ligures, qui Maſſilienſium oppida Antipolim & Nicæam vaſtabant, ſubegit. Præterea res in Hiſpania à compluribus parum proſpere geſtas continet. Conſules anno quingenteſimo nonageſimo octauo ab vrbe condita magiſtratum, peractis comitiis, inſequentisque anni conſulibus creatis, inire cœperunt. Mutandi comitia cauſſa fuit, quod Hiſpani rebellabant. Legati ad diſceptandum inter Maſaniſſam & Carthaginenſes miſſi, nunciauerunt, vim naualis materiæ ſe Carthagine deprehendiſſe. Aliquot prætores à prouinciis auaritiæ nomine accuſati, damnati ſunt.

MEmorabilis hoc anno contentio fuit inter Cn. Tremellium tribunum plebis, & M. Aimilium Lepidum, qui pontifex Maximus erat. Itaque tribuno plebis, qui cum Lepido iniurioſe iurgatus fuerat, multa dicta; ſacroſancti Magiſtratus maieſtatem ſacrorum vincente reuerentia. *Sacrorum reuerentia magiſtratus maieſtate potior.* Ludi hoc tempore Romani à Q. Fuluio, L. Marcio Ædilibus Curulibus editi ſunt. Legem de ambitu, quæ circa hunc annum lata fertur, quis tulerit, adhuc quæro. Cn. Cornelium Cn. F. Cn. N. Dolabellam, aut M. Ful-

A. V. C.
DXCIV.

CAP. II.
Censura [illegible] & Lænatis [illegible] M. Lepidi [illegible] Senatu.

CAP. III.
Horologium, & alia Opera Censorum.

A. V. C.
DXCV.
CAP. IV.
Ptolemæus Physcon milites in Græcia conducit.

uium M. F. M. N. Nobiliorem legis auctorem exstitisse non [illegible] qui proximi Consules fuere. Sed quæ postin odium [illegible] cum ne plenius diligentiusque cautum est, memoria [illegible] exstabant. Celebris multis censura est, quam his Consulibus [illegible] duo clarissimi viri P. Cornelius P. F. Cn. N. Scipio Nasica, M. Popillius P. F. P. N. Lænas. Ii lustrum fecerunt quartum atque [illegible] num. Censa sunt ciuium capita trecenta viginti octo millia [illegible] quadraginta decem. Ab his quoque princeps Senatus, M. Aemilius Lepidus, Pontifex Maximus lectus est iterum. Censuræ seueriter actæ hoc quoque monumentum est, quod sequitur. Eques Romanus quum equum strigosum & male habitum, ipse pinguis & bene curata cute adduxisset, interrogatus est à Censoribus, qui fieret, vt dominus equo tantum esset habitior? Atque ille, *quoniam*, inquit, *ego me curo, equum Statius meus.* Id responsum, quum parum reuerens videretur, notatus ille est à Censoribus, ærariusque factus. Horologium nouum in superiore censura locatum fuerat: id quoniam vsui non erat tempore nubilo, P. Scipio diuisis æqualiter noctis ac diei horis, horologium sub tecto dedicauit, quod fluentis aquæ indicio temporum interualla metiretur. Græci clepsydram appellarunt. Res in speciem haud magnifica, ob ingentem vtilitatem lætis animis accepta est. Nam apud prudentes pleraque vitæ officia temporibus distribuuntur: quorum negligi rationem qui parum referre putant, vtilissimæ rei precium non intelligunt. Iidem Censores, vt ambitioni vires quotidie sumenti sic quoque iretur obuiam, quum multæ passim circa forum statuæ essent positæ, sustulerunt omnes, exceptis quæ de Senatus aut populi sententia statutæ essent. In his, quam apud ædem Telluris Sp. Cassius qui regnum adfectauit, posuerat, etiam conflauere. Operum quæ in censura hac locata sunt, nobilissimum porticus in Capitolio fuere, locauit P. Cornelius. Lustrum hi fecerunt sub exitum magistratus sui, consulatum iam gerentibus M. Aemilio M. F. M. N. Lepido, C. Popillio P. F. P. N. Lænate iterum. Hic etiam annus pluribus Regum negotiis quam propriis occupatos Patres habuit. Ptolemæus enim Physcon, magno cum fauore dimissus ab Senatu, in Græcia validas mercenariorum copias conduxit. Re[illegible] & Damasippum genere Macedonem, qui proximas inter turbas [illegible] consilio, quod Phaci fuerat, interempto, cum vxore liberisque ex Macedonia profugerat. Cum his in oppositam Rhodo continentem [illegible] gressus & hospitaliter exceptus à Rhodiis, nauigare Cyprum [illegible] si T. Manlius Torquatus qui legatione ab Senatu fungebatur, [illegible]

contra ſententiam Patrum facturum videri, qui eum citra vim iuſſiſſent reduci. Vnde poſtremo conſenſit, vt dimiſſo circa Sidam milite, Cypro abſtineret, & in finibus Cyrenes Torquatum opperiretur, qui *ſe recta profecturum Alexandriam* dicebat, *vt adducto in ſuam ſententiam Rege, vna cum ipſo eoſdem ad fines occurreret.* Ita cum altero legatorum Cn. Merula, & Damaſippo Macedone in Cretam ſe contulit, conductiſque mille ferme Cretenſibus, nauigauit in Libyam Ægypto conterminam, ibique exſcenſione facta caſtra ad Apin poſuit. Hic quum ad aliquot dies Torquatum fruſtra exſpectaſſet, Cn. quoque Merulæ perſuaſit, *vt Alexandriam pergeret*, animum fratris citius expugnari poſſe auctoritate duorum arbitratus. Sed hoc quoque conſilium fruſtra fuit, retentis Alexandriæ legatis, quos maior Ptolemæus omni arte verſabat, ne vel perficere quod inſtituerant, vel prius regredi, quam ex vtilitate Regis poſſent. Ita quum Phyſcon ad Apin diebus quadraginta nequidquam hæſiſſet, alio præterea maioris tædii nuncio perculſus eſt. Quippe deficientes Cyrenæ alias quoque ciuitates ad conſenſum traxerant, aderatque iis ſocius conſiliorum & adiutor Ptolemæus, cui Rex Romam proficiſcens ſummam rerum mandauerat. Hoc nuncio vix peracto ſuperuenit aliud, *iam in armis defectores eſſe, coactoque exercitu caſtra locis apertis metari.* Quapropter amittere Cyrenen timens dum Cyprum ſtudet adiicere, dilato hoc conſilio Cyrenen verſus iter inſtituit. Ceterum neque minis neque precibus adduci potuere Cyrenenſes vt arma ponerent, & imminitis Domini iugum ſponte ſubirent, cuius crudelitatem Alexandriæ malis abunde teſtatam nouerant horrebantque. Itaque poſt leues aliquot velitationes ſignis collatis certatum eſt: victumque Regem Cyrenenſes repulerunt. Rediit tum ad eum Cn. Merula, negans *a Philometore quidquam impetrari potuiſſe, adſeuerante pacta inter fratres olim inita, neque eſſe, cur mutari ea vel aboleri oporteat.* Igitur ex ſuis Comanum & Ptolemæum fratres adiungit Merulæ, vt *de Regis Alexandrini iniquitate* apud Senatum querantur. Introductorum in curiam hæc oratio fuit. *Gratias Senatui Populoque Romano Regem, gratias legatis agere: neque enim per hos ſtetiſſe, quo minus alterorum auctoritate curaque, alterorum labore ac opera finem votorum ſuorum obtinuiſſet; niſi fratris iniqui dolo circumuenti omnes forent. Neque mirandum ſi Senatum contemptui, ſi legatos ludibrio habuiſſet, homo præter profundam dominandi cupiditatem non rationi vlli, non adfectui penetrabilis. apud quem iam olim & arctiſſimæ neceſſitudinis iura, & fœderum pactorumque fides, quo vno firmiſſimo vinculo generis humani ſocietas continetur, euiluerunt. Sed antiqua non repetimus: vtinam tam facile nouis iniuriis ille abſtineret, quam nos priorum obliuiſcimur. Quinquennio ante*

CAP. V. *In Libyam Ægypto vicinam venit.*

CAP. VI. *A Cyrenenſibus vincitur.*

CAP. VII. *Legatos Romã mittit de fratre queſtum.*

CAP. VIII. *Sua ...*

[illegible] cat.

quam [illegible] animum indignatione [illegible] vestram ad opem [illegible] [illegible] bonitate vestra, & quia aequum esse putabatis [illegible] cognitione intellexit vos animo non desistere, vestram auctoritatem [illegible] [illegible] Rex noster, quamquam caussa viribusque superior, [illegible] vobis deberet, quam quid ille meruisset, cogitare maluit in potestate [illegible] rerum vestrarum fuit. illis agentibus eas conditiones victo [illegible] iure fortunaque petere non esset ausus, sperare nequiuisset. [illegible] tae sociorum iure fauorique, tanta fratris indulgentiae vicem referre [illegible] Ille autem quid fecerit, videte. Modestias fratris querelas non [illegible]

CAP. IX.
Impetratam ab Senatu legationem commemorat.

ita eius insuper habuit: nouis etiam additis iniuriis, cumulatisque [illegible] vbi ille ferre diutius non potuit, ad Vos tamquam deorum vicem [illegible] pulsque iura reddentes, se contulit: Vobisque, vt in tam euidenti negotio [illegible] cillimum factu fuit, caussam ita probauit, vt ex amplissimo ordine [illegible] rissimos legatos Alexandriam mitteretis, qui voluntatem vestram [illegible] Insula fratri restituenda significarent. Te nunc T. Torquate appello, teque [illegible] Merula, veneritisne Alexandriam, mandata Senatus exposueritis, pro fide [illegible] prudentia vestra praetermiseritis nihil, quo animum intractabilem [illegible] mouendo, hortando, ad meliora consilia flecteretis? Ita certe a vobis [illegible] factum, neque quidquam quod ab hominibus vestri loci animique exspectare fas est, defuit.

CAP. X.
Eam a fratre elusam esse.

At quo successu euentuque ista factitata sint, iam olim [illegible] Patres conscripti, his ipsis referentibus, cognouistis. Ita sunt [illegible] fraudibus, vt constaret eludendi eos consilium captum esse: ita quum [illegible] non possent, per varias & absurdas caussas retenti, vt appareret, si [illegible] decepti nollent, manendum coactis fore. Post multas demum dilationes [illegible] infecta dimissi sunt. dimissi sunt, inquam, vacui inritique legati: neque apud eum Regem maiestas populi Romani valuit, pro quo apud hostem Antiochum totam Aegyptum armis obtinentem, valuerat. Neque his finis impetrat[illegible] contumaciae fuit: sed Cyrenaica seditio, quibus aliis facibus, quam Regis [illegible] andrini nunciis atque consiliis exarsit? Neque enim satis aut in fratrem acerbus, aut aduersum vos contumeliosus sibi videbatur, nisi Cypro quam [illegible]

CAP. XI.

stitui iubebatis retenta, etiam Cyrenen extorqueret. Verum [illegible] clu improbitatis suae haudquaquam diu gloriabitur, sat scio Romanorum [illegible] nim animos viresque vestras eodem quo ille iudicio atque aestima[illegible] mur. Ille vt hominibus improbis mentem vitia hebetant, neque consilia [illegible] supra artes suas, neque arma supra potentiam aestimat: nos neque [illegible] [illegible] vllum in orbe terrarum par sapientia consilium esse [illegible]

Commendat se Senatui.

[illegible] Romanis aliud militum genus fortitudine conferendum. [illegible] gna cum spe non irritarum precum, vos rogamus obtestamurque [illegible]

ſcripti, ne Regem, quem ipſi fouiſtis, texiſtis, ornaſtis, quique inuicem vos perpetua fide obſeruauit atque coluit, eo maxime tempore quo Veſtrâ munere florentiſſimus eſſe debuerat, inopem, extorrem, deceptum à fratre, proditum ab amicis, contemptum à popularibus, conſilium auxiliumque Veſtrum fruſtra implorare ſinatis: quandoquidem ita cum veſtra gloria ac vtilitate cauſſa illius coniuncta eſt, vt quantum ille aut exiſtimationis aut opum amiſerit, tantumdem Veſtræ quoque famæ, veſtriq; obſequiis deceſſurum eſſe mereatur. Aduerſus hæc iterum Menithyllus à maiore Ptolemæo adfuit. Sed in minoris cauſſam inclinatis Patrum animis, Torquatoque & Merula, qui à legatione interim redierant, eamdem enixe iuuantibus, Senatus *intra diem quintum Italia excedere Menithyllum* iuſſit, decreto, *vti fœdus quod populus Romanus cum maiore Ptolemæo habuerat, tolleretur: Legatique mitterentur ad iuniorem, huius Senatusconſulti ad eum perferendi gratia.* Miſſi P. Apuſtius, C. Lentulus Cyrenis, iam receptum, reperere. Quare noua ſpe animatus tota mente de Cypro recuperanda cepit cogitare, militemque & alia bello neceſſaria ſumma ope colligere.

CAP. XXII. *Senatus in illū propenſior.*

CAP. XXIII. *Dalmaticum bellum.*

Nouorum interea motuum cauſſæ cum Dalmatis exortæ. Populus iſte ſub Pleurato nuper fuerat: eo defuncto, deficiens à Gentio, non vſurpabat modo libertatem, ſed iam vicinos incipiebat ad ſeruitium cogere. tributoq; pecorum & frumenti nonnullis impoſito, alii, qui id dedecus abnuebant, perpetuis illorum latrociniis vaſtabantur. Liſſii præcipue Daorſique fiducia Romanæ ſocietatis reſiſtebant: frequentesque ab ipſis querelæ delatæ erant: Liſſiis *agros & oppida ſua (Tragyrium & Epetium habebant) infeſtari nunciantibus*, nec abſimilia Daorſi adferebant. Placuit igitur legationem ad Dalmatas mitti, eadem opera res Illyricas inſpecturam. Eius legationis princeps C. Fannius fuit. At Romæ M. Fuluius Nobilior proconſule ex Liguria de Eleatum populo triumphauit A.D.XII. Kal. Septembres. De quo equidem quas res, aut quomodo geſſerit, nihil præterea inueni. Certe per ea tempora quum grauiorum bellorum materia deficeret, non ideo deficiebat ambitio: ſed quia ſoli propemodum Ligures, magis loco quam viribus freti arma retinebant, in horum expugnandis caſtellis captandæ laudis occaſio quærebatur.

CAP. XIV. A. V. C. DXCVI. *Ariarathes Cappadocia expulſus Romam venit.*

Sex. deinde Iulio Sex. F. Sex. N. Cæſare, L. Aurelio L.F. L.N. Oreſte Conſulibus, Romam Ariarathes venit, vi Orophernis, qui ſe fratrem eius ferebat, Cappadocia expulſus. Cuius rei originem paulo ſupra repetendam arbitror. Ariarathes qui proxime regnauerat, Antiochidem in matrimonio habuit, Antiochi Magni filiam: quæ quum prioribus aliquot coniugii annis ſobole nulla genita timeret, ne vilior viro & Cappadocum genti fieret, callidiſſima mulier ſemel atque iterum fœcunditatem mentita, primum ſub Ariarathis nomine pue-

ne puerum, deinde alium, Orophernen, educauit. Postea ve[illegible] vt fit, natura aut remediis vitium vincentibus, voti [illegible] compotem [illegible] videret, duas filias vnumque mox filium enixa, rem totam ma[illegible] patefecit. Ille ne subditiui liberi vero & naturali filio obstarent, [illegible] quidem Romam mediocri instructum censu, alterum in Ioniam [illegible] legauit. Mithridatem autem id nomē nato ex se fecerat, mutato [illegible] Ariarathen & ipsum appellauit: vnice dilectum parenti, neque minus respondentem in amore. Denique pulcherrimum certamen inter eos exortum est, vt quo tempore alibi locorum regna parricidiis [illegible], aut seruari in morem venerat: in Cappadocia pater Ariarathes cedere filio contenderet, filius quidlibet passurum potius, quam vt patrem priuatum videret, peruicacissime testaretur. Vnde non immerito Philopatoris ei cognomen inditum est à Græcis, qui tum primum (nam & studiorum amore peritiaque adolescens iste celebratus est) in Cappadocia literarum & cultioris sapientiæ sedem posuerunt.

CAP. XV. *Ariarathis Initia Regni, & Virtutes.*

Hic igitur Philopator post obitum senis hereditate adita, nihil antiquius habuit, quam vt patrem omni honoris & magnificentiæ genere contumularet: deinde amicos præfectosque & populum vniuersum digna quemque cura prosequutus, maximam apud omnes beneuolentiam sibi comparauit. Vnde prospera ei regni initia fuerunt: magnusque iam vulgo & clarus ob amorem suorum, & iustitiæ fideique gloriam habebatur. Cuius egregium specimen in casu Mithrobuzanis Zaicadræ geniti demonstrauit. Is de Sophenes regno cum fratre certans, ab illo qui viribus Artaxiæ præualuerat, fusus est. Pulso apud Cappadoces perfugium fuit, & mox auxilium ab Ariarathe: qui supplicem suum valido cum exercitu in regnū paternum reducebat. Sed Artaxias moris sui tenax, quum Armeniæ parum laudabiliter occupatæ, Sophenen adiicere cuperet, legatione missa conditionem Ariarathi obtulit, *vt ille Mithrobuzanem occideret: se pariter fratrem illius interfecturum: ita diuidi inter ipsos regnum Sophenes posse.* Hoc scelus auersatus Cappadox, non modo legatis increpitis, Artaxiam monuit, *ab eiusmodi cogitatione desisteret*; verum etiam Mithrobuzanem non deseruit, priusquam in res amissas eum restitueret.

CAP. XVI. *Demetrii Syri dolo pellitur.*

Hac fama & societate Romana conspicuus, sine metu regnabat, donec Rex Syriæ Demetrius aduersarium ei Orophernen excitauit: offensus quod in gratiam Romanorum, qui Demetrio succensebant, Ariarathes fœdere inter Syriæ Cappadociæque Reges abolito, sorori quoque eius nuptiam remiserat. His incensus, & mille talentorum precio, quæ Orophernes ei promittebat, impetere consiliis & viribus Ariarathen non ante destitit, quam regno illum cogeret excedere. Neque pulsum & Cappa-

docia

docia profugum ſegnius Romæ per legatos vrgebat, quorum princeps Miltiades fuit. Aderant & ab Oropherne legati Timotheus & Diogegenes, donum populo Romano coronam auream ferentes, *amicitiamque renouari cum Rege petebant, qua populo Romano cum patre eius Ariarathe fuiſſet.* Hi conſenſu oppugnabant Ariarathen, & quoniam deſpectum & inopem ipſi florentes opibus & gratia premebant, apud pleroſque diuitum & largitorum calumniæ plus poterant, quam vnius miſeri vera defenſio. Hactenus tamen cauſſa eius & meliorum ex Senatu contentio, profecit, vt *in regnum recipi* iuberetur; *ſed cum Oropherne fratre diuidendum.* Neque enim eo tempore quidquam aut gratius Romanis, aut vſitatius erat quam dare operam, vt regnorum potentia, partitis in plures opibus diuideretur. Sed non diuturnum ob vitia noui Regis incommodum prioris fuit. Orophernes enim quum in recenti poſſeſſione firmare ſibi fauorem hominum prudentia beneficiiſque deberet, pari intemperie in luxum & auaritiam prouolutus eſt. Nam & vino deditiſſimus, præter inſtituta patria Bacchicorum artificum introduxit inſaniam: & pecunia vndiquaque corraſa, Timotheum quidem, quo præcipue auctore ad regnum peruenerat, talentis quadraginta, Demetrium Regem ſeptuaginta, coronauit: præter ſexcenta talenta, quæ paulo poſt numeraturum eidem recepit, & alio die reſidua quadringenta. Quibus rebus quum alienatos à ſe popularium animos animaduerteret, iam velut ab inimicis vindictæ cauſſa extorquebat pecunias, quando in ſuorum animis non poſſet, in his ſpem præſentium rerum collocaturus. eo conſilio & apud Prienenſes pecuniam, talenta quadringenta, depoſuit, vt ſubſidio hoc in omnem fortunam vteretur. Nihil horum Ariarathen fallebat, qui quum ſe pleriſque Cappadocum gratum eſſe, contra Orophernem omnibus exoſum ſciret, colligere copias cepit, & regni partem, vnde vi extruſus fuerat, vi repetere. Neque leue adiumentum erat Attalus, qui nuper defuncto Eumene, pro filio eius Philometore Attalo regnum adminiſtrans enixe ferebat auxilium: plus tamen ipſe ſibi contulit, prudentia & labore dignum ſe loco quem repoſcebat, oſtendens. Vnde res ſuas quotidie deteriores fieri videns Orophernes & hoc quoque metu, ne ad hoſtem deficeret ob ſtipendiorum ſoluendorum moram exercitus, quem per iniuſtitiam occupauerat ſtatum, ſacrilegio tueri inſtituit. Celebre gentibus illis ſub monte quem Ariadnes vocant templum eſt, Ioui ſacrum: id veteri opulentia diues ſpoliauit ille, militibusque ſtipendium ex ea pecunia diſſoluit. Neque tamen (vt breue plerumque æuum eſt potentiæ prauis artibus fultæ) diu reſiſtere vel hoſtium viribus, vel ciuium odiis potuit: relictoque regno, ad Demetrium vnde venerat Antiochiam

CAP. XVII. *Ab Senatu non ſatis adiutus.*

CAP. XVIII. *Sua virtute Regnũ recuperat.*

CAP. XIX. *Carthaginensiũ cum Masinissa contentio.*

se recepit. Hic eo tempore finis motuum in Cappadocia fuit. At in Africa perpetuis Masinissæ aduersus Pœnos odiis iniuriisque res inquietæ erant. Circa minorem Syrtin ager amplus colitur, quem vberem gleba, oppidis quinquaginta frequentatum, & per hæc locuplete re[illegible] Carthaginenses obtinebant: ipsi Tyscam vocant regionem; Græci dixerunt Emporia. Eum quum cepisset concupiscere Masinissa, ob potentiam suam, & fauorem apud Romanos, seu vi, seu iure agendum foret, victorem se futurum ratus, armata manu occupare non distulit. Et agrum quidem facile receperat, Pœnis quum alias ad terrestria bella minus aptis, & tum ex diuturna pace languidioribus: oppida tamen illi retinebant. Hic rerum status vtrosque impulit, vt iis de litibus frequentes legatos mitterent Romam: deteriori semper Pœnorum conditione. Neque dubium erat, quin caussa vincerent. nam & Masinissa, quum annis aliquot antea persequeretur Aphtheratum quemdam, qui à Rege defecerat, transitu per regionem istam, vt alienam, precario postulato, deinde, quia negabatur, omisso Carthaginensium ius adfirmauerat. Sed Senatorum plerique magis ad vtilia, quam ad iusta respicientes Regi gratificabantur, adeo cum aperta Pœnorum iniuria, vt non modo vrbibus de quibus controuersiam Masinissa mouerat, exigi, sed & quingenta insuper talenta, fructuum perceptorum nomine, quasi malæ fidei possessores, pendere paterentur.

CAP. XX. *Romani Masinissæ fauent.*

Quippe decretam à se legationem tamdiu distulerant, donec adigi à Rege ad iniquas pactiones possent: tum demum à Roma legati, & in his M. Cato, venerunt. his Masinissa quidem arbitrium totius negotii facile permittere: Pœni, quod desperabant æquo se iure vsuros, negare *vllo nouo arbitrio opus esse: fœdus sibi cum Rege multos ante annos auctore Scipione percussum: id potius pudore & fide contrahentium, quam correctione vlla indigere.* Legati, quod *altera partium inuita nihil se statuere posse* caussabantur, rebus vti erant relictis, redierunt. Neque in præsens modo iniqua hæc legatio Pœnis, sed etiam paulo post exitiosa fuit: hinc orto Catonis metu, ob quem deinceps continuo ad Carthaginis delendæ consilia Patres stimulabat.

CAP. XXI. *D[illegible] contra legatos Romanos.*

Sed prior bellandi cum Dalmatis occasio venit. C. Fannius ex ista legatione reuersus renunciauerat, *ne proferri quidem apud Dalmatas mandata potuisse, sibi nihil cum Romanis esse negotii ferentes. sed neq; quidquam in se hospitaliter, aut etiam humaniter Dalmatis factum. neque locum & lautia data, quin equos aliunde ab se adductos prædæ barbaris fuisse, adeo procaciter inuectis, vt haud procul exitio abfuerint legati, nisi contumelias istas iniuriasque patientia & silentio pertulissent.* Mouit hominum adrogantia Patres, eamque gentem bello persequendam haud dubitabant: sed plus adhuc stimulorum subiiciebant alia

hæ causæ, quod bellum sibi necessarium iis locis putabant, tum quia multo iam tempore, ex quo Demetrius Pharius debellatus fuerat, partem illam Illyrici, quæ ad mare Adriaticum vergit, non inspexerant: tum quia nolebant Italicorum Populorum animos diuturniori otio marcescere. Annum enim iam duodecimum redacta in potestatem Macedonia quieuerant. Hæc eo ferme anno gesta, & in Piceno agro Auximum coloniam deductam reperio. Sed vbi L. Cornelius Cn. F. L. N. Lentulus Lupus, C. Marcius C. F. Q. N Figulus iterum, magistratum inierunt, prodigia quædam nunciata. Quibus rite procuratis in prouincias profecti sunt Consules. Bellum Dalmaticum C. Marcio euenerat, cum eo iussi proficisci legati ad res Epiri ordinandas. nuper enim à Phœnica, quæ maxima Epiroticarum vrbium est, legati venerant, postulantes ne recipere exsules cogerentur, qui Charopo auctore pulsi vrbe fuerant, & tum missis ex suo ordine nonnullis, *a Senatu restitui* orabant. Ceterum C. Marcius Cos. cum exercitu in fines Dalmatarum irruptionem fecit. Sed occurrentibus strenue Dalmatis ignominia & pæne clades accepta est, turbato Romanorum agmine, & ad fluuium vsque Naronem retroacto. Quapropter emendaturus quod acciderat Consul, hostem hyeme iam adpetente recedentem insequutus est. spes erat, quod euenit, ex anni tempore, & re commode gesta negligentiores ad custodiam regionis Dalmatas fore. Illi iam in sua oppida dilapsi, ad famam venientis exercitus Romani, propere congregantur. Sed prius ab intento hoste disiecti sunt, quam contrahere vires suas & ordinare possent. Delminium plerique fuga contenderunt: robustissimum illis locis oppidum, & gentis caput. Id ex itinere oppugnare aggressus, quum primo impetu nihil egisset, admouerique machinas loci vbi sita vrbs erat altitudo vetaret, ad alia minora oppida exercitum circumduxit. Quæ vbi metu hostium deserta & vacua videt, Delminium reuertitur. Vrbs erat loco & opere munita, sed inerant ædificia multa ex arida materie. id postquam animaduersum est, sudes bicubitales parari Consul iubet, quas pice ac sulphure illitas, stuppaque multa obligatas catapultis in vrbem mitterent: & successit dolus: leuiter incensæ, dum per aerem feruntur, ingentem vim concipiebant flammarum, quæ vbi ædificiis incidissent, vicinis quibusque facile compræhensis, tantum excitarunt incendium, vt eo multis hostium consumptis, ceteri venire in potestatem cogerentur. Nescio an hoc anno, circa hoc tempus certe, Ælia & Fusia leges à duobus tribunis plebis perlatæ, comitiorum vitia, quoad occurri potuit, pleramque partem sustulerunt. Ælia cauebatur, *vti comitiis legum haud minus quam* magi-

CAP. XXII. A. V. C. DXCVII.

C. Marcius in Dalmatiam mittitur.

CAP. XXIII.

Delminium incendiis capitur.

CAP. XXIV.

Lex Ælia & Fusia contra-

Digitized by Google

ambitum comitiorum.

A. V. C. DXCIIX.

magistratuum, de cœlo seruandi, obnunciandi, intercedendique ius esset: Pri[illegible] *fastis diebus legum ferendarum caussa cum populo agi* vetabat. Exceperunt deinde P. Cornelius P. F. Cn. N. Scipio Nasica, M. Claudius M. F. M[illegible] Marcellus, vterque iterum Consules. Horum Scipioni Dalmatæ, Marcello Ligures & Gallicæ prouinciæ euenerunt. Ex prætoribus vero A. Posthumii Albini maxime nota sors est; quem ex legationibus in Senatum introductis Prætorem Vrbanum fuisse indubitatum est. Nam

Philosophi, Oratores in legatione Attica.

& ille annus celebres Græcorum legationes habuit. Athenienses delectos studiorum & Philosophiæ fama Carneadem Academicum, & Diogenem Stoicum, & Critolaum Peripateticum misere: qui iudicium *rescindi* postularent, *quo ad mulctam Oropiis luendam, talenta quingenta, erant condemnati.* Namque populus Atheniensis necessitate potius vt creditur, stimulante, quam auaritia, sociam atque fœderatam vrbem Oropum diripuerat. Oropii apud Senatum questi, obtinuerunt, *vt de suis iniuriis Sicyonii cognoscere iuberentur, & quanti eas fecissent illis tanti Atheniensibus lis æstimaretur.* Sicyonii talentis quingentis æstimarunt. Spar-

CAP. XXV.

Carneadis mira facundia.

sa per vrbem fama, *viros sapientia & eloquentia celebratissimos venisse,* statim accendit iuuentutem, vt ad visendos audiendosq; concurrerent: præcipua Carneadis admiratione, cuius ad persuadendum quidlibet incredibiliter apta erat oratio. Is enim violenta & rapida dicebat, scita & teretia Critolaus, modesta Diogenes & sobria: tamquam omnia facundiæ genera, diuersis formis, pari excellentiæ laude complexi. Quibus rebus tantum æstimationis pepererunt, vt C. Acilius Senator pro magno munere petierit *mandari sibi ad orationes illorum exponendas interpretis vices.* Hæc equidem cæteris Patrum non ægre ferentibus, neque enim absurdum videbatur, Romana ingenia etiam studiorum cultu nitescere, M. Cato seueritate solita stomachabatur, veritus ne gustata harum artium dulcedine, studium armorum Romana iuuentus amitteret. Igitur quum primum in Senatu verba fecissent, *omnes Philosophos per honestam aliquam caussam ex Vrbe ablegandos censuit*; atque alio tempore in Senatum ingressus, obiurgauit magistratus, *quod homines persuadendi qualibet artifices tam diu non absoluerent: quo ad Græculos suos regressi, Romanam pubem nullis argutationibus corruptam, ad maiorum exemplar legibus atque magistratibus obedire sinerent.* Itaque dimissi deinde sunt, mulctæ maxima parte

CAP. XXVI.

Attalus de Prusia queritur.

remissa, *vt de quingentis centum tantummodo talenta penderent.* Interim in Asia bellum inter Attalum & Prusiam Reges exarserat. quo inferior Attalus quum ab hoste vrgeretur, P. Lentulo qui tum ex Asia reuertebatur, Athenæum fratrem adiunxit, *vt Senatum de rebus omnibus ce-* [illegible]

tiorem faceret, ac ad opem ſibi ſerio ferendam hortaretur. Miſerat antea quidem Andronicum, qui doceret Patres, *à Pruſia ſe infeſtari*, ſed hi potius arbitrati Attalum Bithyno imminentem parare ſibi probabilem cauſſæ ſpeciem, rem inſuper habuerũt: eo magis, quod & Nicomedes filius Pruſiæ, & legatus Antiphilus negabant, *quidquam eorum factum quæ Andronicus diceret.* Paulo autem poſt quum ipſo rumore res perferente viderent Patres non eſſe nihil quod accidiſſet, neque tamen quale eſſet, liquido poſſent intelligere, iuſſerunt *L. Apuleium & C. Petronium ad res Regum introſpiciundas proficiſci.* Venerunt deinde L. Lentulus, & Regis frater Athenæus. Lentulus quum Aſiaticarum rerum ſtatum qualem ipſe viderat expoſuiſſet Patribus, confeſtim vocari Athenæum in curiam placuit, & pro beneuolentia Senatus in Regem Attalum *legatio* decreta, *quæ Pruſiam bello iuberet abſtinere.* Profecti ſunt cum Athenæo C. Claudius Cento, L. Hortenſius, L. Auruncuſeius legati. Tum iterum cauſſa Achaicorum exſulum tractata eſt in Senatu, quum de iis Xenon Ægienſis & Telecles Tegeates verba feciſſent, nihilque propius factum, quam vt dimitterentur: niſi A. Poſthumius Prætor (is per abſentiam Conſulum Senatum habebat) aſtu rem interuertiſſet. quum enim tres eſſent ſententiæ; vna, *abſolui homines placere, dimittique*: altera, *non abſolui, & retineri*: tertia *retineri quidem adhuc, ſed abſolui tamen*; Prætor rogatione ſua duas complexus, tertiam diſſimulauit; *diſcedere in vnam partem* iubens, *qui dimittendos cenſerent; in diuerſam, qui alia omnia.* Sic ad eos qui abſolnẽdos negauerant, iis quoq; ſe adiungentibus, qui dixerant in præſentia retinendos illa ſententia numero vincere viſa eſt. Iudiciũ eo tempore L. Lentuli actum; qui Conſul anno ſuperiore fuerat. Iſque damnatus repetundarum L. Cæcilia, poſtmodum tamen ad ſupremos in republica honores admiſſus eſt. Dum hæc Romæ aguntur, in Hiſpania cum Luſitanis duce Punico quodam agros ſociorum noſtrorum incurſantibus improſpere dimicatum eſt. Manilius qui Romanum exercitum ducebat, multis amiſſis retroceſſit. Melioribus auſpiciis Conſules in Liguribus & Dalmatis geſto bello, triumphum meruerunt. Clariora tamen P. Scipionis acta ſunt, qui confecto bello Dalmatico prouinciam nouam adiecit imperio. Maximus hæc agenti labor circa Delminium fuit, quam relictam à C. Marcio gens Dalmatarum inſtaurauerat, contractoque ex omni regione flore iuuentutis acerrime pro ea propugnabat. Vnde Conſul difficultate rei percepta, exercitum aliis eorum oppidis admouere cepit. at ii quorum ea oppida erant, omiſſo Delminii præſidio ad ſua quiſque tutanda accurrerunt. Ibi tum Romanus protinus ad Delminium raptis copiis, vrbem inopia propugnatorum laborantem facili negotio redegit

CAP. XXVII *Cauſſa Achaicorum exſulum iterum tractata in Senatu.*

CAP. XXIIX *Bella cum Luſitanis, Liguribus, Dalmatis.*

Digitized by Google

in poteſtatem. Imperatoris nomen, quum de more à militibus acclamatum eſſet, recuſauit; parique deinde modeſtia triumphum à Senatu oblatum vix accepit. Multi eo bello Dalmatarum capti ſunt, quos in ſeruitutem Conſul vendidit. Delminium, quæ prius vrbs ampla fuerat, exiguam, ſolumque pecori paſcuum redegit.

CAPVT XXIX. *Alii Legati ab Achæis, & ipſi irriti.*

Venerunt deinde rurſus ab Achæis legati, animatis priorum relatione, qui proxime optatum finem adductum fuiſſe negotium narrabant. Telecles Megapolitanus & Anxidamus miſſi; Sed & iſtorum diligentia nihilo felicior, quam ſuperiorum omnium fuit. Maſſilienſium vero preces benignè ſunt auditæ, *auxilium aduerſus Ligures* petentium, *qui obſeſſis Nicæa & Antipoli Maſſilienſium oppidis, vrbem ipſam magnas in anguſtias coegerant.* Decretum eſt, *vti Legati ad res Maſſilienſium inſpiciundas mitterentur; iiq; darent operam, vti Maſſilienſibus ſatisfieret, ne quod bellum ea de cauſſa ſuſcipi opus eſſet.* Neque tamen declinari neceſſitatem eam barbarorum feritas paſſa

A. V. C. DXCIX.

eſt; quia ſequenti anno, quo Q. Opimius Q. F. Q. N. L. Poſthumius Sp. F. L. N. Albinus Conſules fuere, cum Oxybiis atque Deceatibus Liguriæ populis bellaretur. At L. Poſthumius quum iturus in prouinciam immolaſſet, in plurimis victimis caput iocinori defuit. Profectus nihilominus, poſt diem ſeptimum æger relatus eſt Romam, ibique exſpirauit. Iſta res perculit hominum animos: maxime quia & Conſæ arma in cœlo volare viſa, nunciatum, & multa illuſtria loca fulminibus tacta fuerant. In mortui locum Conſul factus eſt M. Acilius M. F. C. N. Glabrio.

CAP. XXX. *Legati Romani a Liguribus violantur.*

Quum interea noui à Maſſilia legati, *nihil pro ſe populi Romani auctoritatem valuiſſe* adferrent, ſtatim à Senatu miſſi ſunt Flaminius, Popillius Lænas, L. Pupius qui conſcenſo nauigio Ægitnam quod Oxybiorum oppidum eſt, appulerunt. At Ligures audito *venire Roma legatos, qui ſolui obſidionem imperarent,* procurrunt in portum: alios qui adhuc in naui erant, exſcenſionem facere vetant, Flaminium iam egreſſum *agro ſuo* iubent *excedere.* quod quum ille facere recuſaret, manus iniiciunt ſarcinis: vim prohibentes ſeruulos duobus occiſis repellunt; ipſumque adeo legatum conuulnerant, haud dubie interfecturi, ni ſubito receptus in nauim præciſis funibus imminenti exitio ſe eripuiſſet, Maſſiliam ad curanda vulnera contendens. His rebus Romæ auditis, maturare profectionem Q. Opimius Conſul iuſſus, in agro Placentino diem edicit militibus. inde per Apenninum ducit in Oxybios, caſtriſque ad amnem Apronem poſitis aduentum hoſtium exſpectat. Concurrere enim illos, & obuiam Romanis ituros fama tulerat. Deinde vbi rem diutius trahi videt, motis ab Aprone caſtris, Ægitnam contendit, & vrbe per vim potitus, homines in ſeruitutem redigit, *auctores violandæ legationis vin-*

nis vin-

in vinctos duci Romam iubet. His ita geſtis hoſti procedit obuiam, vbi Oxybiorum iuuentutem conſediſſe acceperat. Illi iam ad hominum millia quatuor conuenerant, nondum adiunctis Deceatibus, numerus ad ſuſtinendum Conſularem exercitum perquam exiguus. ſed deſperatio placari Romanos poſt commiſſum in legatos facinus poſſe, in eam amentiam adegerat efferatos, vt non exſpectato ſociorum auxilio, ad pugnam contra Romanos egrederentur. Commouebat Conſulem hoſtium audacia: ſed nulla omnino ratione temeritatem iſtam niti videns, vt erat vir militaris rei peritus, & ingenio mirifice ſagax, certa cum ſpe victoriæ contra educit aciem: cohortatusque pro tempore militem, *lento paſſu in hoſtem iri: deinde, vbi comminus ventum eſſet, acerrima impreſſione turbari hoſtium anteſignanos* iubet. Salutaris hæc admonitio fuit. vix primum impetum tulere hoſtes. inde effuſa fuga ceſſerunt, iamque Deceates, vt ſerum poſt cladem auxilium, ita fugientibus non inutile præſidium aderant. Cum his quoque prœlium aliquanto pertinacius, ſed euentu ſimile fuit. Victi ſeque & ciuitatem fidei Romanorum permiſere. Conſul ex agro capto deditoque quam potuit plurimum Maſſilienſi populo dedit: vtque ſecuritati eorum etiam in poſterum conſuleret, *obſides Ligurum ire Maſſiliam, ſtatisque temporibus permutari à ſuis* imperauit. Iuſſis deinde tradi armis omnibus, & ſic confecto bello, exercitum hybernandi cauſſa per oppida Oxybiorum Deceatumque diuiſit.

CAPVT XXXI.
Opimius Ligures vincit.

CAP XXXII.
Ptolemæorum bellum & pax.

Q. Opimio ad bellum profecto, Romam iterum Ptolemæus Philometoris frater venit: oſtenſisque cicatricibus, dolo fratris ſe petitum arguit, multa arte Patres ad commiſerationem ſuæ ſortis, & odium fraternæ crudelitatis illiciens. Neque apud occupatos animos Neolaidæ & Andromachi (hi ab maiore Ptolemæo legati aderant) defenſio valebat: quorum Senatus ne verba quidem ad aures ſuſtinebat admittere. *Hi igitur continuo ex Vrbe iuſſi diſcedere; legati quinque decreti* ſunt, quorum principes Cn. Merula, L. Thermus fuere: *totidem iis decretæ quinqueremes, dataque mandata vti Ptolemæum in Cypri regnum deducerent.* Scriptum etiam Græcis & Aſiaticis ſociis, *nihil contra voluntatem Senatus facturos, ſi eo in negotio minorem Ptolemæum adiuuiſſent.* Ceterum euentus belli pro maiore Ptolemæo fuit. qui in Cyprum magno cum exercitu veniens, primo Archiam præfectum ſuum, qui Demetrio inſulam prodere voluerat, honores apud ipſum eximios, & quingenta inſuper talenta pactus, amouit. deinde cum fratre, qui multorum inſtructus auxiliis occurrerat, prœlio congreſſus, victum in vrbem Lapitham compulit: neceſſitate deinde ad deditionem coactum, non modo dimiſit incolumem, ſed etiam Libyen Cyrenesque regnum reddidit ei: pro Cypro vrbes quaſdam,

Digitized by Google

quasdam, & frumenti annui certum assignauit modum: etiam filiæ suæ matrimonium pollicitus. Quæ partim ingenii mansuetudine fecisse creditus, laudem inuenit apud scriptores: partim vt putant, quia Romanos metuebat, si quid in fratrem quem protegebant illi, seuerius statueret. Ita compositis Ægyptiacorum Regum controuersiis, *Asiam adhuc ardere bello, Prusiæque iniuriis Attali regnum deuastari* reuersi Pergamo legati renunciabant.

CAPVT XXXIII. *Prusias Attalo insidias tendit.*

Quippe Prusias parum eo territus, quod res Attali Senatui Populoque Romano cordi esse audiebat, nihil ad euertendum eum violentiæ fraudisque, nihil ad despiciendam Senatus auctoritatem contumeliarum reliqui fecerat. Quum enim à L. Hortensio ceterisque legatis nostris, bellum cum Attalo populi Romani socio atque amico gerere vetaretur, parere grauatus, ad disceptationem controuersiarum vocantibus obsequuturum simulauit. Constitutum erat, vt ad fines regnorum cum millenis equitibus inuicem occurrerent. Id Prusias opportunum perfidiæ tempus esse indicans, legatos præmittit ad Attalum, qui *adfuturum paulo post cum numero definito nuncient.* Ipse interea ad opprimendum inimicum vniuersas copias concitat: parumque abfuit, quin sceleris præmio potiretur, nisi Attalus legatique Romani qui cum illo erant, de dolo admoniti, celerrima fuga præparatum discrimen euasissent. Prusias direptis etiam legatorum impedimentis, Pergamum, quo illi cum Attalo confugerant, adducit exercitũ. Erat ante vrbem Æsculapii celebre fanum, vbi re diuina facta, quum litauisset, honore ad superstitionem vsque profuso numen veneratus, in castra rediit. Postridie vero admotis ad Nicephorium copiis, quem lucum Rex Eumenes fanis & omni donariorum genere perornauerat, cuncta fœda ruina peruastat, delubra incendit, statuas sedibus suis auellit, ne deorum quidem simulacris parcens. inter quæ sustulit & Æsculapii signum, Phyromachi nobilis artificis opus, id ipsum, quod pridie tanta cum religione adorauerat. is turbatæ menti error inerat; quam nulla veri iustique scientia stabilitum abripiebant adfectus: modo ad muliebris superstitionis ineptias cogente metu; modo ira stimulante ad violanda per contumeliam, quæ paulo ante supra modum decorumque coluerat.

CAPVT XXXIV. *Rem infeliciter gerit.*

Neque melior ipsi deinde rerum euentus, quam pro tanta proteruia fuit. Nullo apud Pergamum virili opere edito, Elæam, quod Attali Regis emporium & nauale erat, à Pergamo tria distans passuum millia, obsedit. Qua nequidquam tentata, (nam Sosander Collactaneus Regis, cum præsidio ingressus oppidum fuerat) exercitu cetero terrestri itinere domum reuerti iusso, ipse nauibus contendit Thyatira: ne in reditu quidem ad violanda deorum templa segnior. Nam ad Hieran Comen Dianæ spoliauit fanum:

Apollinis autem Cyneii ædem quæ in Temno fuit, non ſpoliauit modo, verum etiam incendio conſumſit. Atque huc deinde relatum eſt, quod & pedeſtres copiæ profluuio alui pleramque partem interierunt, & claſſis partem ſubita tempeſtas in Propontide cum ipſis hominibus merſit, aliam in loca importuoſa compulſam tabulis armamentiſque confractis reddidit inutilem. Hæc vbi Patres acceperunt, ob abſurdum & infeſtum Pruſiæ facinus ita accenſi, continuo legatos decem decreuere, qui finire bellum, & Attalo pro illatis iniuriis ſatisfacere eum cogerent. In his L. Anicius, & C. Fannius, & Q. Fabius Maximus fuerunt.

CAPVT XXXV. *Cenſura M. Meſſalla, C. Caſsii.*

Cenſores hoc anno creati ſunt M. Valerius M. F. M. N. Meſſalla, C. Caſſius C. F. C. N. Longinus: quorum Valerius ipſe aliquando cenſoria nota perſtrictus fuerat. Atque vt hic priorem ignominiam nouis honoribus deleuit: ita L. Cotta tribunus plebis magiſtratus ſacroſancti dignitatem vili animo factoque polluit: ne creditoribus ſuis ſatisfaceret, tribunatus præſcriptione turpiter abuſus. Sed non mens eadem reliquo collegio fuit. decreueruntque conſenſu, *ni L. Cotta æs alienum diſſolueret, aut ſponſores daret, appellantibus ſe creditoribus auxilio futuros.* Hæc Romæ geſta. Ceterum in Hiſpania res parum proſperæ fuerunt. Calpurnius Piſo prætor à Luſitanis duce Punico victus, aliquot millia militum cum Terentio Varrone Quæſtore amiſit. Victor Punicus ad Oceanum vſque promouit ſigna, concitatiſque in arma Vettonibus, agrum Blaſtophænicum (ſic appellant progeniem ex Africa per Hannibalem transductorum) omni clade belli vaſtauit, quod ii fidem Romanis datam conſtanter tuebantur.

CAPVT XXXVI.

Succeſſus iſte multis & aliis Hiſpaniæ populis animos ad rebellandum fecit. Vnde, quia maiores iam motus timebantur, comitia Conſularia citius haberi, Conſuleſque deſignatos (Q. Fuluius M. F. M. N. Nobilior, T. Annius T. F. T. N. Luſcus erant) ante diem Kalendas Ianuarias inire magiſtratum placuit: quum eatenus Idus Martiæ ſolennis ei negotio dies fuiſſent.

A. V. C. DC. *Incundi Conſulatus tempus mutatum ob Hiſpana bella.*

T. Annius Gallos, nam & ii in armis erant, prouinciam habuiſſe videtur: Nobilior in Celtiberos, qui Belli cognominantur, eſt profectus. Illi tumultuum per Hiſpaniam auctores Segedam incolebant, vrbem magnam & opulentam, quam fœderi ſuo Tib. Gracchus, quum Hiſpaniam ordinaret, adſcripſerat. Eam tum coactis deſerere minora oppida incolis augebant barbari, murumque ſtadiorum quadraginta circum exſtruebant: etiam Titthis vicina gente, in eadem compulſis. Neque parere Senatui voluerant, vetanti nouari quidquam, tributaque & auxiliares copias imperanti. Quippe *fœdere Gracchano perſcriptum quidem aſſerebant, ne vrbes nouas conderent: veteres quin inſtaurarent muuirentque, nihil exceptum; tributorum vero & militiæ vacationem ab*

ipso senatu post Gracchi fœdus datam: neque abesse hoc a vero, sed immunitas illa quum à Senatu conceditur, addi semper solet, *tamdiu ratam fore, quamdiu Senatui Populoque Romano videatur.* Et Segedenses quidem cognito Consulis aduentu copijsque, nam ad triginta hominum millia adduxerat, quia nondum permunita vrbs erat, ad Aruacos cum vxoribus & liberis perfugerunt. Aruacci protinus consociatis viribus Caro Segedensi summam rerum deferunt, viro bellicis certaminibus exercitato: qui proximo statim triduo quum iter facere præter loca insidijs opportuna Romanos comperisset, captata occasione cum peditum viginti millibus, equitum quinque impetum fecit. Post acrem & diuturnam pugnam vertuntur in fugam Romani: deletusque foret occidione exercitus, ni equites ad custodiam impedimentorum relicti, pugnam redintegrassent, postquam inter insequendum Celtiberorum quoque turbatos esse ordines animaduerterunt. Nocte demum incumbente prælium diremptum est, haud leui vtrimque damno. Quippe Carus imperator hostium & cum eo sex millia ceciderunt, & par numerus ciuium Romanorum desideratus est. Dies etiam ipsa (Vulcanalibus pugnatum fuerat) ex eo tempore inter atras habetur. Aruacci Numantiam ea nocte digressi, nouos imperatores Ambonem & Leuconem constituunt. Consul refectis suorum animis tertio post die iterum ad hostem ducit, & ad tria millia passuum ab vrbe ponit castra. Quo quum opportune auxilia Masinissæ Regis, Numidæ trecenti, cum decem elephantis aduenissent, copiam pugnandi hostibus facit. Qui quum & ipsi ferociter procurrissent, subito diductis suorum ordinibus, collocatas ad hoc à tergo belluas ostendit nec opinantibus. Hostes equi vtrique nouo spectaculo conterriti effusa fuga vrbem repetunt. instat fugientibus Consul, iamque sub ipsos muros pertinaciter certabatur; quum vnus ex elephantis saxo caput saucius, ingenti barritu, & mox tumultu ac strage compleuit omnia, nam & ceteri voce huius excitati, eodem furore suorum perrumpebant sternebantque manipulos. Numantini contuiti hæc ex mœnibus, vbi Romanos impetum belluarum solutis ordinibus declinare vident, erumpunt portis, palatosque adsequuti, ad quatuor hominum millia, & elephantos tres interficiunt multisque armis signisque militaribus potiti, cum tripudio sui moris in oppidum reuertuntur quum ipsorum [illegible] duo ferme millia periissent. Hac fortuna non insolenter vsi hostes, misere legatos ad pacem æquis conditionibus petendam: responsum est ex dignitate Romani nominis, *pacem nisi deditis dari non posse.* At Consul vt primum confirmare suos ex aduerso casu potuit, Axeniam [illegible] petiuit, vbi Celtiberi commeatuum vim magnam comportauerant. Nu-

CAPVT XXXVII. *Q. Fuluius improsperè cum Segidensibus pugnat.*

CAPVT XXXVIII. *Alia pugna in eisdem dubio euentu.*

CAPVT XXXIX. *Plura deinde detrimenta eiusdem [illegible].*

Lenius quidem loci felix oppugnatio fuit, deſideratiſque haud paucis, ceteri noctu ſe in caſtra receperunt. Ex caſtris deinde præfectum equitum Bieſium miſit, vt à vicina quadam gente auxiliarios equites adduceret. Excepere Celtiberi redeuntem: inſidiiſque eorum conſpectis ſociorum equitatus fugit; Bieſius multique cum eo Romani fortiter pugnantes occubuere. Tam crebris bellorum offenſionibus ſollicitati ſociorum ſunt animi: & Ocilis vrbs gentibus illis clara: vbi annona & pecuniæ Romanorum ſeruabantur, ad Celtiberos defecit. Conſul etiam ceteris idem animi eſſe ſuſpicatus, ſub pellibus hyemauit. ibi multi militum penuria aut frigore, ſæuiebat enim acris hyems, extincti ſunt. Hoc initium fuit Numantini belli, quod magna cum clade ac ignominia populi Romani, viceſimum ad annum productum eſt: tanta plerumque violentia, vt non tam de eo, vter populus imperaret, quam vter eſſet, ſuſceptum videretur.

CAP. XL. *L. Mummius in vlteriore Hiſpania male pugnat.*

At in vlteriore Hiſpania L. Mummius prætor cum Cæſare, quem in occiſi ducis Punici locum ſuffecerant hoſtes, collatis ſignis dimicauit. Pulſus cum clade Hiſpanus, vbi victorem exercitum temere inſequi neglectis ordinibus videt, cohortatur ſuos, conuertit agmen, occiſiſque de Mummii exercitu nouem millibus, prædam caſtraque iam amiſſa non modo recuperat, verum etiam caſtris Romanis potitur. Mummius, cui quinq; circiter millia militum ſupererant, non auſus præterea copiam pugnandi facere, tutis locis caſtra ponens, intra vallum ſtudioſe exercebat ſuos, donec parumper animos territorum confirmaret. Tum in prætervehentes prædæ partem barbaros eruptione facta, disiecit hoſtem, prædamque & ſigna, quæ amiſerat, militaria recuperauit. *Deinde egregie.* Iiſdem diebus colentes cis Tagum amnem Luſitanorum ciuitates Caucæno duce Cuneos inuaſere ſocios populi Romani, vrbeque ampla ac potenti (Coniſtorgin vocabant) expugnata, traiecerunt Oceanum: inde diuiſis copiis pars aduerſam continentem populabatur; alii vrbem Ocilen obſidione cinxerant. Ibi vero L. Mummii par induſtria & felicitas fuit. Contractis ſuis & ſociorum viribus, in vniuerſum equites quingenti, cum nouem peditum millibus erant, primo populatores adgreſſus, quindecim eorum millia interfecit: inde ad Ocilen transduxit exercitum, magnaque & ibi ſtrage Luſitanorum edita, obſidionem ſoluit. Poſtremo agmen adortus, quod prædam ex agris raptam auehebat, occidione occidit: vt ne nuncius quidem cladis ſupereſſet. Ex præda, quantum ferri poterat, militibus datum: cetera omnia præſidibus bellorum diis incendi prætor exurique iuſſit.

CAP. XLI. *Attali bellum cum Pruſia.*

Interim in Aſia Rex Attalus magno per hyemem exercitu coacto ad bellum Pruſiæ inferendum ſe parabat, adiutus etiam auxiliaribus Cappadociæ Pontique Regum co-

[illegible] Demetrius Attarathi [illegible] adduxerat. Cadis tum [illegible] oppido, vt inter Phrygas Mysosque ambigui soli habeatur, [illegible] cem quos Senatus miserat legati ad eum venere. ii deinde [illegible] cum Rege de communibus rebus habito, recta perrexerunt ad [illegible], Prusias auditis Senatus mandatis; cavillando tempus trahere [illegible], alia quidem se facturum asserens, alia minime. Vnde [illegible] legati renunciata illi societate, continuo ad Attalum se receperunt: quos aliquantisper prosequutus Prusias, multisque blanditiis placare conatus, postquam frustra se esse videt, anxius iam & magnitudinem periculi serio reputans in regnum rediit. Legati monito Attalo vt, *sua defendere contentus, bello sponte inferendo abstineret*, inter se constituerunt, vt pars ad hæc omnia renuncianda Senatui Romam reuerteretur, ceteri per Ioniam Hellespontumque & vicinos Byzantio populos discurrentes, abstraherent à Prusia hominum animos, Attaloque conciliarent. Ita non multo post tempore frater Regis Athenæus cum classe nauium tectarum octoginta nauigare in Hellespontum potuit. Ex his quinque triremes Rhodiorum erant: Cyzicenorum viginti; quibus suarum septem & viginti Attalus addiderat, reliquæ ab aliis sociis submissæ fuerant. Cum his Athenæus vt quamque vrbium Prusiæ prætervehebatur, exscensione facta, magnam vbique vastitatem terroremque faciebat. Vnde summas in angustias redactus Prusias, gratanter accepit, quod Ap. Claudius, L. Oppius, A. Posthumius legati ab Senatu ad finem bello imponendum venerunt. Patres enim edocti à prioribus quo loco res Asiæ essent, confestim hos iusserant proficisci. Horum opera conuenit vt, *Prusias Attalo Regi naues tectas viginti statim; deinde intra proximos annos viginti, talenta quingenta daret: ager vtriusque iis finibus esset, quibus ante bellum fuisset: Methymnæis, Ægiensibus, Cumæis, Heracleotis, damni quod à Prusia passi essent nomine, talenta centum penderentur.* Hoc fœdere perfecto Attalus cum pedestribus simul equestribusque copiis domum est regressus.

CAP. XLII. *Prusias in angustias redactus, pacem accipit.*

CAP. XLIII. *Achæorum legati de exulibus suis iterum interpellant frustra.*

At in Vrbe quum iterum de iis qui ex Græcia fuerant euocati, verba à legatis Achæorum in Senatu facta essent, Senatus nihil mutandum censuit. Quo quidem tempore, quum multi de ea re sermones fierent, M. Cato perpetuus Carthaginis hostis dixisse fertur: *tanquam deesset quod ageremus, sedemus hic de senibus Græculis deliberantes, à nostris ne an ipsorum sandapilariis sint efferendi.* Solebat enim omnibus sententiis, quas dicebat in Senatu, subiungere: *hoc censeo, & Carthaginem delendam.* Tunc autem recenti metu promouendam viri stimulabat reuersa ex Africa legatio, quæ nuper specie disceptandarum cum Masinissa controuersiarum, magnam vim naualis mate-

riæ Carthagine depræhenderat. Inter hæc, durantibus Hiſpaniæ bellis, & à Pœnis impendente metu, neceſſarium viſum, indulgeri iuſtis prouinciarum querelis, quas de magiſtratuum Romanorum auaritia ad Senatum detulerant. Itaque ſeuere exercitæ ſunt leges, damnatique aliquot prætores, qui in extorquenda capiendaque pecunia egreſſi modum fuerant.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER TERTIVSDECIMVS.

In locum lib. XLVIII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XLVIII. Liuiani.

Lvſtrum à cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt ciuium capita trecenta viginti quatuor millia. Semina tertii belli Punici referuntur. Quum in finibus Carthaginenſium maximus Numidarum exercitus, Archobarzane duce, Syphacis nepote, diceretur eſſe. M. Porcius Cato ſuaſit, vt Carthaginenſibus, qui exercitum, ſpecie contra Maſiniſſam regem, ſed reuera contra Romanos accitum in finibus haberent, bellum indiceretur. contradicente P. Cornelio Naſica, placuit legatos mitti Carthaginem, qui ſpecularentur quid ageretur. Caſtigato Senatu Carthaginenſium, quod contra fœdus exercitum & nauales materias haberent, pacem inter eos & Maſiniſſam facere voluerunt, Maſiniſſa agro, de quo lis erat, cedente. ſed Giſgo, Hamilcaris filius, homo ſeditioſus, qui tunc in magiſtratu erat, quum ſenatus pariturum ſe iudicio legatorum dixiſſet, ita bellum aduerſus Romanos ſuadendo concitauit; vt legatos, quo minus violarentur, fuga explicauerit. Id nunciantes, infeſtum iam Senatum Carthaginenſibus, infeſtiorem fecerunt. M. Porcius Cato funus mortui filii in prætura, tenuiſſimo, vt valuit (nam pauper erat) ſumptu fecit. Andriſcum qui ſe Perſei filium, regis quondam Macedoniæ, ingenti aſſeueratione men-

[illegible] missus. M. Æmilius Lepidus qui princeps Senatus [illegible] iam C[illegible] erat lectus, antequam exspiraret, praecepit filiis, [illegible] sine linteis, sine purpura efferrent: in reliquum funus ne plus quam [illegible] consumerent: imaginum specie, non sumptibus nobilitari magnorum [illegible] funera solere. De veneficiis quaesitum. Publicia, & Licinia nobiles [illegible] quae viros suos necasse insimulabantur, cognita caussa, quum praetori [illegible] desque dedissent, cognatorum decreto necatae sunt. Gulussa Masinissae [illegible] nunciauit, Carthagine delectus agi, classem comparari, & haud dubium bellum strui. Quum Cato suaderet, vt iis bellum indiceretur, P. Cornelio Nasica dicente, nihil temere faciundum; placuit, decem mitti legatos exploratum. L. Licinius Lucullus, A. Posthumius Albinus, Consules, quum delectum seuere agerent, nec quemquam gratia dimitterent, a tribunis plebis, qui pro amicis suis vacationem impetrare non poterant, in carcerem coniecti sunt. Hispaniense bellum quum parum prospere aliquoties gestum ita confudisset ciuitatem Romanam, vt ne ii quidem inuenirentur, qui aut tribunatum exciperent, aut legati ire vellent; P. Cornelius Æmilianus processit: & excepturum se militiae genus, quodcumque imperatum esset, professus est. quo exemplo ad militandi studium omnes incitauit. L. Lucullus Consul cum Claudio Marcello, qui successerat, cum lacessere omnes Celtiberiae populi viderentur, Vaccaeos, Cantabros, & alias incognitas adhuc nationes in Hispania subegit. Ibi P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus, L. Paulli filius, Africani nepos, sed adoptiuus, prouocatorem barbarum tribunus militum occidit: & in oppugnatione Intercatiae vrbis maius multo etiam periculum adiit. nam murum primus omnium transcendit. Seruius Sulpicius Galba praetor male aduersus Lusitanos pugnauit. Quum legati ex Africa cum Carthaginensium oratoribus, & Gulussa Masinissae filio, rediissent, dicerentque & exercitum se & classem Carthagine deprehendisse, perrogari sententias placuit; Catone, & aliis principibus Senatus suadentibus, vt in Africam confestim transportaretur exercitus. quia vero Cornelius Nasica dicebat, nondum sibi iustam caussam belli videri; placuit vt bello desisteretur, si Carthaginenses classem exussissent, & exercitum dimisissent: si minus, proximi Consules de bello Punico referrent. Quum locatum a Censoribus theatrum extrueretur, P. Cornelio Nasica auctore, tamquam inutile, & nociturum publicis moribus, ex senatusconsulto destructum est, populusque aliquamdiu stans ludos spectauit. Carthaginenses quum aduersum foedus bellum Masanissae intulissent, victi ab eo, annos habente nonaginta duos, & sine pulpamine mandere & gustare panem tantummodo solito, insuper Romanum bellum meruerunt.

Lustrum

Luſtrum deinde quintum & quinquageſimum conditum eſt à M. Valerio, C. Caſſio cenſoribus. Cenſa ſunt ciuium capita trecenta viginti quatuor millia. Hoc luſtro, quum in Capitolio, proſtrata tempeſtatibus palma, quæ aliquot ante annis eodem in loco ſurrexerat, ficus enata eſſet; prodigii loco res eſt habita, & *ex eo tempore ſubuerſam in Vrbe pudicitiam* L. Piſo non ſpernendus auctor tradidit. Certe moribus ad omnem turpitudinem ruentibus, legum auxilio fuit opus, vt deteſtabili flagitio iretur obuiam. Lata eſt Scatinia, quæ *peruerſæ Veneris fœditatem, in eum qui feciſſe, quiue paſſus eſſe videretur, mulcta decem millium nummum vindicaret.* Ceterum pleriſque, vt aſſolet, morum dehoneſtamenta ſtrenue negligentibus, ea ſola cura erat, ne bella, & ab hoſtibus diſcrimen imperio portenderentur. Huc trahebant, quod & Ariciæ lapidibus pluerat, & Romæ multis locis vanæ togatorum ſpecies, accedentium viſentiumque manus & oculos eluſerant. Senatui maius certiusque portentum videbatur, quod ſuper omnes bellorum apparatus, qui contra fœdus à Carthaginenſibus fieri dicebantur exercitum illi grandem coëgerant. Igitur M. Claudius M. F. M. N. Marcellus, L. Valerius L. F. P. N. Flaccus, conſulatu inito, ad Patres retulerunt, *magnas Numidarum copias duce Arcbobarzane Syphacis nepote in Carthaginenſium finibus eſſe. prætexi à Maſiniſſæ metum: ſed conſiderandum ne imperium populi Romani his apparatibus peti poſſit.* Pleriſque ad hanc ſuſpicionem inclinantibus, præcipuus M. Catonis ardor fuit. tum multa vi orationis bellum ſuadentem, P. Scipio Naſica contrariæ ſententiæ auctor excepit, mouitque Patres, vt lenioribus remediis ageretur. Ita legatio Carthaginem miſſa, cuius princeps idem fuit, qui mittendam peruicerat, Senatum Pœnorum caſtigauit, *quod materiam naualem exercitumque contra fœdus haberent;* illiſque *neceſſitatem qua leges neſciret, & Maſiniſſæ iniurias* obtendentibus, obtulerunt legati *cum Rege acturos, vt æquiſſimis conditionibus arma poneret;* tantumque induſtria eorum & auctoritas apud Maſiniſſam valuit, vt *agro controuerſo honoris Romanorum gratia ceſſurum* polliceretur. Præclare confectum negotium erat, Senatu quoque Carthaginenſi legatorum iudicio rem permittente, niſi fortuna vrbis perituræ vnius hominis temeritatem ad excitandum id incendium perpuliſſet, quo paulo poſt tantæ antiquitatis potentiæque reſpublica conflagrauit. Agebat in magiſtratu Giſgo Hamilcaris filius, homo ſeditioſus. is pro concione non in Romanos magis, quam Senatum vrbis ſuæ inuectus, imbellem eumdem & ferocem populum adeo incitauit, vt *aduerſus Romanam verſutiam, qua toties*

Luſtrum quintum & quinquageſimum.

CAP. II.

A.V.C.DCI.

De ea re ad Senatum referunt.

CAP. III.

Giſgo Pœnos ad bellū concitat.

rebus

rebus Punicis amplius quam bello nocuissent, armis agendum c[illegible] velut inde rectissime inciperetur; legatos ipsos ad exitium qu[illegible] illos quidem, licet ægre, tamen expulerunt fuga. Principes [illegible] Romanorum & Masinissæ rebus studere arguebantur, qu[illegible] ferme in exsilium pulsi; obstrictusque iureiurando populus, *ne aut reciperet exsules vmquam , aut etiam de recipiendis verba fieri a quoquam pateretur.*

CAP. IV.

Atque hi quidem ad Masinissam pergentes, illum ad bellum Patriæ suæ inferendum stimulabant neque minores iras excitabant, reuersi Romam legati . certumque iam habebatur , insolentiam Carthaginensis populi seuerioribus minis retundi oportere. quo minus bellum statim iuberetur, nihil tam obstitisse atque Celtiberiæ motus credi potest, qui tum maximis cum terroribus efferuescebant. Nam in Gallia prospere res erant, & *ea in prouincia hoc anno bene pugnatum* tradunt. At M. Marcello Cōsuli, & M. Atilio Prætori, quorum ille citeriorem Hispaniam, hic vlteriorem obtinebat, vt ad extremum felix expeditio, ita multis emenda periculis fuit. Iamprimum Marcello aduenienti cum legionibus duabus, in quibus quaterna millia peditum, equites duceni quinquageni fuere, structæ sunt ab Hispanis insidiæ, quibus ille sapienter euitatis, ad Ocilin, quæ nuper ab Romanis defecerat, penetrauit: quam ipso aduentus sui terrore perculsam extemplo accepit in fidem, obsidibus, & argenti talentis triginta imperatis. Asperiorem aduersum desertores futuram crediderant victoriam Celtiberi: ergo clementiam Imperatoris Romani admirata Nergobrigum ciuitas misit quæsituros , *quo fidei & obsequii pignore in gratiam recipi posset.* Petiit Consul equites auxiliares centum ? & accepta est conditio. Verum donec legati Nergobrigum pacis via legesque cum Romano tractant; alia manus partem exercitus iter facientem adorta, turbauit postremos, impedimentorumque nonnihil abripuit. Redierunt nihilominus cum promissis equitibus legati : veniamque delicti petentes, excusabant *ab ignaris initæ pactionis commissum.* At Marcellus equites in vincula coniici, equos vendi iussit: & mox vastatis Nergobrigum agris, prædaque militibus diuisa, oppidum obsidione cinxit. Conspicati periculum hostes (strui enim Marcellus aggeres, admouerique machinas iusserat) caduceatorem misere. pacem orantes. Amictus ille fuit pelle lupi , quod iis gentibus pro caduceo pacifici nuncii signum est. Consul *nihil iis expectandum pacati*, respondit, *nisi Aruacci omnes . Bellorumque & Titthorum populi vna rogarent.* Neque mora in illis fuit. venere trium ciuitatum legati , rogitantes , *vt tolerabili mulcta imperata, reciperet omnes in Gracchani fœderis leges.* Contradicebant his aliarum gentium oratores, qui ab Aruaccis sociisque bello vexati,

Celtiberiæ motus.

CAP. V.

Nergobriges pacem a Marcello petunt.

CAP. VI.

xati, quod Romanarum partium eſſent, obteſtabantur Conſulem, *vt ſuæ vindictæ ſimul ſecuritatiſque rationem ageret.* Conſul non minus belli aduerſus duram gentem finiendi cupidus, quam voluntatem ſuam callide tegens, vtroſque reiecit ad Senatum, induciaſque cum hoſtibus donec legati reuerterentur, pactus, hibernatum abiit Cordubam, eumque locum abundantibus circa agris alendæ hominum multitudini non incommodum videns, in vrbis ſpeciem atque magnitudinem exædificauit. Sed in Luſitania, poſtquam L. Mummius ad triumphum deceſſiſſet, M. Atilius prætor Prouinciam accepit. vbi quum ſeptingentis hoſtium interfectis, vrbem Oxthracas iis locis maximam occupaſſet; eoque metu vicina oppida Romanis adiunxiſſet (inter quæ pars aliqua Vettonum fuit, vicinæ Luſitanis nationis) in hiberna abduxit exercitum. Tum vero ſubita defectione omnium de integro turbatæ res, & quædam vrbium cum Romanis ſentientium, circumſeſſæ.

Marcellus Cordubam ædificat.

CAP. VII.

Rhodiorum legatio Romam, & bellum cum Cretenſibus.

Dum in eo ſtatu Hiſpanienſe bellum eſt, Romæ Senatus Aſtymedi datur Rhodiorum legato, quem præfectum ſimul claſſis creauerant. Erat his bellum cum Cretenſibus, aduerſus quos ſociorum opes ſolicitabant: Decreuit extemplo legatos Senatus, qui bello finem imponerent. Idem negotium Achæorum erga Romanos detexit obſequium, libertati gentis haud ſane conueniens, ſed pro tempore neceſſarium. Rhodiis auxilium petentibus, plerique mittendum cenſuerant: Sed Callicrates Leonteſius negauit *fas Achæis eſſe vel indicendi cuiquam belli, vel ferendi auxilii Romanis inconſultis.* Hac oratione tamquam fulmine percuſſi, qui diuerſum cenſuerant, quieuere. Multæ deinceps legationes Romam quum veniſſent, præ reliquis auditus Attalus eſt, Eumenis filius. Venerat is in Vrbem admodum puer, vt ſe commendaret Patribus, amicitiamque & hoſpitii paterni ius cum Populo Romano recoleret. Hic igitur perbenigne comiterque tum ab Senatu, tum à paternis amicis exceptus, cum reſponſo quale optauerat, honoribus ætati conuenientibus, domum rediit: inſigni fauore Græcarum vrbium, per quas iter ipſi erat, profuſæ beneuolentiæ ſignis venientem abeuntemque proſequentium. Nam pater pueri Eumenes vnus omnium ſua ætate Regum, plurima in Græcos publice priuatimque beneficia contulerat. Venit ſimiliter diſceſſitque Roma Demetrius puer, mediocribus, vt anni eius erant, affectus honoribus.

CAP. VIII.

Laodice & Alexander Syriæ Regnum ab Senatu petunt.

Hoc digreſſo Heraclides, qui cum Laodice & Alexandro dudum in Vrbe commorabatur, poſtquam ad cauſſam ſuam fulciendam nihil calliditatis & præſtigiarum prætermiſiſſet, quos facilimos fraudi putabat Patres ambiendo, tandem in curiam eſt introductus. Prior Alexander orauit Senatum, vt *amicitiæ quæ cum patre ſuo Antiocho fuiſſet, me-*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] ab [illegible] plures [illegible] aut

[illegible] hæc verba [illegible]

[illegible] *Quod Alexandri & [illegible] Regni [illegible]*

[illegible] dimittendos in paternum Regnum, [illegible]

CAP. IX. *[illegible] auxilio [illegible] videri.* Hoc armatus [illegible] Heraclides non distulit extemplo conducere militem, & quos ex [illegible] viris et consilio opportunos nouerat arcessere. Quibus cum [illegible] delatus, totis viribus ad bellum quod parabat se cepit accingere. Demetrius, vt aduersus hunc terrorem se Romanorum beneuolentia tueretur, quum alia ipsis officia attente præstitit, tum Adramyttenum quemdam, Andrisco nomen erat, sub custodia Romam misit, qui Persei se filium is ferebat, qui postremo Rex Macedoniæ fuerat. Neque parui æstimandum hoc officium Demetrii fuisse, mox euentus docuit, quum ille veterator, clam elapsus, Macedoniam Thraciamque ingenti [illegible] concitaret, vt in loco referemus.

Demetrius Andriscum, qui se Persei genitum ferebat, Romam mittit.

Quum hæc diuersis terrarum partibus agerentur, Romæ insignes aliquot viri obierunt: M. Æmilius Lepidus Pontifex Maximus, & M. Porcius prætor. alter quoque [illegible] L. Flaccus in magistratu mortuus est. M. Porcium Cato Pater pro modo facultatum, quas habebat non amplissimas, honore ac affectu [illegible] impensa maiore extulit. & eum quidem charissimum habuisse, ipse sibi testimonio est. qui tamquam præstantissimi animi virum passim in scriptis suis prædicat: mortem tamen eius, quum pro cetera morum constantia fortiter tulit, tum quia Philosophiæ studiis eruditus, negabat *[illegible] qui mori dicantur* sperabatque *se filium meliore in vita [illegible] piorum esse reperturum.*

CAP. X Memorabile etiam in M. Lepido fuit, quod priusquam moreretur præcepit filiis, *lecto se strato sine linteo sine purpura efferrent: in reliquum funus etiam modicam consumi pecuniam [illegible] imaginum specie, non sumptibus nobilitari magnorum virorum [illegible] lere.*

M. Lepidus vetat se ampio funere efferri.

Huius in locum P. Cornelius Scipio Nasica Pontifex Maximus lectus est. Aliorum deinde complurium obitus admonebant homines, quod initio anni, quum ante ædem Iouis in campo columna cum si-

gno

gno mutato decuſſa eſſet aruſpices *interitum magiſtratuum & ſacerdotum fore* reſponderant. Sed & in ſuſpicionem veniſſe matronas crediderim, antiquum eas ſcelus retuliſſe, nam *& olim fraude muliebri magnus Principum Romanorum numerus eodem anno interceptus* ferebatur. Certe Publicia & Licinia nobiles feminæ, quarum hæc Claudium Aſellum illa L. Poſthumium, qui tertio ante anno Conſul obiuerat, viros ſuos veneno necauiſſe arguebantur, cognita cauſſa quum vades prætori dediſſent, ad cognatorum iudicium remiſſæ, horumque decreto ſtrangulatæ ſunt. Ne ſic quidem ſatis expiatæ prodigiorum minæ videbantur: niſi remouerentur, in quos intentatæ illæ fuiſſent: ita monitis aruſpicum magiſtratus omnes abdicarunt. Comitia per interregem habita: L. Licinius L. F. Lucullus, A. Poſthumius A. F. Sp. N. Albinus Conſules facti. Animos deinde his euentibus triſtes, aliæ aliæque perturbationum cauſſæ concuſſere. maxima fuit omnium, quod in Africa ſimul Hiſpaniaque res parum pro voluntate Senatus ſucceſſerant. Ex Africa filius Maſiniſſæ nunciabat, *ſe per cauſſam deprecandi pro exſulibus cum fratre Micipſa parentis miſſu Carthaginem veniſſe. ceterum in vrbem non eſſe admiſſos: & ſibi, quum reuerteretur, ab Hannibale Samnite, qui caput factionis popularis eſſet, inſidias ſtructas, & ex comitatu ſuo quoſdam interemptos, ſe fuga ſalutem quaſiuiſſe. Ceterum pro comperto ſe adferre, Carthagine delectus agi, parari claſſem, neque diſſimulanter iam aut obſcure bellum contra Romanos ſtrui.* Non erat ita proſtratus domeſtico vulnere Catonis animus, vt aut publicis conſultationibus abſtinendum, aut de ſolito rigore quidquam remittendum eſſe duceret. Itaque tum quoque, vt ſemper, *bellum indici Pœnis oportere*, magna adſeueratione tendebat: neque ſegnius opinionem ſuam P. Scipio Naſica tuebatur, *omnia prius experiunda.* Sic iterum in hanc ſententiam diſceſſum, facto ſenatusconſulto, *vti decem legati quamprimum mitterentur, ſpeculaturi quid Carthaginenſibus animi conſiliiue eſſet.* Interim Celtiberorum legati quum Romam perueniſſent, diuerſi mode excepti ſunt. nam qui à ſociis ciuitatibus venerant, iis in Vrbe hoſpitium præbitum: reliqui trans Tiberim manere iuſſi. Die Senatus, priores vocati ſociorum oratores, ciuitatis cuiusque ſeparatim, eamdem in ſententiam verba fecerunt: *Eam eſſe conditionem Hiſpaniæ, vt aliis nihil charius Romano imperio, aliis nihil intolerabilius videatur. has inter factiones neceſſario intuta inimicaque omnia eſſe: nec alteram poſſe ſtabili in fortuna conſiſtere, niſi depreſſis partis alterius viribus. Quod ſi igitur,* aiebant, *duces Veſtros exercitusq; bello nondum confecto reuocatis, nihil futurum eſt certius, quam vt in nos, tamquam proditores patriæ, omnis communium hoſtium conuertatur impetus. Nam ſi hoc conſtiterit, arma Vobis impune inferri poſſe,*

A. V. C. DCII.

CAP. XI.

Filius Maſiniſſæ Pœnos bellum ſtruere Patribus indicat.

CAP. XII.

Celtiberorũ populi Rom. ſociorum oratio in Senatu.

neque aliud inde timendum, [illegible], [illegible] non erit tam imbecillus animo quisquam, vt [illegible] Romanum [illegible] mutandam esse putet. [illegible] exemplo [illegible] terarum nationum animis, quando inter ferrum & pericula [illegible] culiter [illegible] inuenit [illegible]. [illegible], vt in [illegible] quo [illegible], merito [illegible] Vibiam [illegible], [illegible], ne [illegible] & pred[illegible] nostris vesperque [illegible]. [illegible] potentia & in nos inexpiabile odium est. neque nobis vllam [illegible] a periculo vacuum tempus erit, nisi aut perpetuo Consularis exercitus in Hispania sit: aut priusquam decedat, ita castigentur hostes, ne aut ipsi [illegible] vltra [illegible] Romanorum, aut alii audeant.

CAP. XIII. [illegible] Oratores audiuntur.

Secundum hos [illegible] Aruacorum legatos audiri. his sermo quam animus modestior [illegible] siorque fuisse dicitur. Pacem orabant: sed vt ne bellum quidem recusaturi viderentur, nisi quod petebant fieret. petebant autem, *vt certa sibi multa indiceretur, quam vbi luissent, iterum fruerentur fœderis eius legibus, quod olim cum iis Tib. Gracchus icisset*: ad hoc vt reputatione fortis humanæ inclinarent animos, inter loquendum sæpe *ambiguos fortunæ lusus* commemorabant, pugnarumque cum Romanis ducibus ita faciebant mentionem, vt quamquam gloria belli cederent, plus tamen successuum aliquanto habuisse intelligerentur. Post omnes introducti in Senatum sunt, quos Proconsul miserat. Ii literas M Marcelli attulerunt, quibus pacem suadebat: & epistolis consentientia ipsi loquebantur. Patres re expensa sociis consulendum esse, spiritusque Aruacorum deprimendos non dubitabant: quibus id potissimum rationibus fieret, ambigebatur. responderi tandem in præsentia placuit, *M. Marcellum proconsulem Senatus voluntatem vtrisque significaturum esse.* Legatis Marcelli clam mandatum, vt ad bellum ex dignitate populi Romani gerendum proconsulem hortarentur. Metu enim cunctari illum plerique interpretabantur, dabantque operam, vt quamprimum successor ei mitteretur.

CAP. XIV. Romana iuuentus detrectat militiam.

Sed studium Senatus, haudquaquam pari ardore iuuentutis, aliquamdiu vanum & inefficax fuit. Quum enim Q. Fuluius quique cum eo ex Hispania decesserant, *Celtiberici belli difficultatem, continua cum hoste certamina, numerum occisorum, virtutem hostium* assiduis sermonibus ferrent; iamque etiam Marcellum detrectare id bellum formidine appareret: is pauor inuasit ciuitatem, vt neque tribuni militum ad numerum reperirentur, neque legatus ire quisquam vellet: & quod importunissimum erat, citati iuniores vel ad nomina non responderent, vel eas causas comminiscerentur, quas neque cognosci pudor sinebat, neque puniri

delinquen-

delinquentium multitudo. Rem per ſe tædii ac difficultatis pleniſſimam difficiliorem reddebat tribunorum plebis intemperies, qui delectum recuſantibus auxilio erant, Conſulumque conatum & induſtriam intempeſtiua contentione morabantur. Ergo ad præcidendam omnem non iniquæ querelæ ſpeciem, inſtituerunt munia militaria, non vt ſemper moris fuerat, ſui beneficii arbitriiue facere, ſed inter æquales ſorte diſtinguere præfecturarum ac ordinum gradus. Quamquam ne ſic quidem petulantia tribunorum compoſita vsque eo prorupit, vt Conſules ambos, quoniam gratiæ nihil dabant, nec pro amicis ſuis deprecantibus militiam tribunis obſequebantur, in carcerem coniicerent. In hac rerum perturbatione, quum neque Senatui neque magiſtratibus quidquam conſilii poteſtatisue reliquum eſſet, ſcirique nequiret, quem ad finem iuniorum abitura eſſet *impudentia* (nam hoc nomen inauditæ antea conſternationi Senatus fecerat) P. Cornelius Scipio Æmilianus peropportunam orationem habuit, iuuenis adhuc, nec niſi togatis virtutibus notus. Is grauiter increpita ciuium formidine; *ſæpe*, inquit, *hoc loco interfui, Patres conſcripti, quum de Republica ſententiæ dicerentur: neque verba ſum facere conatus, quod malebam eorum auſcultare dictis, quibus venerationem ætas, & longus rerum vſus prudentiam conciliaſſet. Nunc autem quia præſens conſultatio magis animos & exemplum, quam auctoritatem & conſilium deſiderat, nihil aut annis meis alienum, aut propoſito diſcors facturum arbitror, ſi præſentem ignauiamne dicam an conſternationem noſtræ iuuentutis iuuenis ipſe coarguam, aliorumque mentes ab hoc tanto dedecore ad priſtinam virtutem verbis factiſque, quantum quidem in me erit, reuocem. Igitur quod felix fauſtumque ſit, imprimum legationem Macedonicam abdico, deponoque: deinde ad bellum Hiſpanienſe operam meam, quacumq; in re Conſul vtendum ea iudicabit, Reipublicæ offero. Conſtare autem puto, ſiquidem bellum defugere, nemini meorum æqualium honeſtiorem & ſpecioſiorem vacationis cauſſam eſſe, nominatim à paternis clientibus poſtulatus, ſi nobiliſſimæ prouinciæ diſſidia, fortaſſis ad Imperii noſtri periculum eruptura componerem, & obtentum timor, & ambitio cupiditasque occaſionem haberent. Sed ego in domibus Æmiliorum atque Scipionum genitus ac educatus, neque metuere pericula, neque mirari pecuniam debeo: gloriam autem veram inde demum ſperandam exiſtimo, ſi rationes meas omnes ad patriæ ſalutem retulero, idque potiſſimum quoquo tempore peragendum putaro, quod ipſius neceſſitates aut commoda præcipue poſtulauerint. Neque vero domeſticum mihi exemplum deeſt. nam & auus meus P. Africanus, quo tempore in Italia Hannibal erat, in eamdem iſtam Hiſpaniam, aliis itidem vt nunc ſit prouinciam iſtam metu detrectantibus, profectus eſt, atque illa populo Rom. aſſerta, ſibi etiam in Afri-*

CAP. XV. Scipionis Æmiliani oratione arguitur.

CAP. XVI. Scipio aui exemplo operam ſuã offert Reipub.

[illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fuit [illegible] [illegible] romana nomina [illegible] [illegible] gine ipsa [illegible] [illegible] [illegible] ducibus exercitibusque, ad [illegible] Hi- spaniam [illegible] [illegible]. *Nunc vero pauca neque maxima* [illegible] *tumultu* [illegible] *quum neque* [illegible] *bellum, neque* [illegible] *ma- gnis* [illegible] [illegible] *animi ceciderunt,* [illegible] [illegible] *torum populi* [illegible] *emanauit, ut vix mihi ipsi credam, aut eosdem* [illegible] *qui esse solebamus, aut in prognatos, quorum virtutem & constantiam nulla vis la- sare potuit, nullum discrimen frangere. Verum enim vero pro se quisque vi- derit, quid vel sibi vel maioribus posterisque suis adprobet, ego quod unum pos- sum, neque cuiquam exemplum inertiæ ero, & primo quoque tempore ad exer- citum proficiscar.*

CAP. XVII. Adolescentis orationem admirati Patres, quibus in tanto omnium timore nihil ab his annis speratum præsidii fuerat, certatim in complexum eius ruebant: *dignum familia & in qua genitus, & in quam adoptatus esset*, prædicantes. *pergeret bonis auibus implere datam fato sortem, & clarissimam maiorum famam, suis virtutibus gloriaque & felicitate renouaret.* Maiores natu referebant *factum senioris Africani, qui quum camdem in Hispaniam ire auderet nemo, patriæ suam operam ultro obtulisset. nunc ab alio P. Scipione idem prorsus exemplum relatum, in quo quum cetera essent omnia, qualia & auus habuisset, iam se eamdem in illo factorum nominisq. amplitudinem* aiebant *augurari.* Productus deinde in concionem populi, quum eadem disseruisset, pudore & æmulatione sic permouit non vulgus modo, sed etiam primarios ciues, ut & legatorum tribunorumque numerus, sponte se multis offerentibus expleretur: & legiones, agminatim iam nomina dantibus, qui antea tergiuersati fuerant, citra longiorem moram conscribi possent.

Delectus procedit.

CAP. XVIII. *Marcellus Celtiberiam pacat.* Dum his impedimentis delectus Romæ trahitur, M. Marcellus proconsul cupidus belli ante successoris aduentum quoquo modo finiendi, ut pacatæ Hispaniæ titulum aucuparetur, quantum ipsis immineret periculi, admonere Celtiberos non destitit: & ut humanitate quoque ad pacis amorem eos illiceret, obsides reddidit petentibus. Cum principe autem legationis quæ missa Romam fuerat, diu secreto colloquutus, suspicionem proditionis auxit: ceteris etiam quæ mox euenere, non obscura rei eiusdem indicia præferentibus. statim enim & Nergobrigas quinque Aruacorum millia occuparunt: & Proconsul ad Numantiam exercitu ducto, [illegible] urbem posuit castra, egressosque obuiam leui certamine intra [illegible] compulit. Ibi Litenno hostium ductor pede firmato exclamauit [illegible] *loqui cum Proconsule* cupere. Accepta haud grauate petitio est: con- nitque,

nitque, *vt obſidibus & pecunia data Celtiberi ſuis legibus viuerent, ſociique & amici populi Romani haberentur.* Summam pecuniæ talenta ſexcenta fuiſſe Poſidonius, Hiſpanicarum rerum peritus auctor tradidit. Quum hoc modo pacati omnes Celtiberiæ populi viderentur, nouum ſubinde bellum L. Luculli Conſulis cupiditate excitatum eſt. Is quum Hiſpaniam ſorte accepiſſet, idque ſibi putaret agendum, vt locupletis prouinciæ copiis rei familiaris anhelantem inopiam refocillaret, occaſionem manubiarum cepit quærere. Nouam pacem, quum re acta superueniſſet, turbare periculoſum rebatur: in Turdulos, Cantabros, aliasque nationes Romanis adhuc armis incognitas impreſſionem facere ſtatuit. ad hos iter per Vaccæos erat. Huc igitur ſigna protinus infert, quum neque mandatum belli cum his gerundi ab Senatu, neque cauſſam ab ipſis vllam accepiſſet. Cauca trans Tagum vrbs erat, ad quam transmiſſo amne quum caſtra poſuiſſet, mirantibus oppidanis, *qua in Romanos offenſa obſidionem meruiſſent? Carpetanorum iniurias vltum ſe venire* profeſſus eſt. Caucæi ad ſua tuenda conuerſi, poſtquam hoſtem frumentari lignarique audacius animaduertunt, eruptione in palantes facta, multos interficiunt, reliquos ad ipſa vsque caſtra repellunt. Primis conatibus quum ita ſucceſſiſſet, facti animoſiores, ſignis collatis dimicare ſunt auſi. & donec eminus certabitur, leuibus aſſueto prœliis, & ad velitationem meliore Hiſpano, Conſulis exercitus laborabat. vbi miſſilibus exhauſtis, ad manus & gladios ventum, hoſtis, vt in nulla re pari, continuo terga vertit, vrbem haud longe diſtantem concitato curſu petens. Aderat Lucullus haud ſegniter perculſis inſtans, ita dum pro ſe quisque inter primos nititur irrumpere, conſtipati in anguſtiis portarum impune ſe cædendos victori præbuere. tria millia eo caſu ſunt deſiderata. Quo quum cecidiſſent animi, poſtridie eius pugnæ cum coronis & ſupplicum velamentis ſeniores Lucullum adeunt, *quibus obſequiis placari pateretur,* rogitantes. Ille primum *obſides & argenti talenta centum* poſtulauit *equitibus etiam eorum inter ſua auxilia militare* iuſſis. Hoc vbi prompte à barbaris factum: adiecit, *præſidio in vrbem introducto ſibi opus eſſe.* Annuentibus & hoc Caucæis, delectorum ex toto exercitu duo millia per hanc ſpeciem introiuerunt. Sed fœda Conſulis auaritia mœnibus hi, vt mandatum erat, occupatis, omni reliquo exercitui patefecerunt aditum; ſignoque tuba dato, omnes Caucæorum puberes ad millia hominum viginti interficiuntur, imbellis ætas ſexusque præmium perfidiæ in captiuitatem abſtrahitur: tantaque ex multitudine oppido pauci, per prærupta quædam eoque neglecta cuſtodibus loca, iactis in præceps corporibus euaſere. Vrbe direpta, quum facinoris eius fama omnes

CAP. XIX.

Lucullus Vaccæis bellum infert.

CAP. XX.

Luculli perfidia in Caucæos.

omnes iuxta populos velociter percurrisset, qui apertis locis habitabant [illegible] in præruptos montes, aut munita oppida se contulerant, [illegible] auehere potuerant rebus suis, ne quid hosti tam crudeli [illegible] fidifrago relinqueretur. Sic aliquamdiu plus exercitui [illegible]

CAP. XXI. *Lucullus Intercatiensibus bellum infert.*

regionem eunti, quam ab hostilibus armis periculi fuit [illegible] tiam peruentum, Vaccæorum & ipsam, vbi Hispanorum [illegible] viginti millia, duo equitum confederant. Hi quum a Consule [illegible] ditione inuitarentur, illudentes interrogarunt, *eademne [illegible] essent, qui Caucæos redidissent?* Erat omnino eorum hominum [illegible] quoties aliquid exprobrari sentiunt, aliorum potius libertati [illegible] delictis irascuntur. Itaque velut graui iniuria læsus, agrum [illegible] oppidum circumuallare aggreditur, & sæpe instructa acie progressus potestatem æquis locis pugnandi hostium ducibus facit. Verum [illegible] leuibus prœliis vires experiri contenti, ad periculum de summa rerum adduci non patiebantur. Ea quum sæpe fierent, Intercatiensis quidam splendidis armis ornatus sæpe Romanos prouocabat, si quis singulari certamine vellet congredi: & nemine contra exeunte discedebat [illegible] & ludibriis ignauiam hostium exagitans.

CAP. XXII. *Scipionis Aemiliani certamē singulare cū Intercatiensi.*

Non tulit indignitatem rei P. Scipio, qui tum sub Lucullo tribunus, cum ea magnitudine animi, quam haud multo post amplissimis gestis orbi testatissimam reddidit, corporis etiam insigne robur, rara felicitate coniunxerat. Is igitur pugna cum prouocatore conserta, prostrauit hostem, pari Romanorum lætitia, & hostium terrore. quod ingentis corporis virum modicus ipse staturæ deiecisset. Proxima nox vanam in castris trepidationem mouit errore incerti clamoris, qui pariter ex vrbe campisque accidebat. Equitatus enim Vaccæorum, qui sub aduentum Luculli pabulatum egressus, deinde hostilium copiarum obiectu exclusus vrbe fuerat, passim obequitans altissimis vocibus strepebat. cui quum ex vrbe par clamor redderetur, percellebatur Romanus incerta æstimatione, quidnam sibi periculi tumultu isto, & vnde portenderetur. Augebant metum inualidæ stationes, quod ad obeunda militiæ munia, præter damna prœliorum, etiam morbis imminutus exercitus erat. Carnibus enim ceruorum leporumque sine sale vescebantur (sal omne vinumque cum aceto, & oleo defecerat) & his alimentis ceperat tentari militum [illegible] do, multique passim profluuio alui moriebantur. Ergo post [illegible] multus iste cessauit, tanto intentius operibus institit Consul, [illegible]

CAP. XXIII. *Scipio primus ascendit in murum.*

que admotis muri perfregit partem. Ibi denuo Scipionis Aemiliani magnifica virtus enituit: nam irrumpentibus in vrbem militibus [illegible] mus omnium conscensis mœnibus aperuit viam, neque tamen obtu[illegible]

vi[illegible]

vrbs potuit, prævalidis numero hoſtibus, & pro ſalute ſua ſuorumque fortiſſime propugnantibus: repulſique ſunt cum aliquo detrimento Romani, quum ſuper eos quos hoſtile ferrum abſumpſerat, etiam multi locorum ignorantia in ſubterranea quædam aquarum receptacula illapſi periiſſent. Nocte ſublapſum muri partem refecit hoſtis: pluresque deinde per dies, expertis vtrimq; cum damno viribus, ſegnis obſidio fuit. Ea res inopiam ſimul in caſtris, & in vrbe auxit. quod quia neutris ignotum erat, inde colloquio initium, & mox deditioni fuit. Et quando ſuſpecta barbaris Luculli fides erat, Scipio ſpopondit, *nihil contra pacta factum iri*, moxque patuit, quanti ſit vſus etiam in bellis opinio iuſtitiæ, quæ probitate conſtantiaque morum comparatur. Adoleſcentis priuati dexteræ inermi permiſere barbari vrbem, quam Conſul exercitusque Romanus armati, nec auctoritate ſua, neque forte vi extorquere potuiſſent. Agnouit beneficium Lucullus, iuuenemque pro concione meritis cumulatum laudibus, murali corona donauit. Intercatienſes Conſuli ſex millia ſagorum dedere, cum obſidibus quinquaginta (ſic enim conuenerat) & certo armentorum pecorumque numero. Hæ ſolæ diuitiæ fuere; auri & argenti, qua maxima gratia Lucullus eas regiones ſcrutatus fuerat, nihil repertum. Dum iſtæ res in Hiſpania citeriore geruntur; vlterior infeſtis Luſitanorum armis luctuoſa populo Romano fuit. Ser. Sulpicius Galba prætor, quum à M. Atilio prouinciam eo in ſtatu accepiſſet, vt ad eximendos obſidioni ſocios feſtinatione opus videretur, incredibili celeritate ſupra ſexaginta millia paſſuum vna die ac nocte permenſus, ex itinere inſtruxit ad prœlium copias, vt hoſtibus improuiſus incumberet. Neque fefellerat fortuna conſilium, niſi fortunam ipſe alio conſilio fefelliſſet. Prima impreſſione pepulit imparatum hoſtem: poteratque velocitatis ſuæ fructu gaudere, ſi ad vires reparandas defatigato militi ſpatium conceſſiſſet. dum fugientes languide perſequendo infirmitatis ſuæ admonet, corrupta & prodita victoria eſt. Quum enim continuatus itineris & pugnandi labor, ad recipiendum ſpiritum nunc hos nunc illos interquieſcere cogeret; in diſſipatos & defeſſos impetu reuerſus hoſtis, ad ſeptem millia militum obtriuit. Prætor aſſumptis quos circum ſe habebat equitibus, fugæ beneficio euaſit Carmelim: vbi collectis qui eodem ex fuga conuenerant, quum etiam de ſociorum auxiliis hominum millia viginti effeciſſet, in Cuneorum gentem ſe recepit, nihilque præterea tentare auſus, exercitum in hiberna diſtribuit: donec ex citeriore Hiſpania L. Lucullus adueniret. Lucullo enim ſicut fortuna proſperior, ita plus ad reliquos conatus audaciæ fuit. Ab Intercatia digreſſo tentare Pallantiam placuit, Tarraconenſis Hiſpaniæ clariſſi-

CAP. XXIV. *Ser. Galba rem male gerit aduerſus Luſitanos.*

CAP. XXV. *Lucullus Pallantiam fruſtra tentat.*

tissimam ciuitatem, cuius ob [illegible] insignis fama, plurimos acciderant bella [illegible], vt [illegible] lutis suæ quærerent, attraxerat. Quare neque [illegible] consilio, *potius omittendam prudentiæ visa oppugnationem* [illegible] *tempore cum tanto periculo* [illegible] *& [illegible] susceptam esse.* [illegible] auaritiam obstitisse Consulis, ne sententiam etiam [illegible] enim opulentam esse audiuerat. Non igitur prius abscessit [illegible] in magnas redactus angustias, quod ob Pallantinorum equitum frequentes excursiones tenui re frumentaria vtebatur, non modo spem capiendæ vrbis, sed etiam quieti reditus amisisset. Quadrato agmine [illegible] tem carpsere Pallantini, donec ad Durium amnem peruentum est. inde digressis noctu Hispanis Consul in Turdetaniam hiematum abiit.

CAP. XXVI. Carthaginenses suspecti Romanis.

Interea Romæ suspensi omnium animi rerum Africanarum expectatione erant. Decem enim legati, quos ad speculanda Pœnorum consilia Senatus Carthaginem miserat, *& exercitum & classem ibi se deprehendisse* referebant. reuerterat vna Masinissæ filius Gulussa, paternis & propriis odiis infensus Carthagini: neque quidquam quod ad exacerbandos Patrum animos pertineret, docendo, rogando, querendo prætermittebat. Miserant & Pœni suos oratores, sed apud auersas aures etiam vera & æqua pro fictis indignisque accipiebantur. Auditis omnium orationibus perrogari sententias placuit: ibi plerique principes *bellum indicendum esse* fremebant, & ante omnes implacabilis Cato: sed huius violentiam, & illorum numerum, & ceteri Senatus inclinationem vnus maxime P. Cornelius Nasica facundia & auctoritate sustinuit: peruicitque, *vt nunc quoque dilato vltimæ indignationis impetu, tempus Carthaginensibus ad pœnitentiam daretur, intra quod si classem exussissent, dimisissentque copias, amico populo Romano vterentur: ni facerent, futuri Consules de bello iis inferendo referrent.* Neque sine caussa temporibus istis tantum ei viro deferebatur, quippe sanctissimis moribus & inuiolabili mentis rectitudine præditus, ætatem procul iis ineptiis habuerat, quibus vis ingenii animique mancipiorum aut noxiarum rerum admiratione vilescit. Sapientiæ artibus publici priuatique iuris peritiam, & vtrisque studium eloquentiæ coniunxerat: illis opus habere indicans, vt vir cuiusque bonus esse posset: hoc, vt alios efficere. Quibus de caussis in admiratione hominum quum esset, communi fauentium vsu *Corculum* est appellatus.

CAP. XXVII. Scipio Nasica destruendi theatri auctor.

Idem iisdem temporibus documentum illustre dedit, cum efficaci facundia summæ auctoritatis. Inter alia quædam opera publica theatrum proximi Censores, à Lupercali in Palatium versus locauerant: id tum struebatur, neque procul perfectione aberat, quum P. Cornelius exitiosum ciuitatis

[illegible]

moribus inſtitutum eſſe docens, ſi vanæ voluptatis illecebris manſura ſedes poneretur, *neque ædificari porro, & quod ædificatum eſſet dirui oportere* cenſuit. Multum proſpexiſſe ſapientiſſimi viri animum ſequentis æui væcordia demonſtrauit, quum ingenti ciuitatis dedecore ac damno, theatralibus ludis, quidquid eneruare virilem indolem, quidquid imbuere flagitiis, impudentia, ſeditionibus homines poteſt, ſpectandum publice, atque per hoc imitandum proponeretur. Tum autem nec dum adeo degenerantibus à priſtina integritate mentibus perſuaſum eſt, vt ſenatusconſulto *deſtrui affectum opus, ſubhaſtarique omnia quæ comparata theatro fuerant*, iuberentur. addito, *ne quis in Vrbe propiusue paſſus mille ſubſellia poſuiſſe, ludosue ſedens ſpectare vellet*: digno vtique ſenatusconſulto, quod inter nobiliſſima Romanæ grauitatis argumenta notaretur. Nequaquam eadem innocentia res in Hiſpania gerebantur. vbi Lucullus bello cum Vaccæis iniuſſu Senatus populique geſto, in Turdetania hiemabat. Ibi quum animum aduertiſſet, Luſitanorum copias in propinquo negligentius agere, dimiſſa cum legatorum tribunorumque acerrimis expedita manu, circumuenit incautos, & ad millia quatuor interfecit. Iterum deinde circa Gades magnum eorumdem hoſtium exercitum adeptus, occiſis mille quingentis, ceteros in edita loca compulſos, quum rerum neceſſariarum inopia premerentur, in deditionem accepit. Poſt hos ſucceſſus perterritis hoſtium animis, per Luſitaniam populabundus incedebat, nemine obſiſtere auſo. quæ res etiam Ser. Galbæ fecit audaciam, vt & ipſe ad vaſtandas hoſtium regiones liberius procurreret. Vnde correpti pœnitentia qui defecerant, miſerunt ad Galbam, petitum *vt iisdem legibus, quibus anno præterito cum M. Atilio pacti fuerant, in amicitiam reciperentur.* Galba minime laudabili arte, perfidia in perfidos vti cogitans, ſimulata comitate excipit legatos: *compertum ſibi, non prauitate ingenii à prioribus pactis reſiliſſe Luſitanos, ſed inopia coactos ob ſterilitatem ſuæ regionis, alienos agros incurriſſe. Id ne deinceps quoque facere neceſſum haberent, terram ait daturum bonam atque commodam: non quidem quæ tantam multitudinem continenti ſpatio aleret: ſed ſi tres in partes diuidi paterentur, idoneas ſingulis ſedes aſſignari poſſe.* Credunt promiſſis proprætoris accepta in id fide barbari: deſertisque domibus ad eum locum, quem Romanus indicauerat, maximo numero confluunt. Eos in tria partitus agmina in lata planicie ſatis magno alios ab aliis interuallo conſidere iubet: ibique reditum ſuum præſtolari. Tum proximos benigna oratione compellans, quando iam amici ſociique eſſent, deponere arma iubet. barbari ſine metu paruere. at ille vallo circumdari vniuerſos imperat, mox immiſſis armatis cædi. Eadem deinde fraude alteros

CAP. XXIIX
Lucullus Luſitanos vincit.

CAP. XXIX.
Galba perfidum & crudele facinus in Luſitanos.

[illegible] fit, eadem terrios nec ex[illegible] vt hominum [illegible] eius perfidiam nisi [illegible] potuere. quos inter Viriatus [illegible] tus [illegible], sequuntq; [illegible] celeberrimi [illegible] uenerat. ceteros aut [illegible] ha vendidit, incertum [illegible] an [illegible], quibus [illegible] qui [illegible] superabat.

CAP.XXX. [illegible]

Tum [illegible] nibus amicis que distributa, cetera in [illegible] quibus nemo tam Romæ instructior fuit, semper egens, [illegible] quoque non mendacio non periuriis parcens, quoties ex his [illegible] speraret. De numero Lusitanorum qui Galbæ dolo perierunt, [illegible] tur: alius nouem fuisse millia, quibusdam, aucto vehementer [illegible], triginta millia adfirmantibus. Similimum vero est, hunc [illegible] multitudinis numerum fuisse: ex eo interfectos nouem millia, ceteros sub corona venisse.

A. V. C. DCIII. *Initium Tertii belli Punici.*

Et hæc quidem in annum sequentem egresta sunt, qui T. Quintium T.F. T.N. Flaminium, M. Acilium L.F. K.N. Balbum Consules, idemque initium tertii cum Pœnis belli habuit, quod vt tertius cognoscatur, quædam illorum aduersus Masinissam referenda gesta sunt, quando illa si non caussam Romanis armis, occasionem certe præbuerunt.

CAPVT XXXI. *Carthaginensium cum Masinissa bellum.*

Oroscopa vocatur oppidum, quod Pœnorum quum esset, à Numida obsidebatur. Mittitur ab vrbe quinque & viginti peditum millibus, equitibus vrbanis quadringentis stipatus Asdrubal: adeo felici expeditionis principio, vt aduenienti statim sex millia Regiorum equitum à præfectis Anasi Iubaque adducerentur, qui ob contentiones quasdam cum Masinissæ liberis fidem mutauerant. Vnde plenus animorum Asdrubal, castris propius hostem motis, premebat Masinissam, omnibus ferme leuibus prœliis, quæ vt inter vicinos exercitus crebra fiebant, superior. At rex inueteratus belli artibus, ex ipso incommodo suo victoriam moliebatur: tamquam igitur hostilibus armis resistere non posset, cedere paulatim, simulare metum, castrisque sæpe mutatis, aliis atque aliis locis considere. donec in aridam planitiem pertraxit hostes, præruptisque collibus vndique cinctam. hic locus quum prœlio placuisset, castra in eadem planicie posuit rex: Asdrubal in tumulos, vt tutiores, subduxit copias.

CAP.XXXII. *Scipio in castra Regis venit.*

Pridie quam pugnaretur, missu L. Luculli ad Masinissam P. Scipio Æmilianus accessit, elephantos ad bellum Celtibericum ab eo petiturus. Rex missis cum omni equitatu [illegible] excipi venientem iubet: quo minus ipse obuiam proficisceretur, [illegible] tam ætate, quam imminente mox prœlio præpeditus, cui vires integras reseruabat. Is enim adhuc vigor duodenonaginta annos agenti [illegible]

vt [illegible]

vt nihil in eo ad ducis pariter militiſque obeunda officia deſideraretur. Neque labore vllo, neque victu duriore frangebatur: panem ſine pulpamine mandere, iiſdem in veſtigiis, quoties opus videretur, totos dies perſiſtere; itinera longa pedibus aut equo continenter, vtro cepiſſet modo, peragere, neque inſolitum ipſi neque moleſtum habebatur. ſenem ſe eſſe ſola præteritarum rerum recordatione ſentiebat. Tum quoque ſummo mane, more Numidarum nudo inſidens equo, copias eduxit, acieque inſtructa prouocauit hoſtem. Neque moram pugnandi Aſdrubal fecit, aucto ex nouis auxiliis animo, quæ magno numero ad eum ex tota Carthaginenſium ditione confluxerant.

CAPVT XXXIII. *Pugna inter Maſiniſſam & Pœnos.*

Id prœlium P. Scipio ex locis editis velut in theatro ſpectauit: ſæpe poſtea profeſſus, nullum aliud tanta cum voluptate vidiſſe, quia cura omni exſolutus (tamquam amicus & hoſpes vtrorumque) tantum vacaret notandis, quæ à centenis denis hominum millibus facinora ederentur. *Neque ante ſe niſi duobus, ſimili ſpectaculo frui licuiſſe* prædicabat; *Ioui ab Ida, Neptuno è Samothracia.* Pugnatum eſt acerrimis animis ab orto ſole ad occaſum, magna vtrimque cæde, ſed melioribus ad extremum Maſiniſſæ rebus. Cui à pugna redeunti Scipio ſe obtulit, ab eoque maxima cum amoris lætitiæque demonſtratione eſt exceptus. Etiam Carthaginenſes audito Scipionis aduentu gauiſi ſunt, ſperantes, per illum ſe pacem impetrare poſſe. Ceterum quum agro circum Emporium cederent Pœni, prætereaque præſentis pecuniæ talenta ducenta daturos pollicerentur, & octingenta alia in certum tempus; Rex ante omnia transfugas reſtitui poſtulabat. cuius rei mentionem quum nec ad aures admitteret Pœnus, colloquium re infecta diremptum eſt. Scipio acceptis elephantis in Hiſpaniam renauigauit.

CAPVT XXXIV. *Pœni fame expugnantur.*

At Maſiniſſa commeatum ademptrus hoſti, collem in quo Punica erant caſtra foſſa circumdedit: quamquam ea etiam locorum natura eſſet, vt quantumuis libera frumentatione parum reperiri copiarum potuiſſet: adeoque ipſi quoque vix è longinquis locis neceſſaria parce afferebantur. Vnde ſpes Aſdrubali fuit (nam inſtructior ipſe videbatur) priorem Numidam inopiæ ſuccubiturum eſſe. accedebat quod ab Roma legati aduentare dicebantur, quorum imperio ſolutum iri bellum putabat. Verum illi cum his mandatis aduenerant, *vt ſicubi laborare viderent Maſiniſſam, tollere controuerſias ſtuderent, ſuperiorem vti fortuna hortarentur.* Ita fruſtratus exſpectatione ſua Aſdrubal, quum etiam erumpendi occaſionem, attritis interim corporibus amiſiſſet, in maximam calamitatem incidit. Iam iumentis omnibus equiſque in cibum abſumptis, etiam amenta telorum coxerant:

rant: ita fame afflictis, vt solet, morbi non pepercere, maxime [illegible] gens hominum vis angusto loco clausa, præter cetera mala [illegible] quæ per Africam ardentissima est, [illegible] modis vrgeretur. [illegible] cibus, ægrotis fomenta, etiam sepultura morientibus deerat [illegible] neque cremari corpora lignorum penuria (iam enim & scuta con[illegible]-ferant) neq. efferri castris intentæ hostium custodiæ paterentur [illegible]-guentes, semianimi, mortui, quum permixti iacerent, adeo [illegible] increbuit pestilentiæ malum, vt tolerari vltra nequiret. Masinissa con-

CAPVT XXXV. *Clades maxima Pœnorum: & extremi ex[itii] caussa.*

ditiones imposuit, quales infensus & superbus victor potest. Transfugis redditis, vectigal talenta centena in annos quinquaginta pendere, exulesque suos, contra iusiurandum, recipere promiserunt. Ita cum singulis tunicis ignominiose dimissos, Gulussa periculi sic memor, & velut in auctores perfidiæ ipsorum exemplo iuste vsurus, interfici à Numidis equitibus iussit: incertum an inscio Masinissa, illi quum neque ad resistendum arma, nec ad fugiendum vires haberent, præter paucos, qui cum ipso duce euaserunt, sunt interfecti. Hoc bellum exitio Carthagini fuit. nam & prætextum dedit Romanis, vt eos armis peterent, & victoriæ fiduciam: quum exscindere attritas à Masinissa opes (hominum ad millia duodesexaginta perierant) neque periculosæ admodum, neque diuturnæ luctæ videretur.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER QVARTVSDECIMVS.

In locum lib. XLIX. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri XLIX. Liuiani.

TErtii Punici belli initium altero & ſexcenteſimo anno ab Vrbe condita, intra quintum annum, quam erat ceptum, conſummatur. Inter M. Porcium Catonem, & Scipionem Naſicam, quorum alter ſapientiſſimus vir in ciuitate habebatur, alter etiam vir optimus à Senatu iudicatus erat, diuerſis certatum eſt ſententiis; Catone ſuadente bellum, & vt tolleretur, deleretur que Carthago: Naſica diſſuadente: placuit tamen, eo quod contra fœdus naues haberent, quod extra fines exercitum duxiſſent, quod ſocio populi Romani & amico Maſiniſſæ arma intuliſſent, quod filium eius Guluſſam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum non recepiſſent, bellum iis indici. Prius quam vllæ copiæ in naues imponerentur, Vticenſes legati, Romam venerunt, ſe ſuaque omnia dedentes. Ea legatio, velut omen, grata Patribus, acerba Carthaginenſibus fuit. Diti patri ludi ad Tarentum, ex præcepto librorum Sibyllinorum, facti: qui anno centeſimo à primo bello Punico, quingenteſimo & altero anno ab Vrbe condita, facti fuerant. Legati triginta Romam venerunt, per quos ſe Carthaginenſes dedebant. Catonis ſententia peruicit, vt in decreto perſtaretur, & vt Conſules quamprimum proficiſcerentur ad bellum. Qui vbi in Africam tranſierunt, acceptis, quos imperauerant, trecentis obſidibus, & armis omnibus, inſtrumentisq; belli, ſi qua Carthagine erant; tunc quum ex auctoritate Patrum iuberent, vt in alium locum, dum procul à mari decem millia paſſuum nec minus remotum, oppidum facerent; indignitate rei ad bellandum Carthaginenſes compulerunt. Obſideri, oppugnarique cepta eſt Carthago à L. Marcio, Manio Manilio Conſulibus. In qua oppugnatione, quum neglectos ab vna parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupiſſent, & ab oppidanis grauiter cæderentur, à Scipione Africano expliciti ſunt. per quem & caſtellum Romanorum, quod nocte oppugnabant, paucis equitibus iuuantibus liberatum eſt: caſtrorumque, quæ Carthaginenſes omnibus copiis pariter ab vrbe egreſſi oppugnabant, liberatorum is ipſe præcipuam gloriam tulit. Præterea quum ab irrita oppugnatione Carthaginis Conſul (alter enim Romam ad comitia

tia ierat, exercitum duceret aduersus Hasdrubalem, qui cum altera manu iniquum saltum insederat. suasit primo Consuli, ne tam iniquo loco confligeret: victus deinde compluriam, qui & prudentiæ eius & virtuti [illegible] tentus, & ipse saltum ingressus est. quumque, sicut prouiderat [illegible] iamq; esset Romanus exercitus, & duo cohortes ab hoste obsiderentur, cum exigua equitum turma in saltum reuersus liberauit eas, & incolumes reduxit. Quam virtutem eius & Cato, vir promptioris ad vituperandum linguæ, in Senatu sic prosecutus est, vt diceret, reliquos, qui in Africa militarent, vmbras volitare, Scipionem vigere. Et populus Romanus eo fauore & illum complexus est, vt comitiis complurimæ eum tribus Consulem scriberent, quum hoc per ætatem minime liceret. Quum L. Scribonius tribunus plebis rogationem promulgasset, vt Lusitani qui in fidem populo Romano dediti, à Sergio Galba in Galliā venissent in libertatem restituerentur, M. Cato acerrime suasit. extat oratio in Annalibus eius inclusa. Q. Fuluius Nobilior, & sæpe ab eo in Senatu laceratus respondit pro Galba: ipse quoque Galba quum se damnari videret, complexus duos filios prætextatos, & filium Caii Sulpicii, cuius tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, vt rogatio antiquaretur. extant tres orationes eius: duæ aduersum Libonem tribunum plebis, rogationesq; eius habitæ de Lusitanis: vna contra L. Cornelium Cethegum, in qua Lusitanos propter sese castra habentes cæsos fatetur: quod compertum habuerit, equo atque homine suo ritu immolatis per speciem pacis adoriri exercitum suum in animo habuisse. Andriscus quidam vltimæ sortis homo, Persei regis se filium ferens, & mutato nomine Philippus vocatus, quum ab vrbe Roma, quo illum Demetrius Syriæ rex ob hoc ipsum mendacium miserat, clam profugisset: multis ad falsam eius fabulam, velut ad veram euntibus; contracto exercitu, totam Macedoniam aut voluntate incolentium, aut armis occupauit. Fabulam autem huiusmodi finxerat. Ex pellice se & Perseo rege ortum, traditum educandum Cretensi cuidam esse, vt in belli casus, quod ille cum Romanis gereret, aliquod velut semen stirpis regiæ extaret. Persio demortuo, Adramiti se educatum vsque ad duodecimum annum ætatis, patrem eum esse credentem, à quo educaretur, ignarum generis fuisse sui. affecto deinde eo, quum prope vitæ finem vltimum esset, detectam sibi tandem originem suam, falsæque matri libellum datum signo Persei regis signatum, quem sibi traderet, quum ad puberem ætatem venisset: obtestationesque vltimas adiectas, vt res in occulto ad id tempus seruaretur. pubescenti libellum traditum: in quo relicti sibi duo thesauri à patre dicerentur. tum scientem mulierem [illegible] ditium se esse, veram stirpem ignoranti edidisse genus: atque obtestatam [illegible] prius quam ad Eumenem manaret res, Perseo inimicum, excederet iis locis [illegible] terficeretur. eo se exterritum, simul sperantem aliquod auxilium à Demetrio [illegible] Syriā se contulisse: atq; ibi primū quis ipse omnino esset, palam expromere [illegible]

Tertium

Bellum Punicum Tertium.

TErtium Carthaginenſe bellum, ſicut diuturnitate temporis, & magnitudine prœliorum prioribus impar, ita longe maximum euentu, nobiliſſimumque fuit. Siquidem hoc quintum intra annum cepto finitoque, non modo gloria roburque Punici imperii, ſed ipſa quoque ſedes ciuitatis funditus exciſa eſt. Poſt malam aduerſus Numidas pugnam, haud magis præſentium tædio, quam exſpectatione futuri ſolicita, conſiliique incerta Carthago, iam tum imminentis exitii ſenſum deſperatione & luctu præſumebat. Rex vicinus & victor ipſis vrbis faucibus cum validis copiis inſtabat: & grauiore adhuc metu Senatus Romani numquam æquus Punicæ genti animus, & præſentium rerum facie ad vindictam odio ſpeque irritatus, timebatur. Atqui non alia Romæ conſilia, quam pro ſuſpicione Pœnorum agitabantur. Quamprimum enim de rebus Africanis auditum fuerat, Senatus decreuit, vt per vniuerſam Italiam, quæ quisque populus auxilia conſueſſet mittere, ea in parato haberet: non addito, quem ad vſum imperarentur. Itaque Carthaginenſes, ne tam publico conſilio, quam inſtinctu paucorum bellaſſe viderentur, Asdrubalem ducem, & ex magiſtratibus Carthalonem, aliosque nonnullos, perduellionis reos publico præconio pronunciarunt: miſſisque Romam legatis in hos & Maſiniſſam omnem actorum culpam conferentes, non minus de temeritate ſuorum, quam de iniuriis Maſiniſſæ querebantur. *hunc improbe laceſſendo, illos præpropere vindicando, res in eum ſtatum adduxiſſe.* Antiquas referre artes videbantur, vt proſpera publice agnituri, quia fortuna contra dederat, priuato ducum conſilio ceptum geſtumque bellum videri cuperent. Igitur à ſenatore quodam interrogati: *quid ita damnandis ducibus belli euentum exſpectaſſent, nullo eousque ſigno edito, ſibi conſilia eorum diſplicere?* quum parum expedirent reſponſum, audiuere: *populum Carthaginenſem ob illatum contra fœdus ſocio amicoque Regi bellum, ſatis purgatum Senatui Populoque Romano non videri.* His perturbati oratores rogabant: *ſiquidem peccauiſſe reſpublica ſua iudicaretur, qua ratione corrigi delictum luique poſſet?* neque aliud reſponſum auferre potuerunt, niſi *dandum eſſe operam, vti Senatui Populoque Romano fiat ſatis.* Torſit ea res Senatum Carthaginis, quid ea formula Romani præcepiſſent plerisque ambigentibus. alii *pecuniam adiiciendam videri* dicebant *ſummæ, quam P. Cornelius Scipio ſuo fœdere imperaſſet.* alii, *Maſiniſſæ relinquendam eſſe regionem, de cuius iure pugnatum eſſet.* poſtremo ſatius viſum denuo mitti cum precibus exploraturos, *quemadmodum Senatus ſatisfieri vellet.* Nihil reſponſum, niſi *rem ipſis minime ignotam Carthaginenſes fruſtra quærere.* Quod vbi Carthaginem relatum, maior in vrbe conſter-

CAP. II.

Legatio Punica à Senatu Roma nihil latum audit.

natio pauorque esse cepit: quum perplexis omnium animis, nihil iam nisi bellum, & hostis, & captarum vrbium species, & extrema omnia obuersarentur.

CAP. III. *Achaeorum exsules remittuntur.*

At eodem tempore, quemadmodum rigide cum Carthaginensibus, ita cum Achæis clementius actum: principesque eorum longo exsilio absoluti, post septimum decimum quam euocati fuerant annum, minus trecenti rediere. ceteros (supra mille initio fuerant) partim morbus, alios, quum euadere ex custodia tentauissent, pœna absumpserat. Dimissos in Polybii maxime gratiam adnitente P. Scipione constat, cui & antea & postea vir ille ob virtutem & egregias artes fuit gratissimus. Tum quoque Pietatis ædes in Circo Flaminio exstructa est, memorabili de caussa. Mulier ingenua ob delictum tradita triumuiro capitali fuerat, vt in carcere necaretur. Eam quum fame constituisset occidere, mulieris filia puerpera obtinuit à præfecto custodiæ, vt ad matrem visendam admitteretur. Hoc quum factum aliquoties esset, morsque mulieris vltra quam humana natura pati inediam possit, protraheretur, admiratus rem præfectus, quamuis puerperam minime suspectam haberet, quam semper diligentissime, ne quid ciborum inferret, excusserat; tamen attentius obseruare illam statuit: depræhenditque exserta mamma lactis alimenta reddentem anui, cuius ipsa lac aliquando iuuenculæ infans suxerat. Dignum erat spectaculum, quod ad triumuirum, & ab hoc ad Prætorem referretur. Prætor ipse quoque re ad consilium iudicum relata, vt pœna mulieri condonaretur, impetrauit. Addidit Senatus vtrique perpetua de publico alimenta: locumque carceris mutari iussit in sedem Pietatis, velut ab ipso numine delectam.

CAP. IV. *Catonis & Nasicæ controuersia de Punica vrbe exscindenda iterum agitatur.*

At in curia per eos dies sententiis de Punici belli fine certabatur, nobili iam inter duos ciuitatis principes controuersia, quum M. Cato *saluam esse Rempublicam posse stante vrbe Punica* negaret; P. Nasica, *ne Carthaginis excidium Romanis quoque rebus perniciem adferret, relinqui illam oportere* testaretur. Quod enim videbat antiquos mores non iam paulatim exolescere, sed amore peregrinæ luxuriæ abiici expellique: verebatur quod euenit, ne remoto vrbis æmulæ timore, veluti vinclis exsoluta improbitas in omnia magnorum imperiorum vitia, & ex his in calamitates præceps rueret. Carthaginis autem opes minores esse iudicabat, quam vt Romanis nocere possent; ampliores quam vt deberent contemni. Atqui hoc ipsum Cato anceps esse reputabat, si morbis intestinis laboranti reipublicæ, vrbs antiquitus nobilis potensque, & rebus aduersis non tam fracta, quam ad prudentiam & seueritatem erudita immineret. Senatui nequaquam facile erat statuere, vtrius sententiæ standum esset. Nam & maiorem imperii gloriam maioremque fructum inde redire videbant,

Digitized by Google

debant, si maximarum vrbium domini, quam si euersores esse dicerentur: satisque prospiciebant, crebriora deinceps pertinacioraque domi futura certamina: neque socios magistratuum Romanorum auaritiam superbiamque pari patientia perlaturos. Vicit ad extremum propior metus, adiutus insuper inuidia, quod post duo grauissima bella, non modo stabat adhuc Carthago, sed valebat. Irritatos etiam maximopere Catonis artificio Patres ferunt, qui præcocem aliquando ficum in curiam intulit, quumque Senatores magnitudinem pomi pulchritudinemque mirarentur, interrogauit eos, *quando demptum ex arbore putarent?* illis *recens videri* adfirmantibus, *atqui*, inquit, *tertium ante diem scitote decerptum Carthagine: tam prope ab hoste absumus.* His machinis expugnati Patres, quibus moris erat non nisi iusta bella suscipere, diuque ac multum considerare, ne quid temere decerneretur, quũ in Capitolio coactus Senatus esset, *bellum Pœnis indicendum* censuere, *quod contra fœdus naues haberent: quod extra fines exercitum duxissent: quod socio & amico populi Romani arma intulissent: quod filium eius Gulussam, qui cum legatis Romanis fuerat, non recepissent.* Hæ inferendi belli caussæ in publicum sunt editæ.

CAP. V. *Cato vincit, vt bellum decernatur Pœnis.*

CAP. VI. *Vtica defisit à Pœnis.* A. V. C. DCIV.

Ad senatusconsultum faciundum quum vltro Senatus inclinaret, magnopere quoq; impulsum ferunt ab Vticensibus legatis, qui nõ exspectato aduentu Consulum (L. Marcius C.F.C.N. Censorinus, M. Manilius P. F. P.N. iam inierant) se suaque omnia in populi Romani fidem potestatemque dediderunt. Peracerbum id Pœnis accidit, vrbium Libycarum post Carthaginem maximam, portu idoneo, passuum sex millibus paulo amplius distantem, odio superbæ dominationis in tempore detegendo, rerum Punicarum imbecillitatem desperatione sua prodidisse. Romæ etiam, tamquam certæ & facilis victoriæ omen, accepta deditio est. Neque diutius moram nectere Consules iussi, præparatis omnibus Lilybæum transiecerunt. L. Marcio classis euenerat: pedestrem exercitum M. Manilius sortitus. equitum quatuor erant millia, peditum octoginta, lecta iuuentus, quod ad vberem claramque militiam ciuium sociorumque maximæ copiæ concurrerant: plerisque vltro nomina dantibus. Hic exercitus quinqueremibus quinquaginta, hemioliis centum vehebatur; aphractis præterea, & cercuris, & onerariis permultis. Consulibus secreto mandatum, *ne quem bello finem, nisi diruta Carthagine facerent.*

Consules ad bellum Punicum ambo proficiscuntur.

CAP. VII.

Interea domi animis, vt in magnarum rerum exordiis consueuerunt, ad religionum curam versis, decemuiri iussu Senatus libris Sibyllinis aditis, ex iis ediderunt, *Diti Patri ludos faciendos ad Tarentum* (loci ad Tiberim, haud procul Vrbe, nomen est) *quales ante centesimum annum, flagrante primo bello Punico celebrati fuerant.* Hæc omnia quum Carthaginen-

ginenſes idem nuncius docuiſſet, qui & Senatuſconſultum belli indicendi, & claſſem iam profectam attulerat: maximis in anguſtiis conſtituti, quomodo præſentibus vterentur, deliberabant. ad bellum erant imparatiſſimi: æquas conditiones pacis omnes deſperabant: ne iniquas quidem Vticenſium factum reliquerat, à quibus præuenti, etiamſi vrbem dederent, parum habituri gratiæ ad promerendam miſericordiam videbantur. Poſt multas ſecretas conſultationes, conſilium quod ipſa neceſſitas ſuggerebat, tenuit: delectique ſunt ex primoribus triginta, quibuslibet conditionibus pacem impetraturi: quem ad finem liberam eis agendi, quæ ex vſu publico viderentur, poteſtatem concedebant. Horum principes Giſgo cognomento Strytanus, tum Hamilcar, & Miſdes, & cum Magone Gillicas fuere. De hac quoque legatione inter ſe commiſſi ſunt conſuetum his certaminibus par, P. Naſica, & M. Cato. Cato *neq; reuocari decretum de bello, neq; admitti legatos* volebat: Naſica obtinente admiſſi ſunt, & miſerabili ratione, *vrbem Carthaginem, agrumque, & omnia ſua populo Romano permittere dixerunt.* Non improbabile eſt quod quidam ſentiunt, minime hanc ſententiam legatis aut populo Carthaginenſi fuiſſe (neque enim prioribus bellis, quamquam ad extrema redacti, mentionem deditionis aut facere aut accipere ſuſtinuerant) ſed quia parum referre putabant quantum promitterent, reſilire à pactis, quamprimum occaſio fuiſſet, atq; interim præſens periculũ quoquo modo auertere certi. Reuocatis in curiam oratoribus Senatus ſententiam Prætor expoſuit; *quando ad optimum tandem conſilium adieciſſent animos Pœni, Patres ipſis libertatem, leges ſuas, agrum omnem, ſacra, ſepulchra, quidquid denique publice priuatimue poſſiderent, concedere.* Quæ quum legati, vt in eiuſmodi rebus ſatis optabilia læti audiuiſſent, adiecit Prætor, *ita compotes horum fore, ſi antequam in Africam Conſules proficiſcerentur* (triginta dierum ſpatio id tempus definitum eſt) *obſides trecentos ex ſenatorum aut ſeniorum liberis Lilybæum miſiſſent. & Conſulibus dicto audientes fuiſſent.* Quod poſtremum quamuis angebat homines, quam habiturum interpretationem eſſet neſcios, tamen quia potius ſperari nihil poterat, confeſtim ad renuncianda acta in patriam renauigarunt. Senatus auctore Catone *inſiſtendum propoſito nihilominus* cenſuit, mititque ad Conſules, *vt profectionem maturarent; neque aliter facerent, quam in Vrbe præſentibus Senatus præcepiſſet.* Pœnos tamen celeriores ad redeundum timor, quam Romanos ad ſoluendum cupiditas effecerat: itaque non exſpectato die præſtituto cum obſidibus adfuerunt. Nam Carthaginenſes cognito Senatus reſponſo, cetera quidem haud male per legatos peracta credebant, vno mirifice affligebantur, quod inter multa quæ Romani conceſſuros dixe-

Carthaginenſes quibuslibet conditionibus pacẽ quærunt.

CAP. VIII.

De ea re diſcrepantes ſententia Catonis & Naſicæ.

CAP. IX.

Carthaginenſiũ deliberatio.

dixerant, omiſſa fuiſſet vrbium mentio, quum alia nominatim referrentur. Ibi quidam inter eos Mago, cui Brutio cognomen erat, prudenter & animoſe monuiſſe fertur: *ex duobus temporibus deliberandi, alterum iam ceſſiſſe, alterum nondum veniſſe. nam & priuſquam ſe ſuaque in ius & ditionem Romanorum dederent, quærendum fuiſſe quid imperaturi Conſules, quoue conſilio prætermiſſa vrbium mentio eſſet: nunc nihil reſtare, niſi vt patienter ferant, quidquid imperatum fuerit, donec alterum illud tempus aduenerit, vbi plura ſibi ſentientes iniungi quam tolerare poſſint, iterum conſultent: habere tale bellum, an facere imperata malint.* Ita non dubitatum eſt diutius, quin mitti obſides oporteret: conquiſitique trecenti, ex principibus iuuentutis, qui Lilybæum aueherentur. Eos magna omnium triſtitia dimiſſos referunt, proſequentibus propinquis neceſſariiſque, miſerabili præcipue matrum eiulatu, quæ matronalis decori parum inter hanc calamitatem memores, tamquam lymphatæ diſcurrebant. modo liberos amplexu, modo naues, adhærendo anchoris, præcidendo funiculos, retinentes. fuerunt quas ipſas in aquas adigeret dolor, vt quoad poſſent natatu inſequentes, velut poſtremo ſuorum adſpectu potirentur. omnes profuſo fletu, euulſis comis, percuſſis pectoribus ſuam pariter publicamque vicem miſerabantur: nam & inter promiſcuas querentium voces non defuere, quæ prædicerent, *liberorum ſe ſuorum iacturam gratis facere, nullo inde ad patriam redituro emolumento.* Vt Lilybæum venerunt, acceptos à legatis obſides Q. Fabio Maximo, qui Prætor Siciliam regebat, tradidere Conſules, Pœniſque dixerunt, *cetera quæ ad pacem pertinerent, Vticæ ſe imperaturos.* Q. Fabius obſides in Vrbem miſit: Conſules nauigarunt in Africam, exercituque iis in locis conſtituto, vbi olim P. Scipio caſtra habuerat, claſſis portum Vticenſium ingreſſa eſt. Eius rei nuncio Carthaginem perlato, plena erant omnia luctus & timoris ob mala quæq; paſſi quæq; paſſuri erant, nec quidquã ſatis expediebatur, niſi quod legandos conſtabat, qui à Conſulibus *quid iuberetur,* exquirerent, *ciuitatem prompte facturam imperata* pollicentes. Apud Romanos omnia conſulto ad terrorem augendum præparata erant. Tuba ſigno dato quum ſilentium factum eſſet, voce præconis legati Carthaginenſium ad Conſulum tribunal iuſſi ſunt accedere. Illi media per caſtra & diſpoſitos vtrimque cum erectis comptiſque ſignis ordines, vt multitudo noſceretur, adducti, Conſules in ſuggeſtu excelſo ſedentes repererunt, legatis tribuniſque circumſtantibus. Ibi interuallo, quod in morem Atticorum iudiciorum prætenſis funiculis effectum erat, diſcluſi, ſilentium tenuere: donec à Conſulibus *ſi quid vellent dicere* iuſſi, de antiquis populi vtriuſq; fœderibus cœperunt commemorare, deducta-

CAP. X. *Pœni trecentos obſides Romanis mittunt.*

CAP. XI. *Pœnorum legatio ad Conſules.*

Digitized by Google

ductaque per Carthaginis ipsius antiquitatem, frequentiam, opes, & amplissimum terra marique imperium oratione, subiecerunt, *non iactantiæ caussa hæc referri (neque enim suis temporibus eam conuenire) sed vt nostri, aiebant, calamitatibus edocti, præsenti fortuna sapienter atque moderate vtamini.*

CAP. XII. *Oratio legatorum.*

Nam vt quisque melior atque temperantior est, ita rebus aliorum adflictis celerius mouetur ad misericordiam: sibique propitiam semper fortunam fore confidit, sciens in aduersam aliorum nihil se per inhumanitatem peccauisse. Et hæc quidem Vobis maxime digna sunt Vestraque religione, quam vni omnium hominum sanctissime Vos colere profitemini. Quod si tamen mala quadam sorte nostra in hostes inexorabiles incidimus; sic quoque satietas aliqua nostrarum miseriarum esse deberet. imperium terra marique ereptum est, ademptæ naues, ferarum vsu & venatione interdictum, obsides nobilissimi & olim & nuper dati, vectigalia quæ ab aliis consueti eramus accipere, iusto tempore soluta. Et his quidem contenti patres vestri fuere, quibuscum nostri bellauerant: fœdusq; in has leges factum, vt inter socios amicosque, pari vtrimque religione firmatum. Atque illi cum bello positis inimicitiis placitas semel conditiones bona fide seruauere: Vos vero, quibus nec opposita vmquam arma sunt, quam quæso temporum horum noxam potestis coarguere?

CAP. XIII. *Bellũ sine caussa inferri queruntur.*

Ideone bellum & priusquam audiremur decernendum, & priusquam indiceretur inferendum fuit, quia tributa ex fide soluimus? elephantos non domamus? nihil contra fœdus antiquum facimus? an quia modo supra quinquaginta hominum millia fame nobis perierunt? At gessistis contra Masinissam bellum! gessimus enim, sed lacessiti, sed coacti. diu enim patientissime quidlibet pertulimus, vos reueriti: donec ille contra nos solumque vbi educatus, vbi institutus est, nullum iniuriarum finem faciens, regionem circa Emporium, & hac potitus, alias subinde aliasq; inuaderet, ac ad hoc fœderis vestri caput negligendum vi ac necessitate nos subigeret. Hæc igitur necessitas si apud Vos vel in caussam armorum, vel in prætextum inualuit; nos certe & publico præconio condemnauimus eos, qui Numidæ vim repulerant, & Romam oratores ad factum purgandum misimus; postque paulo alios, quibus omnis potestas accipiendi leges quas imponeretis commissa fuit. Quorsum igitur classis tam instructa, quorsum tantus exercitus adductus est, si & quod commisimus Pœni fatemur, & luere commissum arbitrio vestro parati sumus? Nihil à nobis fingi rebus ipsis apparuit, quum obsides eius nobilitatis, tanto numero, etiam ante diem dictam, quum frumentum à Vobis his diebus imperatum, summo studio misimus. Quæ quum ita sint, nosque eiusdem senatusconsulti partem alteram mittendis in tempore obsidibus expleuerimus, alteram vt Vos expleatis superest; quæ datis obsidibus, libertatem nobis resque nostras reliquit.

CAP. XIV. *L. Marcius respondet.*

Hæc loquuti conticuerunt. Tum L. Marcius, *caussas*, inquit, *belli, Carthaginenses, quum legati vestri ab Senatu intellexerint, quid opus est exponere? Quod autem senatusconsulto*

consulto satis à vobis factum prædicatis, id vero argui iure debet. Nam & senatusconsulto comprahensum, & à nobis in Sicilia prædictū est, cetera mandata Senatus Vticæ nos edituros esse. De obsidibus quidem cum delectu & diligentia adductis, consilium vestrum laudamus; sed si nihil præterea præstari creditis oportere, fallimini. Equidem si fraudulenter pacem petitis, per occasionem rebellaturi, non est nobis animus calliditati vestræ arma per quæ nocere possitis relinquere: sin bellandi cogitationem omnem vere deponitis, iam æquis animis bellorum instrumento carebitis. Adferte igitur quidquid vobis publice priuatimque armorum est, telaque & catapultas, naues etiam quas habetis tradite. Non ausi repugnare Carthaginenses, tantum orauerunt, *cogitarent Consules, quid futurum vrbi suæ esset, si exsulibus castra in propinquo habentibus inermis ipsa relinqueretur.* Nam Asdrubal qui post infelix cum Masinissa bellum capitis fuerat damnatus, collectis hominum viginti ferme millibus, bellum patriæ intulerat. Responsum est *securitatem gentis Punicæ Senatui Populoque Romano curæ fore.* missique ad exurendam classem, & accipienda arma Quæstores Consulum P. Cornelius Scipio Nasica, Cn. Cornelius Hispallus. *Tantam armorum vim fuisse traditam* auctores quidam sunt, *quanta toti armandæ Africæ suffecisset.* illud relatione multorum constat, *grauis armaturæ millia ducenta, telorum innumerabilem copiam fuisse: catapultarum* apud alios scriptores *duo millia*, apud alios *tria* inueni. Consulto fecerant Consules, vt singula imperia seorsim ederent: ne si tot res tamq; graues simul iuberentur, Carthaginenses ad bellum præoptandum adigi desperatione possent. Exarmatis quidlibet tuto iniunctum iri putantes, misere Carthaginem, qui delectos ex Senatu arcesserent, iis se postremum eorum quæ faciunda essent denunciaturos. Venerunt triginta ex illustribus, quos vltro comitata est alia principum & sacerdotum manus, patriæ discrimine anxia, & Consules aspectu suo reuerentiaque permotura ad misericordiam. Hi omnes eodem quo accesserant cultu ad Consules introducti, quum taciti adstarent; iterum consurgens L. Marcius (nam huius facundiæ senior collega concedebat) *Quod obsidibus armisque tradendis voluntati Senatus celeriter & cum cura estis obsequuti, recte & ordine à vobis factum est, Carthaginenses. nunc quia necessitatis minime verbosa est oratio, vnum quod restat Senatus mandatum magno animo capessite. Vrbem aliam vbicumque videbitur, sed decem minimum millia passuum à mari distantem, & sine muris, condite. nam hanc quidem Carthaginem solo æquare iussi sumus.* Interrupit postrema Consulis verba sublatus à Pœnis vlulatus, clamorque, qualis in grauissima eadem & inexspectata calamitate esse debuit: quum modo manibus in cœlum extensis, inuocarent deos doli quo appetiti essent vltores; modo conuersa in

CAP. XV. *Asdrubal patriæ bellum infert.*

CAP. XVI. *Alia Romanorum postulata de Carthagine diruenda.*

Ro-

Romanos voce multa & acerba increparent: siue exitium tædio vitæ [illegible] uocantes, siue mentem dolor eripuerat. nam & multa faciebant in[illegible] entibus solita: abiicere se in humum, pugnis atque capitibus verbe[illegible] terram, lacerare amictus, ne ipsis quidem corporibus abstinere [illegible] stas manus: postremo vbi iam fatigatus remiserat dolor; mortuo[rum] instar sine voce sine motu iacebant.

CAP. XVII.
Pœnorum dolor in costatu rerū.

Attoniti ad hæc Romani sta[illegible] commiseratione & exemplo sortis humanæ stupentibus animis: ipsi q[ue] que Consules indulgebant hominibus in subita consternatione prim[illegible] animi impetum male sustinentibus, gnari hoc habere magnas cala[mi]tates, vt statim quidem audaciam iniiciant mentibus: mox necessitate [&] adsuetudine ferendi audacia in humilitatem vertatur. Quod eti[am] Carthaginensibus tum contigit: quum enim aliquamdiu taciti mala [illegible] considerassent, indignatione deposita, cum ploratu & lachrymis vic[illegible] suam liberorumque & coniugum deflebant, ipsiusque patriæ, & h[illegible] quasi audientem nomine inuocabant. At vero sacerdotes vocabula sa- crorum numinumque ciere, ipsis quoque tamquam præsentibus com- munem interitum exprobrare, mixtusque & miserabilis luctus nunc priuatas calamitates, nunc publicas deplorantium, ipsos quoque Roma- nos hostium infortunio illachrymari coëgerat. Consules & ipsi rerum humanarum instabile fatum gementes, seuero tamen vultu finem & ho- rum questuum exspectabant.

CAP. XVIII.

Pœnos vbi lamentis paulisper cessanti- bus res ipsa suæ sortis admonuit; vrbem exarmatam, copias domesticas exiles, sociales nullas, ne tempus quidem aut spem parandarum esse, contra liberos suos, arma, agrum in potestate hostium, Romanorum naualem pedestremque exercitum in oculis, Masinissam in lateribus reputantes, omissa inuidia tumultuque, infirmis aduersorum solatiis, iterum ad preces confugerunt, & qui præsentium nobilissimus erat Han- no cognomento Gillas impetrata dicendi venia ita cepit:

Hannonis miserabilis deprecatio.

Siquidem iisdem de rebus iterare sermonem fas est, non ego de iure vobiscum contendam Romani, nam id quidem intempestiuum est miseris, sed tantum ostendam, si misericordia velitis vti, nihil præter rationem atque decorum facturos esse. Nos enim Afri- cæ quondam marisque domini, quum vobiscum de imperio diu certassemus, à Scipione victi, classem, elephantos, tributa dedimus: per deos igitur, qui tam [illegible] rati sunt, parcite nobis, parcite famæ Scipionis, ne socios & amicos Romanis Car- thaginenses fore falso iurauerit. neque enim est, quod contra fœdus istud pec- cauerimus. tulimus, dedimus, fecimus, omisimus quidquid illo comprehensum fuit. præterea aduersus tres Reges, duos Macedoniæ, vnum Syriæ, vobis auxilia misimus. neq; reprehendatis si repeto quæ nuper etiam dicta sunt, quum à vobis arma postularentur. Loquaces miseriæ faciunt: & in ore supplicum quid [illegible]

CAP. XIX.
[illegible] fœdera

dius esse commemoratione fœderum potest? aut ad quæ potius argumenta confugere nos æquum est, qui horum intuitu Vobis potentiæ nostræ viriumque instrumenta tradidimus. Et sic quidem vetera habent, quorum nobis sponsor Scipio fuit: horum vero recentium pactorum auctores iidemque testes ipsi estis, Consules. Petiistis obsides: tradidimus lectissimos. petiistis arma; tradidimus omnia: quod ne in captis quidem vrbibus, nisi vltima necessitate metuque obtinetur. Moribus porro consuetudinique Romanæ credidimus. nam & Senatus literis, & Vos sermone confirmabatis suis legibus vsuram esse Carthaginem, si obsides traderentur. (commemorat.)

CAP. XX.

Dicetis adiectum fuisse vt obsidibus traditis & alia quæ imperaturi essetis, præstarentur: certe. sed vnde rem tam incredibilem coniiceremus, vt quam Carthaginem in petendis obsidibus liberam fore dixissetis, eius excidium accessionem acceptorum obsidum velletis facere? præsertim quum ex eo tempore tot alia, frumentum, naues, arma accepissetis. quibus omnibus prompte exhibitis, quum iam siue delicto nostro siue infortunio satisfactum esse putaremus, hoc adeo acerbum & triste imperium additis, vt Carthago diruatur. Quam profecto si vobis euertere ius est, qui poteritis libertati legibusq; suis relinquere, quemadmodum facturos affirmatis? Et hæc quidem erant, quæ tum de priori fœdere, tum de præsenti diceremus. quod si vero ne hæc quidem audire sustinetis, omittimus, omittimus omnia, quodq; vnum relictum est infelicibus, lamentis precibusq; rem gerimus. Et horum quidem amplissimam materiem tanta nobis malorum vis suppeditat. Sunt enim eæ res in periculo, quarum nuda enumeratio humanum pectus possit ad misericor[illegible] flectere: vrbs peruetusta, deorum imperio condita, potens, nobilissima: [illegible]a quotquot in ea sunt (sunt autem permulta & ornatissima) dicata numinibus, quæ nihil vtique aduersum Vos deliquerunt. quibusque ideo solennia sua religionesque non voletis adimere: quemadmodum nec sepulcbra parentationesque mortuis inuidebitis, quando neque ad hos odia vestra aut supplicia cupietis extendere. (Misericordiā ciet ex vrbe delenda vetustate &c.)

CAP. XXI.

Quod si nostri quoque Vos miseret (qui enim alibi quietam liberamque sedem conceditis, videmini misereri) parcite quæsumus iis, sine quibus viuere non possumus; nec enim aris focisque nostris, & foro, & deæ quæ curiæ præsidet, denique omnibus quæ homini grata & veneranda habentur, superstites esse sustinebimus. Adde quod nullus iam vobis à Carthagine metus superesse potest, ademptis nauibus, elephantis, armis. Si quis autem est, qui abunde tributum misericordiæ putet, quod alio loco, sed à mare remotius, exstruere vrbem sinimur, is non satis æstimat, quam exiguum hoc esse possit solatium populo nautico, maximam partem constanti ex infinito mortalium numero, non aliunde quam ex re maritima viuentium. Quapropter aliam Vobis conditionem referimus optabiliorem nobis & Vestro imperio minus inuidiosam: vt hanc quidem vrbem, nullius iam maleficii, sinatis intactam: nos vero, quibus alias conceditis sedes, iubeatis interfici. sic enim fiet, (Nauticum populum loco à mari remoto viuere posse negat. [illegible])

vt hominibus [illegible] autem in fama [illegible]

CAP. XXII. [illegible] quam [illegible]

[illegible] fama [illegible] , quam [illegible]

quarius Romani : [illegible] populus [illegible]

autem quam plurimos [illegible] fuit, vt [illegible]

rationemque orbis terrarum [illegible] per [illegible]

rum [illegible] Carthaginem [illegible] habitant [illegible]

erga nos [illegible] gloriam [illegible]

mam [illegible] incidere, si [illegible] clementiæ [illegible]

Nouam esse vrbem omnia comperata facientē dolere.

tali facinore polluatis, quod & factu fuerit [illegible] auditu [illegible]

ne quidem exemplum hactenus vllum humana vita tulerit. [illegible]

Græci & Barbari bella multa gesserint, multa vero & Vos, [illegible]

men vnquam vrbem excidisse memoratur. quæ & ante pugnam [illegible]

nus & arma obsidesque principum liberos tradiderit, & quam [illegible]

CAP. XXIII. liam mortalitas inuenire aut pati potest, subire parata fuerit. Per igitur [illegible]

iurata fœderibus numina, per conditionem humanitatis, & formidandam [illegible]

licibus Nemesin obtestamur, vt & Vestram fortunam habeatis reuerenter, [illegible]

nostram supra modum ne oneretis. Quod si Vobis certum est lachrymis [illegible]

Saltem veniam petit legatos mittendi Romam.

be deprecantium non moueri, at vt Romam legatos mittamus, [illegible]

te. nihil hic puto petitur quod vllo pacto vobis molestum esse queat. [illegible]

in eo negotio graue incommodumque erit, id totum nostrum erit. [illegible]

magna mora postulatur: intra quod nostr[illegible]uidem animos incertis [illegible]

torquebit acris exspectatio, Vobis autem p[illegible] quæ voletis tum [illegible]

CAP. XXIV. nebit eadem facultas, sed adcrescet interim pietatis & clementiæ fama. H[illegible]

L. Marcii Responsio.

proloquutus Hanno finem dicendi fecit. Consules totum hominis [illegible]

monem immoto vultu exceperant, vt appareret nihil eorū quæ peteret [illegible]

concessuros. Tum autem L. Marcius, *de Senatus quidem voluntate* [illegible]

quid opus est sæpius loqui? illius arbitrium fuit, nostrum obsequium est. [illegible]

ferre vlterius possumus, quod iam factum oportuit. Et quidem si hæc tam[illegible]

hostibus imperarentur, nihil nisi iussa & parendi necessitatem adhiberi de[illegible]

nunc quia communis vtilitatis habita est ratio, & magis etiam vestræ, non [illegible]

pigebit rationes adducere, vt persuasi potius eadem quam coacti malitis. [illegible]

mare conspectu suo pristinæ potentiæ admonens, ad delinquendum, [illegible]

ad pœnam delictorum vos præcipitat. Per hoc & inuasistis Siciliam, [illegible]

didistis nauigastis in Hispaniam, & eamdem amisistis: inter fœdera [illegible]

toribus insidiati estis, ciuibus Romanis maxime, quos etiam ne [illegible]

mum, demersistis, donec patefacto scelere mulctati a nobis Sardinia [illegible]

estis. ita per hoc idem mare & Sardinia vobis periit. Eius enim [illegible]

est, vt quoniam ad opes celeriter adaugendas nihil est quæstuosius, [illegible]

rimum lucri contulit, plus ſemper deſiderare cogat. Atque hoc & Athenienſi-
bus accidit, donec claßibus ſtuduerunt, vt paruo temporis ſpatio tollerentur ca-
derentque. Similes ſunt enim mercatoris maritimi quaſtus, in quibus neque
lucro ferme neque detrimento mediocri locus eſt. Illos equidem vt ſcitis impe-
rio adblandiente, in Siciliam vſque pertraxit cupiditas, neque prius miſſos
fecit, quam omni potentia exuti, nauesque & portus victoribus tradere, præſi-
dium in vrbem accipere, muros longos ſuis manibus diruere coacti, quaſi medi-
terranei victu moribusque eſſe cœperunt. per quam deinde mutati ſtatus tran-
quillitatem diutißime ſeruata eſt ciuitas. Conſtantior enim, Carthaginenſes,
in continenti hominibus vita eſt, quæ per agriculturæ labores ſilentio traducta,
minorem forte quaſtum, ſed certiorem atque ſecuriorem exhibet. Mihi qui-
dem ciuitas maritima ſimilis omnino nauigio videtur, quod non minus expoſita
periculis & mutationibus, quam iſtud ventis fluctibusque ſit: vrbes autem me-
diterraneæ, quemadmodum ipſa terra, rariore motu & clementiore conquaſſan-
tur. Hanc ob cauſſam veteres quoque Regiæ omnes mediterraneæ erant: &
ob hanc maxime creuerunt opibus, vt Medorum, Aſſyriorumque & Perſarum,
aliarumque gentium hiſtoriæ teſtantur. Sed Regia quidem exempla, quæ pa-
rum ad vos hoc tempore attinent, prætermitto: vos autem Africam veſtram in-
tuemini, vbi vobis licebit deligere vicinos quos optaueritis: ſimul aberitis à con-
ſpectu eorum quæ animos veſtros recordatione præteritorum excruciant. nunc
enim quoties vacuum nauibus mare adſpicitis, naualium quas habuiſtis copia-
rum magnitudinem cogitatis, & reportatas ex longinquis regionibus manubias:
& portuum, naualium, armamentariorum magnificentiam: iam vero quæ ſunt
in mœnibus veſtris receptacula exercituum, equorumque & elephantorum ſta-
bula, quæque iuxta exædificata ſunt horrea, quarum vobis rerum monimenta
ſunt, quidue aliud poſſunt, quam vt dolorem in mentibus veſtris excitent, deſide-
riumque, ſi qua poßitis eamdem potentiam gloriamque recuperandi? Reme-
dium vero amiſſorum nullum eſt obliuione certius. at hæc contingere vobis ne-
quit, niſi oculos ab eorum conſpectu abſtraxeritis. Hoc autem à me veriſsime
dici, argumento eſt ipſa experientia, nam ſæpius veniæ pacisque facti compotes,
his neglectis priorem fortunam repetiuiſtis. Quo animo ſi adhuc eſtis, imperium-
que adfectare pergitis, temporibus inſidiantes, certum eſt, indigere vos huiusmo-
di vrbe, talibusque portubus, & naualibus, & mœnibus caſtrorum in formam
diſpoſitis: ſed haud minus certum eſt, nos hominibus hoc modo affectis parcere
non debere. Sin vero cupiditatem imperii bona fide ponitis, & retenta quæ ve-
ſtri iuris eſt Africa, cetera populo Romano vere permittitis, agite, omiſſo, quod
alienæ iam ditionis eſt mari, veſtra in terra ſtatuite vrbem, vt quam verbis
præfertis obedientiam, ipſo etiam opere factoque demonſtretis. Neque enim

CAP. XXV. *Athenienſium exemplo docet, maritimas vrbes inquietas eſſe.*

CAP. XXVI. *Conſpectum vrbis ſuæ Pœnis deſeri & ſtimulo ad res nouandas fore oſtendit.*

CAP. XXVII.

eſt, vt

S[illegible] pa[illegible] terg[illegible] vrbem mouere.

[illegible] ... vt sacrorum, & penatium, & fori, & sepulchrorum vicem desertis [illegible] nam delubra quidem & sepulchra non mouemus, licebitque sacrorum & [illegible] tandi causa eo accedere; cetera vero damnamus. neque enim [illegible] [illegible] neque parentatis [illegible]. domos autem & alia sacra, promptum [illegible] bis vbicumque certis, condere. quod vbi factum fuerit, paruo post tempore & hac vobis erunt patria: plane vt olim iis quæ Tyri erant relictis hic in Africa alia instituistis. eademque nunc patria vocatis, quæ tum recens comparata fuerunt. Sed vt compendio dicam, vel hinc cognoscetis, nullo nos odio, sed quia concordiæ securitatique communi consultum cupimus, hæc præcipere: quod Albam quoque minime hostilem vrbem, imo antiquam patriam, communis vtilitatis gratia diruimus, ciuesque Romam transtulimus. cuius rei neutrum populum pœnituit.

CAP. XXIIX Ne incommoda quidem habitationem fore, nõ longe a mari remotis.

Id quoque vanum fuit, quod turbam hominum victum ex mari quærentium allegastis: nam & his prospectum satis est, poteruntque facile negotio ad exportandos importandosque fructus opportunitate maris vti. non vltra ab eo quam ad decimum lapidem remoti; quum nos ipsi, qui hæc præcipimus, passuum duodecim millibus quingentis absimus. Locum autem vobis indulgemus quem legeritis, vbi libertate legibusque saluis habitetis. Hoc enim est, quod ante quoque diximus, ciuitatem vobis liberam mansuram, si imperata fecissetis. Vos enim, non solum atque ædificia, Carthaginem esse arbitramur.

Quum verbis hactenus factis Consul obticuisset, videretque sibi nihil à Pœnis metu exsternatis responderi, adiecit, *quæ ad persuadendum consolandumque facerent à se dicta esse: ceterum Senatus imperio, & quidem sine mora parendum. abirent igitur, & hæc renunciarent suis ciuibus, adhuc enim legatos videri.* His dictis quum à lictoribus submouerentur, prospicerentque animis tumultum, qui renunciata hac legatione Carthagini esset futurus, rursum dicendi veniam petiuerunt; introductique dixerunt *videre se mentem Consulum inexorabilem: neque potestatem sibi concedi Romam mittendi oratores, ne ad vos quidem*, inquiebant, *licebit per nostrum populum reuerti, qui tristissima rei nuncios, priusquam sermonem absoluerimus, discerpet. Rogamus autem, non nostram vicem soliciti, quos paratos ad perferenda omnia videtis, sed ipsius patriæ cura, si forte cominus admoto armorum terrore cogi ad obsequium possit: vt interea dum proficiscimur domum, classem in conspectum vrbis adducatis. vt simul à nobis audiens imperia vestra, simul Vos ad exsequendum instructos conspiciens ciuitas, ad subeundam hanc necessitatem animum, si potest, inducat. Hæc enim calamitates nostræ nos propulerunt, vt ipsi aduersus patriam classes Vestras aduocemus.*

CAP. XXIX. Legati Carthaginienses petunt a Consulibus, vt classem admouerant Carthagini.

Id quoque grat[illegible] sunt Consules, & L. Marcius quinqueremibus viginti adnauigans [illegible] procul vrbe oberrabat. Legatorum autem pars quo cuique melius visum

desp[illegible]

deſperatis patriæ rebus, diffugerunt: alii manſerunt in Romanis caſtris: plures domum ſilentio regrediebantur. At in vrbe magna hominum multitudo muros compleuerat, contationem eorum increpantium, comaſque præ dolore vellentium: alia manus impatiens moræ extra vrbem procurrerat, quæ vbi in legatos incidit, auida noſcendi quæ adferrentur, poſtquam mœſto vultu incedentes vidit, frontem manibus pulſans, modo ab vniuerſis, modo à ſingulis, vt quibuſque familiaritas aut notitia erat, quod actum eſſet, requirebant. Vt vero reſpondit nemo, ipſum hoc ſilentium pro diriſſimo nuncio accipientes, vt certo in exitio complorabant, quorum audito gemitu qui in mœnibus conſtiterant, quidquid adferretur, acerbum eſſe interpretati, pari & ipſi luctu inſonuerunt. Iam vero poſtquam ad portam ventum, adeo denſa incubuit turba, vt pæne conculcati laceratique inter diripientium percontantiumque manus legati fuerint: donec *Senatui prius indicanda quæ ferrent* exclamarunt. Statim diſcedere via plerique: pars vltro ſubmouere reſtitantes, vt eo celerius deſiderio ſuo ſatisfieret. Ibant legati modo capita ferientes, modo ſublatis in cœlum manibus inuocantes quidquid deorum in mentem venerat: donec in Senatum introgreſſis, illoque conſidente ſubmota turba curiam circumſtetit.

CAP. XXX. *Flebilis facies in vrbe Punica.*

Tum legati vt primum expoſuerunt Conſulum iuſſa, clamor ortus eſt in curia, qui ſtatim foris à populo exceptus auctuſque. illis deinde narrare pergentibus, quid ipſi pro iure Carthaginis, aut miſericordiæ mouendæ reſpondiſſent: quibuſque verbis veniam mittendæ Romam legationis oraſſent, iterum altum in curia ſilentium erat, vniuerſis exitum rei anxia quiete opperientibus, ad hoc exemplum & conſiſtens in foro plebs tacebat. Vt vero cognitum eſt, ne legationis quidem impetratam poteſtatem eſſe, denuo ingenti eiulatu curia perſonuit, quo excitata plebs non vltra dilationem ferens irrupit & ipſa, impetuque & furore qualis bacchantium mulierum eſſe ſolet, cuncta permiſcuit.

CAPVT XXXI. *Oratores legationi in Senatu exponunt.*

Non enim iam vllo dignitatis aut meritorum reſpectu reliquo, quidam inuadebant auctores ſententiæ, qua obſides erant dati: *primoſque hoſtilis doli architectos* increpantes excruciabant lacerabantque. alii pari crudelitate vexabant eos, qui arma tradenda cenſuerant. nec deerant qui legatos lapidarent, vt ferales nuncios: raptarentque per vrbem corpora. ſtatimque furentis vulgi impetus in Italici generis homines incubuit, erant autem adhuc ibi, vt in ſubito improuiſoque malo, plures: in quos varia immanitate ſæuientes, *pœnam ſe ab his obſidum, & armorum, & totius Romanæ fraudis repetere*, dictitabant.

CAP. XXXII. *Furor commotæ plebis.*

Ita commota vrbe, plena omnia luctus ſimul & iræ & timoris & minarum erant. ſtrepebant viæ clamoribus chariſſima quæq; nominibus cientium: in tem-

CAPVT XXXIII. *Maximum tu-*

[illegible]

[illegible] iras matronarum quarum liberi traditi Romanis obsides [illegible] tragicarum Erinnyum instar crinibus passis vrbem cum [illegible] pervagantes, vt in quemque incurrerant. *liberos ab amplexu matrum raptos [illegible]que miserarum preces* exprobrabant. tum insanos in cachinnos [illegible], ita meritis vindictam hanc deorum gratulabantur.

CAPVT XXXIV.

Non multos vt ex tanto numero vidisses, qui mentis adhuc compotes crederentur. [illegible]tamen claudere portas vrbis curæ fuit, & quia catapultæ deerant, ad arcendos aggressores vim lapidum in mœnia comportare.

De bello gerendo fit decretũ.

Eodem die, vt primum aliqua Senatus esse forma potuit, decretum de gerendo bello factũ est. ad quod quia præsidia omnia deerant, vno præconio seruos omnes ad libertatem & militiam vocari placuit. proxima de exulibus cura fuit. quorum dux Asdrubal exercitu viginti millium stipatus, haud procul vrbe consederat. ad hunc missus est qui rogaret, *vt iniuriarum, quas necessitate coacta patria intulisset, oblitus. Carthaginensium imperator rebus foris gerendis esse vellet.* In vrbe cum imperio esse iussus alius Asdrubal, Masinissæ filia genitus.

CAPVT XXXV.

His ita constitutis iterum legarunt ad Consules, petitum *vt induciæ triginta dierum mittendis Romam oratoribus concederentur.* Qua re tum quoque denegata, prorsus inaudita audacia infremuit ciuitas, adeoque sunt accensi omnium animi, vt *vel in defensa patria victuros sese dicerent, vel in defendenda morituros.*

Arma & machinæ industria parantur.

Itaque statim delubris omnibus aliisque amplioribus ædificiis in officinas publicas versis, viri, feminæ, pueri, senes, non die non noctu intermisso labore, armis fabricandis insudabant. & ne quod tempus ab opere vacaret, dimensum non simul, sed per partes, suo quisque tempore accipiebat. Hoc studio quotidie scuta efficiebantur centena quadragena, gladii treceni: tela quæ machinis mittuntur millena. tragulæ & lanceæ quingenæ, tum catapultarum quantum poterat. ad quas tendendas quia funiculorum erat inopia, primum ancillas raserunt, vt ex earum capillis torquerentur: mox etiam matronæ crines suos hunc ad vsum contulere. ferro deinde & ære, cuius antiquitus vis magna in thesauris publicis superfuerat, deficiente, statuas conflatas, & pro viliore metallo aurum & argentum adhi-

CAPVT XXXVI.
Conſulum cunctatio.

adhibitum reperio. At ex diuerſa parte Conſules ſiue vt pœnitentiæ ſpatium furentibus darent: ſiue vrbem inermem quandocunque libuiſſet capi poſſe exiſtimantes, adhuc contabantur. quod enim notæ erant neceſſitates Carthaginenſium, euenturum credebant quod ſolet, vt qui pro atrocitate rei plurimum indignationis ſtatim conceperant, re diligentius expenſa ad obſequium timore deſcenderent: præſertim quum etiam Carthagine quemdam, vt de alia re dicturum ſurrexiſſe comperiſſent, qui ad præſentem ciuitatis fortunam oratione deflectens, *inermi populo quod ex malis minimum foret* dixiſſet *eligendum.* Verumtamen ſpe ſua falſos, etiam Maſiniſſæ ſuperbia tædio & dolore affecit. Ferebat enim iniquo animo quod vincendæ Carthaginis quum ipſe cauſſa fuiſſet, victæ titulum Romani occupatum ibant: ne quidem vt antea facere conſueuerant, re cum ipſo communicata. poſtremo, quum ſibi debellandum Aſdrubalem popoſciſſet, non fuerat auditus. Quapropter Conſulibus ad pertentandum eius animum auxilia poſtulantibus, *miſſurum* ait, *vbi vidiſſet opus eſſe.* neque multo poſt miſit quæſitum *an aliqua re indigerent.* Conſules elato Regis animo offenſi, præterea diffiſi tamquam irato, nihil reſponderunt, niſi *petituros quum eguiſſent.*

CAPVT XXXVII.
Commeatus Romani quam Pœnis arctior.

Et tamen commeatu non admodum amplo vtebantur; quum tantum Adrumeto & Lepti & Vtica ſubueheretur, duobuſque obſcuri nominis oppidis Saxo & Acholla. nam cetera quidem Africa tota Aſdrubalis erat: iſque res neceſſarias inde mittebat Carthaginem. Quum hæc paucos intra dies ſic geſta fuiſſent, ambo Conſules ad vrbem Punicam adduxerunt copias, oppugnandique fecerunt initium. Sed antequam obſidionis eius acta narrem, ſitum antiquæ Carthaginis qualis quo tempore oppugnabatur fuit, parteſq; vrbis præcipuas operæ precium eſt eorum qui hanc hiſtoriã legent oculis ſpectanda proponere.

CAPVT XXXVIII.
Deſcriptio Magnæ Carthaginis.

Igitur Magna Carthago ſita fuit in ſpatioſi ſinus intimo receſſu, in peninſulæ figuram adnexa continenti, ceruix quæ inter duo maria protenditur, non vltra trium millium paſſuum latitudinem patet. Ipſa peninſula quinq; & quadraginta millia in circumitu habet, quod totum ſpatium muro erat permunitum. A ceruice lingua paſſus circiter ſexaginta lata in longitudinem haud exiguam occaſum verſus procurrit, quæ inter mare & paludem rupibus præaltis cincta non niſi ſimplici lorica ad tutelam ſui egere viſa fuerat, ſed qua meridiem terramque ſpectabat locus, vbi Byrſa quoque fuit, arx Carthaginis, triplex fuit murus circumdatus, in altitudinem triginta cubitorum, quæ propugnacula & turres non erant additæ: his enim ad alios quoque cubitos decem creſcebant mœnia: quorum turres binum maxime iugerum ſpatio inter ſe diſtabant, ad contignationes quatuor

CAPVT XXXIX. [illegible]

[illegible] pedum triginta altitudinem habentibus [illegible] interius caua recipie[illegible] [illegible] horreis ad pabula [illegible] [illegible]. Similiter in superiore spatio stabula [illegible] [illegible] quatuor, cum suo & ipsi penu. Præterea [illegible] [illegible] bilia, quæ peditum viginti millia caperent, equitum quatuor. [illegible] hic apparatus solo mœnium spatio continebatur. Sic tota [illegible] [illegible] ad duos & viginti cubitos pertinebat. In tam accurata [illegible] [illegible] tantum angulus, qui ex muro præter linguam [illegible] ad portus reflectebat, infirmus erat, & iam inde ab [illegible] neglectus.

CAP. XL. *Portuum situs.* Portuum autem hic erat situs, ut ex altero in alterum nauigari posset, & à mari venientibus aditus esset passuum septuaginta, qui catheris ferreis claudebatur. Prior horum portuum negotiatoribus patebat, multisque & varii vsus tabernis erat instructus. in interiore iacebat insula rotunda, cui *Cothon* erat nomen, (quasi paruam diceres) crepidinibus magnis & ipsam & portum continentibus. in his crepidinibus loca erant manufacta recipiendis nauibus, quarũ ibi stare ad ducentas viginti poterant: & supra ipsa nauium receptacula, structæ erant cellæ, quibus armamenta & supellex nautica clauderetur. ab vniuscuiusque stationis lateribus prominebant columnæ operis Ionici, speciem porticus vndique reddentes visentibus. In ipsa insula tabernaculum erat præfecto classis, vnde signum tuba dabatur, & præco edicebat, & præfectus ipse prospiciebat. nam in primo portus ore quum posita esset insula, sic ipse prætendebatur, vt in mare prospectus præfecto late pateret, & cõtra adnauigantibus interiora portus visu impenetrabilia essent. ne intrantibus quidem negotiatoribus statim in conspectu erant naualia: duplici enim muro cingebantur: & in vrbem accedere ex suo portu mercatores per aliam viam poterant, quam quæ per naualia ducebat. Hæc antiquæ Carthaginis forma fuit: qua in vrbe tum temporis hominum ad septingenta millia numerabantur: cuius adhuc imperium trecentæ per Africam vrbes agnoscebant.

CAP. XLI. *Consules Carthaginem oppugnant.* Sed Romani Consules nihil aliud quam exarmatam esse cogitantes, minimi laboris expugnationem eam futuram arbitrabantur. ideoq; nulla de re nisi scalis comparandis solicitudinis effectis ad oppugnandam vrbem proficiscebantur: partibusque inter se diuisis, Manio quidem à continente per ceruicem fossa implenda [illegible] [illegible] quæ super fossam, & deinde murus sublimior superandus [illegible]. L. Marcius ad infirmum muri angulum ex terra simul nauibusque scalas admouebat. Nihil tam contra opinionem euenire cuiquam [illegible] quam quod eo tempore Consulibus Romanis euenit; cum muro tantum

tum & inermibus perculſiſque defenſoribus negotium ſibi futurum ratis. ergo vbi nouis armis inſtructa manus vbique ſe obiecit, fortiſſime pro mœnibus propugnans, inopinata re perterriti retroceſſerunt. renouata deinde impreſſione, quum nihilo magis profeciſſent, Carthaginenſes quidem confirmati ſunt animis, Conſules autem metu Aſdrubalis, qui à tergo ipſorum ſupra paludem haud longe à Romanis cum exercitu conſederat, bina & ipſi caſtra munire ſunt adgreſſi: L. Marcio ſupra paludem ſub mœnibus vrbis: Manio in ipſa ceruice ducentis ad continentem viæ vallum iacientibus.

CAP. XLII. *Romani machinas ædificant.*

Per eos dies L. Marcius machinis opus eſſe videns, materiæ cædendæ cauſſa paludem traiecit. Sed immiſſus ab Aſdrubale præfectus equitum Himilco, cui Phamæas cognomen, acer iuuenis, ad quingentos eorum qui in opere erant occidit, armaque multa (cuius rei penuria maxima tum laborabant Pœni) cepit. Abſportata tamen materiæ vis eſt, quanta parandis quæ deſiderabantur machinis ſufficiebat. quibuscum iterum adorti ſunt vrbem ambo Conſules, iterumque re infecta diſceſſerunt. quippe Manius, qui à terra oppugnabat, quum magno labore vix loricæ oppoſitæ partem deieciſſet, nihil vltra tentare auſus, abſceſſit. L. Marcius aggerato margine paludis iuxta linguam, quo plus ad machinas admouendas eſſet ſpatii, duos adhibuit vaſtæ molis arietes, quorum alter à ſex millibus peditum impellebatur, alter à naualibus ſociis: his præfecti triremium, militibus tribuni præerant. Sic inter diuerſa genera oppugnantium æmulatione virtutem ſtimulante, pars aliqua muri ceſſit, vt iam interiora vrbis conſpicerentur. Sed plus auxilii Carthaginenſibus in animorum firmitudine, quam in mœnibus fuit.

CAP. XLIII. *Eruptio Carthaginenſium.*

Repulſis ergo qui conati fuerant irrumpere, collapſam muri partem noctu inſtaurare ceperunt: deinde conſiderato neque noctem operi ſufficere, neque recentes & vdos adhuc muros Romanorum machinis reſiſtere poſſe, ad has corrumpendas eruptionem per ruinas fecerunt, aliis arma, aliis nihil præter faces accenſas ferentibus. & incendi quidem machinæ non potuere, accurrentibus ad arcendum hoſtem Romanis: inutiles tamen ſunt redditæ; & militum aliquis numerus deſideratus. orta luce, Romanos impetus cepit in vrbem perrumpendi, qua nondum commiſſa murorum latera oſtentabant iter. nam aream quamdam intus videbant, in qua explicari acies poſſet, ibi Carthaginenſes inſtructi ſtabant, armatis in fronte, poſt hos inermibus collocatis, qui fuſtes & ſaxa portabant; circum ædes quoque vicinas magnum diſpoſuerunt numerum, qui à lateribus irrumpentes inceſſerent. At Romani magis etiam hoc ſpectaculo animabantur, pudore quoque incitante, ne ab inermibus contemni paterentur. Itaque duo tribuni

militum cum cohortibus alacriter intulerunt ſigna. Sed P. Scipio Æmilianus, quem in quarta legione tribunum Conſul Manilius adduxerat, altiore conſilio rei difficultatem menſus, introire ſuos vetuit: & plures in partes diuiſos circa murum conſtituit, quumque pellerentur, vt præuiderat, Romani, recipiebat eos, hoſtemque cupide incumbentem, obiecta recenti armatorum manu, à perſequendo deterrebat. Iſta res Scipioni prima earum quas ad Carthaginem geſſit, patefecit ad gloriam iter, quod euentura certius acutiusque quam ipſe Conſul prouidiſſet.

CAP. XLIV

Romani multa incommoda patiuntur.

At Romanos angebat tum irriti incepti pudor, tum alia non pauca incommoda. neque enim longius à caſtris ad varios vſus Aſdrubalis & Phameæ metus ſinebat digredi: nec auxiliis Maſiniſſæ ſubleuabantur: & Marciana caſtra ſtantibus & graueolentibus aquis impoſita morbo tentabantur: neque liberum ex mari curſum imminentia vrbis mœnia permittebant. Hæc L. Marcium ex loco quem caſtris ceperat, in mare transferre claſſem coëgerunt. Carthaginienſes obſeruato qui mare verſus ferebat vehementi vento, ſcaphas ſarmentis ſtuppiſque repletas, ſub muris, donec videri ab hoſtibus non poterant, rudentibus protrahebant: deinde vbi flexere ſinus & iam in conſpectu Romanorum erant, ſulfure ac pice perfuſas, igne iniecto ventis permiſerunt. Atque illæ velorum & flammæ impetu in claſſem Romanam momento delatæ, non ita multis effugientibus nauibus ceteras exuſſerunt. Iamque comitiorum tempus inſtabat; quorum cauſſa profecturus domum Conſul Marcius, quum obiter maritima loca vaſtare vellet, nullum memoria dignum euentum habuit: niſi quod Ægimurum (inter Siciliam & Africam inſula eſt) prætereuectus, deinde ſubito reuerſus, in poteſtatem redegit.

CAP. XLV

Pœni erumpentes a Scipione repelluntur.

Sed Carthaginienſes diſceſſu alterius Conſulis dimidiato timore, Manium acrius audaciusque infeſtabant. Semel noctu facta eruptione, foſſam aduerſus ſe ductam, per tabulas quas eum ad vſum portauerant, ſuperarunt, vallumque adgreſſi ſunt conuellere. Iamque in magna conſternatione res exercitus erant, nocte tumultum augente, & morante conſilia ac imperia: quum P. Scipio cum equitibus per auerſam ab hoſte portam egreſſus, terrorem iniecit Pœnis; quorum quum haud pauci, maxime ex inermibus, cecidiſſent, reliqui receſſiſſent intra muros, P. Scipio ſeruatorum eo tempore caſtrorum præcipuam gloriam tulit. Ab hoc prælio timidior factus Conſul maiori diligentia caſtra communiit; loco valli muro circumducto, & ad mare caſtello excitato, quod appellentibus cum annona onerariis præſidium eſſet.

CAP. XLVI.

Romanorum expeditio in mediterranea.

Inde in mediterranea loca ſuſcepit expeditionem, lectis ad hoc decem peditum, duobus equitum millibus, ibatque per agros hoſtium populabundus: hoc inſtituto, vt quoties ſigna-

lignatum, aut pabulatum, frumentatumue pars copiarum emitteretur, tribuni militum, ſua quisque vice præeſſent. Id quoque Scipionis famam comparatione ceterorum illuſtrauit. Cum Phamæa negotium erat, viro perſtrenuo, qui ætate & audacia promptus, cum equis paruis & celeribus, ad famem ſitimque ferendam adſuefactis, ſi modico interim gramine reficerentur; omnia quotidie intuta infeſtaque Romanis efficiebat. Sæpe longiſſime abeſſe creditus, in propinquis arbuſtis, valliumue confractibus latitabat; vnde ſimul alicubi remiſſum aliquid neglectumue ſenſerat, in morem aquilæ prouolabat: damnoque quanto poterat dato, priusquam circumueniri poſſet, iterum dilabebatur. Sed idem, quoties Scipionis eſſe vices ſenſerat, nusquam comparebat. Is enim numquam aliter niſi inſtructa velut ad prœlium acie iter faciebat: deinde quum ad campum quem demeſſurus venerat, acceſſiſſet, ante omnia equitum & grauis armaturæ firmis ſtationibus cingebat locum: cum reliquo equitatu ipſe continuo obibat meſſores, & ſi quis ſecretus ab aliis, aut extra præſidia vagatus depræhenderetur, eum ſeuere caſtigabat.

CAP. XLVII
Scipionis virtus & gloria.

Horum quum Phamæas neſciret nihil, hunc ſolum ex omnibus timebat adgredi, quod vbi in morem, & ex more in famam vertit, inuidia correpti ceteri tribunorum, *Phamæam, ob auitum hoſpitium, quod ei cum Scipionibus eſſet, à laceſſendo Æmiliano abſtinere* comminiſcebantur. Sed nimirum fruſtra premit virtutem inuidia: quod illa ſemper ſui ſimilis, & in quasuis occaſiones prompta, ſæpe inuenit gloriæ locum, vbi hæc nullum inuenit calumniæ. Igitur nequidquam oppugnata Scipionis fama, apud militem apud hoſtem quotidie fiebat clarior, quum non modo ſuis laudibus, ſed etiam vitiis inimicorum commendaretur. Afris enim in caſtella turresque, quarum ea in regione magnus erat numerus, confugientibus, reliqui tribuni fidem dabant ſe dedentibus, fallebantque. at Scipio magna ſalutis eorum cura domum illæſos deducebat; vnde poſtea nemo ſe Romano cuiquam, niſi præſente Scipione dedere voluit, tantum breui tempore tam apud ciues quam apud hoſtes virtus eius fidesque incrementum gloriæ habuit.

CAP. XLIIX
Pœni caſtellum quoddam oppugnantes a Scipione deterrentur.

Poſt hanc expeditionem quum Carthaginem ad caſtra reuertiſſet Conſul, caſtellum Romanorum, quod ad tutelam nauium exædificatum erat, noctu à Pœnis oppugnatum eſt cum maximo clamore, quem non pugnantes modo, ſed etiam qui relicti in vrbe fuerant, ad diſtrahendum hoſtem tollebant. proceſſeratque ipſis inuentum ſuum, ni Scipio in exercitu fuiſſet. Quippe Conſul ancipiti tumultu, quod periculum & vbi eſſet dubitans, ne hoſtilibus inſidiis daret locum, ſuos in caſtris continebat. Scipio autem adſum-

adſumptis equitum haud amplius duabus alis, cum accenſis facibus accurrit, edicto ſuis, ne quis per tenebras cum hoſte concurreret, ſed tantummodo cum facibus obequitantes, multitudinis ſpeciem Pœnis & tamquam aggreſſuri metum facerent. hoc commento perturbatis hoſtibus, & in oppidum refugientibus, caſtellum periculo liberatum eſt.

CAP. XLIX. *Conſul contra Aſdrubalem proficiſcitur.*

Conſul quum hinc frequentibus Pœnorum eruptionibus, inde incurſu Asdrubalis nocte dieq; fatigaretur, in hunc conuertere impetum ſtatuit eo deuicto, cetera ſibi ad victoriam procliuia fore arbitratus; Nepheris erat caſtellum ſitu & opere permunitum, ad quod caſtra habebat Asdrubal. diſſuadebat expeditionem Scipio, quod per iniquum ſaltum ſuperioribus ab hoſte locis occupatis, eundum eſſet. verum victus diuerſa per inuidiam ſuadentium conſiliis, ipſe quoque iter eſt ingreſſus. minus iam paſſibus quadringentis ab hoſte aberant, quum amnis ſe obiecit, qui caſtra Asdrubalis petentibus transeundus erat.

CAP. L. *De ea expeditione Scipionis & aliorum tribunorum diſſenſio.*

Ibi quum agmen neceſſario conſtitiſſet, iterum inſtitit Scipio, vt reuerterentur, *alia occaſione aliisque artibus aduerſus Aſdrubalem opus eſſe* dictitans. reliquis autem tribunis magno ſtudio repugnantibus, *timiditatique rem ſimiliorem quam conſilio futuram* dicentibus, *ſi conſpecto hoſte retrocederent, idque nec impune facturos, illo terga tamquam fugientium contemptim inuaſuro*: iterum petiit, *vt ſaltem caſtra citra amnem ponerent, quo ſi pellerentur, quod omnino futurum* adfirmabat, *receptus tamen eſſet, ſic quidem nec fuga locum habituris.* At illi hanc quoque ſententiam irridebant. fuitque, qui minaretur *abiecturum ſe gladium, ſi quidem non Conſuli Manilio, ſed tribuno Scipioni parendum eſſet.* Manius igitur, vir nec alias multæ in bello experientiæ, confirmatus plurium ſententiis, tranſcendit flumen. Cui quum occurriſſet Asdrubal, magna vtrimque cædes facta eſt, donec Asdrubal omiſſa pugna in caſtellum ſe recepit, vbi ex tuto tempus obſeruabat turbandi regredientes.

CAP. LI. *Romani turbantur, & a Scipione ſeruantur.*

Romani, quos iam conſilii ſui pigebat, donec impedimentum itineri nullum occurrit, ſeruatis ordinibus diſceſſere. vbi ad amnem ventum, isque paucis locis vadari & difficulter poterat, neceſſario diſtractum turbatumque agmen eſt. quod ſimul intentus hoſtis vidit, tum primum totis viribus incubuit, paucosque pugnantes, plures fuga palatos interfecit. ſed & tribuni tres cecidere, ii ipſi, qui malæ pugnæ præcipui auctores fuerant. At Scipio cum trecentis quos ſecum habebat equitibus, aliisque quotquot colligi celeriter potuerant, curſu duxit in hoſtem, duas in turmas diuiſos, præmonitosque *vt alternatim capeſſerent pugnam, emiſſisque iaculis ſe reciperent*: ſic enim fiebat, vt vno recedente globo alter extemplo ſuccederet; neque hoſti quies vlla daretur

retur

retur: multique Afrorum continuo telorum iactu conuulnerarentur. Ita dum in ſe plurimos hoſtium abſtrahunt Scipionis equites, exercitus minore cum impedimento cis fluuium ſe recepit: tum demum concitatis equis vadum petiit Scipio, & quamquam denſus in eum telorum imber mitteretur, incolumis in citeriorem ripam penetrauit.

CAP. LII. *Cohortes quatuor ab Aſdrubale circumſidentur.*

Acciderat autem, vt in primo ingruentium hoſtium tumultu, cohortes quatuor à ceteris diuulſæ in quemdam tumulum confugerent: eæ ab Aſdrubale circumſidebantur, ignaris adhuc Romanis, donec in ſtatiua peruentum eſt. Tum conſilio aduocato plerisque rectius viſum, *vrgeri ceptum iter, neque cauſſa paucorum cunctos in perniciem conici.* donec Scipio dixit *hunc ſibi ſemper animum fuiſſe, vt antequam diſcrimen ſubiretur, etiam atque etiam cogitandum exiſtimaret, non magis quemadmodum lædi hoſtis poſſet, quam ſui quomodo minimum ab hoſte læderentur. Sed rebus eo deductis, vt tot cohortes ſignaque periclitentur, optimum conſilium putare non conſulere, ſed quæ res atque tempus poſtulet celeriter ac ſtrenue peragere: Ergo ſi me paucas equitum alas legere ſinitis, aut hos,* inquit, *mecum incolumes adducam, aut ego cum illis latus lubensque mortem oppetam.* Accepto deinde bidui commeatu ſtatim ſe commiſit itineri, maximo cum metu vniuerſi exercitus, ne & ipſe amitteretur.

CAP. LIII. *A Scipione eripiuntur.*

Vt vero ad obſeſſum ab hoſte collem ventum eſt, oppoſitum illi tumulum curſu cepit: vt inter vtrosque tantum vallis intereſſet. Tum vero Afri omni conatu expugnare collem ſunt adgreſſi, priusquam reſumptis ex itinere viribus ſuccurrere Scipionis equites poſſent. At ille, qui per radices tumulorum circumiri poſſe vallem interiectam animaduerterat, nihil contatus, qua patere viam videbat, ſtrenue in hoſtes incurrit. illi ne inter duo Romana agmina medii clauderentur veriti, non ſolum ceſſere loco, ſed effuſa fuga dilapſi ſunt. Scipio ſeruaſſe ſuos contentus, neque Afros numero longe ſuperiores perſequi curæ habuit, & cum liberatis obſidione cohortibus ad exercitum reuerſus eſt. vbi quum præter ſpem omnium non modo ſaluus ipſe, verum etiam ſeruator aliorum conſpiceretur, maximus præ gaudio ſublatus eſt clamor, virtutem eius fortunamq; cunctis admirantibus, tamquam exemplo ſuperioris Africani (de quo creditum idem fuerat) diuino quodam inſtinctu futura præſentiſceret, omnibusque in conatibus ſuis præſentem numinis fauorem experiretur, obſidionali corona donatum ob ſeruatas cohortes Scipionem Varro tradidit: ſtatuæque Scipionis in foro ſuo poſtea adſcripſit Auguſtus.

CAP. LIV. *Tribunos occiſos in honorem Scipionis ſepelit Aſdrubal.*

Vni inter hæc tam læta querelæ cauſſam præbebant inſepulta militum interfectorum corpora, præſertim tribunorum qui occubuerant vicem miſerantibus. & hinc quoque Scipioni laudis materies fuit: qui permiſſu Conſulis per captiuum

[illegible] Afdrubali fcripfit, vt tribunos [illegible] [illegible] inter cadauera, & agnitos ex annulis aureis [illegible] tum ferreos geftabat [illegible] honore adfecit, lectaque [illegible] fit ad Confulem, fiue humanitate quadam, fiue, quod [illegible] minis proximus eft, furgentem Scipionis magnitudinem iam tum [illegible] piens adulari. Magnam haud dubie res hæc exiftimationem S[illegible] circumdedit, quem vnum præ omnibus Romanis etiam apud [illegible] in honore effe videbant.

CAP. LV. Conful ad caftra, quæ fub Carthagine habebat reduxit exercitum, multa paffus ob errorem, quo confilia Scipionis neglexerat. nam fuper priora incommoda, recedentibus ab Afdrubale Phamæas moleftus fuit: & Carthaginenfes in poftremum caftra intrantium agmen eruperunt, impedimentorumque pars ante ipfa munimenta amiffa eft. Dum ifta maxime aguntur, ab Senatu legati ad infpiciendas res Africæ venerunt: citoque cognitis omnibus, in Vrbem reuerterunt laudibus Scipionis onufti.

Scipionis laudes vbique increfcunt.

Nam & Conful, & confilium, & tribunorum fuperftites, cedente iam meritæ felicitati inuidia, & vniuerfus denique exercitus teftimonium ei verum præclarumq; dabant, & rerum ipfarum præfens fides id honoris digniffimo haberi oftendebat. Lætus fauensque accepit ifta Senatus, & ipfe Cato, vir promptioris ad vituperandum linguæ, Græci poëtæ verbis, *reliquos velut vmbras oberrare* dixit; *Scipionem folum fapere ac vigere.* vnde tantum ei nomen tantusque fauor apud populum Romanum effe cepit; vt comitiis multæ tribus Confulem eum facerent, quum ab ætate Confulari, quam leges poftulabant, plurimum abeffet. Ne legum quidem auctoritas plus quam in vnius anni moram valuit: in quem Sp. Pofthumius Albinus Magnus, L. Calpurnius C. F. C. N. Pifo Cæfonius, funt defignati.

CAP. LVI. *Galba accufatur, fubfcriptore Catone.*

Clarum hoc tempore iudicium in Vrbe Ser. Sulpicii Galbæ fuit, qui nuper in Hifpania pro prætore Lufitanos diripuerat: Ei L. Scribonius Libo tribunus plebis diem dixit: idemque rogationem priuilegio fimilem promulgauit, *vt Lufitani, qui in fidem populi Romani dediti, à Ser. Galba in Gallia veniffent, in libertatem reftituerentur.* Eam M. Cato, qui à tempore Confulatus in Hifpania exacti, patrocinium eius prouinciæ fufceperat: acerrime [illegible], nonaginta circiter annos natus, fed corpore adhuc fufficiens, animo accenfus, *quod tantam rem publicam agier arbitraretur.* Hæc enim verba funt orationis, quam paucis ante mortem diebus an menfibus habitam, feptimo originum fuarum libro inclufit. Reum defendebat Q. Fuluius Nobilior, qui & ipfe ob res in eadem prouincia perperam adminiftratas, [illegible]pe laceratus in Senatu à Catone fuerat.

CAP. LVII. *Miraculo at-*

Sed ipfe maxime Galba, quum fe damnari videret, flexit populum & facundia, qua vt inter illius ætatis orato-

oratores excelluit, & magis artificio concitandæ miſericordiæ, quum duos filios prætextatos, & filium C. Sulpicii Galli cuius tutor erat, complexus, *nihil pro ſe recuſare* diceret, *ſed ſuos liberos, ſed propinquum ſuum, memoria clariſſimi patris fauorabilem, populo Romano commendare, ac tamquam in procinctu teſtamentum faceret, ſine libra atque tabulis populum Romanum tutorem inſtituere eorum orbitati.* Sic mitigata concione, petentibus inimicis, & incumbenti ad perniciem eius Catoni à populo ereptus eſt, quũ pæne nullum triſte ſuffragium habuiſſet, qui paullo ante conſenſu omnium periturus videbatur. Ferunt diuitias ei auxilio fuiſſe ne damnaretur: ſed ipſe Cato ſcribit, *niſi pueris & lacrumis vſus eſſet, pœnas ei daturum fuiſſe.* Galbæ de hac cauſſa orationes tres ſunt editæ: duæ aduerſus Libonem tribunum plebis, rogationemque eius: vna contra L. Cornelium Cethegum (qui & ipſe in Galbam ſubſcripſerat) in qua *Luſitanos prope ſeſe caſtra habentes caſos* fatetur, *quod compertum habuerit, equo atque homine ſuo ritu immolatis, per ſpeciem pacis adoriri exercitum ſuum in animo habuiſſe.* Infamia Magiſtratuum, nam ab aliquot annis multi, ob prouincias auare adminiſtratas, accuſati fuerant, quum optimi cuiusque ſermonibus traduceretur, occaſionem legi dedit, per quam ſociis ereptas ſibi pecunias recuperare liceret. Tulit L. Calpurnius Piſo tribunus plebis, qui neſcio an ob hoc factum primus Frugi cognominatus eſt. Hæc rogatio diutiſſime ſeruata eſt ob ſummam vtilitatem. fuerunt certe paucæ leges æquiores, quando etiam bonæ pleræque ita comparatæ ſunt, vt nocentes puniant, non vt læſis opitulentur. Sub idem tempus Macedonia atque Thracia magno rerum nouarum motu concuſſæ ſunt ex leuibus principiis. Andriſcus qui ſe Philippum Perſei filium vocabat, exinde *Pſeudophilippi* nomine notior, quum in cuſtodia Romæ haberetur, clam elapſus, & in Macedoniam profugus, apud homines regio imperio aſſuetos, & poſt illud euerſum perpetuis ſeditionibus agitatos facile fidem fauoremque inuenit. Fabulam autem huiusmodi finxerat. *Ex pellice ſe & Perſeo rege ortum, traditum educandum Cretenſi cuidam eſſe, vt in belli caſus, quod ille cum Romanis gereret, aliquod ſemen ſtirpis regiæ extaret. Perſeo demortuo, Adramyttî ſe educatum vſque ad duodecimum annum ætatis, patrem eum eſſe credentem, à quo educaretur, ignarum generis fuiſſe ſui. affecto deinde eo, quum prope vltimum finem vitæ eſſet, detectam ſibi tandem originem ſuam, falſæque matri libellum datum ſigno Perſei regis ſignatum, quem ſibi traderet, quum ad puberem ætatem veniſſet; obteſtationesque vltimas adiectas, vt res in occulto ad id tempus ſeruaretur. pubeſcenti libellum traditum: in quo relicti ſibi duo theſauri à patre dicerentur. tum ſcientem mulierem,*

ſolationem inuenet.

CAP. LVIII.

Lex Calpurnia de repetundis lata.

CAP. LIX.

Andriſcus quidam Perſei ſe filium eſſe mentitur.

rem, quod tacitum se esse, veram stirpem ignoranti edidisse genus: atque [illegible] tam, vt primumquam ad Eumenem manaret res, Persei [illegible] in locis, ne interficeretur. eo se exterritum, simul sperantem a[illegible] a Demetrio, in Syriam se contulisse: atque ibi primum qui [illegible] palam exponere ausum.

CAP. LX. *Macedoniam [illegible] totam oc[illegible].*

Aderat iuueni forma, quæ Persei [illegible] decerer, si ex similitudine liberi æstimarentur. His consiliis antea [illegible] que sed clanculum sollicitauerat Macedonum animos, neque m[illegible] quisquam, siue quod fidem fabulæ haberet nemo, siue Ro[illegible] bantur. Tum autem ipso liberationis suæ miraculo, deinde opportunitate temporum, quia belli Punici grauia Romanis initia fuerant, primo credulos, mox dubitantes impulit: postremo, quidquid factionibus [illegible]ruptum erat, confluxit ad eum, multæq; iam vrbes, tamquam seruato diuinitus Regi parebant. ita contracto exercitu, Regium assumpsit habitum, & in arce Regni paludatus ius dixit. Inde profectus in Thraciam, multos ex liberis populis, quosdam etiam regulos imperium Romanum grauatos in commilitium traxit; horumq; ingentibus auxiliis validus totam Macedoniam aut voluntate incolentium, aut armis occupauit.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER QVINTVSDECIMVS.

In locum lib. L. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri L. Liuiani.

Theſſalia, quum & illam inuadere armis atque occupare Pſeudophilippus vellet, per Romanorum legatos auxiliis Achaorum defenſa eſt. Pruſias rex Bythiniæ, omniumque humilimorum vitiorum, à Nicomede filio, adiuuante Attalo rege, Pergami occiſus eſt. Habebat alterum filium, qui pro ſuperiore ordine dentium, enatum habuiſſe vnum os continens dicitur. Quum legatos ad pacem inter Nicomedem & Pruſiam faciendam Romani miſiſſent: & vnus ex iis caput multis cicatricibus ſparſum haberet, alter pedibus æger eſſet, tertius ingenio ſocors haberetur: dixit Cato, eam legationem, nec caput, nec pedes, nec cor habere. In Syria, quæ eo tempore ex ſtirpe generis Perſei regis Macedonum, inertia ſocordiaque ſimilem Pruſiæ regem habebat; iacente eo in ganeo & luſtris, Ammonius regnabat. per quem & amici omnes regis, & Laodice regina, & Antigonus, Demetrii filius, occiſi. Maſiniſſa, Numidiæ rex, maior nonaginta annis, deceſſit; vir inſignis. Inter cetera opera iuuenilia, quæ ad vltimum edidit, adeo, etiam verſus in ſenectam, viguit, vt poſt ſextum & octogeſimum annum filium genuerit. Inter tres liberos eius maximum natu, Micipſam, Guluſſam, Manaſtabulem, qui etiam Græcis literis eruditus erat. P. Scipio Æmilianus (quum commune eis pater regnum reliquiſſet, & diuidere eos arbitro Scipione iuſſiſſet) adminiſtrationem regni diuiſit. Item Phameæ Himilconis, præfecto equitum Carthaginenſium, viro forti, & cuius præcipua opera Pœni vtebantur, perſuaſit; vt cum equitatu ſuo ad Romanos tranſiret. Ex tribus legatis qui ad Maſiniſſam miſſi fuerant, Claudius Marcellus, coorta tempeſtate, fluctibus obrutus eſt. Carthaginenſes Aſdrubalem Maſiniſſæ nepotem, quem prætorem habebant, proditionis ſuſpectum, in curia interemerunt: quæ ſuſpicio inde emanauit, quod propinquus eſſet Guluſſæ, Romanorum auxilia iuuantis. P. Scipio Æmilianus quum ædilitatem peteret, Conſul à populo dictus, quoniam per annos Conſulem fieri non licebat, cum maximo certamine, ſuffragantibus plebeis, & repugnantibus aliquamdiu Patribus, legibus ſolutus, & Conſul creatus eſt. M. Manilius aliquot vrbes circumpoſitas Carthagini expugnauit. Pſeudophilippus in Macedonia, cæſo cum exercitu P. Iuuencio prætore, à Q. Cæcilio victus captusque eſt: & recepta Macedonia.

[illegible] Postumio Albino, L. Calpurnio Pisone C[illegible] [illegible] Macedoniæ Reg[illegible] [illegible] Philippum [illegible] [illegible] Macedon[illegible] [illegible] amplius [illegible] ex mediocribus, non tam appetere magni animi, quam [illegible] ri & sapientis est. Thessalia proxima Macedoniæ, & [illegible] iisdem, quum ad commoditatem inuadendi, tum ad [illegible] nnibus aliis Græciæ regionibus visa est opportunior. In h[illegible] gressus haud exiguam eius portionem in fidem receperat: neque [illegible] tabatur, quin sequutura cetera essent, ni legati Romanorum [illegible] modum præcipitanti defectioni consiliis & armis occurrissent. N[illegible]

CAP. II. *Senatus Scipionem Nasicam in Graciam mittit.*

Romæ ubi certis nunciis de progressibus Andrisci auditum, [illegible] eousque res, diligentiore cura tractari cepit: placuitque Senatui *legationem mitti, quæ in nascente adhuc & nondum confirmato malo [illegible] ram, ut motus iste lenibus remediis, docendo meliora, spemque veniæ [illegible] ostendendo, consideret.* Nemo visus ad hæc P. Scipione Nasica melior, neque cui ad homines blande cogendos, plus existimationis & facundiæ, & dexteritatis esset. Idem neque bellicæ laudis inops, si res [illegible] eguissent, hæc quoque paraturus auctoritate, recturus prudentia [illegible] batur. Scipio simulatq; Græciam attigit & quo in statu res Macedonum Thessalorumq; forent, certis auctoribus cognouit, perscriptis his [illegible] bus diligenter ad Senatum; ipse sociorum adiit concilia; copias quibus Thessaliam tutaretur contrahens. Promptissima & maxima ab Achæis auxilia venere, qui tum adhuc plurimum inter Græcos viribus [illegible] bant. Cum his ingressus Thessaliam, præsidia Andrisci passim [illegible] uit & receptis quæ tenuerat omnibus, ad fines vsque Macedoniæ [illegible] promouit.

CAP. III. *Mox Iuuentiu prætorem cum exercitum.*

Romæ interea perlatis lectisque Nasicæ literis, [illegible] toque maiores opinione tumultus in Macedonia esse, P. Iuuentio Th[illegible] næ prætori negotium à Senatu datum est, *ut primo quoque tempore [illegible] pro exercitu, ad liberandam Macedoniam proficisceretur.* Mo[illegible] ipsum hoc negotium pati videbatur, & periculum erat, ne alibi [illegible] turbatis sociorum regnis, rerum nouarum exordia, numquam [illegible] genda præpotentibus, nascerentur. Apud Bithynos maxime [illegible] bellum aut bello non melior pax erat: magis ob culpam regna[illegible]

quam

quam ullas externas cauſſas ſtatu regnorum vacillante. Bithyniam adhuc minime laudato regimine Pruſias obtinebat. Multa eum vitia corporis morumque dehoneſtabant, illiberalis facies, ſtatura enormiter breuis, membra muliebri cultu indecora. nam pudendo luxu dies noctesque continuans, animumque & corpus ſic effeminauerat, vt nec ad pericula bellorũ quidquã ei conſtantiæ, neq; ad ferendos labores roboris ſupereſſet. Venationis tamen ſtudioſus, vnde & nomen Cynego fuit, ſic quoque inſuauis popularibus, quum voluptatem virtuti ſimilimam per luxuriam & ſumptus ignauia ſua mollitieque infamaret. Tales autem Reges nulla ferme gens æquo animo patitur, Bithyni ceteris etiam minus, durum genus, & remiſſo imperio haudquaquam tractatu facile. Sed & in libidines præceps, omni genere fœditatis corpus comaculabat. Summa inter hæc bonarum artium imperitia, neque ſapientiæ ſtudiis ullus apud ipſum honos, neq; ſermonum eiusmodi patientia aut intellectus erat. Quapropter quotidie in peius mutatus, omniumque etiam humilimorum vitiorum infamia obrutus, in tanto iam ſuorum odio & contemptu eſſe ceperat, ut parua occaſione oblata, non ad regnum ei modo, ſed etiam ad vitam eripiendam concurreretur. Filium habebat Nicomedem, gratum vulgo, vel ideo quia mali Regis filius, ipſe nondum imperauerat Pruſiæ crudelitatem (nam & hoc inter cetera vitio laborabat) ea quoque ſtimulabat cura, ne Bithyni nouum imperium, moresque filii nondum cognitos experiri, quam ſæui luxurioſique ſenis immedicabilem prauitatem diutius tolerare mallent. Accedebat & ſtudium conſulendi alterius vxoris liberis, quorum ætati Nicomedes, firma ipſe iuuenta, grauis imminebat. Igitur, quamquam pridem ut ab oculis hominum amoueret iuuenem, in vrbem Romam eum miſerat, ne ſic quidem tranquillo erat animo, maxime quum ibi quoque valere eum gratia & amicitiis principum intellexiſſet. Itaque varie verſans animo, vtrum ex vita filii potius, an ex morte fructum perciperet (erat enim ad callida conſilia minime hebes) Menam quemdam ex amicis Romam mittit, datis ad Nicomedem mandatis, ut ipſe & Menas, tamquam legati patris, adito Senatu, *remitti pecuniam* poſtularent, *quæ ex poſtremæ Pacis legibus Attalo debebatur.* Id ſi eſſet effectum, parci filio iubebat: ſin vero nil obtinuiſſet, ne dubitaret eum Romæ interficere. hunc in vſum, & quo minore periculo facinus peragerent, cercuros aliquot Menæ, militesque ad millia duo attribuit. Miſſus & ab Attalo eſt Andronicus, eoque docente, *minorem imperatam eſſe pecuniam Pruſiæ, quam ipſe ex agro Pergameno rapuiſſet, nihil eſſe remittendum Senatus cenſuit.* Menas quum acceptum Romanis Nicomedem de medio

CAP. IV. *Pruſia Bithyniæ Regis vitia.*

CAP. V. *Filium Nicomedem interficere ſtudet.*

CAP. VI.

dio

[illegible] periculosum esse, neque [illegible] ad Regem [illegible] posthabita teneretur : per aliquot dies incertum [illegible] Subodoratus caussam Nicomedes, colloquium expetiit [illegible] ipsum cupide amplexus, [illegible] *ut [illegible] caput eius qui struxisset [illegible].* Assumtum [illegible] dronicus, ut per eum Attali [illegible] cognita, [illegible] nassuro arma viresque praepararet. [illegible] posita re, vt ad Berenicen, Epiri oppidulum est, appellatam [illegible] Ibi egredientem ex naui, cum quingentis quos habebat [illegible] dronicus excepit, Regisque appellatum nomine, cuius & [illegible] sumpserat, honorifico cum suis comitatu deducebat.

CAP. VII. *Menas Prusiae praefectus militibus alloquitur.*

Menas [illegible] tiam antea actorum, & tum ut in re subita perturbationem [illegible] currit ad suos, & multis quasi per indignationis aestum [illegible] *porro quid agendum, inquit, milites? neq; enim leuis est deliberatio [illegible] cuius euentu salus nostra nostrorumque & fortunae omnes pendeant [illegible] ter duos Reges iudicamus. utrius deinde iudicio vitae necisque nostrae [illegible] permissura fortuna sit. Nam in hoc vno omnis consilii nostri prudentia [illegible] ut illius in partibus inueniamur, cuius imperium approbaturi dii sunt [illegible] quis euentus negotii sit futurus, non aliunde rectius, quam ex vtriusque [illegible] ratione intelligetur. In itinere nostro iuuenis est; domi sedet senex: ille [illegible] rus Bithynus; hic exosus: charus & externus ille de Romanis [illegible]; Attali [illegible] tum Andronicum iam etiam satellitem Nicomedis videtis, non obscuro [illegible] to, quidquid hoc est, consilii Attali geri, gerundumq; mox viribus, [illegible] gnas habet, late imperans; & opportunus, Bithyniae imminens: & [illegible]*

CAP. VIII. *Erat ad Nicomedem desciscant hortatur.*

ex veteri contra Prusiam ob superiora bella odio. Vnde mihi, fateor enim [illegible] inclinat animus, vt eum potiorem iudicemus, qui & propior nobis, & aetate [illegible] [illegible] primor est. praesertim ubi Prusiae crudelitatem recogito. [illegible] [illegible] illa peruulgataque loquor milites, scelus est, quod neque nunc [illegible] nimi, neque vbi dixissem, de alio possetis quam de Prusia credere. Nicomedem [illegible] Romae interfici voluit, hoc erat praecipue cur ego mitterer. ad hoc & [illegible] & hanc militum manum accepi. Quae & ipsa non vltima reputandi caussa [illegible] quanto cum periculo simus ad tam immitem dominum reuersuri. & an [illegible] parsurus videatur qui filio non pepercerit? Quod si quo casu patris crudelitatem effugerimus, non minus timenda erit filii seueritas, ne tanquam spretus a [illegible] poenas exigat. at demum, cum obliuisci iniuriam quam vindicare malit [illegible] mea sine notitia sine gratia vulgus erimus. at nunc beneficio dandi [illegible] [illegible] locus est: & vacuam adhuc noui principis gratiam occupamus [illegible] liberalitatem prae omnibus sensuri sunt, qui ante omnes accesserunt.

Liui-

limus, nolimus, Nicomedis auſo, Bithyniæ votis, Andronici conſilio ſubſcribendum erit, milites, niſi potius videtur, deterrimo Regi cum certo exitio, quam innocenti cum ſalute & præmio accedere. Hac oratione quum permotos omnium animos ſenſiſſet, priuſquam mutari pœnitentia poſſent, ad Nicomedem vniuerſos adduxit, proficiſcentemque in Attali regnum comitatus eſt.

CAP. IX.

Attalus Nicomedem iuuat.

Attalus iuuenem comiter exceptum *confidere* iuſſit: *debitumque ſibi deum hominumque voluntate Bithyniæ regnum magno animo capeſſere.* Nam & Sybillæ quædam carmina ferebantur, per quæ Attalus fato deſtinatam Nicomedi Bithyniam interpretatus, cupiditatem hominis fiducia inflammabat. Miſſis deinde ad Pruſiam legatis poſtulauit *vrbes quaſdam concedi filio & agros, quorum reditibus aleretur*: ille *paullo poſt totum Attali regnum ei daturum, neque alia mente nuper in Aſiam ſe irrupiſſe* reſpondit. Certos deinde homines Romam miſit, de Nicomedis pariter Attalique iniuriis queſtum, contra quos auxilium fidemque populi Romani inuocabat. Neque illi ſegnius in Bithyniam inuaſere: ſubinde deficientibus ad eos multis. Vnde Pruſias vniuerſis diffiſus, & Romanorum ope inſidias euaſurum ſperans, exercitum opponere ſuperſedit: tantum à Diegyllide ſocero petitis acceptiſque Thracibus quingentis, eorum præſidio, & arcis Nicææ munimentis ſalutem tutabatur.

CAP. X.

Legatio Romana inutilis Pruſiæ.

Non fuit id conſilium felix Pruſiæ. nocuit præter alia prætoris vrbani factum, qui per abſentiam Conſulum de legatione Bithynica referre quum debuiſſet; quo gratum Attalo faceret, per aliquammultos dies neglexit: deinde quum Senatus decreuiſſet, *vt ab ipſo prætore legati tres nominarentur ad res Bithyniæ componendas*, tales delegit, vt cauſſam præberet M. Catoni dicendi, *legationem à Populo Romano mitti, quæ nec caput, nec pedes nec cor haberet.* vnius enim legatorum caput cicatricibus deforme erat: alter laborabat ex pedibus, tertius ad ſtultitiam vſq; ſimplex habebatur. Nec meliorem igitur euentum hęc legatio, quam pro hominum opinione habuit. Quum enim ex compacto Nicomedes Attaluſque *ſe in poteſtate Senatus fore* reſpondiſſent; Bithynorum principes prius edocti negauerunt *ſe prodi diſceſſu eorum debere. quorum fidem ſequuti, bellum aduerſus Pruſiam ſumpſiſſent. Neq; enim poſt profeſſa odia, detectumque animum ſuum, ſub ditionem crudeliſſimi Regis redituros.* Ita legati, vt qui ad Bithynorum iſtas querelas nullum à Senatu mandatum attulerant, rebus eodem in ſtatu quo repererant relictis, diſceſſerunt.

CAP. XI.

Deſtitutus vnica ſpe Pruſias, cuius fiducia nihil aliunde præſidii parauerat, Nicomediam perfugit, munire vrbem, & ſi veniſſet hoſtis, ferre obſidionem paratus. Tum vero vices ſuas plane peregit publicum odium; apertæque ab oppida-

[illegible]

[illegible] Nicomedem cum exercitu admiserunt. [illegible] [illegible] persugium in arcem [illegible] [illegible] quam sæpe violauerat, immissi a filio [illegible] [illegible] a sicariis [illegible], vt nescias vter [illegible] [illegible] qui patris parricidium alio [illegible] quum enim cuiuslibet hominis sanguinem [illegible] inhumanum sit; etiam ferarum immanitatem superat, [illegible] cui dederis, aut à quo acceperis. Neque mitior deinde in [illegible] quorum vnus cognominis patri, raro naturæ lusu pro superiore [illegible] ordine, os vnum continuum ita habuisse dicitur, vt neque [illegible] formior inde, neq; ad vsum ineptior fieret. Quum hic Bithyniæ [illegible]

CAP. XII.

Syria à turba inter Alexandrum & Demetrium Reges.

rum status esset, in Syria nihilo mitiora tempora fuere: quum Regem [illegible] ertia socordiaque Prusiæ simillimum haberet. Alexander is [illegible] pro filio Antiochi se gerentem ad regnum Demetrio extorquen[illegible] phesi se parauisse diximus. Quæ ab illo tempore sequuta sunt, [illegible] vita regnoque Demetrius exutus, ab instituto minime alienum est exp[illegible] nere. Demetrium luxus & ebrietas, qua maiore diei parte labora[illegible] neq; minus vitium superbia, inuisum suis reddiderant. Nam & conspe[illegible] ctum sui populo denegans, vitam agebat in regia, quam sibi prope An[illegible] tiochiam struxerat, turribus quatuor munitam, sine cura negotio[illegible] regni, suis tantum voluptatibus intentus. Vnde non materia mag[illegible] dii hominibus, quam occasio proditionis fuit. Qua vsus Alexander P[illegible] lemaida, tradentibus qui in præsidio erant militibus occupauit. Hæc [illegible] dita veternum Demetrio excussere: collectoq; ingenti exercitu, ad [illegible] fligendum cum hoste properauit. Iudæorum eo tempore gens [illegible] suorum victoriis ex magno contemptu, in famam virtutis & fidei se[illegible] dicauerat. ergo Ionathanem (is tum præerat genti) amicis literis Deme[illegible] trius ad auxilium vocat: & obliuisci acceptarum à Syris iniuriarum [illegible] bet. Præualuere Alexandri promissa, qui nullis exosus maleficiis, pro[illegible]

CAP. XIII.

Demetrius fortiter pugnans interficitur.

res ad credendum sibi animos inuenerat. Tandem quum summis [illegible] que viribus sese armauissent, prælio commisso, anceps primum victo[illegible] deinde cadente Demetrio, tota in parte Alexandri fuit. Nam dex[illegible] Demetrii cornu ita splendide vicerat, vt oppositos sibi hostes non [illegible] auerteret, ac diu persequeretur, sed etiam castra capta spoliaret. at [illegible] ua acie Demetrius superabatur, suorum ignauia: nam ipsi ad ext[illegible] virtus & robur animi superfuit. Diffugientibus enim, qui [illegible] fuerant, fortissime pugnans haud paucos interfecit: donec alios [illegible] tum eius declinantes insequutus, equo in paludosum locum [illegible]

pl[illegible]

plicare ſe non potuit. Tum reuerſi qui ceſſerant, regemque iam peditem circumſiſtentes, coniectis undique telis non ſegniter ſe defendentem obruerunt. Hic exitus Demetrio fuit, vndecimum annum Syris imperanti. Alexander ducta in vxorem Ptolemæi Philometoris filia, fortunam fauentem ignauo animo tulit. Tamquam enim voluptatum, non virtutis & gloriæ officina regnum eſſe deberet, ſegnis & excors, inter ſcortorum greges, in ganeo & luſtris, Ammonio cuidam, crudeli & perfido homini, permiſſa regni adminiſtratione, infamem vitam tranſigebat. Vnde non per ciuitates modo atrocia multa gerebantur, vænali ad omnium facinorum auxilium, veniamque Ammonio; ſed ipſam quoque regiam omnia ſæuæ abſurdæque dominationis mala circumuenerant: donec præter alios innumeros, amicis regis omnibus, & regina Laodice, & Antigono Demetrii filio interfectis, ſpoliatus conſilio, priuatus amore Syrorum, Alexander externis ſimul armis, domeſticæque proditioni obiiceretur. Haudquaquam pari vita famaque per idem tempus in Africa Numidiæ Rex Maſiniſſa deceſſit: vir non tantum armis, quibus nobiliſſimus fuit, ſed etiam ingenio & artibus regnandi maximus. Ergo moriens quoque rebus filiorum & regni optime prouidit, donis luculentis inter naturales liberos, quos habebat multos, diſtributis; *legitimuque*, quorum ingenia moresque valde diuerſi erant, *P. Scipionis arbitrium exſpectare* iuſſis, *vt id vnusquuque eorum haberet, quod ipſe tribuiſſet.* Et hunc quidem viuus adhuc arceſſiuerat, auita propriaque amicitia cognitum, vt eo in hereditate filiis diſtribuenda conſultore vteretur. Præuenit fatum: ſed tamen rata ſanctaque liberis etiam morientis voluntas fuit. Hic non modo à Pœnis & Syphace regnum paternum armis receperat; ſed etiam multiplicauerat: hinc ad vicinam Oceano Mauritaniam, inde vſque ad Cyrenaici agri terminos ditione prolata. Sed & mores gentis, quod maxime Regium opus eſt, humaniores quam inuenerat, reddidit: pro vagis & latronibus, ciuilis atque militaris diſciplinæ capaces, & vrbium agrorumque bonos cultores efficiendo. Superioribus enim annis per ignauiam incolarum, tellus ſuo ingenio ferax, ſterilitatis opprobrium immerito tulerat; quum homines otiandi & prædandi dulcedine agriculturam negligentes, agrum feris relinquerent, ipſi herbis & lacte veſcentes, inter ſeſe potius de vili & aſpero victu, quam aduerſum feras de optimi agri poſſeſſione dimicarent. Horum deſidiam & imperitiam Maſiniſſa ipſo opere arguit; ingentes diuerſis locis agros conſerendo, qui omnis generis frugubus fructibusque, haud minus quam vlla feliciſſimarum toto orbe regionum abundarent. Vnicuique filiorum agros eiusmodi reliquiſſe dicitur.

CAP. XIV. *Alexander deinde peſſime imperat.*

CAP. XV. *Numidiæ Rex Maſiniſſa moritur.*

CAP. XVI. *Eius Elogium.*

CAP. XVII. [illegible] millenum iugerum singulos. [illegible] taria rebus [illegible] instrumenta, [illegible] tempestatum & labore propagauerat: ex [illegible] uit. Argumentum haud vulgarium in sene virium [illegible] liberis Regia, quorum numerus postquam primum [illegible] cepit, numquam postea fuit minor: quum in deficientium [illegible] rumque plures subnascerentur: in quibus annotatus est [illegible] habitu puer quadrimus admodum quum vita pater excederet [illegible] ei nomen fuit, quem post communis parentis obitum Micipsa adoptauit. Sic tradidit Polybius: alii *Methymnatum* appellatum [illegible] non dubitatur. Præter hunc filios reliquit ex iusto matrimonio [illegible] vt idem Polybius scripsit: sed trium modo nomina & gesta not[illegible] His omnibus, ceterisque quos ex concubinis susceperat, adeo [illegible] venerabilis eius maiestas fuit, vt domus illa nullo vmquam motu [illegible] les in regiis familiis ciere iuuenum cupiditas, aut suspicio senum [illegible] concuteretur. quum & pecuniarum vim maximam, & egregios haberet exercitus: maiorem interdum nouandis quam continendis rebus materiam, nisi magna dominorum auctoritate custodiantur. Scipio di-

CAP. XVIII. *Scipio Aemilianus inter Masinissæ liberos hereditatem diuidit.*

missus à Manilio proconsule, post tertium diem, quam exspirauerat Rex, Cirtam peruenit. Ibi cognito Masinissæ testamento, cui & filiorum vnanimis consensus adquiescebat, ceteræ quidem liberorum turbæ (quatuor & quadraginta relictos quidam numerant) præter accepta à parente dona adiecit oppida quædam agrosque: penes legitimos vero thesauros, & vectigalia, & Regium nomen communiter esse voluit: seorsim autem, vti cuiusque moribus congruum videbatur, Micipsæ, cui annalum pater moriens dederat (maximus is natu, & pacis erat amans) Cirtam cum Regia, vectigaliumque tractationem: Gulussæ viro militari pacis & belli arbitrium, Manastabili ob Græcarum artium & iustitiæ studium, iudicia dedit. Reuertentem ad castra Scipionem statim Gulussa

CAP. XIX. *Scipio Gulussam cum equitibus Numidis ad exercitum adducit.*

cum equitatu Numidico sequutus est, iam enim hiems remissa, quæ neque longissima isti cœlo, neque acerrima esse solet, rebus gerendis opportunitatem aperuerat. Præsertim aduersus Phameæ incursiones magnum auxilium in Gulussa fuit: cuius equites equique nec audacia nec patientia hostilibus inferiores, non minus apti ad disturbandas insidias, quam ad struendas illi erant. Ita multa quæ in parte Carthaginiensium fuerunt oppida, expugnata: multa voluntate incolentium, maxime [illegible] Scipionem, recepta sunt. Sed aliorum obscura est memoria. [illegible] vbis expugnationem occisorum captorumque numerus illustrem [illegible] Duodecim enim Afrorum interfecta ibi millia, sex capta referun[illegible]

CAP. XX.

Scipionis & Phamææ colloquium.

Vrbs in nauatæ operæ præmium diripienda militi data. Maximum deinde Carthagini præſidium Himilco Phamæas, conſilio Scipionis ademptum. Sub idem tempus, quum forte ingens tempeſtas oborta eſſet, hinc Scipio, inde Phamæas, ſuis quiſque caſtris egreſſi, ita ſibi mutuo occurrerant, vt inuia vallis interiecta conſpectum non adimeret, facultate inuicem lædendi minime permiſſa. tum Scipio ſolita prouidentia, ne quid inſidiarum porro abſconditum eſſet, tribus omnino comitatus ſpeculatum proceſſit. Hoc animaduerſo Phamæas cum fidiſſimo amicorum contra ſe tulit obuium. vnde Scipio in colloquium venire velle virum ſuſpicatus, & ipſe relictis duobus cum vno comite adequitauit. Ex interuallo deinde, vnde percipi vox poterat, *te vero imprudentem*, ait Scipio, *qui ſalute publica deſperata, ſaltem de tua non cogitas!* tum ille: *ecquid* inquit *ſalutis eſſe reliquum poteſt, ſiquidem Carthaginis hæc fortuna ſaluum me præſtare nequit, Vos à me tot adfecti detrimentis non voletis? At ego*, excipit Scipio, *ſi meam fidem ſequeris, non modo ſalutem & veniam, ſed etiam gratiam à Romanis ſpondeo.* Ad hæc Phamæas, *Te quidem Romanorum omnium fidei tenaciſſimum eſſe prædicant. ſed tamen conſiderabo. & quum fieri poſſe putauero, faxo ſcias.* Sic in præſentia quidem diſceſſum. At Manilius, vt prioris expeditionis dedecus nouo ſucceſſu depungeret, iterum ad Nepherin caſtraque Asdrubalis ſigna mouit; quindecim dierum commeatum portare iuſſis militibus. aduenıens deinde, caſtris cis amnem, vti Scipio nuper ſuaſerat, communitis, quum oppugnando hoſtium munitiones nihil promoueret, magnum in metum coniectus eſt, ne iterum recedentem Asdrubal ſicut prius adoriretur. Interim ab auxiliari Numida literæ ad Scipionem deferuntur: quas vt erant obſignatæ, quum ad Proconſulem pertuliſſent, in hanc ſententiam ſcriptas inuenere. *Illa die, illum locum* (vtroque definito) *ſum occupaturus. tu vero cum quo voles numero tuorum adeſto, vigilibusq; præcipito, vt venientem noctu recipiant.* Quamquam nullum erat adſcriptum epiſtolæ nomen, Scipionem non fallebat à Phamæa illam proficiſci. Timebat callidum Phamææ ingenium, & ſæpe expertas fraudes Proconſul, ſed fidenti animo Scipionem eſſe videns, ire iuſſit, *fidemque dare ſe dedenti, præmia ad Senatus voluntatem reiicere.* Neque aliud Phamæas poſtulabat, ſed *quantum ad ſalutem pertineret, ſatis ſibi pignoris in dextera Scipionis eſſe, cætera Senatui ſe permittere* fatus, receſſit.

Phamææ fidem à Scipione accipit.

CAP. XXII.

Poſtero die quum ſuorum equitum aciem, tamquam ad pugnam inſtruxiſſet, priusquam ad teli iactum ventum eſſet, ante agmen ſuorum conſtitit, euocatisque velut ad ſubitum conſilium, turmarum præfectis; *ſi quidem adhuc aliqua in nobis Patriæ ſpes eſſe poteſt; vltima experiri paratum videtis*, inquit. *Sin vero res ad eum ſtatum, quem noviſtis, adducta eſt, mihi*

tempus eſſe videtur de ſalute ſingulorum conſulendi. Et ego quidem fidem iam accepi, me cum omnibus quos adduxero ſaluum fore: vos autem quid vobis faciendum eſſe putetis, exponendi breuis eſt occaſio. Hæc dicenti quidam præfectorum cum equitib⁹ bis mille ducentis ſe adplicuerunt: reliquos Hanno, cui cognomen Albus erat, transfugere vetuit. Reducem cum Phamæa Scipionem obuiam profectus exercitus laudibus & lætitia veluti triumphantem in caſtra deduxit. Proconſul eo ſucceſſu gauiſus, maxime quod inter perturbationem perculſi hoc caſu Asdrubalis, receptum habiturus tutum atque honeſtum videbatur; nec enim diutius morari commeatuum inopia ſinebat, ſeptemdecim diebus in ea expeditione iam transactis, ſtatim caſtris motis profectionem orſus eſt. Sic quoque fatigabat haud mollis cura, quia tridui itinere per exhauſtam inopemque regionem repetenda priora caſtra erant. At Scipio aſſumpto Phamææ Guluſſæque equitatu, & paucis Italicorum alis in campos quosdam (*Magnum Barathrum* vocant) incurſione facta, exercitus inopiam ſufficienti annona refecit. Iam aduentu ſucceſſoris cognito Manilius Scipionem cum Phamæa Romam dimiſit: datis ad Senatum literis, quibus *eum iuuenis toto tempore belli præcipuam operam fuiſſe* fatebatur: additis etiam *quæ circum Maſiniſſam illi, circum Phamæam, eximia & glorioſa contigiſſent.* Nauem ingreſſo accurrens exercitus maximo cum adfectu læta omnia precabatur: nominatim rogitans deos, *vti Scipionem reuerti in Africam Conſulem capiendæ Carthaginis cauſſa facerent.* Vniuerſis enim hæc perſuaſio, veluti cœlitus illapſa mentibus aderat, *non ab alio niſi Scipione, capi Carthaginem poſſe.* idque ipſum multorum literis in Vrbem perſcribebatur. Senatus Scipionem magno fauore excepit. Phamææ quoque quum in curiam eſſet introductus honorem habuit, vt conſidere eum iuberet: dona deinde data prætexta bullaque aurea, & cum phaleris aureis equus, armaturaque integra, & pecuniæ ſignatæ ſeſtertia quadraginta data & vaſorum argenteorum pondo centum: tentoriumque cum omni inſtrumento. Laudatum deinde, maiorumque ſpe repletum *ſi bonam ad cetera belli operam* præſtitiſſet, in Africam ad exercitum remiſerunt. Inter hæc de Claudii Marcelli fine cognitum, qui cum duobus aliis ſenatoribus ad Maſiniſſam legatus fuerat. Indigere bellum maioribus ab eo rege ſubſidiis Senatus crediderat, & ad ea comparanda legatione tali opus eſſe. Sed inutilis ea opera fuit: neque præuerti fatum Regis Marcellus, neque vitare ſuum potuit, per tempeſtatem fracto nauigio fluctibus hauſtus. Interea L. Calpurnius Piſo Conſul primo vere ex Sicilia profectus in Africam appulit: vnaque L. Mancinus Prætor, cui claſſis euenerat. His ea ratio belli placuit, vt Carthagine & caſtris Asdrubalis

Phamæa cum 2200. equitibus ad Romanos tranſit.

CAP. XXIII.

Scipio cum Phamæa [illegible] expedit exercitum.

CAP. XXIV.

Scipio magna cum laude Romam dimittitur.

CAP. XXV.

L. Piſo Conſul [illegible] Prætor in Africam [illegible].

tum & cla[illegible] ventum.

balis abſtinerent: ſocias tantum illorum vrbes obirent auellerentque. Prima nec ſatis felici auſpicio tentata Clupea fuit: quam terra marique fruſtra oppugnatam omiſerunt. Nouam tamen vrbem, propinquam Clupeæ cepit Piſo, diripiendamque militi dedit: quamquam violari in ſe belli iura, fidemque à Conſule datam inſuper haberi Neapolitani teſtarentur. Nihil exinde proſperum Piſoni fuit, ſiue læſæ fidei pœnam repoſcente numine, ſiue aduerſus fallaces hoc acerrimum laborantibus telum eſt, nihil in promiſſis certum fidumque eſſe credere: nec alibi niſi in ſemetipſis ſpem habere.

CAP. XXVI.

Hippagreta fruſtra ab Romanis obſidentur.

Vnde quum ad Hippagreta adductus exercitus eſſet, vrbem magnam, mœnibus & arce & portubus & naualibus ab Agathocle Syracuſio pulchre communitam, in obſidione vana tota æſtas contrita eſt. Inter Vticam & Carthaginem erant Hippagreta, diripiendoque naues, quibus ab Vtica commeatus in caſtra Conſulum portabatur, copia rerum & diuitiis inter bellum creuerant. Vnde non magis vindicta Conſuli ob iniurias, quam compendium ex præda petebatur. Sed neque oppidum expugnari, neque aduerſus erumpentes (bis enim eruptione pugnatum) defendi machinæ potuere; quum obſeſſis etiam à Carthagine ſubuentum eſſet. Conſul ab irrito incepto, quum iam tempus hibernorum appeteret, Vticam exercitum reduxit. Mirifice confirmauit ea res Carthaginenſes, aliunde quoque proſperis euentibus in ſpem erectos melioris fortunæ. præterquam enim quod incolumes erant Aſdrubalis copiæ, Phamææ defectionem ſolabantur Bithyæ ad ipſos transfugio, qui cum octingentis Numidicis equitibus à Guluſſa diſceſſerat: Micipſæ & Manaſtabalis promiſſa, nam Romanis arma & pecunias erant polliciti, differri videbant, haud dubie futuri cura regulis rem extrahentibus.

CAP. XXVII.

Carthaginenſium ſpiritus, & varia legationes.

Ergo regionem ſine metu peragrantes, opportuna loca communiebant: & paſſim in concionibus apud vrbes Romanorum famam lacerabant: *caſtra ad Nepherin bis infeliciter tentata, & vanam modo ad Hippagreta obſidionem, Carthaginemq; ipſam licet inermem fruſtra oppugnatam* exprobrantes. Simul & ad Numidiæ reges, & ad Maurorum liberas ciuitates dimiſſæ legationes, *ad externum hoſtem Africa depellendum* hortabantur, docentes, *ipſis quoq; imminere ſeruitium à Romanis, ſi Carthaginem exſcindi quieti* paterentur. Etiam Andriſcum adiri placuit, bellum cum Romanis de Macedonia gerentem, & nuper magno prœlio victorem: cum hoc à legatis in hanc ſententiam actum:

CAP. XXIIX.

Oratio Punici legati ad Andriſcum.

Quo tempore primum ad nos fama peruenit, Philippe Rex, antiquum Macedoniæ Regum ſanguinem, inſtar exciſæ arboris ſubnato à ſtirpe ſurculo refloreſcere: erigere animos cepimus, certi, non ad exiguum aliquod opus, ſed plane clarum & admi-

[illegible] , tam singulari Deum consilio te seruatum esse. Cet[illegible] a te perfecta sunt, ne diuinare quidem, aut si quorum in mentem [illegible] credere potuissemus. adeo spem quoque fauentium, qua nihil [illegible] mittendo liberalius, merita felicitate anteuenisti. Vix in lucem te [illegible] diueramus, quum te Romam in vinculis duci nunciatum est: vix [illegible] ptum, quum te non modo liberatum inuiso carcere, sed etiam recup[illegible] Macedoniæ paterni Regni compotem intelleximus. atque hæc, quis credat [illegible] & iuuene tantillo tempore patrata sunt: vt callidissimorum hominum a[illegible] ingenio, potentissimorum vires virtute superares; neque ex tanti Regni [illegible] quidquam, præter admirationem tam cito deperditæ relinqueres. Quid [illegible] de, quum Prætorem exercitumque Romanum tanta cum ignominia & [illegible]

CAP. XXIX. pulisti? Sed hæc vt tibi præcipue gloriosa & vtilia sunt; ita non possunt non [illegible] esse omnibus, qui sub tristi communium dominorum iugo, nihil aliud [illegible] diem pristinæ recuperandæ libertatis circumspiciunt. Nam & exemplo [illegible] mum eriguntur, quod vinci Romanos posse, neque necessum esse seruire, [illegible] mus sit libertatis capax, docuit: & vident occasionem sibi patefactam, qua [illegible] tius quisque aduersus distractos distentosque pluribus bellis ius suum vindicet. Atque hæc senatum populumque Carthaginensem mouerunt, vt ad te gratulatũ & societatem amicitiamq; petitum mitteret, spe minime dubia te quoque paribus caussis eadem consilia sequuturum, eamque rem vtrisque saluti & gloriæ fore: velut diuina quadam sorte ita temperatis omnibus, vt magnum mutuum vsum aduersus communem hostem præbitura fœdera, nihil habere inter nos aut metu[illegible] aut etiam suspicionis possint. Romanis prouinciis vtrimque proximi, tanto

Carthaginenses societatem Andrisci expetunt.

CAP. XXX. maris interiecto spatio sic inter nos disiungimur, vt nocere inuicem, si hostili animo simus, nequeamus: sin amico, non prohibeamur auxilia mutuo mittere. Præterea fœdus illud stabile perpetuumque fore spondet, satis magno fidei pignore: quod ita se gesserunt Romani, vt neque nos Macedoniam, neque tu Carthaginem, vmquam ad amicitiam illorum redituram suspicari debeamus; nisi rem omnium charissimam pulcherrimamq;, libertatem vltro proiecturos opinemur. qualibus in se concedant dominationem immemores. Nam vt nostra taceamus, quæ passi ab iniustissimo populo grauia & intoleranda olim & recens sumus: quomodo Romanis vmquam deinceps credere Macedonum poterit, qui bella cum Philippo, bella cum Perseo gesta; regnum, ne se respicere, & pristinam gloriam repetere posset, ita dissectum, vt etiam connubiorum iure gentis eiusdem homines interdiceretur; alia quorum neque obscura notitia, neque sensus esse [illegible] [illegible] potest, meminerit. Nam te quod attinet, præter commune [illegible]

Eam vtrisq; salubrem fore legatus docet.

CAP. XXX[illegible]. ca[illegible], domesticæ propriæque iniuriæ perpetuum Romanis hostem [illegible] vt [illegible] tuam taceam, ita contumeliose tractatum, vt deliberatum [illegible] fuerit,

[illegible] perpetuo Romanis

fuerit, non vlterius iſta pati: quam indignis modis patrem tuum habuerunt miſerum, quem poſt varia & atrocia ludibria contra fidem datam occiderunt? quid de fratribus tuis dicam, quorum ſanguini pepercerunt, vt ambigere liceat, crudeliusne ſeruauerint filios, an interfecerint patrem. Quam immanis dii boni faſtus? quanta ſuperbiſſimi populi inſolentia? quid aliud ea clementia quaſitum eſt, quam vt per ſummam impudentiam, dum Regii iuuenes aut fabrili opere ſordidantur, aut ſcriptum faciunt, & magiſtratibus apparent, quotidie de Macedonia triumphares. Hæc quidem noui cuiuſdam & inauditi exempli ſunt; adeoque priusquam fierent, cogitare de iis nemo potuiſſet, iam tamen auorum noſtrorum prouidentia ſatis deprehendit, quam acerbus vtriq; populo futurus Romanus eſſet, niſi iuncta ope ſociatisque viribus coërceretur. Et profectum aliquid eſſet, niſi captiuitate legatorum, qui inter Hannibalem & Philippum commeabant, communionem conſiliorum, & opportunitatem temporum, quæ duo plurimum valent in bello, fortuna ſuſtuliſſet. Sed forte diis ita viſum, vt quid inter glorioſam libertatem, & humile ſeruitium intereſſet experti, conſtantiore propoſito ceptis inſiſteremus. Quod igitur felix fauſtumque ſit, his legibus amicitiam ineamus, vt commune nobis contra Romanos bellum ſit, nec niſi communi conſilio ponatur. nec in præſens à te aliud quam quod vltro facturus eras petimus, vt quam iure cepiſti Macedoniæ poſſeſſionem, armis vsquequaque tuearis. Egregium exercitum habes; Thracum fortiſſima auxilia: nec tam longinqua eſt Italia, & iter, de quo iam auus tuus deliberauerat, noſti. non aliter quietæ tibi domi res erunt, quam vti, ne illis in Italia ſint, effeceris. Nauibus & pecunia te præ magnitudine belli parum inſtructum eſſe ſcimus: hæc per nos tibi populus Carthaginenſis offert. à te, ſi quid auxilii poteris mittere, quum opus erit, ſperat. hactenus quidem ita ſuſtinuit bellum, vt vi amiſerit haud multa. nam arma, elephantos, & cetera decepti vltro tradidimus. neque quid ſequutum ſit ignoras. Perfidum hoſtem à mœnibus patriæ, quum arma deeſſent, corporum obiectu arcuimus. deinde raptim armati, vt præſens neceſſitas ſuggeſſerat, magnas hoſtium copias, & Conſularem exercitum, ſemel atque iterum ad Nepherim, ſemel atq; iterum ad Hippagreta, cecidimus. præſidia locis opportunis impoſuimus. deniq; bellum ea ſpe ſuſtinemus, vt proſpere ceſſura putemus, quæ agimus: iis animis, vt quamlibet potius ſortem ſubituri, quam Romanis nos dedituri ſimus. Quid ad has legationes reſponſum à Regibus ciuitatibusq; fuerit, non traditur: quamquam id etiam ex cuiusque fortuna ſtatuque, qualis eo tempore fuit, propemodum coniicere integrum eſt. Iisdem cauſſis, quibus Carthaginenſes ſuſtulerant animos, ſed propria quoque gloria elatus Aſdrubal, iam etiam ad vrbanæ militiæ præfecturā adſpirabat. ſed longū per bonas artes iter videbatur: quod proclinius erat, criminari Aſdrubalem vrbi præfectum inſtituit, ſuſpicionemq; tamquā auunculo

hoſtē ſire oſtendit.

CAP. XXXII. *Vetus inter Macedonas & Pœnos fœdus commemorat.*

CAPVT XXXIII. *Naues & pecuniam offert.*

CAPVT XXXIV. *Aſdrubal præfectus Carthaginis filio cri-*

 culo

cul[illegible] vrbem proderet, apud quosdam principum [illegible] bus [illegible] senatu crimen acerbe obiectum esset, isque [illegible] cum pecuniis obmutuisset, in ipsa statim curia pro [illegible] rum fragmentis est obrutus. Inter hæc quum tempus com[illegible] propinquum esset Romæ, intenta ciuitatis in nouos magistratus [illegible] quisnam *aduersus tanti belli molem idoneus Imperator legeretur.* [illegible] num Pœnorum apparatibus, & Pisonis Consulis ignauia, [illegible] securis merentibus *res in Macedonia aduersas, in aliis Regnis [illegible] vorum n[illegible] irritata, nullamque in tantis acerbitatibus spem [illegible] ditionum* reputabant.

CAPVT XXXV.

Scipio Aedilitatem petens consulatui a plerisque destinatur.

Quum subito veluti numine quodam obiectus Scipio Æmilianus, omnium animos mœrore curaque exsoluit. Ædilitatem cum maxime petebat, nam à maioribus magistratibus ætas eum & annales leges arcebant. At vbi primum oculis populi se dedit, resque ab illo nuper eadem in Africa gestæ, & fauor exercitus, & nomen Scipionum animis occurrerunt, vulgo homines exclamare, hunc non modo dignum Consulatu, sed vnum esse, à quo sperari optatus belli finis posset. Vrbanæ multitudinis desiderium, non iam testimonia modo Africani exercitus, sed scriptæ ad Senatum literæ adiuuabant, quibus diserte Scipio ad Carthaginense bellum Consul poscebatur.

CAPVT XXXVI.

Et frustra repugnantibus multis Consul creatur.

Obstabant tamen haud infirma tendentibus impedimenta: maiestas legum, dignitas candidatorum, & communis seniorum iniuria, si præter morem & contra ius in ciuitate receptum vniuersis vnus adolescens præferretur. Hæc qui comitia habebat Consul Albinus, hæc alii Patrum inculcantes, negabant, *saluis legibus, saluaque dignitate ciuitatis, rationem Scipionis haberi posse.* Neque segnius niti populus, vt Scipionem vtique Consulem haberet. Post multa non leuiora, quam pro magnitudine rei certamina, quum ad Romuli Tullique leges prouocaret populus, *sibi comitiorum potestatem iis datam* clamitans, vnus de collegio Tribunorum minatus est Consuli *se ius comitiorum adempturum, nisi voluntati populi cessisset.* Ita postremo priuilegium ferri placuit, quo legibus annalibus Scipio solueretur, accommodato magis ad præsentia consilio, quam in sequentem ætatem exemplo salutari. Adeo numquam legibus sine aliquo reipublicæ detrimento sua vis adimitur, etiam vbi mutari eas honestæ vtrimque caussæ coëgerunt.

CAPVT XXXVII. A.V.C. DCVI.

Datus Scipioni collega C. Liuius Mamiliani F. M.N. Drusus, inito Consulatu, intempestiua ambitione certamen de prouinciis mouit; victam semel *consuetudinem* frustra in partes aduocans, *qua de prouinciis sortiri Consules aut comparare solebant.* Difficile erat eripere prouinciam Consuli Scipioni, quum huius ipsius prouinciæ [illegible]

conti[illegible]

contra leges Conſul factus eſſet. Itaque ex auctoritate Senatus, latum ad populum eſt, *vter Conſulum in Africa cum imperio eſſe deberet?* conſenſu *Scipionem* iuſſerunt. Hinc decretum, *vti delectum haberet ad exercitus Africani ſupplementum, donec eo numero militum is eſſet, quo à principio fuiſſet. Praterea ſi qui ex ſociis militare ſponte vellent, recipere eos* permiſſum: *literuque populi Romani nomine auxilia Regum populorumque excire.* Miſſaque ſunt à diuerſis: & rebus omnibus ad profectionem apparatis, in Siciliam Conſul, & inde in Africam traiecit. Quæ inter hæc in Macedonia per P. Iuuentium primum, deinde Q. Metellum prætores, ad ipſum belli finem geſta ſint, tempus eſt referre. Iuuentius Andriſci tamquam imaginarii ſcenicique Regis arma deſpectui habens, quaſi in bellis fortuna ſemper cauſſam ſequeretur; temere in Macedoniam irruptione facta, exercitum vitamque eadem clade amiſerat, vix noctis ſuperuentu ſeruatis copiarum reliquiis. Eo ſucceſſu ſublatus victor, nec enim inter fortunæ blandimenta tegere ſe degener animus poterat, de cetero velut auctoritate regnandi ſatis ſtabilita, ſine pudore, ſine metu ad crudelitatem iniuſtitiamque, tyrannici ſpiritus opera prorumpebat. occidere, rapere, fictis criminibus ditiſſimum quemque tollere: poſtremo ne amicis quidem parcere, quorum haud pauci de medio ſublati. Erat enim ingenio ferus auidusque cædium, in ſermonibus arrogans, auaritiæ ceterisque vitiis fere omnibus deditus, vt ſatis pœnarum ſub eo Rege populo Romano datura fuerit Macedonia, ſi diutius vitam imperiumque prorogare potuiſſet. Ceterum poſt Iuuentii prætoris cædem iterum ſigna Theſſaliæ intulit, multaque eius loca depopulatus, Thracum, vt ad fortunatam militiam, plures adtraxit. Hæc vt Romæ ſunt audita, Q. Cæcilium Metellum feſtinare ad tutelam ſociorum Senatus iuſſit. Aduenienti huic in Macedoniam Andriſcus cum exercitu ſtatuerat occurrere, ſed diſtractus Attali regis opera, qui cum claſſe in auxilium Romanis venerat, ſolicitusque de ora maritima, non eſt auſus longius procurrere: ſed modico à Pydna interuallo caſtra communiit. Inter hæc quum propius ſuggreſſus eſſet Romanus, equeſtre prœlium ortum. quo ſuperior Andriſcus, metu tamen pedeſtris exercitus de ſumma rerum dimicare noluit. Sæpe modica victoria magnæ cladis initium fuit: adeo interdum humanæ mentes neſciunt, quibus rebus dolere lætariue oporteat. Creuit animus equeſtris pugnæ euentu, credieditque ſe parem Metello nihilominus fore, tametſi partem copiarum ad vaſtandam Theſſaliam dimiſiſſet. Metellus tempore vſus, ſtultitiam hoſtis in ſuam occaſionem vertit: copiisque

CAPVT XXXVIII. *Iuuentius prætor ab Andriſco vincitur.*

CAPVT XXXIX. *Ille viciſſim a Q. Metello Macedonia pellitur.*

CAP. XL. *Andriscus bis victus in Thraciam quoque regulo victori traditur.*

pisque quæ Macedoniæ præsidebant facili negotio fusis, ceteros q[illegible] pœnitentes commissorum, in deditionem accepit. Andriscus in Thraciam profugerat, viribusque ibi reparatis, denuo cum Metello, qui victoriæ beneficio aperta Macedonia defectionis auctorem quocunque se reciperet, persequebatur, confligere est ausus. Par priori huius quoque prœlii euentus splendidaque Metelli victoria fuit. quinque & viginti millia hostium duabus pugnis occisa prouinciam Romanis, Metello cognomen Macedonici reddidere. neque minor captu Andrisci, quam ipsius victoriæ lætitia fuit. Ad Byram Thraciæ regulum confugerat, qui stultum esse ratus fidem seruare post fortunam ei quem vnius fortunæ caussa coluerat, hospitem & supplicem suum Romanis dedidit. Idem fere fatum & alterius mox impostoris fuit. qui & ipse Perseum patrem mentitus, & Alexandri nomine tumens, regionem quam Nestus fluuius alluit, contracta perditorum hominum manu occupauerat. Metellus locis quæ tenuerat ille nullo negotio receptis, ipsum compræhendere non potuit, quum celeri fuga ereptus in Dardaniam sese penitus abscondisset.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER SEXTVSDECIMVS.
In locum lib. LI. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri LI. Liuiani.

Carthago in circuitu viginti tria millia paſſus patens, magno labore obſeſſa, & per partes capta eſt: primum à Mancino legato, deinde à Scipione Conſule, cui extra ſortem prouincia Africa data erat. Carthaginenſes portu nouo (quia vetus à Scipione erat obſtructus) facto, & contracta clam, exiguo tempore, ampla claſſe, nauali prælio infeliciter pugnauerunt. Aſdrubalis quoque eorum ducis caſtra ad Nepherim oppidum, loco difficillimo ſita, cum exercitu deleta ſunt à Scipione. qui tandem vrbem expugnauit, ſeptuageſimo anno, quam erat condita. ſpoliorum maior pars Siculis, quibus ablata erant, reddita. Vltimo vrbis excidio, quum ſe Aſdrubal Scipioni dediſſet, vxor eius, quæ paucis ante diebus de marito impetrare non potuerat, vt ad victorem transfugeret; in medium ſe flagrantis vrbis incendium duobus cum liberis, ex arce præcipitauit. Scipio, exemplo patris ſui naturalis Æmilii Paulli, qui Macedoniam vicerat, ludos fecit. transfugas ac fugitiuos beſtiis obiecit. Belli Achaici ſemina referuntur hæc: quod legati populi Romani ab Achaicis pulſati ſint: Corinthum miſſi, vt eas ciuitates quæ ſub ditione Philippi fuerant, ab Achaico concilio ſecernerent.

P. Scipio primo ſtatim in Africam aduentu haud parua aut dubia documenta dedit, quantum Romanis bonorum imperio ſuo, quantum calamitatis adlaturus Carthagini eſſet: Nam appulſum eius extemplo memorabilis caſus illuſtrauit, non minus in præſentia vtilitatis, quam ad ſummam rerum ominis præbens. Sero diei Vticenſem portum attigerat claſſis, & vix dum expoſitæ copiæ erant, quum ſub mediam noctem à Mancino literæ venere, celerem opem maxima cum obteſtatione flagitantes. Non ille quidem ad Scipionem ſcripſerat, quem adeſſe neſciebat: ſed Piſoni Proconſuli Vticenſibusque ſignificabat, *ſe in capta parte Carthaginis obſideri, certo cum exitio, niſi ante lucem ſuccurreretur.* Mancinus enim animaduerſo vrbem ampliſſimis ſpatiis diffuſam (ad tria & viginta millia paſſuum occupabat) non eadem ſolicitudine omni ex par- *Scipio Conſul in Africã venit.*

Nn te cu-

[illegible] posse, ad Megara [illegible] Carthaginis [illegible] nem [illegible] ex nauibus scalas iussit. Quamquam enim [illegible] à cetera vrbe pars ista erat, tamen, quia [illegible] [illegible] munitam putabant, non magno præsidio tenebatur. [illegible] pauci adhuc murum conscenderant: quum Carthaginienses [illegible] quæ proxima erat aperiunt, magnoque cum clamore ad [illegible] hostes feruntur. Resistentibus fortiter, terga vertunt Pœni, [illegible] tesque per eamdem portam insequuti qui pepulerant, eadem [illegible] perrupere. Alacris exinde tamquam in certa victoria clamor [illegible] ex naualibus sociis, nec enim procul classis aberat, excitat: & ad [illegible] dam suis opem, pauci armati, plerique præ studio & festinatione [illegible] mes accurrerunt. Erat in hoc agmine dux ipse, non vt rector [illegible], sed velut vnus è turba, lætarum rerum imagine captus aduersus ambiguas prouidere neglexerat. Tarde agnito periculo, quia neque [illegible] qui locus tuto, neque defendi sine armis & commeatu poterat, [illegible] milites, ab Vticensibus cibaria petiit. At frustra ad Pisonem respexerat, qui procul in mediterranea loca abduxerat copias: neque Vticensibus animus aut vires erant, sine maioris exercitus præsidio ad mœnia Carthaginis adeundi: eratque in ea conditione Mancinus, vt exemplis illorum ducum accessurus videretur, qui nulla receptus habita ratione, quum in loca periculosa se coniecissent, tristi temeritatis exitu, monimentum posteris reliquerunt, *bono duci* (quod aliquanto post Sertorius [illegible] dicitur) *non respiciendum minus, quam prospiciendum esse.* Periclitantem, ne simul cum luce Carthaginenses præcipitem per rupes ad mare agerent, fortuna explicuit, in idem illud tempus Scipione adducto. Qui vt erat ad omnia subita consilio & audacia promptus, mora nulla interposita classicum ad reuocandos qui exscenderant milites cani: pubem Vticensium cum armis sequi: à senioribus commeatum in naues comportari iussit. Ad terrorem deinde hostium ex captiuis aliquot soluit nunciaturos adesse Scipionem. Ad Pisonem etiam alios super alios [illegible] citis equis nuncios misit; vt quam celerrime ad Carthaginem occurreret. Ipse deinde quarta vigilia soluens, vt maioris exercitus speciem eminus preberet, milites *vbi appropinquassent vrbi, stare in tabulatis nauium erectos* iussit. Adeoque fuit opportunus Consulis, & ad salutem Ma[illegible] quique cum eo erant, necessarius aduentus, vt si tantillum adhuc [illegible] intercessisset, serũ post acceptam cladem auxilium accessurus videretur. In orbem pugnabant Romani, receptis in medium inermium [illegible] militibus, qui ab armatis admodum quingentis tegebantur. Iam [illegible] crebris vulneribus & numero hostium fatigati ad ipsa mœnia se [illegible]

CAP. II. [illegible]

CAP. III. *Mancini periculum.*

CAP. IV. *Scipio [illegible] eripit.*

tant, vnde ſi deturbarentur, per abrupta & præcipitia fugientes, etiam ſine hoſtili ferro, ſuus timor & in abſciſis locis facilis lapſus, velut ruina adfligeret. Ad conſpectam Scipionis claſſem animi ceciderunt Pœnis: pugnaque intermiſſa ſpatium dedere Conſuli Mancinum ceterosq; in naues recipiendi. Mancinum è veſtigio Romam ire iuſſit, nam & ſucceſſor ei Serranus ad claſſem venerat: ipſe loco caſtris haud procul Carthagine capto, maiore vi bellum vrbi inferre inſtituit, quam à prioribus Conſulibus factitatum fuerat. Carthaginenſes quoque extra vrbem progreſſi, caſtra pro muris oppoſuerunt: in quæ paulo poſt etiam Asdrubal imperator & præfectus equitum Bithyas, cum peditum ſex millibus, equitibus mille, veteri & exercitato milite, ſunt ingreſſi. Quum interea Piſo ex mediterraneis reuerſus exercitum Scipioni tradidiſſet, iſque milites ambitioſo imperio habitos, pro labore & diſciplina otium auaritiamque & rapinas ſectari animaduerteret: nihil antiquius habuit, quam vt hoc tantum flagitium primo quoque tempore tolleretur. Erat & aliud haud minus militiæ dedecus, quod ex forenſi plebe magnus numerus exercitum ſequebatur, prædæ cauſſa cum audaciſſimis quibusque militibus iniuſſu ducis excurrentium. vnde ſiue felix iis, ſiue improſpera temeritas fuiſſet, exercitus ignominia incommodoque grauabatur, & clades eorum aut fuga famam Romanarum copiarum minuebat: & præda, ſi quam retulerant, diſciplinæ erat inimica. quum paſſim in caſtris, & in iisdem ſæpe contuberniis cupiditas de lucro diſceptantium in iurgia & rixas, & nonnumquam in vulnera ac cædes exiret. His armorum dehoneſtamentis offenſus Scipio, vereque ſecum reputans, difficile eſſe imperatori, vt hoſtibus euadat ſuperior, donec ſuis militibus impar eſt; ad concionem vocatos tali oratione caſtigauit. *Si quidem quæ facitis, milites, nam qualia ſint & ipſi noſtis, & me referre pudet, ea veſtra magis quam aliorum culpa fieri arbitrarer, non eſſem peccantibus facilis, neque ad repræſentanda ſupplicia piger. nunc autem quia nuper, quum adhuc vobiscum militarem, meliores fuiſtis, ſpes eſt futurum, vt quos laxata diſciplina corrupit, eadem adſtricta & redintegrata corrigat. Quæ à vobis poſtulabo, eadem omnia ipſe feci facturusque ſum. Bellum ſeuera lege, & vt nomine Romano dignum, animus eſt gerere: non in modum latrocinii globos armatorum ſponte procurrentium euagari ſinere: neque lixarum magis quam militum officia facientes pati, neque deliciis & mollitiei locum in caſtris relinquere. Quæ omnia quum faceretis numquam vobis in mentem venit maiorum veſtrorum, & antiquæ ſeueritatis, & his tantum artibus prouecti ad ſumma imperii? Ne caſtrenſium quidem legum vsquam occurrit recordatio, in quas adacti ſacramento eſtis? Si quis ſine* com-

CAP. V. *Scipioni corruptus exercitus traditur.*

CAP. VI. *Scipionis ad milites concio.*

commeatu longius a castris discedat. quam vnde tuba tantum audiri [illegible] pro desertore habendum scito: frumentum publice datum vendi, praedas [illegible] aut mancipiorum vino permutari, & alia quibus segnior ad imperia [illegible] miles redditur, vetita esse non ignoratis. Ad hanc igitur formam [illegible] nite, si effugere indignationem meam, & militarium legum vindictam vul[illegible]. Et vos autem quotquot milites non estis, ante noctem facessere e castris [illegible] nisi cui nominatim manendi a me venia fuerit. Neque reuerti quemquam vestrum ausit, nisi ex caussa commeatus in castra importandi, sed simpliciter & [illegible] litatis. Sed & his certum tempus constituam, intra quod res suas vendant [illegible] eius rei curam ego quaestorque agemus. Et hoc sacramento non obligatis dictum esto. vobis autem, milites, vnum ad omnia praeceptum suffecerit, si meos mores industriamque imitemini. nam ad hoc exemplum si vos composueritis, neque sine successu labor vester, neque sine gratia & fructu erit. nunc igitur intendite animum neruosque. belli tempus contentionem strenuitatemque postulat, otio & deliciis si quis locus est, post victoriam erit. Atque haec a vobis ego legesque exigunt: vestrum est dare operam, vt potius praemia per obsequium quam animaduersionem ob delicta mereatis.

CAP. VII. *Q[illegible]*

CAP. VIII. *Scipio partem Carthaginis, Megara, capit.*

Repurgato ad hunc modum exercitu, quum iam satis attentos ad imperia haberet milites, audendum aliquid aduersus hostem statuit, & nocte ad hoc consilium exsequendum delecta, regionem Carthaginis quae *Megara* vocabatur est adortus. Diuersa hinc apud scriptores traditio est, alii *Pisonem qui modo Consul fuerat, cum parte copiarum ad vnam portarum constitisse* narrant: *ad aliam deinde longe distantem validam item manum obiectam: ipsum Scipionem intra moenia transfugarum ductu penetrasse, eosque qui ante portas opperiebantur, effractis claustris admisisse.* Ceterum qui ad Carthaginem gesta prolixius sunt exsequuti, de Pisone nihil, *sed duabus a partibus oppugnata Megara, neque tamen licet maximo conatu transcendi moenia potuisse* tradunt: *donec Scipio conspecta priuati cuiusdam turricula, quae haud procul muris pari altitudine aberat, iuuenum promptissimos adscendere iussisset, & inde aditum in vrbem moliri. Per hos primo missilibus deturbatos propugnatores, deinde tignis tabulisque ponticulum effectum, per quem ex turricula in muros transcensum. Inde ad portam impetu facto Consulem cum quatuor hominum millibus intromissum, Poenos tamquam ea parte vrbis capta, in Byrsam compulisse, tanto terrore, vt etiam qui ante vrbem habuerant castra, relictis iis eamdem ad arcem confugerent.*

CAP. IX.

Vtcumque gesta res est, penetratum in vrbem eo die, ipsiusque Consulis magnam etiam in pugnando virtutem fuisse constat: *ipsum quoque. Polybio tantum & militibus triginta comitatum [illegible] se portam, qua acceptus est exercitus*, non contemnendi auctores prodide-

runt

runt; aduerſus ſuperſtantium hoſtium ictus teſtudine lapidea, qua fornicata porta erat, tectum. Occupatis Megaris Conſul, loci naturam intuens, quod horti magno numero ibi erant maceriis ſuis ſepibusque diſtincti, riuis quoque multis & ſinuoſis interfluentibus, ne per tenebras & locorum imperitiam detrimentum acciperetur, militem inhærere tergis fugientium non eſt paſſus; receptuique ſigno dato, in caſtra ſua rediit. Inſequenti die tamquam in vindictam illatæ cladis, fœdum atque crudele Aſdrubal facinus facit: Captiuos enim Romanorum, quotquot in poteſtate habebat, in mœnia, vnde conſpici à ſuis poſſent adductos, partim oculis aut lingua, aut pudendis priuat, vnco diuellens corpora: aliorum amputat plantas aut digitos quibusdam detrahi cutem iubet, atque ita viuos adhuc ſpirantesque per rupes barbara feritate præcipitat. Eadem opera cautum ſibi rebatur aduerſus mobilitatem vulgi, tædio periculorum pacem quibuslibet conditionibus accepturi, ni magnitudine facinoris omnem ſpem à Romanis veniæ deſperaſſet. At illi res adeo in contrarium vertit, vt ex eo non vulgus modo timidius ad defendendam vrbem fieret, ſed etiam odio haberet Aſdrubalem, qui facto immaniſſimo inuiſos diis hominibusque Pœnos reddidiſſet. Quibus ille opprobriis & ſuis ſceleribus væcors, atque indies crudelior, aperte tyrannidem vſurpare cepit, nihil ſibi ad ſalutem reliquum fingens, niſi metu & terrore res ſuas ſtabiliret. donec eo profectus eſt, vt in ciuitate tot à ſæculis libera impetu etiam in ſenatores facto, quoſdam audacius præſentiæ increpantes, crimine proditionis de medio tolleret. Scipio crematis hoſtium caſtris fauces inter paludem & mare tranſuerſa foſſa occludere cepit, non vltra teli iactum ab vrbe diuiſus. Spatium permuniendum erat amplius trium millium paſſuum, ſimul ad pugnam & opus intento. Nam Carthaginenſes vt ex propinquo continuis fere adſultibus perrumpere ſtationem, inferre ſe munitoribus, diſturbare opera nitebantur. Sed prouidentia Scipionis ſuperior fuit: perfectaque quam inſtituerat foſſa, iam minore periculo, quia munimentum hoc aduerſus hoſtem obiecerat, aliam haud magno à priori interuallo duxit, in continentem verſus: deinde aliis duabus additis, vt totum opus quadrata forma conſtaret; vallis præacutis vndiquaque muniuit: præter hæc à tergo & lateribus aggerem, à fronte in vrbem verſus murum oppoſuit, ſex pedum craſſitie, altum duodecim, propugnaculis atque turribus per legitima interualla prominentibus: vna quæ in medio erat celſiſſima, cui inſuper ex materia aliam tabulatis quatuor ſurgentem impoſuerat, vnde quidquid in vrbe rerum ageretur, oculis ſubiici poſſet. His intra diem viceſimum effectis (ſumma enim contentione militum, alternatim opus & arma capeſſen-

Aſdrubalis fœdum & barbarum facinus.

CAP. X.

Aſdrubal aperte tyrannidē ſumit.

CAP. XI.

Opera Scipionis ad oppugnandā Carthaginem.

CAP. XII.

pe[illegible]entium, supra ipsorum hostiumque ex pectatione[m] [illegible] exercitum induxit Consul, duplex ab eodem labore com[illegible] quutus. Nam & castris opportunam sedem eadem [illegible] bebant; & vice circumualationis omni a terra aditu [illegible] commeatus qui hactenus ea parte inferri in vrbem consueuera[nt] [illegible] gnæ tamen adhuc molis erat obsidio: quum mœnium inexp[ugnabilis] firmitudo etiam à maximo propugnatorum numero defendere[tur] [illegible] adhuc à Bithya submissi commeatus sustentabant. Redigebatu[r] [illegible]

Annona ingrauescit in vrbe.

quotidie annona in vrbe grauior, quum præter oppidanorum turba[m], maxima hominum multitudo, ex agris eo confluxisset, quæ neque per hostium metum extra mœnia audebat progredi: neque subuect[io]ne peregrinæ annonæ, mercatoribus periculum vitantibus, subleuabatur[:] tantum ex vicina Africa res necessariæ terrestri maritimoque itinere veniebant, parcius à mari, modo tempestatibus, modo per classem hostium parū tuta nauigatione.

CAP. XIII. Tunc autem intersepta penitus via qua per terram erat aditus, forum rerum vænalium maxima sui parte deficiens, Carthaginienses metu famis & iam incommodis angebat. Neque Bithyas qui

Bithya commeatum ad annonā immittendam.

cum equitatu ante clausam vrbem emissus ad comparandam annonam fuerat, per castra Scipionis perrumpere, aut omnino propius succedere audebat: sed longo circumitu deuectum ad mare frumentum committebat nauibus, quæ obseruato vehementiore vento, per classem Romanorum ante vrbem exultantem, illaberentur. Nam vt in vadosis importuosisque locis sparsæ, & longius à mœnibus, metu tormentorum, & ibi maxime tumultuantium fluctuum, stantes, facilem præbebant onerariis transitum, neque persequi transgressas visus erat, quum vento à mari fortiter flante (hoc enim solo tempore vtebantur) fugientia vela nullo remigio consequi triremes possent. Sic Bithyæ naues, sic & aliæ mercatorum, qui lucri caussa quidlibet audendum crediderant, aliquem frumenti modum Carthaginem conuehebant. Sed neque sæpe eius rei obueniebat commoditas: & quidquid aduectum fuerat, vix delectis ad militiam sufficiebat. triginta hi millia implebant, quibus Asdrubal commeatum omnem solebat diuidere, ceteræ multitudinis nihil intertus.

CAP. XIV. Sed neque hoc obsessis diuturnum esse solatium Scipio passus, con-

Scipio incredibili opere portū obstruit.

siderato loci ingenio, portus ostium, quod ad occidentem vergebat, obstruere instituit. Spem dabat haud irriti laboris os ipsum non amplo aditu patens: vicinumque ei litus, vnde ducto in vndas aggere sperabat prohiberi naues introitu posse. itaque ab ea lingua quæ paludem à mari distinguit orsus, molem in vndas agere versus ingressum portus cepit, prægrandium saxorum magna copia crepidinem fulciens, ne vi

fluctuum

fluctuum fatiſceret. totum opus ita ſurgebat ab imo minori ſubinde latitudine, vt in fundo duos & nonaginta pedes craſſum, in ſummo quatuor & viginti eſſet. Carthaginenſibus quamquam certum videbatur, improbæ ſpei opus vltro cariturum ſucceſſu eſſe, tamen nihil ad arceſſendos incepto Romanos prætermiſſum eſt: ſed fruſtra omnis eorum & vis & dolus fuit. Vnde grauiſſimo terrore perculſi, quum nihil ſolitorum remediorum procederet, ad inuſitati exempli conſilium ſe contulerunt. Nouum enim effodere oſtium adgreſſi, qua medium in mare portus proſpectabat, vbi maior altitudo maris & vis ventorum impetuoſior omnem obſtruendi ſpem Romanis adempitura eſſet, opus tanto ſilentio perfecerunt, vt ne captiui quidem aliud indicare Scipioni poſſent, quam dies noctesque continuum ſtrepitum audiri, quid autem fieret, ipſi Conſulque iuxta ſciebant. Sed intus concluſi quibus locatum opus fuerat cum vxoribus & liberis alii effodiebant terram: alii naues longas (ſuperabat enim ex veteri copia materies) fabricabant: donec perfectis omnibus, circa primam lucem aperto portu, ſubita claſſis emicuit triremium quinquaginta, cum cercuris & paronibus, aliisque leuioribus nauigiis haud paucis, ad omnem vſum belli terroremque hoſtium inſtructiſſimis. Conſtat ſi ſtatim adnauigatum eſſet Romanæ claſſi, totam in hoſtium poteſtatem fuiſſe futuram: adeo ipſo noui portus & claſſis hactenus ignoratæ miraculo attoniti obſeſſores erant: accedebat, quod nautica turba fere omnis ad vrbis oppugnandæ varias partes abducta, vacuas defenſoribus naues reliquerat. Maluerunt Pœni oſtentatione virium ac induſtriæ, inanem lætitiam paſcere, quam ſolidum aliquem fructum ferre tanti laboris. neque enim ad magnas occaſiones ſemper gnara vtendi mens hominibus datur: multique citius abſtruſa penetrare, quam quæ ante pedes erant poſita proſpicere potuere: dum iſtis acriter intenti, ad propriora, tamquam nihil habitura magni, quodam faſtidio negligentiaq; caligant.

CAP. XV. *Carthaginenſes nouum portum effodiunt.*

Tertio poſt die denuo egreſſis inſtructa iam Romana claſſis ſe obiecit. pugnatum eſt ſumma vtrimque animorum corporumque contentione; quum in hoc certamine totam alii ſalutis, alii victoriæ ſpem conſiſtere haud immerito exiſtimarent. Punicæ naues vt magnitudine hoſtilium vrgebantur, ita nauticis artibus & leuitate ſubducebant ſe periculis, neque mediocriter incommodabant hoſtibus, quum celeri appulſu naues inter & remorum palmulas ſubintrarent: & alibi terebrata puppe, alibi gubernaculis aut remis deterſis, aut alio per occaſionem dato damno, priuſquam prohiberi aut plecti poſſent, eadem celeritate refugerent. Hunc ad modum quum ad ſeram vſque veſperam incerta victoria pugnatum eſſet, Punicarum nauium gubernatoribus, recedere viſum, non quaſi vim

CAP. XVI. *Pugna naualis ad portum Carthaginis.*

vim hoſtium male ſuſtinentibus, ſed quia cum luce redinte[illegible] gnam malebant. Ibi parua nauigia quum introire portum [illegible] ſingulis pro ſe feſtinantibus, incurſu alterum in ali[illegible] ita conſ[illegible] aditas, vt maiores deinde naues introitu deſperato, ad aggere[illegible] re ſe cogerentur. quem haud procul mœnibus olim ad expone[illegible] catorum onera ſtructum, nuper, ne ab hoſtibus occupatu[illegible] pe[illegible]

CAP. XVII. vrbi crearet, lorica præmuniuerant. Ad hunc igitur aggerem [illegible] hoſtem obuerſis excluſæ portu naues conſtiterant, & ſuggre[illegible] ex tabulatis tantum propulſabant, ſed etiam ab aggere & lorica [illegible] iaculantium ope defendebantur. Ita noua pugnæ forma erat, Romanis quidem æquior ob liberum aduerſus ſtantia nauigia impetum; ſed quoties retrocedere volebant, molesque iſta longarum nauium circumagenda erat, viciſſim haud minora ab hoſtilibus damna patiebantur, quam rectis proris intulerant: donec peregrinis artibus Romanæ virtuti ſubuentum. Sidenſium quinque naues inter auxilia Scipionis erant, quæ animaduerſo incommodo hoc remedium excogitarunt. ancoras rudentibus alligatas iecerunt eo à Carthaginenſium nauibus interuallo, quod & ad impetum roſtrorum ſufficeret, & longitudinem funium, ex quibus religatæ erant ancoræ non excederet. Ita concitato remigio in hoſtem inuectæ, vbi ictum intulerant, continuo attractis ancoralibus ad locum vnde euectæ fuerant ita reuertebantur, vt prora hoſtibus obuerſa, nihil inde accipere incommodi poſſent. ea ratione repetitis ſæpe vicibus immiſſæ retractæque, hoſtibus detrimentum ſine periculo ſuo inferebant. Sequuta eſt exemplum cetera claſſis, & in noctem vſque protracto certamine in vrbem Pœni receſſere, depreſſa aut capta relinquentes nauigia, quotquot fugam ſuorum ſequi nequiuerant.

Sidenſium ingenio Pœni vincuntur.

CAP. XVIII. Poſtera die Scipio aggerem illum (erat enim ad portum occludendum vehementer opportunus) capere connixus, arietibus machiniſque ad loricam adductis, vim inferre iubet. iamque magna pars corruerat, ſperabaturque locus expugnari die ſequenti poſſe: quum nocte interiecta Pœni licet fame multiſque præterea calamitatibus premerentur, perditorum hominum emittunt manum: non terra, quoniam aditus ibi non erat; neque nauibus, quibus in mari vadoſo incertum iter; ſed globus nudorum hominum, neque aliud præter faces ne has quidem incenſas, ferentium, ne luce conatus proderetur, mare ingreſſi, qua nemo quemquam penetraturum eſſe crediderat, vt quisque in altiora aut depreſſiora l[illegible] inci-diſſet, pedibus aut nando transmittebant, donec ad locum vbi mach[illegible] ſtabant, ventum. ibi ſuſcitato igne, accenſiſque facibus ad mach[illegible] ancendendas impetu prouolant. eadem opera conſpicui hoſtibus f[illegible], multis

Pœnorum audaciſsima eruptio, ad machinas incendendas.

multis vulneribus excipiuntur, quum vix vllum, vt in nuda corpora missum telum caderet. Sed ipsi sola desperatione armati, ferarumque more in ferrum & mortem ruentes, non minora mala quam patiebantur inferebant. neque discessere, donec machinis concrematis, tantum prætereatea terrorem Romanis iniecerunt: vt multi, tamquam amissis rebus fugam inirent. Scipio metu maioris incommodi cum delectis obequitans, quia fugam aliter sistere non poterat, fugientes pro hostibus cædi iussit: ita paucis interfectis, reliqua turba in castra redacta, totam deinde noctem (tanta erat trepidatio) in armis exegit, nulla vmquam fiducia hostium, quantum nunc desperatione omnibus exterritis. At illi successu læti, machinis corruptis, eadem qua venerant via domos repetiuerunt. Adfirmauit is casus Polybii prudentiam, qui animaduerso locis iis vadosum mare esse, *vt tribuli aut asseres ferreis clauis horrentes, ad prohibendum hostilem incursum inicerentur*, suaserat. Id consilium non væcordia aspernatus est Consul: sed quod *absurdum esse* diceret, *si iam muro vrbis superato, formidare congressum hostium viderentur.* Prima deinde luce Carthaginenses metu hostilium machinarum soluti, ruinas muri refecerunt, turribus etiam in eo multis per interualla excitatis. Aduersus quas Romani, simul atque nouas machinas fabricauerant, aggeribus structis, faces inde & plena pice ac sulphure vascula in tabulata turrium iaculabantur. ita multis partibus materia concepit ignem: Romanisq; inter flammas irrumpentibus, superata gemino periculo propugnatorum constantia cessit. fuga tamen securior fuit: quod victoribus per loca quæ iisdem diebus sæpius cruore perfusa lubricitate fallebant gradum, minor currendi facilitas fuit. Consul toto aggere potitus, murum ex aduerso mœniorum vrbis, non longo ab illis interuallo, neque breuiorem quam illa erant, lateribus struxit, fossamque ante murum obiecit. Ibi præsidium imposuit quatuor iaculatorum atque velitum millia: qui continuo mœnia hostium obseruantes, simul apparere quemquam in illis viderant, vt ab æquali altitudine non frustra petebant. Atque inter hæc ferme opera, hasque pugnas, illa æstas præteriit. Consul compulsis intra munitiones Carthaginensibus, quum eruptiones illorum minus iam frequentes minusque timendas operibus & armis effecisset; ne otiosum in castris militem pateretur, donec tempus anni finebat, præsidia Punica quæ passim adhuc per Africam erant, expugnare, omnemque spem auxiliorum obsessis adimere statuit. Dimissis igitur varia in loca cum idonea manu legatis tribunisque, ipse Nepherim, celebre irrito priorum ducum conatu oppidum, proficiscitur, cui per absentiam Asdrubalis Bithyas præerat. in quibusdam præfuisse Diogenem inuenio: quod quia

CAP. XIX. *Scipio fugam suorum sistit.*

CAP. XX.

Romani turres Pœnorum incendunt.

CAP. XXI.

Scipio Nepherim aggreditur.

ignotum aliunde nomen est eo bello, inclinare coegit, vt h... nomen Bithyæ fuerit, quemadmodum per ea tempora duplici ... celebratus Himilco Phamæas fuit. Hæc ipse nanctus per ... Lælio, terrestri itinere circummisso quum aduenisset, castra ... quinquaginta passus ab hoste metatus, relictoque ad Afros ... infestandos Gulussa, propere Carthaginem redit, ne spatium ... suorum, aut hostium ingenijs, desperationique ad mutandam belli fortunam daret. Atque ita sæpius vltro citroque commeando (abest autem Carthagine Nepheris tribus ferme & viginti passuum millibus) necubi res suæ detrimentum caperent, strenue prouidebat. Inter hæc oppugnata machinis Romanorum Punica castra, collapso quod inter ... turres fuerat murorum spatio, aditum patefecerunt. quum superueniens Scipio tria delectorum millia facere impetum iubet, ordinibus in altum ita densatis, vt etiamsi vrgerentur primi, incumbente tamen suorum pondere, pedem quo referrent non habentes, vi ac necessitate perrumpere cogerentur. Dum ab ea parte magno clamore magnisque viribus certatur, à mille ad hoc à Consule delectis castra capta sunt: qui neglectum à diuerso latere vallum, omnibus in euentum periculi quod ante oculos habebant intentis, transcenderunt. Afri, conspectos intra vallum hostes numerare nō permittente metu, tamquam totus Romanorum exercitus irrupisset, effusa fuga se castris eiecerunt. Ibi patentibus in locis palantes adept⁹ Gulussa cum elephantis Numidisq; suis ingentem cædem fecit. interfecti dicuntur eo die milites agrestesq;, cuius generis ad commeatus vehendos magna in castris multitudo fuerat, ad septuaginta millia, capta decem; ferme quatuor millia effugisse. Nec tamen statim recipi Nepheris potuit, quæ petræ prærałtæ imposita, adhuc duos & viginti dies exercitum occupatum tenuit, tanto difficiliori oppugnatione, quanto in locis asperis hiberna frigora vehementius sentiuntur. Sed magnum operæ precium ab hac expugnatione Consuli fuit. eodem enim fato Carthaginis vires cecidere. His enim è castris commeatus mittebatur obsessæ vrbi, hæc altera spes Punicum imperium amantibus, hoc vnicum ad retinendos ambiguos vinculum erat. neq; distulerunt cetera deinceps præsidia Romanorum fidei se permittere. vnde clausis in vnam vrbem Pœnis omnis in posterum accipiendi vlla ex parte commeatus facultas intercidit. Capto castello vniuersas iterum copias ad Carthaginis obsidium reduxit Scipio, inter quas quum Asdrubal Numidarū conspectis equitibus Gulussam reuertisse coniecisset, colloquium eius expetiuit. Tum maxime conspecta hominis vanitas, fortunæque suæ perabsurde ignarus animus fuit. Accinctus enim, armisque toto corpore tectus, quibus chlamy-

CAP. XXII. *Castra Pœnorū expugnat.*

CAP. XXIII. *Nepherim capit, summa vi, arduum locum.*

CAP. XXIV. *Asdrubalis colloquium cum Gulussa.*

chlamydem ex Tyria purpura iniecerat, cum decem cuſtodibus corporis machæras ferentibus proceſſit. deinde relictis his ad ſpatium ferme pedum viginti progreſſus, innuit Regi, vt ad ſe accederet, quum contra fieri oportuiſſet. At Numida pro ſimplicitate gentis talia pro inanibus ſpernens, ſolus acceſſit: & quum ita ſolicite perarmatum vidiſſet, quamquam foſſa valloque interiecto tegeretur, interrogauit cuius metu arma induiſſet? Illo Romanos metuere dicente, *Non igitur*, excipit Numida, *ſine cauſſa, aut præter neceßitatem vrbi te incluſiſti. ceterum quid eſt quod petis?* Tum Asdrubal poſtulare, *vt ad Romanum imperatorem legatione fungeretur, ſponderetque Carthaginenſes imperata obedienter facturos, modo vrbi parceretur.* Quum ad hæc Numida *puerilem eſſe petitionem, quodque rebus integris & ſedentibus Vtica Romanis impetrari non potuerat, nunc terra marique circumuallatis, omni ferme ſpe ſalutis amiſſa, fruſtra ſperari* diceret: Asdrubal *& ſociorum opibus confidere* reſpondit (nondum enim quæ ad Nepherin erant geſta audiuerat) *neque de vrbe deſperare: ſummam autem habere ſpem in deorum immortalium commilitio. non enim neglecturos iniuriam per fœderis ſimulationem deceptorum: ſed multipliciter expedituros ſalutis viam. quapropter iubebat orari Conſulem, vt & deorum metu & fortunæ reuerentia infelicis vrbis miſereretur: ſciretque Carthaginenſes, ni poſtulata impetraſſent, extrema potius omnia, quam deditionem ſubituros.* His vltro citroque iactatis, condictoque vt ante diem tertium eodem in loco colloquerentur, diſceſſerunt. Hæc vbi Scipioni ſunt ab Rege renunciata, ille CAP. XXVI. ridens, *hæc igitur quum eſſes poſtulaturus*, inquit, *Aſdrubal, tam impium & inhumanum facinus in captiuos noſtros deſignaſti? nunc ſcilicet in diis habenda tibi ſpes eſt, poſtquam omnia & diuina & humana iura violaſti?* ſubiiciente tamen Guluſſa *ſtudendum eſſe Conſuli vt celerem rebus finem imponeret, priusquam aliis exercitum, & cum eo ſuorum laborum operumque fructum cogeretur tradere*, iuſſit *Aſdrubali renunciari, ſe incolumitatem ipſi & vxori, & liberis, & propinquorum amicorumue familiis decem, dare: cum talentis decem & ſeruis ſex, quos optauiſſet.* Stato tempore item proceſſit Pœnus cum ſolito faſtu purpuræ & armorum, cultu inceſſuque, vt tyrannos qui in ſcenam producuntur ineptiis longe vinceret. Nam natura corpulentus erat, & tum etiam ſagina aqualiculum auxerat: colore præter ſolitum aduſto: ita vt potius bouis referret ſpeciem in mercatu aliquo ſaginati quam principis in ea ciuitate, cuius mala calamitateſque vel enumerare laborioſum eſſet. Ille tamen, auditis quæ ab Romano Conſule Guluſſa referebat, per- CAP. XXVII. cuſſo identidem femore, *Ne vero*, inquit, *tantum hoc facinus dii & fortuna ſinant, vt vlla dies ſimul ſaluum Aſdrubalem, & euerſam Carthaginem videat:*

Scipio incolumitatem offert Aſdrubali.

Aſdrubal conditiones reiicit.

a[illegible] , *nunquam [illegible] magnum virorum [illegible]* , [illegible] *[illegible]* Talis [illegible] [illegible] [illegible] petuo [illegible] ; [illegible] si orationem spectes , me[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] grati [illegible] illius voces admi[illegible] ; operibus deinde consid[illegible] [illegible] tem sermonibus illis virum sequitas. Nam inter publicæ [illegible] bilia mala, ipse funestius omnibus specta[illegible] [illegible] [illegible] cundas mensas ambitiose instruens , obesitate sua maciem [illegible] miserorum traducebat. Neque transfugas suorum , neque [illegible] mutabatur : quum vtroque modo magnum quotidie numerum [illegible] ret : tanta iam vi necessitatis , vt etiam cadauera quidam in cibum conuerterent. At ille querelas aliorum irrisu, aliorum contumeliis [illegible] prosequutus, in miserrima ciuitate potentiam iis artibus retineba[illegible]

CAP. XXIIX. bus vix quisquam tyrannorum in beatissima vteretur. Sed talibus minimum opus est, quum populos diu felices ad interitum vocat humana omnia rotans rerum instabilitas. Itaque ne Græcis quidem (nam & horum maturescebat exitium) meliores aut sapientiores eodem tempore

Belli Achaici origo. principes fuere. Nam & ab his bellum Achaicum hoc anno accensum est, quo totius Græciæ libertas deflagrauit. Caussæ illius ab iniuriis & auaritia Atheniensium ortæ ; quas deinde ciuitatum aliarum variis ambagibus implicati principes maiore væcordia exceperunt auxeruntque. Oropiis, vt supra diximus, mulcta debebatur , quam ab Atheniensibus Achaicum concilium ex mandato Senatus Romani debebat exigere. At Oropios Atheniensis populus etiam pluribus iniuriis adfectos Achæorum implorare fidem coëgit. qui vbi amicitia & reuerentia nobilissimæ ciuitatis contabantur , Menalcidam Lacedæmonium, qui tum prætor Achæorum erat promisso decem talentorum, in sententiam suam adducunt. Ille socium operæ mercedisque Callicratem notum potentemque amicitia Romana adsciscit : hi perficiunt, vt Oropiis auxilium promittatur. Quod vbi ad summam inutile fuit , nihilominus pecu-

CAP. XXIX. niam ab Oropiis exegit Menalcidas , sibique retinuit. Vnde vitiatus hominem Callicrates, abeuntem magistratu legibus reum facit, *quod Lacedæmoniorum Romam legatus , vt Achaico fœderi ciuitas illa eximeretur, summo studio contenderat.* Hoc periculum vt auertat Menalcidas Diæo Megalopolitano successori suo tria dat ex Oropico illo latrocinio talenta, & ab eo, licet inuitis Achæis eripitur. Magna inde in inuidia Diæus esse : ad quam excutiendam, dum aliis occupare curis Achæos quærit, commo[illegible] de Spartana se negotia obtulere. Spartani ad Senatum Romanum [illegible]

Spartanorum controuersia [illegible] [illegible]. [illegible]gerant, orta de finibus controuersia: Senatus eos ad Concilium Acha[illegible]

iam reiecerat, *vt omnibus in caussis ipsius iudicio vterentur, sola excepta capitalium rerum cognitione.* Id responsum mendacio Diæus corrupit, *etiam de capite Lacedæmonii ciuis arbitrium Achæis permissum esse* commentus. Quo quum vti Achæi vellent, tanto acrius, quod controuertebatur, minæ primum, mox arma Lacedæmoni illata, profugere qui iura ciuitatis tuebantur Romam coegerunt. Mittuntur eodem ab Achæis Diæus & Callicrates: sed hoc Rhodi mortuo, solus Diæus peruenit. Hic vbi in curia multa indecora obiecisset Menalcidæ, multa vicissim ab ipso audiuisset, decretum ab Senatu est, *vt ad iudicandas eas controuersias legati in Peloponnesum mitterentur.* Qui quum tardius proficiscerentur, spatium præbuere, quo Diæus Achæos, Menalcidas Spartanos decipere potuerunt: vtroque plenissime quod cupiebant impetratum fingente. Hic error denuo in bellum populos illos egit, quum iam Damocritus prætura apud Achæos fungeretur. Hoc erat tempus, quo Q. Metellus victo Andrisco res Macedoniæ componebat. Is missis forte ad res Asiæ introspiciundas persuadet, *vt aditis Achæis differendi belli, exspectandique venientes Roma controuersiarum arbitros* auctores sint. Sed spreta horum admonitione Damocritus victos pugna Spartanos intra mœnia compellit, vastat vtrique agrum: vrbis capiundæ potius neglecta, quam non oblata occasione. quam ob noxam damnatus proditionis exsilii caussa solum vertit.

CAP. XXX. *Vtrique legatos mittunt Romam.*

Fit iterum Diæus Prætor, Metelloque per legatos petenti promittit, *nihil aduersum Spartam moturos Achæos, donec qui Roma exspectarentur, aduenissent.* Interim vicos Spartæ circumiectos sponte incolentium præsidiis firmat, totidem ad bellum Lacedæmonium castella habiturus. Contra Menalcidas creatus à Lacedæmoniis pretor, facinus insanum atq; furiosum facit. Vrbem omni genere cladium exhaustam, lacessendis vltro aduersariis, nouo bello implicat: oppidũ Iason in agro Lacedæmonio, sed Achaici tum iuris ex improuiso capit, captum diripit. vnde quum in summo omnium odio se esse intelligeret, salute sua pariter & ciuitatis desperata, veneno hausto vita se educit.

CAP. XXXI.

Menalcidæ furor & fatum.

Inter hæc adfuere Roma missi disceptatores: quorum princeps Aurelius Orestes fuit. Hic magistratibus Achaicarum vrbium, & prætore Diæo Corinthum euocatis, ita loquutus fertur: *Nihil antiquius Senatui populoque Romano & fuisse, & esse, quam vt sociorum res, quas magnopere ad suam curam pertinere arbitratur, florentes quietaque sint. si quis in dubium vocare vellet, vos ante omnes æquitatis humanitatisque nostræ testes producerem, Achæi. Vos enim Philippi Antiochique bellis, T. Quintio reliquisque nostris imperatoribus, ob ea quæ ex voluntate populi Romani beneficia vobis tribuerunt sæpe & in senatu egistis gratias & illorum pariter nomi-*

CAP. XXXII. *Legatorum Romanorum oratio in concilio Achaico.*

neq; Romam honoris causa plurima atq; honestissima [illegible] his pristini in vos animi propositi, pariter. quin eadem illa [illegible] ... communi a libentes volentesq; concedimus. sed ea vobis [illegible] ... [illegible] qua ad turbandam Græciæ pacem, & [illegible] ad [illegible] strũ pertinent. Frustra Regibus Macedoniæ Syriæq; depulsis [illegible] si fœdius illam intestinis motibus opprimi patimur, quam si externa [illegible] premeretur. Ecquando mutuorum inter consanguineos populos [illegible] odiorumque finis erit? Quanta cum Messenis bella gessistis, quanta [illegible] tanis. Atque adeo nuper, quum Macedoniam Andriscus rapuisset, [illegible] falso nomine vetus gentis potentia resurgeret; vos neque veterum [illegible] memores, nec aduersus futura prouidi, iuuentutem viresque finitimorum bellis atterebatis. Quibus vt tandem aliquis statuatur modus, neque nimia [illegible] in insanabile vulnus ruatis, Senatui placet, neque Lacedæmonem Achaicæ formulæ censeri, neque ipsam Corinthum. Sed & Argos & Heracleam, quæ sub Oeta est, item ex Arcadicis vrbibus Orchomenum, & vniuersim vrbes quæ sub Philippo fuissent, eximi oportere. neque enim has aut generis Achaici, aut antiquitus in eodem fœdere fuisse censet.

CAPVT XXXIIII. *Continua cum consanguineis bella exprobrat.*

CAPVT XXXIV. *Senatui obtemperare monent, suam cuiq; ciuitati Remp. esse iubenti.*

Hæc erant quæ Senatus verbis nunciaremus, reliqua nostra erit beneuolo magis consilio vtilis, quam speciosa verbis oratio. Senatui sic de vobis merito morem geri, non modo iustum honestumque arbitramur, sed etiam vtilitatis vestræ interesse. [illegible]n vt suas quæque ciuitas leges suaque iura habeat; id non magis singulis, quam vniuersæ genti expedire neutiquam obscurum est. Tot diuersas ciuitates, vt ad tempus certo fœdere coire posse non negauerim, sic in vnum Reipublicæ corpus cogi, ita temperatis legibus, vt in tam impari potentia par omnium ius sit, id vero nec euenire facile, nec vbi euenerit, diuturnum esse potest. Citius inter flammam & aquas concordiam effeceris, quam vt pares æmulatione, potentiores cupidine, infirmi metu careant, neque aduersus hæc consilium & ratio valet: & quæ sunt a natura humano generi insita, ea legibus frustra coerceas.

CAPVT XXXV. *Non posse tam diuersos in eiusdem Reipublicæ formula adquiescere.*

Sed vbi res ipsa clamat, superuacua omnis est oratio, siquidem ea formula vestra vti esset, vt per hanc tranquilla beataque Republica frui possetis, causam non dicerem, quam vt eo in statu maneretis, cuius adhuc vestrum pœnituisset neminem, sed vbi alii cogunt inuitos ad easdem leges alii perire quam cogi malunt: quæ aut inter dissentientes societas, aut in commune felicitas esse potest! Nisi tanto iam tempore multis experimentis constitisset, non eadem omnibus Peloponnesi vrbibus placere; rogari a reliquis [illegible] debeatis, vt reciperetis in formulam, non vero resistentes repugnantesque [illegible] compellere. Quapropter, oro vos, Achæi, quem semper optastis quietem [illegible] pacem Græciæ retinete. vnaquæq; ciuitas ex [illegible] commodo rem suam publicam constituere optime nouit. multas inter sese ita conuenire, vt loco, moribus [illegible]

re. & qui subnasci quotidie possunt, nec opinatis casibus numquam dissideant, optari potius quam obtineri potest. si suis quisque finibus contenti domi leges, foris pacem habeant; omnes ex æquo liberi omnes beati agent. Quæ oborientur controuersiæ, aut non exibunt in arma, aut intra parua & propemodum innoxia bella consistent: vicinorumq; consiliis & auctoritate nostra facile tollentur. Quid porro vobis opus est iungendis per tot incommoda in vnum opibus, quibus hoc rerum statu nulla potentia est opus? Neque enim vos crediderim, quamuis ea de re secretus sermo ortus est, aduersus Romanos bellum meditari: tam intestina bella perniciosa vobis sunt; aduersus externa, quemadmodum contra Philippum Antiochumq; defensi estis, virtute atq; fide Romana defendemini.

CAPVT XXXVI. *Nec opus esse externis viribus, quæ potentia Romana defendantur.*

CAPVT XXXVII. *Tumultus Corinthi ex hac oratione.*

Hunc sermonem ne audire quidem sustinentes Achæorum principes, adhuc loquente Romano prosiliunt, conciliumq; ex præsentibus repente cogunt. Multitudo cognitis quæ Senatus præcepisset, velut furore acta, quicquid Lacedæmonii nominis in vrbe erat, partim trucidant; alios in vincula abripiunt: inter hos & aliis ex locis hospites, vt quisque tonsura, aut calceamentis, aut cetero vestitu, vel etiam ipsa appellatione ac nomine Spartanum referre videbatur. Neque legatorum reuerentia, nam ad illorum hospitium multi concurrerant, præsidio miseris fuit, quo minus inde quoque per vim extraherentur: multum obtestante Oreste, ea facta ad iniuriam Senatus populique Romani pertinere. Sed parum apud tumultuantem multitudinem monita prudentium aut futuri cura valet: tantumque abfuerunt à defendendis aliis legati, vt ipsi quoque ad extremum fuga sibi consulere cogerentur.

CAPVT XXXVIII. *Alia legatio decreta ad Achæos.*

Qui vbi asperius omnia Romæ renunciauerunt, tamquam non repentina populi consternatione, sed consulto iniuriis affecti forent, Senatus maxima commotus indignatione legatos è vestigio nominauit, inter quos præcipuus dignitate Sex. Iulius fuit. His mandatum, *vt leniter obiurgatis Achæis, de cetero accurate docerent, non esse præbendas prauis consultoribus aures: qui populum inuitum ignarumque inimicitiis Romanis illigare molirentur: esse adhuc pœnitentiæ locum. si in auctores facti per imprudentiam commissa vindicari finerent.* Perspicuum ex his erat, ne prius quidem decretum, quod Orestes pertulerat, ad dissoluendum omnino concilium Achaicum spectauisse: sed hoc potius actum, vt terrore hoc iniecto frangeretur contumacia gentis, eaque ad colendam maiori cum reuerentia Romanam amicitiam transduceretur. Neque deerant qui tempori tantum molliora mandata tribui putarent; quod adhuc Carthago resistebat. Sed nimium is tum erat vrbis Punicæ status, vt paruum omnino momentum in consiliis Romanorum facere posset: præsertim pacatis omnibus aliis, & magna ciuium Roma-

norum

[illegible] quotiens [illegible] in [illegible]
[illegible] L. Cornelius Lentulus [illegible]
[illegible] quod [illegible] & [illegible]

CAPVT XXXIX. A. V. C. DCVII. *L. Mummius Achaiam prouinciam sortitur.*

M[illegible] Cn. Cornelius Lentulus, L. Mummius [illegible] *In his fuculares tum quorum faciat C. L. Piso, [illegible]* Cassius Hemina, qui eo tempore [illegible] Scipioni Africam, Metello Macedoniam [illegible] solaris noua facta est Achaia, eamque M[illegible] cet maxime [illegible] profectionem pararet. bellum [illegible] Metelli iam adfectum reperit, vt postea memorabimus. [illegible] hieme Scipio Carthaginem haud leuius fame quam per [illegible] premebat. vnde mox facilior aduersus inualidos & [illegible] ctoria fuit.

CAP. XL. *Scipio Carthaginem, praeter Byrsam, capit.*

Ergo vere incipiente Cothonem Byrsamque [illegible] que insistit Proconsul, quo magis etiam obsessos fatigaret. [illegible] desperata vtriusque defensione, in Byrsam vt munitiorem cum [illegible] quas auferre inter trepidationem potuerant, se contulerunt. incen[illegible] ctis naualibus, totaque ea regione Cothonis, quæ quadrata vocabatur, ne Romanis vsui esset. At victores occupato portu protinus [illegible] ad arcem moliebantur. Ibi, dum Asdrubal & Carthaginenses in Scipionem intenti, qua plurimum periculi apparebat, excubant, Lælius rotunda parte Cothonis, quam adhuc tenuerant hostes, [illegible] clamoribus & tumultu omnia implet. quo excitati qui cum Scipione erant, vim & ipsi faciunt, viamque qua cuique proximum est, [illegible] In foro propinquo, nox enim superueniens tentari plura prohibebat, suos in armis continuit Proconsul: donec orta dies reddidit [illegible]

CAP. XLI. *Apollinis templum spoliatur.*

[illegible] Itaque Proconsul *ipsam, quæ sola restabat, [illegible] inuadere, dum amissa reliqua vrbe hostes trepidant*, quatuor millia rec[illegible] militum iubet. illi prius in templum Apollinis, quod in Cothone [illegible] irrumpunt: Apollinisque vestem auream, & fastigium auro [illegible] tum pondo mille talentorum in prædam vertunt: neque prius [illegible] [illegible] abstrahi potuit, quam gladiis concisas opes inter se [illegible] ea militum auiditas, quum aliis rapientibus aurum, aliis [illegible] manus amputatæ quorumdam essent, effecit, vt miraculo & Apollini [illegible] res adscriberetur. At illi præda ablata tum demum ad Byrsam [illegible]

CAP. XLII. *Byrsa maximis [illegible] oppugnatur.*

gnandam conuertuntur. Iam & Scipio ibi erat [illegible] magnaq[ue] [illegible] viam sibi aperiebat. Ferebant autem in arcem à foro viæ tres [illegible] vtrimque ædificiis præaltisque comprehensæ. ex quibus [illegible] manus tela coniicerentur, proxima quæque primum, deinde [illegible]

ca[illegible]

expugnauere. vt enim aliqua occupata domus erat, in vicinam aggeris præbebat vicem: ſemotiſque propugnatoribus iungebantur tabularum iniectione, velut ponticulis angiportus, & ex domo in domum victor miles transcedebat. & hic quidem in tectis ædium; neque ſecius infra, vt forte inuicem occurrerant, ad angiportus certabatur. plenaque erant omnia gemitu, & diſſonis clamoribus, vulnerumq; ac mortis varia imagine: dum alii ferro, alii ruina intereunt præcipitati ex ſolariis, adflicti humi, quidam etiam in erectas aliorum haſtas gladioſque caſu delati. Solum adhuc incendium aberat, non miſericordia; ſed quia partis vtriuſque magno numero repletæ domus erant: donec ad muros Byrſæ à Scipione penetratum. ad quos ſuffodiendos quia propter vim propugnatorum valido robore erat opus, incendi tres inter forum arcemque vias iuſſit: ſtatimque ruinas vt quæ ab igne factæ eſſent, repurgari, quo poſſet ad arcem exercitus citra impedimentum accedere. Hinc vero multiplicata malorum facie flammarum crepitus, procumbentiumque ſonitus ædificiorum longe lateque horrendum fragorem edebant. Sed & inter cæmenta materiamque domorum, quas ignis aut niſus diruentium disiecerat, multa cadauera prouoluebantur: multi etiam viuorum, quibus præcipue ſexus aut ætas infirmior latebras ſuaſerat, alii ſemiuſtulati, quidam laceratis ferro corporibus, miſerabili cum eiulatu præcipites cadebant, ne ſic quidem finis malorum erat. ſed quibus muniendæ viæ datum negotium fuerat, quidquid ante pedes erat, lapides, ligna, cadauera, viuos atque ſemineces furcis ferramentiſue correptos, in foueas & loca caua protrahebant. ibi quidam capitibus alii alia parte corporis exſtantes, diu cum anima luctabantur, amiſſa omni viuendi ſpe ac voto, ne mortis quidem extremo ſolatio compotes: donec equorum vngulis obtriti, miſerrimum ſpiritum acerbiſſimo fine expellerent, tam ſine culpa facientium, quam ſine miſericordia. Nec enim data opera hæc tam crudelia gerebantur, ſed feſtinatione; quemadmodum & à munitoribus nihil propoſito, ſed per feſtinationem omnia fiebant. quippe contentio certaminis, & propinqua ſpes victoriæ, & his ſtimulis properans exercitus: præterea præconum voces, & tubarum cantus; tum tribunorum centurionumq. cum cohortibus aut manipulis diſcurrentium ſtrepitus, omnium ſenſus hebetauerant; vt veluti lymphati quantalibet obiectorum ſpectaculorum fœditate parum mouerentur. Durauit hæc oppugnatio dies noctesque ſex continuas, in locum feſſorum ſuccedentibus ſubinde recentibus, priuſquam labore tam improbo Proconſul vinceretur. qui ceteris per vices quieſcentibus, ſolus omnium perdius & pernox, ſomnique & cibi, niſi inter ipſum opus rapti expers, vigilias, labores,

CAP. XLIII. *Vici aliquot incenduntur.*

CAP. XLIV.

Oppugnatio dies noctesq. ſex continuas durans.

res, ad pectum ipsum [illegible]
rat. Tum vero [illegible] cedens, [illegible]

CAP. XL[illegible]. cere [illegible] Asdrubal [illegible] supplices [illegible] reg[illegible] apud ipsum [illegible] Annuente Scipione, [illegible] transfugæ [illegible] millia quinque & viginti, mox triginta millia [illegible] se victoris permiserunt. alii *virorum quadraginta millia* [illegible] *quinquaginta m[illegible]*, non distincto sexu, tradiderunt. [illegible] enixissimis precibus oratum ab vxore Asdrubalem [illegible] *non se defendendæ vrbis, postremum sua suorumque salutem* [illegible] *mentia Scipionis quæreret*: sed expugnari tum [illegible] stolidi [illegible] tinacia non potuit, in Æsculapii templum, cum vxore & [illegible] lis, transfugarumque reliquiis, ad nongentos supererant, [illegible] inde aditus altitudine loci, nam sexaginta gradibus [illegible]

CAP. XLVI. fugis per extremam necessitatem nihil non audentibus, [illegible] autem fame, vigiliis, laboribus, & metu imminentium con[illegible] bere tot ærumnis cepere, desertis quæ circum erant, in ipsam [illegible] inclusere: non quod spes vlla superesset, sed ipsa desperatione [illegible] tecto ædis sese defensuri. At ille magniloquus & inconcussæ [illegible] dinis ostentator Asdrubal, nullo conscio, ne vxore quidem [illegible] admonitis, ad genua Scipionis cum ramis oleæ supplex procub[illegible] vbi ad pedes adsidentem Proconsul ostendit transfugis, silentio [illegible] trato, conuicia dirasque in illum iaculati, ædem incenderunt, [illegible] igne sepelirentur.

Asdrubal deserto suis ad Scipionem confugit.

CAP. XLVII. Inter illam necessitatem vxor Asdrubalis, quam [illegible] fuerat pulcherrime ornata fertur ex aduerso Scipionis cum liberis [illegible] templo iam flagrante constitisse; elataque voce hæc precata est[illegible] *quidem, Romane, nihil eueniat ob ista mala, quæ contra hostilem* [illegible] *re commisisti: at ab hoc Asdrubale patriæ, sacrorum, meique & liber*[illegible] *ditore, dii Carthaginis, & tu cum diis, promeritas pœnas expetatis* [illegible] rum sermone vultuque conuerso, *Tu vero, facinorosissime*, [illegible] *& effeminatissime mortalium*, inquit, *iam quidem me cum liberis* [illegible] *nibus hoc incendium tumulabit. at tu quale ad deditum seruatus* [illegible] *victoris ornaturus, dux magne Carthaginis? quas postea pœnas* [illegible] *supplex adsides, dabis?* Hæc vbi dixisset filios iugulat[illegible] superque ipsos eodem se præcipitem infert, [illegible] nouissima Carthaginis Regina, atque [illegible] ab [illegible]

Asdrubalis vxor, post perfidiam viri exprobratam, se & liberos in incendium mittit.

CAP. XL[illegible]. Hic exitus mulieris fuit, qualis potius virum decuisset. [illegible] uicto tantum, sed etiam deleto, quum excussus inter bellicos [illegible]

[illegible] Carthaginis

humanitatis ſenſus libero iam curis pectore rediiſſet, *illacrumaſſe Carthaginis excidio Scipionem ferunt: & poſtquam diu tacitus atque meditabundus adſtitiſſet, verſus Græc: Poëtæ ſubito pronunciaſſe, quibus impendens Iliacæ vrbi fatum prædicitur: interrogantique Polybio, quem belli domique ſecum habere conſueuerat, quorſum iſta diceret, aperte faſſum, ſe reputatione ſortis humanæ, ſumma quæque tam facile vertentis, etiam de ſua patria mæſtis cogitationibus fuiſſe perturbatum.* atque hoc ipſe Polybius in hiſtoriis ſuis expoſuit. Erat ſane haud vulgare ad redarguendam fortunæ ſuæ ſtolide confidentium vanitatem exemplum, tantæ vrbis, vix iis per quos patratus erat credibilis interitus. *cuius quæ magnitudo fuerit, ex ignium mora* non inepte *conijci* quidam iubent, *qui per continuos dies ſeptendecim exſtingui nequiuere.*

Carthaginis excidio illacrumatur.

CAP. XLIX.

Scipio prædam vrbis militi conceſſit, præter aurum argentumue & donaria templorum, ad quæſtorem deferri iuſſa. Ex his nonnulla ad fidem victoriæ celerrimæ nauium impoſita, Romam miſit belli que fine nunciato, quid porro fieri Senatus vellet, conſuluit. Præmia deinde donaque militaria, vt cuiusque virtus enituerat data: niſi qui templo Apollinis diripiendo noxam contraxiſſent. Inter ceteros inſignis honor Tib. Gracchi fuit, cuius ſororem in matrimonio Imperator habebat: itemque C. Fannii, qui duo ante ceteros murum hoſtilem conſcenderant. In recognitione prædæ quum plurima ſpolia Siciliæ, à Pœnis diutiſſime vexatæ, inter ſigna præſertim ac ſtatuas rarioris artificii reperiſſet, conuocatis qui tum aderant Siculorum legatis, *omnia ſe reſtiturum* edixit *ciuitatibus Siciliæ, quæ potuiſſent agnoſcere.*

Tib. Gracchus. & C. Fannius primi Carthaginis murum conſcenderant.

CAP. L.

Erant multæ clarorum virorum pictæ imagines, multæ, etiam ex auro argentoque ſtatuæ, & donaria deum: ex quibus, quæ Himera quondam ſublata fuerant, Thermitanis ſunt reddita: alia Gelenſibus: Dianam ſuam Segeſtani recepe runt: nobilem illum Phalaridis ſæuitia taurum Agrigentini: quem Agrigenti vmquam fuiſſe Timæus impudentius quam cautius negauit. Scipio certe quum Agrigentinis eum redderet, dixiſſe dicitur: *æquum eſſe illos cogitare, vtrum eſſet Siculis vtilius, ſuiſne ſeruire, an populo Romano obtemperare quum idem monumentum, & domeſticæ crudelitatis, & manſuetudinis Romanæ ſint habituri.*

Scipio Siculis ornamenta ſua, quæ Carthaginem fuerant tranſlata, reſtituit.

CAP. LI.

Sed & Africæ, deinde Italiæ ciuitates, quæ inde fuerant à Pœnis abrepta, beneficio Scipionis recepere. Magnum id quoque fauorem ei apud omnes populos peperit, quod nullam cuique benefaciendi occaſionem prætermitteret, non ſolum donis magnificus, ſed etiam æſtimandi quibus quæ donari deceret ſolers. At inter hæc, quum aliis tanta largiretur, adeo nihil quæſiuit ſibi, vt quum partem ſpoliorum diuenderet, nemini familiarium ſuorum neque libero neque ſeruo, quidquam ex iis ne emptum quidem habere ſineret. hæc illi

Scipionis abſtinentia in tantis manubiis.

[illegible] hoc ad felicitatem & [illegible] [illegible] quisquam cuperet, vltro [illegible] [illegible] quisque modo pattis constare [illegible] posse crederet [illegible] dem alii sine iudicio spargendis famam aucupantur [illegible] cuiuslibet laudis audi, tam [illegible] veræ [illegible]. Ceterum [illegible] arma Punica [illegible] hinasque, & [illegible] deberat, Marti ac Mineruæ [illegible] Romano more [illegible]

CAP. LII. *Gaudium ingens Romæ audita expugnatione Carthaginis.*

Romæ quum victoriæ nuncium & signa ferens nauis appulisset [illegible] iam vespere vulgata per vniuersam vrbem tantæ lætitiæ fama [illegible] currere in publicum præ gaudio homines, amplectique [illegible] & [illegible] tulari temporum felicitatem, quod *nunc demum viuere se ac valere, [illegible] bertatem solum sine metu, sed etiam imperium sine æmulo tenere deleta Carthagine* autumabant. neque sane nulla aut leui de caussa sic exultabant animis, gnari, quamquam ingentia & alias bella, contra Macedones, contra Hispanos, demum contra Magnum Antiochum ipsi patresue eorum bellauissent, nullum tamen aut magnitudine periculorum, aut acerbitate cladium æquale Punicis fuisse, quibus in Sicilia Hispaniaque, sed maxime in ipsa Italia per sedecim annos immania damna pertulerant: quum vnus Hannibal oppida quadringenta flammis, hominum trecenta millia ferro consumpsisse dicatur: ne computatis quidem, quos extra

CAP. LIII. *Magnitudo victoriæ & imperatoris.*

pugnarum fortunam alii casus abstulerunt. Hæc igitur, & ad ipsam vrbem Romam admota Pœnorum signa reputantes, vix fidem [illegible] capiebant animis: alius alium rogitantes, *ecquid certum omnino [illegible] hæc tanta victoria crederetur?* Deinde in admirationem vrbis victæ, [illegible] [illegible] extrema omnia pro vrbe ausorum versi, *quantum illius [illegible] quanta hominum audacia, quam incredibilis durities, quam ingeniosa [illegible] tas fuisset,* repetebant: non sine ingenti gloria imperatoris, *qui hæc [illegible] consilio, labore, ac virtute superauisset.* His sermonibus nox ista exempta. simul autem illuxit, honores diis sunt habiti, & spectacula [illegible] generis per publicam lætitiam edita.

CAP. LIV. *Senatus Carthaginem dirui iubet nec postea ædificari.*

De reliquiis porro Carthaginis etiam dum deliberatio in curia tenuit: dicebatur enim, quod *[illegible] vrbe Punica excisa, liberatam externo metu ciuitatem procliuiorem ad domestica certamina fore.* At Catonem contra *suasisse* quidam referunt, *[illegible] enim periculo vacuam fore Romam, donec aliquid Carthaginis superesset.* Ceterum Catonis exitum plures & meliores auctores sequutus, ad [illegible] tempora retuli. Constat tamen Senatui placuisse *vrbem solo æquari, [illegible] habitari solum illud* postea: additis etiam exsecrationibus, *si quis [illegible] maxime vbi Byrsa & Megara fuerant, iterum ædificiis frequentasset.* [illegible]

CAP. LV.

[illegible] accessisse ad ea loca spectandi ergo fraudi esset. Decem [illegible] leg[illegible]

legati more maiorum ad Scipionem miſſi; quorum de ſententia res ordinaret. Hi vbi venerunt, omnes reliquiæ vrbis funditus exciſæ. eadem aliis omnibus oppidis illata vaſtitas, quæ in parte Pœnorum per id bellum fuerant. ager illarum ſociis populi Romani dono datus: largiſſime Vticenſibus, quibus quidquid Carthaginem & Hipponem regionis interiacet, contributum. Neque Numidiæ Reges ſuo ſunt præmio defraudati. Ceteris quorum neque officium neque iniuria inſignis fuerat, tributum eſt impoſitum, in agros, & capita: factaque prouincia, quam millus quotannis ab vrbe Prætor obtineret. Hæc vbi mandata legati ediderunt, Romam ſunt reuerſi. Scipio perfectis quæ Senatus præceperat, exemplo patris Æmilii, qui poſt Macedonicam victoriam eodem genere magnificentiæ Amphipoli fuerat vſus, eximia ſpectacula, omnis elegantiæ non modo iudex idoneus, ſed etiam ſolertiſſimus auctor edidit. Hæc calamitas Carthaginem poſt ſeptingentos quam condita fuerat annos deleuit. Alterum mox imbecillitatis humanarum rerum in vrbe minus potente, ſed æque nobili documentum fortuna dedit, euertenda per occaſionem Achaicorum motuum Corintho. Eius cladis præcipua culpa penes Critolaum fuit, pari imperitia & faſtu Romana arma pertinaciſſime prouocantem. Quum enim hinc Sex. Iulius Roma, inde Peloponneſo Thearidas egreſſi, mutuo ſibi in itinere occurriſſent, Romanusque *ſe adferre Senatus mandata* diceret, ambo in Achaiam ſunt profecti. Vbi quum Ægii concilium datum eſſet Romanis, Sex. Iulius humana oratione præſentes adloquutus, crimen in legatos admiſſum etiam clementius quam ipſi ferme Achæi interpretabatur; vt appareret, haud magno negotio, ſatisfieri ſibi de eo Senatum paſſurum: dum ne quid vlterius vel in ipſos Romanos, vel contra horum decreta in Lacedæmonios peccaretur. Quare quidquid in concilio ſanum erat, gratanter hunc ſermonem excepere, conſcii commiſſorum, & quæ pœna populi Romani hoſtes maneret, ante oculos verſante Macedonum exemplo admoniti. Sed vulgus imperitum, magis quia quod orationi legatorum opponeret non haberet, quam quod probaret dicta, ſilentio ſauciam ægramque mentem protegebat. At vero Diæus & Critolaus, ille poſtremo prætura functus, hic tum quoque prætor, & quotquot conſilia cum his ſociauerant (erant autem tamquam de induſtria delecti ex vnaquaque ciuitate peſſimus quisque) quum ipſi per ſe exiſtimabant, tum aliis perſuadere ſtudebant, *fictitiam eam & temporis cauſſa adſumptam Romanorum manſuetudinem eſſe, omnia facere paratorum, ne ſuper Africanum & Hiſpana bella etiam Achæos concitarent.* Tamen in præſentia ſatis modeſte

Scipio de ſententia decem legatorum res ordinat.

CAP. LVI.

Carthaginis cladem ſequutum Corinthi excidium.

CAP. LVII.

deſte

[illegible] desse respondent: *se nihilominus Theardam ad senatum m[illegible] de legatis [illegible] interea conuentum [illegible] Tegeam, [illegible]*

CAP. LVIII. *monem de pace [illegible].* Ceterum hoc ad [illegible] [illegible] Longe [illegible] quam [illegible] [illegible] habuere. Quum enim Romani [illegible] etiam [illegible] constituto tempore venissent, Achæorumque principes [illegible] sent [illegible] & eorum aduentum iam ferme desperarent [illegible]

Critolaus Romanos [illegible]. Critolaus venit, non vt vlla in re promissa [illegible] fuerant [illegible] negabat *nisi de sententia populi [illegible] [illegible] posse. expectandum igitur proximum concilium* ([illegible] Achæorum post semestre futurum erat) *in eo se de [illegible] turum.* Ferunt *ea quoque fraude Critolaum vsum, vt palam qui[illegible] ad accessendos Tegeam Achæos, secreto autem moneret, ne vocati [illegible]* Romani aperte videntes, homini incredibiliter arroganti lu[illegible] esse, dimissis domum Lacedæmoniis in Vrbem redierunt.

CAP. LIX. *Populum sibi conciliat.* His [illegible] Critolaus tota deinde hyeme ad obeundas ciuitates vsus, specie n[illegible] quæ Tegeæ forent acta, Romanos calumniando, leue vulgus [illegible] cupiditate rerum nouarum inflammabat. Idem mandabat mag[illegible], *ne quem æris alieni caussa excuti, aut in vincula duci paterentur: neque debitorum solutio differretur, donec appareret quis euentus belli Lacedæmonii futurus esset.* His blanditiis delinita plebs, & futuri improuida, quidquid illi placuisset, facile & credebat dicenti, & imperanti obsequebatur.

CAP. LX. Quod vbi Q. Metello Macedoniam administranti cognitum, legatos ad gentem Achæorum Cn. Papirium, & Ælium Lamiam iuniorem, cumque his A. Gabinium & Fannium misit. Qui vbi ad eamdem ferme formam, vt Sex. Iulius nuper, humanissime placidissimeque monu[illegible], *cauerent Achæi vllo modo tam necessariam genti cum Romanis am[illegible] dirumpere*: non leniuit vulgi temeritatem, sed accendit legatorum [illegible] modestia. paucis exceptis, qui quid ageretur intelligebant, cetera [illegible] & ante omnes Corinthii (concurrerat autem forensis turbæ [illegible] quantus alias numquam) tanto furore correpti sunt, vt non [illegible] derent Romanos, sed etiam cum tumultu & clamoribus [illegible] cione eiicerent.

Legati Romanorum violantur Corinthi. pulsatos fuisse, aut hos, aut qui cum Oreste [illegible] neque adfirmare possis neque refellere, aliis auctorum [illegible] rem referentibus: superbius appellatos, atque adeo à [illegible]

CAP. LXI. rum ædes præteribant, sordibus conspersos, certior fama [illegible] eorum fuerit, Critolaus quum sibi destinata supra votum [illegible] cedere, magistratus, maxime quos aduersarios in Republ[illegible] perstringere cepit: non iam abstinens grauioribus & apertio[illegible]

Critolai ſeditioſa oratio.

etiam in Romanos verbis; *Quouſque*, inquit, *verba nobis dari patiemur, Achæi? aut quem modum finemque impudentiſſimi mortales, opprimendæ libertatis veſtræ ſtatuent. Proximis annis, quum Rempublicam noſtram contemptui, fœdera ludibrio haberi, principes noſtros ad cauſſam dicendam, quaſi captiuos in externas oras trahi, alia etiam relatu indigna pateremur; Callicrates & pauci alii incuſabantur: hi in ore atque odio omnium erant: abſque his ſi foret, retineri dignitatem publicam, vitari ſeruitutem poſſe putabamus. Quid igitur factum eſt? quieuerunt poſt illorum fata iniuriæ, ſimulque cum illis pericula noſtra exſtincta ſunt? an vero multos pro vno Callicrates nacti, poſtquam ille periit, pernicioſius etiam, quam donec ſaluus eſſet laboramus?*

CAP. LXII. *Aduerſarios ſuos in republica criminatur.*

ſcilicet hæc noſtra culpa ſiunt, Achæi, qui iuris à maioribus traditi parum memores, quos adfici pœnis oportebat, honoribus atque magiſtratibus extollimus: eorumque in hominum manus contradimus Rempublicam, in quibus illa ſi fuiſſet, modis omnibus ad recuperandam illam liberandamque erat connitendum. Sunt adhuc deorum beneficio, qui commune Achæorum iuſta cura proſequantur: qui antiquiorem diuitiis fidem habeant, & patriæ charitatem obiectare ſe periculis non dubitent, quorum equidem rationem haberi oportebat, ſed ſi tantum à veteri virtute deſciuimus, vt vel nullos eiuſmodi viros reperiamus, vel repertis nolimus vti, ponamus illos liberæ opulentæq; gentis indebitos nobis ſpiritus, & ſaltem eorum quibus ſeruituri ſumus, gratiam occupemus, ſponte nos imperiis offerendo. nam ſi quo cepimus ire pergimus, ſub inani libertatis vmbra, proditione paucorum ignari inuitique vendimur; vt viliſſimorum mancipiorum inſtar, ne heri quidem continuo, ſed communium herorum ſeruis famulemur.

CAP. LXIII. *Romanos traducit.*

Lubenter equidem in hoc negotio mentione Romani nominis abſtinerem: ſed quia illud ſemper in ore habent, quorum opera libertas noſtra perit, diſſimulare non poſſum, iam olim cordatos apud nos viros mirari, cur hanc inuidiam, aut immeriti ferant Romani, aut meriti ferantur à vobis? Etenim potentiam vtrorumque iuſta æſtimatione metior: ſed ipſi quoque vidimus non ſemper pro modo virium belli fata diſpenſari, & interdum magnis apparatibus plus valere modicos, vbi concordia adſit, & morti quam ſeruituti promptior animus. Sed de futuris viderint Dii: ego quemadmodū minime laceſſendos eſſe Romanos arbitror, ita (dicendum enim ſemel eſt) amicos pati poſſum, dominos non poſſum: vobis autem, ſiquidem viri futuri eſtis, ſocios non defore ſcitote; ſin ſemiuiri, dominos.

CAP. LXIV.

His atque ſimilibus multis ſtimulare Critolaus ferocitatem amentis plebeculæ non deſinebat. Quoque fortius omnes permoueret, interiiciebat voces, quibus *non temere ad hæc conſilia ferri, ſed eſſe ſibi Regum, eſſe ciuitatum aliarum conſcientiam, & fore auxilia*, ſignificabat.

Critolai rixa cum aliis principibus.

Quum adhæc ſeniores coërcere hominis intemperantiam vellent, & ab huiuſmodi deterrere ſermonibus, ille armatis aduocatis vltro minabatur *malum, ſi quis accedere ad ſeſe, prehendere, aut o-*

mnino

[illegible] agere auderet. Tandem quum [illegible] te se plane non posset. *Atque,* [illegible] *communem* [illegible] *neque enim vel Lacedaemonii* [illegible] *di sunt, quam ex* [illegible] *libertatibus seruiunt.* quoque fidem dictis faceret, *Euagoram* [illegible] *Tritaea Strategum, quidquid in consilio magistratuum* [illegible]

CAP. LXV. *eos insimulat Cn. Papirio prodere.* Quum adhaec Strategus [illegible] *Papirio aliisq. Romanorum colloquia fuisse, & futura tanquam* [illegible] *cis amicisque* diceret: *quidquam autem arcani protulisse* cum [illegible] infitiaretur, potior apud corruptam multitudinem criminantis [illegible] tas, quam defendentis innocentia fuit. Qua inclinatione animorum [illegible] usus Critolaus, perfecit vt decretum fieret *de bello cum Lacedaemoniis* [illegible] *quendo:* quo ipso arma aduersum Romanos sumi, quamquam [illegible] lata eorum mentione, obscurum nemini erat. Atque hic quidem ille modis omnibus, vt ingenti malo patriam mactaret, laborabat. Legati autem Romanorum Cn. Papirius Athenas, inde Spartam profectus est, ad obseruandas temporum opportunitates, Ælius Naupactum: [illegible] reliqui duo Metellum, quem adfuturum esse non dubitabant, Athenis praestolantur.

Achaei decretum de bello Lacedaemoniis faciunt.

I. FREINS.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER SEPTIMVSDECIMVS.

In locum lib. LII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri LII. Liuiani.

CVm Achæis, qui in auxilium Bœotios & Chalcidenses habebant, Q. Cæcilius Metellus ad Thermopylas bello conflixit, quibus victis, dux eorum Critolaus veneno sibi mortem consciuit. in cuius locum Diæus Achaici motus primus auctor ab Achæis dux creatus, ad Isthmon à L. Mummio Consule victus est. qui, omni Achaia in deditionem accepta, Corinthum ex Senatusconsulto diruit; quia ibi legati Romani violati erant. Thebæ quoque & Chalcis, quæ auxilio fuerant, dirutæ. Ipse L. Mummius abstinentissimum virum egit. nec quicquam ex iis opibus ornamentisque, quæ prædiues Corinthus habuit, in domum eius peruenit. Q. Cæcilius Metellus de Andrisco triumphauit. P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus, de Carthagine & Asdrubale. Viriatus in Hispania primum ex pastore venator, è venatore latro, mox iusti quoque exercitus dux factus, vniuersam Lusitaniam occupauit. M. Vitilium prætorem, fuso eius exercitu, cepit: post quem C. Plautius prætor nihilo felicius rem gessit, tantumque terrorem is hostis intulit, vt aduersus eum Consulari opus esset & duce & exercitu. Præterea motus Syriæ, & bella inter reges gesta referuntur. Alexander homo ignotus, & incertæ stirpis, occiso (sicut ante dictum est) Demetrio rege, in Syria regnabat. hunc Demetrius, Demetrii filius, qui à patre quondam ob incertos belli casus, ablegatus Gnidon fuerat, contempta secordia inertiaque eius, adiuuante Ptolemæo Ægypti rege, cuius filiam Cleopatram acceperat in matrimonium, bello interemit. Ptolemæus in caput grauiter vulneratus, inter curationem, dum ossa medici terebrare contendunt, exspirauit: atque in locum eius frater minor Ptolemæus, qui Cyrenis regnabat, successit. Demetrius ob crudelitatem quam per tormenta in suos exercebat, à Diodoto quodam vno ex subiectis, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum asserebat, bello superatus, Seleuciam confugit.

L. Mummius de Achæis triumphauit. signa ærea, marmoreaque, & tabulas pictas in triumpho tulit.

[illegible] bellum Romanum concitantur.

DVm Critolaus inter Achæos omnia turbat miscetque, [illegible] bis altera fax rerum nouarum Pytheas Bœotarches [illegible] missiore impetu ciues suos in bellum Romanum impellebat. Is adolescentia turpiter transducta, mox etiam in Republica per audaciam atque auaritiam multa designatur in perniciem ciuitatis eruptura: sed vbi Metellus, cui negotium hoc Senatus dederat, *mulctam pro illatis Phocensium populo Amphissensibusque [illegible] parti Eubææ iniuriis soluere* iussit; ibi Pytheas exulceratos molesto imperio animos adeptus, prius exstimulare non destitit, quam professis contra Romanos odiis, ad arma cum Achæis coniungenda incitaret. Trahuntur in societatem Chalcidenses; tam infirmis subnixus amicitiis in Romanos sumere bellum Critolaus audet: ne vlla quidem in euentum sequiorem sibi excusatione relicta. Quippe impingere & vinci etiam post consilia non inepte capta, humanum est, & fortunæ solet imputari: at audacia cum imbecillitate, non infortunium, sed amentia recte vocatur. Itaque non difficilior Romanis victoria fuit, quam in tanta hostium stultitia oportuit.

CAP. II.

Metellus, vt pondus legatorum suorum verbis adderet, eodem fere tempore, quo profecti illi erant, & ipse exercitum per Thessaliam præter Lamiacum sinum instituit ducere.

Critolaus aduentu Metelli cognito fugit.

Iam Critolaus, adiutus etiam Bœoticis auxiliis, Heracleam obsidebat; in Thessaliæ finibus sitam vrbem, & Achæis contribui recusantem. Sed aduentu Metelli cognito, Sperchiumq; fluuium ab eo superatum, ex insana illa ferocia subito in tantum pauorem incidit, vt neque eodem loco exspectare hostem, neque saltem in angustiis ad Thermopylas auderet consistere: vnde contra ingentes Persarum Gallorumque copias Græci magna olim virtute, magnaque gloria dimicauerant.

CAP. III.

Ad Scarphæam Locridis vrbem itinere fugæ simillimo contendens, non tamen attingere illam potuit, quin à Metello, qui festinanter insequutus fuerat, pugnare cogeretur. Magnam ibi cædem fuisse non ambigitur; circiter mille viui capti.

Vincitur, & perit.

Critolaus post res perditas iudicii sui errore primum agnito, vt se præsentibus malis exsolueret, venenum in fuga bibit. Apud alios *neque viuus neq; mortuus repertus esse post pugnam* traditur: quum ad montis Oetæ radices fugam vrgeret, in locis paludosis & profundis subsidisse creditus. Ex cetera multitudine mille Arcades, delecta iuuenum manus, Elateam Phocidis vrbem concessit, & ab Elatensibus pro veteris amicitiæ iure hospitaliter excepta est. Sed fama prœlii ad Scarphæam vulgata, metuentes iram Romanorum Phocenses excedere finibus [illegible] Arcadas iubent. Hos reditum per Bœotiam tentantes, haud

CAP. IV.

procul Chæronea Metellus deleuit. Hæc rerum à Metello contra Achæos

chæos gestarum proxima vero videtur esse narratio. neque enim aut de numero prœliorum, aut de loco, similia apud scriptores traduntur. *Achæorum ad Thermopylas viginti millia; iterum in Phocensibus septem occisa millia* Claudius refert. *In Achaia quidam & Elidis campis pugnatum* produnt: etiam de duce hostium ambiguum Valerius Antias facit, qui *cum Diæo pugnasse Metellum* (si tamen fidi sunt codices) scripsit. At Polybius qui res domesticas ignorare non potuit, cum plerisq; omnibus, *Critolaum* nominat: neq; dubium habetur, eo demum sublato, imperium ad Diæum reuertisse. Hoc enim iure Achæi vtebantur, vt vbi prætor fatis concessisset, qui proxime prætor fuisset, is magistratũ vsq; ad tempus comitiorũ gereret. Igitur Diæus belli, cuius primus auctor ipse fuerat, administratione suscepta, præsidiũ Megara misit, ad hominum millia quatuor Alcamene duce, qui videlicet irrumpentẽ Metellum repellerent, quem modo cum florentissimo exercitu prætor Achæorum Critolaus sustinere nequiuerat. Ipse Argos profectus, inde literas ad omnes Achaiæ ciuitates dedit, *vt ex vernis ad millia duodecim manumissi cum armis Corinthum mitterentur. quibus vernæ ad numerum non essent, ex aliis mancipiis supplere* permissum. Ea quoq; descriptio inæqualiter, & magis vt prætori placuerat, quam ex opibus ciuitatum impetrata. Quod etiam ob bella Lacedæmonia in magna difficultate pecuniariæ rei versabatur respublica, opulentiores quosq; viros matronasque priuatim aurum argentumque conferre coëgit. Simul *omnes qui ætate militari essent ex Achaia Arcadiaq; Corinthum armatos conuenire* iussit. His omnibus de caussis maxime per Achaiam trepidatio maximusque cum desperatione metus erat, neq; tamen ad sana consilia poterant adiicere animos, sed quod perculsis semel mentibus euenit, principum suorum dementiam damnabant simul & sequebantur. Præ ceteris Eleorum Messeniorumque & Patrensium flebilis erat conditio. Illi metu torquebantur, ne ad mare obiectis regionibus, primum Consulis Mummii cum classe venientis impetum excipere cogerentur. Patrenses cum circumiectis oppidis accepta clades fregerat, magna parte iuuentutis in prœlio amissa. tantaque illis locis consternatio fuit, vt multi necem sibi consciscerent, in puteos aut ex præcipitiis desilientes; plures desererent patriam, non quia vbi vitam acturi essent scirent, sed quia scire videbantur, in patria se non posse viuere. Erant qui ad Romanos proficiscebantur, alii alios, vt auctores nouarum rerum accusantes: ne propinquis quidem parcente metu, quamquam nemo erat, qui adhuc aut exigeret delationem aut quæstionem exerceret. Neque alia rerum apud Thebanos facies erat; imo aliquanto fœdior, quia fugien-

Dissensus auctorum in hac historia.

CAP. V.
Diæus Critolao succedit.

CAP. VI.
Metus apud Achæos maximus.

CAP. VII.
Nec apud Thebanos minor.

gentibus vniuersis vacua vrbis ædificia relicta fuerant. Inter [illegible] & Pytheas cum vxore liberisque in exsilium profectus in Pelopo-neso oberrabat. Metellus enim cæsis apud Chæroneam Arca[illegible] Thebas cū exercitu victore accedebat. Qui [illegible] suetudine visus non templis modo domibusq; pepercit, sed etiam quemquam Thebanorum vel manentem occidi, vel fugientem capi [illegible] no Pythea excepto, *quem ad se adduci* iussit. *vbicumque reperiri posset*, [illegible] prensusq; is post aliquod tempus, supplicio capitis scelerum flagitiorumque pœnas luit. Thebis receptis ad Peloponnesum Romanus [illegible] tit iter. iamque Megaris adpropinquabat, quum Alcamenes ne tentata quidem vrbis defensione, cum præsidio suo Corinthum in castra Achæorum se recepit. Megarenses vrbem sine certamine dediderunt. Iam & Diæus Corinthum venerat: neque multo post accessere missi à Metello Andronidas & Lagius & Archippus viri nobiles, vt ad pacem accipiundam Achæos hortarentur. Magno enim studio Metellus agebat, si qua ante Consulis aduentum componere res Achaiæ posset. Neque temere sumpta spes erat, quod post infelicem pugnam multis iam displicebat bellum, positisque armis parati erant per conditiones transigere. Sed vicit Diæi factio, qui diu ante quos venturos nouerat, tamquam fautores hostium calumniatus, postquam accessere, multitudinis odio temeritatique obiecit. comprehensi igitur statim, & cum omni genere contumeliarum in vincula rapti sunt. Sub idem ferme tempus etiam Philo Thessalus Corinthum se contulit, adeo manifesta salutis eorum cura, vt multos iam Achæorum flecteret. Ex quibus Stratius Tritæensis præter ceteram dignitatem ætate quoque reuerendus, Diæum amplexu blanditiisque rogabat, *vt conditionibus à Romano propositis, adsentiretur.* At consilii principes neque rationibus neque prece mouebantur: desperata ab Romanis salute, quos atrocius offendisse rebantur, quam ut exspectari venia posset. neque tamen ad exitum viris dignum se parabant, aut quidquam moliebantur, quod hominibus gloriæ imperiique cupidis dignum esset. non tamen mirabitur vilitatem & amentiam hominum, quisquis meminerit neque alia decreta fieri posse, quam velint consilii publici moderatores; neque alios tum fuisse principes, quam Diæum & Damocritum, nuper exules, mox fatali tempo-rum imprudentia in ciuitatem receptos, cumq; his Alcamenem & Theodectem & Archicratem: prudentia ac probitate nihil iis quos dixi præstantiores. Fit igitur decretum non de Andronida modo & ceteris; sed etiam Sosicrates in carcerem compingitur, hoc crimine, *quod quum*

CAP. VIII. *Pacis hortatores a Diæi factione violantur.*

CAP. IX.

Principes Achaeis consilii eo tempore.

CAP. X. *Sosicrates auctor legationis*

ad Metellum. supplicio adficitur.

Prætori vicem consilio præesset, auctor legatos ad Metellum mittendi fuerit, omniumque caussa malorum, quæ deinceps incidissent, sed & constitutis postridie iudicibus, condemnatum vinctumque acerbo cum cruciatu interemerunt: nihil eloquutum quale ipsi voluissent. Lagium autem & Archippum & Andronidam missos fecere, quia supplicio Sosicratis irritatam multitudinem senserant: simul fauente Diæo, qui talentum ab Andronida, ab Archippo quadraginta minas acceperat. adeo his sordibus ille adsueuerat, vt ne in tali quidem tempore posset à captandis vndecumque muneribus desistere.

CAP. XI.

Idem paullo ante hæc tempora crudele quoque in Philinum Corinthium facinus ediderat, *mittere illum nuncios ad Menalcidam, & Romanorum sectam sequi* criminatus: verberibusque & tormentis ipsum & adolescentes filios vt alios aliorum quoque dolore cruciaret, in mutuo conspectu occiderat. Vnde quum tales haberet Achaia duces, qui & domi crudelitate auaritiaque omnia corrumpebant, neque militiæ cognitionem vllam, aut lectione aut auditione, aut vsu, (qui soli res eas discendi modi sunt) parauerant: nihil potuit accidere felicius, quam quod accidit, vt quam celerrime victi, neque seruiendi in Achæos caussam darent Romanis, neque ipsi haberent facultatem: agnoueruntque hoc ipsi mox Achæi, apud quos per ea tempora Themistocleum illud prouerbii vicem vsurpatum est, *perieramus, nisi periissemus.*

Achæi perierant, nisi periissent.

CAP. XII.

Inter hæc L. Mummius summa contentione ad exercitum festinabat, audito iam prospero Metelli prœlio, ne post confectum bellum exsors gloriæ imperium haberet, veritus. Nam rerum illarum non modo fama celeriter est emulgata, sed etiam nuncii literæque Romam venere: ante omnes A. Posthumii, qui primus omnium de victoria Metelli ad senatum scripserat. Namque homo ingenio vanus, quum sub tempus conferendæ pugnæ per simulationem valetudinis Thebas Phthioticas concessisset, post euentum omnia perscripsit diligenter, eoque verborum genere, tamquam ipse interfuisset. Inde quæ historiis eius habenda sit fides, haud difficile arbitratu est, in quibus & ipsis quemadmodum à Catone sit illusa puerilis in viro Consulari iactantia, multorum scriptis adnotatum est.

A. Posthumii vanitas.

CAP. XIII.

L. igitur Mummius, quum iam ad Isthmum castra Metellus admouisset, lictoribus tantum, & paucis equitum comitatus, non die non noctu intermisso itinere, cum Aurelio Oreste, qui in Achaica legatione fuerat, in castra sub lucem venit. Inde Metello in Macedoniam dimisso, ipse in Isthmo substitit, donec vniuersæ copiæ conuenissent. Summa exercitus fuit equitum tria millia quingenti: peditum tria & viginti millia. His accessit sagittariorum ex Creta manus: &

L. Mummii aduentus in A-

clearam & topen.

duce Philopœmene Attali Regis auxilia. Ex his partem Consul, adiectis etiam nonnullis Italicis cohortibus ad mille quingentos pa[illegible] ante castra locum capere stationibus iussit. Hos quum neglig[illegible] agere viderentur, subito effusa hostium manus turbat, occisisque nonnullis, ceteros vsque ad castra persequitur. vnde submota, & ad sua vicissim castra repulsa, tamen scuta circiter quingenta ex hostibus capta refert. Posthæc Diæus contracto quod vbiuis habebat virium, potestatem pugnandi Consuli facit. Consul, vt hostium augeat væcordiam, in castris suos continet. crescit hinc Achæis animus, adeo intemperanti alacritate, vt non modo priores in vallem inter diuersa castra mediam descenderent, sed etiam vehicula secum ducerent, ad hostium reportanda spolia, coniugesque suas cum liberis in vicinis montibus spectare dimicantes iuberent: cito despectatoribus prædam hostium futuros. Apud Leucopetram, sub ipsis Isthmi faucibus concursum est. Equitatus Achæorum statim fugit, vix prima exspectata impressione Romanorum equitum, quos Consul ex occultis latebris subito in latus hostium immiserat. pedes aliquanto constantius restitit: quamquam nudatus equitum fuga, minutoque animo, etiam multitudine hostium vrgeretur. Tandem mille fortissimi viri conglobati, transuersam aciem perrupere. Tum vero effusa fuga, vbi quisque potest, salutis præsidium quærunt. Ipse Diæus recta Megapolin patriam suam intendit cursum. qui si Corinthi munitionibus seque & qui ex fuga potuissent colligi, esset tutatus, potuisset Consulem tædio obsidionis ad conditiones non iniquissimas adducere nunc vero statim atque inclinare suos sensit, tota spe abiecta, refugit domum; eaque incensa, coniugem, ne in hostium veniret potestatem, interfecit, eiusque corpus in incendium misit, ipse veneno epoto vitam posuit.

CAP. XIV. *Pugna cum Diæo, & victoria.*

CAP. XV. *Corinthus à suis deserta capitur.*

At qui in vrbem Corinthum confugerant, absentia ducis perterriti nocte proixma omnes dilapsi sunt, excesserunt etiam Corinthiorum præ pauore plurimi, omnes quos in vrbe sua non videbant, captos cæsosue rati: neque tamen Consul licet vacuam apertisque portis indefensam continuo ingredi voluit, insidiarum metu. Tertio demum die omnibus exploratis, Corinthum Romana signa intrauerunt: puberes reliqui à militibus interempti fermè sunt, mulieres puerique sub corona veniere. *multos etiam flammis consumptos esse* traditur: dum vrbs crudeliter prius direpta, præcinente tuba deletur. *Tantum enim fuisse incendium ferunt, vt quum omni ex parte subiectæ ædificiis faces essent, quidquid comprehensum intra mœnia fuit, eumdem in apicem coeuntibus flammis, tanquam vnus ignis arderet.* Atque is deinceps etiam quum cineribus ruderibusque sopitus & oppressus videretur, diu retinuit feruorem, perieruntque

eo fato

eo facto multi Romanorum, quos ad scrutandum aurum argentumve flammis liquefactum, auaritia in fumantis adhuc ruinas miserat. Muri deinde, qui soli remanserant, funditus sunt diruti, etiam lapidibus in pulverem comminutis. Ita Corinthum L. Mummius euertit ex Senatusconsulto, quod ibi violatum in legatis gentium ius fuerat, post annos nongentos quinquaginta, quam ab Alete Hippotis filio, qui sextus ab Hercule numeratur, condita fuerat. Hac acerbitate pœnarum opus videbatur, vt quod imperium hactenus clementia commendasset populis, id etiam aduersus mansuetudinis contemptum, terror seueritatis defenderet. Atque hanc rationem augendi res suas firmandique priscis etiam imperiis placuisse credibile est, vt incipientem potentiam facilius lenitate putarent crescere, ad summa perductæ non esse firmiorem metu custodiam. Nam ad modicas opprimendas opes, si per sæuitiam timeri meruerunt, haud difficulter concurritur: validioribus rebus maius à facilitate periculum est; viresque non quasi infirmæ, sed quasi otiosæ spernuntur. Ceterum Mummius reliquis Græcorum concessa libertate, Corinthios omnes, & ex seruis quos Diæus armauerat, quotquot superstites prœlio erant, sub corona vendidit. Ad quos, sine vlla aliorum iniuria, certo comprehendendos, hac arte dicitur vsus. Conuocatis promiscue omnibus, dissimulatoq; interim proposito suo, armatos circumfudit: deinde edicere præconem iussit, *Corinthios & qui manumissorum cum his militassent, in seruitutem peti: ceteris periculum non esse. iubere autem Consulem, vt quisque adstantem sibi teneat.* Ita quum effugium aut latebræ nullæ essent, facile qui quærebantur, sunt agniti. Ceteræ quoque prædæ magnam partem vendidit. Vis erat incredibilis signorum, tabularum vestiumque preciosarum, præter ea omnia, quæ incendio hausta, aut à diripientibus confracta conculcataque perierant. *Militaris insolentia cum imperitia coniunctum grande specimen vidisse* Polybius refert, qui tum ad subleuandam si qua posset patriæ calamitatem, ex Africa recens aduenerat. *Aristidis enim summi pictoris Liberum Patrem, qui admiratione perfectissimi operis prouerbio, nihil ad Dionysum. dederit locum, humi iacentem, ludentibus aleam militibus aluei vicem præstitisse.* Eadem mox tabula, quum præda venderetur, Attalo Regi sex millibus nummum empta est. quum Proconsul precium admiratus, rescidit venditionem, ex alieno iudicio pulchritudinem tabulæ suspicatus: quam mox in templo Cereris posuit, vbi spectata fuit magno visentium studio, donec ædis eius incendio, postquam annos centum quindecim ibi fuisset, periit. Et quoniam ad hoc genus elegantiæ delapsi sumus, ex eo quoque tempore frequentatum æris Corinthii nomen est: magis quia fluentibus in vnum

CAP. XVI. *Funditus diruitur à Mummio.*

CAP. XVII. *Mummii astutia in deprehendendis Corinthiis.*

CAP. XVIII. *Militaris ferocia rudis & contemptrix artium.*

...rum auri argenti ærisque metallis, magna simul eius materiæ ... extitit: quam quod tum primum eius mixturæ reperta sit ... & multis ante ætatibus celebrata Corinthii operis nobilitas fuit. Ad hunc modum excisa Corintho, ager publicatus est, cuius ... partem Sicyonii obtinuerunt. Itum deinde ad aliarum vrbium ... cia. Thebarum & Chalcidis euersis vrbibus. Chalcidensium ... multis occisis, *Bœoti Eubocensesque centum talenta Heracleotis pendere iussis Achæi ducenta Lacedæmoniis.* Sed horum deinde gratiam ciuitatibus Senatus fecit. Ceterum aliarum quoque Græcarum vrbium, quæ cum Achæis senserant, mœnia sunt deiecta, armis ademptis. Sed & donaria statuasque multis ex ciuitatibus sustulit Consul, vt tamen consecratis ad cultum abstineret, ex his, quæque Corinthi fuerant capta, magnam partem Philopœmeni qui Attali auxilia duxerat dedit; quæ longa deinde ætate spectata Pergami fuerunt. Conuenere deinceps decem legati, consilium à Senatu imperatori additum, ad res Græciæ constituendas. In his A. Posthumius, & C. Sempronius Tuditanus fuerunt. Patrem Mummii, quamquam sit qui referat, fuisse non puto, quum etiam de Sp. Mummio fratre Proconsulis M. Tullius dubitet, quem in Achaia tum fuisse constat, fratris potius legatum, quam in decem fuisse. quod non soliti essent maiores legare in decem, qui imperatorum necessarii essent. Hi vbi venerunt, popularis status vbique per Græciam sublatus est, magistratibus ex censu constitutis. Libertas tamen vrbibus, & suæ de cetero leges relictæ. Vectigalia deinde imposita; possessionibusque, quas extra fines vrbium suarum habere locupletes consueuerunt, interdictum. Concilia nationum in Achaia, Bœotia, Phocensibus, & per vniuersam Græciam abolita. quæ tamen & ipsa paullo post supplices clementia Senatus recepere. Prætor sane quotannis in Græciam mittitur, sub nominis Achaici præscriptione, quia quum in prouinciæ formam redigeretur, penes Achæos principatus gentis fuerat. Multum eo tempore Polybii virtus atque gratia, præcipue ex Africa in Scipionis amicitia profuit Græciæ: nam & pro Philopœmenis honoribus, qui per Achaiæ ciuitates clarissimo viro constituti fuerant, quum abolerentur, prospero successu egit: & statuas Achæi, vnde genti nomen, Aratique & Philopœmenis, quæ iam in Acarnaniam erant translatæ, obtinuit, rem multitudini gratissimam; vnde & ipsi statuam ex marmore candido mox posuere, cum insigni titulo: *neque offensuram fuisse Græciam, si Polybii consilio paruisset. & post offensam illum vnum adflictæ leuamen extitisse.* Idem quum quæstori bona Diæi aliorumque damnatorum vendenti (bona enim eorum qui coniuges aut liberos non habebant, vendi placuerat) à decem

CAP. XIX. *Thebæ & Chalcis diruuntur.*

CAP. XX. *Decem legati in Græcia constituunt.*

CAP. XXI. *Polybii eo tempore merita in Græciam.*

decem legatis præceptum fuisset, *vt quæ ex illis Polybius postulauisset, gratis addicerentur*, non modo pro se petiit quidquam, sed etiam amicis auctor fuit, nihil ex spoliis istis attingendi. Hæc omnia quum intra semestre tempus decem legati perfecissent, in Italiam redierunt. Polybius ex eorum mandato ciuitates obiit, respublicas ad formulam ab ipsis præscriptam composuit: lites sustulit, breuique perfecit, vt statu præsenti non adquiescerent modo Græci, verum etiam lætarentur. Vnde vicissim omnibus illum eximiis honoribus per singulas vrbes colere instituerunt. Quos inter in foro Megalopolis statua fuit, cum inscriptione, quæ *Polybiũ Lycurtæ filium Romanorum in Græcos iram mitigasse* testaretur. At Romæ per idem tempus à duobus imperatoribus triumphatum est. Prior Q. Cæcilius Metellus de Macedonibus Achæisque speciosissimum triumphum in Capitolium duxit. Inter multos captiuos qui currum eius præcesserunt, insignis maxime Andriscus fuit, qui se pro Philippo aliquamdiu & Macedoniæ Rege gesserat; magnum ad vtramque sortem fortunæ mutabilis exemplum. Tertius hic de Macedonia triumphus fuit, in quo inter cetera spolia transuexit turmam, Alexandri Magni imperio à præstantissimo artificum Lysippo factam. Quinque & viginti ex amicorum ala in pugna ad Granicum ille Rex amiserat: eorum equestres statuas expressa singulorum similitudine fieri iussit, suamque inter illas. Hæ omnes in vrbe Macedoniæ Dio locatæ fuerunt: inde Metellus Romam transtulit. Metello cognomen ex prouincia debellata *Macedonici* hæsit: non quidem virtuti eius indebitum, sed aliqua mutatio morum Romæ ex talibus quoque colligi potest: quum Q. Metellus cognomen adsumeret, quod ex eadem Macedonia neque T. Quinctius primum, neque deinde L. Æmilius, maioribus aliquanto rebus & contra veros Reges gestis, adsumpserant. Iustioribus aliquanto caussis Æmilianus Scipio *Africani* cognomentum, quod hactenus hereditarium habuerat, suis meritis adscripsit: hostibus exstinctis acerbissimis, excisa vrbe æmula, amplissimisque regionibus in prouinciæ formam redactis. De quibus rebus quum reportato in Italiam exercitu apud Patres disseruisset, *triumphus ei de Carthagine & Asdrubale*, magno cum honore decretus est, quem longe amplissimum duxit, translata statuarum & donariorum magna vi, omnique illo apparatu opum, quas tanto tempore multarum nationum Regumque victrix Carthago ex toto orbe congesserat. Argenti translatum reperio quater millena quadringenta septuaginta millia pondo. Duxit ante currum inter alios Asdrubalem & Bithyam, qui mox cum nobilissimis deditorum per Italiæ municipia distributi, vitam in libera custodia exegerunt. ceterorum pars in seruitutem vendita: plures in carcere

CAP. XXII. *Q. Metelli Triumphus de Macedonibus & Achæis.*

CAP. XXIII. *P. Scipionis Triumphus de Carthagine.*

CAP. XXIV. [illegible]cere interierunt. Inter ista [illegible] prospera [illegible] enim [illegible] bus, ita populis imperiisque [illegible] sine tristi[illegible] temperamento [illegible] licitas est [illegible] in Hispania non dissimiles modo erant, sed [illegible] magis aduersæ dur[illegible]que. Præcipuus illa [illegible] Viriathus erat, ex humilibus ortus, ad ingentem potent[illegible] [illegible] perfectus. Nam ex pastore venator, ex venatore latro, [illegible] audacia patientiaque ad omnes belli labores duratus, & cum [illegible]issima notitia locorum, pernicitatem viresque corporis eximias [illegible]cutus esset, post Galbæ in Lusitanos facinus, quod ipse periculum astu & robore effugerat, hominum quibus neque res neque spes certa [illegible]quam erat, manu collecta, multa feliciter audendo cepit inclarescere: donec confluentibus ad eum quotidie plurimis, iusti iam exercitus duct[illegible] castra in aperto ponere, & cum populi Romani prætoribus acie congredi

Viriathus [illegible] & [illegible].

CAP. XXV. ausus est. Primus eorum C. Vetilius collatis signis victus, & quum in potestatem hostium peruenisset, interfectus est. Res ad hunc modum gesta traditur. Turdetaniam vastabat Lusitanorum exercitus, ad hominum millia decem. In hos recens Roma egressus cum supplemento C. Vetilius, adsumptis veteribus copiis, strenue mouit: adeptusque pabulantes, magno interfecto numero, ceteros in locum adeo iniquum compulit, vt manentibus à fame, abeuntibus ab hoste certissima pernicies imminere videretur. Ergo legatos cum velamentis supplicum mit-

C. Vetilius contra Viriathum proficiscitur.

CAP. XXVI. tunt. horum talis oratio fuit. *Non equidem eo proposito, Romani, bella nobiscum geritis, vt innoxia gente deleta, solitudinem faciatis, aliter neque [illegible] tum venissemus, & si nihil potuisset melius, hoc certe egissemus ne inulti [illegible]emur. haud secus atque certamine cum feris inito, quod pacem ac fœdera nescit, nec nisi victoria aut morte terminatur. Vos autem late per omnes terras non modo rebelles populos victrici Marte domuistis, sed etiam plerosque æquis conditionibus illigatos, de hostibus socios amicosque fecistis. Hi ipsi populi, pro quorum tuitione castra ista hoc loco posuistis, aliquando hostes vestri neque [illegible]*

Lusitanorum legatorum oratio.

CAP. XXVII. *vobis odio, quam hodie Lusitani fuerunt. Igitur in caussa haud multum dispari quid parem à vobis exspectare humanitatem vetat? præsertim quia vobis notissimum est, non ingenii ferocia aut odio imperii vestri, sed fame ac necessitate cogente arma nos induisse, quo alimenta, quæ nobis à vicina & consanguinea gente denegantur, quando per amicitiam potiri non possumus, vi extorqueamus. Neque si belli vlla iusta caussa est, aliis armis rectius ignosc[illegible], quam quæ nulla imperii aut opum cupidine, tantummodo extremi exitii prohibendi gratia [illegible]untur. Natura enim quæ rerum omnium mater atque domina est, [illegible] nimirum tanta frugum copia terras aliquas ditauit, vt exinde sterilit[illegible] [illegible]rum solatium esset, & populi, quos ipsa genuisset, necessariarum rerum inopia interi-*

Necessitatem excusant.

interire ne cogerentur. Multis iam ab annis, inopia commeatuum incursare prouinciam vestram soliti, magnam agrorum partem vastauimus: magna pars, metu cultorum otiosa iacet, remotiora quoque quo nos penetrare non possumus, à vestris & sociorum exercitibus exhauriuntur. Horum non maximam portionem, si nobis incolendam dederitis, iam omnia hæc bella quiescent, pacata fidaque prouincia vobis erit, & his apparatibus, vbi plus gloriæ præmiorumque apparebit, vtemini. Neque gratuitum id beneficium poscimus, quæ sola habemus corpora atque arma offerimus inuicem, omnibusque bellis vestris fortem fidelemque operam nauabimus. Id vobis vtilius erit quam per inuios montes pecora nostra consequi, & aut difficili bello multos viros fortes amittere, aut etiamsi victoria quæsita sit, nihil inde præter vanos titulos & inanem triumphum reportare. Sexaginta amplius anni sunt, ex quo pulsis Hispania Pœnis nostris exercitibus ducibusque signa conferre cepimus: quæ toto eo tempore casuum varietas fuerit, commemorare nihil attinet. hoc vtique tanto temporis experimento cognosci potuit, gentem Lusitanam neque exscindi facilem, neque seruitii patientem esse. Denique sic habetote, libertatem nobis vita dulciorem, ad vitam porro ducendam, agro & frugibus opus esse. hæc si tribueritis, illam reliqueritis intactam, Dis bene iuuantibus, efficiemus, ne quem sociorum vestrorum fide atque virtute ante Lusitanos esse opinemini.

CAP. XXIIX. *Vtilem Romanis pacem fore docent*

Non displicuit prætori conditio: iamque pacta sanciebantur; quum Viriathus, *Ecqua hæc insania est,* exclamat, *viri. Quotquot hodie hic sumus, Romanæ perfidiæ, vitata Galbæ fraude, vitata Luculli, reliquiæ sumus: multiplicem nostrorum numerum, idem ille, quo nunc petimur, dolus hausit. Nocentior Romani dextra est, quum posito ferro pacis & fidei ministram simulat. Neque adhuc eo deuentum, vt si deditione tuti esse possemus, tantum dedecoris sit subeundum. Si obsequi salutaribus imperiis potestis, parata mihi ratio est, qua incolumes simus.* Omnibus promptissime operam obsequiumque pollicentibus, exercitum eductum velut ad pugnam instruit: mille ex his delectos manere secum: ceteros *vt primum vidissent equo insilientem, dispersos in omnem partem contente fugere* iubet, admonitos, vt *ad vrbem Tribolam se opperirentur.*

CAP. XXIX. *Viriathus pacẽ dissuadet suis.*

Vetilius abeuntes metu resistentium insequi non ausus, suosque pæne dedititios parato instructoque eripi dolens; tandem in Viriathum vertitur. At ille pernicibus equis conatum hostis omnem eludens, modo fugienti similis, deinde restitans, nonnumquam vltro minatus impressionem, & ea die & sequenti tota Romanos iisdem in campis detinuit. Tum vero suis abunde spatii ad securitatem fugæ fuisse coniectans noctu per ignotas vias equorum celeritate ablatus, Romanos armis onustos, imperitiaque locorum & imparibus equis tardatos, frustrauit. Hoc tam callidum &

CAP. XXX. *Vetilio eluso suos abducit incolumes.*

felix consilium, maximam apud barbaros admirationem Viria[illegible] ximamque auctoritatem peperit: magnaque deinde multitud[illegible] tamquam vnicum ducem sese aggregauit. Ceterum Vetilius V[illegible] persequens, quem Tribolæ esse audiuerat eodem cum exercit[illegible] tur. Iter per saltus faciundum erat, in quibus Viriathus parten[illegible] rum absconderat: ibi cum paucis conspectus, deinde velut pa[illegible] fugiens, Romanum pudore & ira incautius instantem in palude[illegible] raginosa loca pertrahit: ipse solidis notisque semitis quum eua[illegible], repente conuersus, simul a lateribus exsurgentes qui occultati fuerant, Romanum agmen cœno impeditum adoriuntur, & in loca magis magisque difficilia detrusum fundunt fugantque. Vetilium qui ceperat barbarus, senem videns & obeso corpore, tamquam vile mancipium interfecit. Cæsi cum eo captiue fuere millia quatuor: sex millia Carpessum (quæ celebris illa veterum carminibus Tartessus esse creditur) cum quæstore perfugere. Is trepido adhuc militi non iniuria diffisus, à sociis tum nationibus Bellorum Titthorumque impetrato quinque millium auxilio, eam manum Viriatho opposuit. à quo sic internecione deleta est, vt ne nuncius quidem effugisse tradatur. Tanto maior quæstori metus, maiorque necessitas fuit, vt intra mœnia vrbis, haud multum ab obsessi fortuna distans, copias contineret. Vnde C. Plautio, qui prouinciam eam sortitus fuerat, maior exercitus, millia peditum decem, mille trecenti equites dati. Huic etiam infelix & multis prœliis aduersa expeditio fuit. Quum enim ad suas artes Viriathus sese retulisset, ex Carpetania; quam post Vetilii cladem impune vastauerat, velut terrore aduenientis cum prætore exercitus, discessu facto; Plautius ad insequendum illum quatuor militum millia præmisit: quos ex inopinato conuersus ille, paucis exceptis, occidione occidit. Inde Tago flumine superato, castra in monte quem Veneris vocant, oleis consito, posuit. Ibi cupiditate vlciscendi cladem acceptam Plautius cum eo congressus, nihilo pugnauit felicius, amissaque magna parte copiarum, quod superfuerat, per oppida distribuit, media æstate in hiberna militibus deductis. Vnde Viriathus sociorum populi Romani agros obibat, ne corrumperet messem, tributum exigens, & in renitentes vltione parata. Tum etiam Segobrigenses adflicti, gemino Viriathi dolo. Quum enim locum insidiis opportunum haud procul mœnibus obseruasset, cohortibus in eo dispositis, paucos misit, qui pecora Segobrigensium abigerent. Quos illi fuga recedentes quum auide insequerentur, ad insidiarum locum deducti, cæsique sunt. Iterum, quum itinere tridui discessisset, omne illud

spatium

CAP. XXXI. *Romanos [illegible] quentes [illegible] fugatque.*

CAP. XXXII. *Vincit deinde C. Plautiū prætorem.*

CAPVT XXXIII. *Segobrigenses adfligit.*

spatium vno die remensus, securam vrbem & sacrificio tum maxime intentam, improuisus oppressit. Quæ res vbi Romæ sunt auditæ, Consulari duce exercituque opus esse Senatus censuit: quo vtraque simul Hispania defenderetur. Q. Fabio Maximo Æmiliano ea sors euenit, qui L. Hostilium Mancinum collegam in Consulatu habuit. Sed priusquam hic ire in prouinciam posset, Claudii Vnimani prætoris ductu denuo infeliciter cum Viriatho dimicatum. Exercitus Romanus propemodum occidione cæsus est. Viriathus tropæa in montibus suis posuit, trabeis & fascibus imperatorum quos fuderat ad ignominiam Romani nominis exornata. *Etiam C. Nigidium à Viriatho victum* repetio apud vnum auctorem non ex optimis. ceterum neque quo omnino tempore, neque quo res gesta modo sit, additur. Quod magis constat, maximus ea tempestate terror ex Lusitanis fuit. quum dux callidus & audax genere hominum durissimo bellicosissimoque vteretur. Apud Claudium scriptum est, *quodam in saltu per ea tempora mille Romanis Lusitanos trecentos occurrisse, pugna commissa ex his septuaginta, Romanorum trecentos & viginti cecidisse. deinde Lusitanis sparsim & secure abscedentibus, vnum eorum peditem ab aliquot Romanis equitibus circumuentum, vnius equum lancea perfodisse, tum sessoris caput vno ictu gladii dissecuisse. ita factum, vt ceteris attonitis & metu contantibus ille ad suos otiose & contemptim sese reciperet.* Inter hæc C. Plautius die ad populum dicta, damnatus Lege Maiestatis, quod rebus male gestis imperium populi Romani minuisset, exilii caussa solum mutauit. Q. Fabius Æmilianus Consul, cui Senatusconsulto decretum erat, vti legiones duas scriberet, tirones scripsit: vt iis qui modo Africam aut Græciam aut Macedoniam subegerant, pro nauata vtiliter opera aliquod ex vacatione præmium foret. Cum his & auxiliis sociorum in Hispaniam profectus, Orsone copias recensuit. quindecim millia peditum, equites ferme bis mille reperti. Hos quotidianis exercitiis confirmare instituit, priusquam hosti non spernendo nouum militem obiiceret. Id quoniam per legatos agi poterat, ipse traiecit in Gaditanam insulam, Herculi sacra facturus, quem etiam gentili religione colebat, quod Fabiorum progenitor ille credebatur. Per absentiam Consulis Lusitani lignatoribus Romanorum insidiati, multos occiderunt; etiam legatum Consulis collatis signis dimicare ausum fuderunt, ingenti præda potiti. Ad horum famam quum Fabius adcurrisset, Viriathus victoria ferox, & vt cum tironibus pugnaret, subinde instructis copiis Consulem ad pugnam prouocabat. Sed ille consilii tenax cum vniuersis quidem copiis in prœlium descendere recusabat; per crebras velitationes modo hos modo illos suorum ferendo hostium conspectui vulnerum-

A. V. C. DCVIII.
CAPVT XXXIV. *Claudium Vnimanum prætorem superat.*

CAPVT XXXV. *Q. Fabius Æmilianus in Hispaniam proficiscitur.*

CAPVT XXXVI. *Eius legatum fundit à Viriatho.*

que & motus terrori assuefacere contentus. Pari sollicitudine ne ... pabulandum improuiso hostis incursu opprimerentur, prouidebat ipse plerumque cum equitibus circumcursitans, & armatorum custodia metentibus adposita. Hanc enim diligentiam a patre Paullo, excellenti imperatore, Persici bello didicerat. Cuius etiam seueritate in tuenda militari disciplina vsus, clarissimam exinde famam reportauit. Sed in Vrbe C. Licinius Crassus tribunus legem promulgauit, *vti sacerdotes non vt antea cooptione collegarum, sed suffragiis tribuum crearentur*. Erat plane populare legis argumentum; populi enim beneficium fiebat, quod hactenus in potestate fuerat paucorum. Non placebat res Senatui, cuius in contumeliam tribunus mutato veteri more, non in curiam & comitium, sed in forum versus agere cum populo instituit. Dissuasit legem C. Lælius Sapiens prætor, nobilique oratione religionem iniecit populo, si quid in rebus ad cultum deorum pertinentibus temere mutaretur. Eumdem Lælium in Hispania res gessisse, quamquam annalibus exciderit, magni tamen auctoris testimonio constat. Nam egregium illum Viriathi bello fuisse, ferocitatemque illius in prætura comminuisse, ita vt facile bellum reliquis traderet, in M. Tullii Ciceronis lucubrationibus scriptum est.

CAPVT XXXVII. *Lex Licinia de Sacerdotibus creandis.*

CAPVT XXXVIII. *Alexandri & Demetrii bellū de Regno Syriæ.*

Sub hæc tempora magnæ iterum mutationes rerum in Syria fuere. Alexander non melior quam pro obscuritate generis sui Rex, amicos neque ferre neque regere prudens, pluribus interfectis, opera reliquorum personam principis, sine auctoritate sustinebat. Ex quibus Hieracem, & Diodotum Apamenum (qui deinceps sub Tryphonis cognomento tyrannidem exercuit) Antiochenæ vrbi præfecit. Aduersus hunc ob stultitiam inuisum populo Demetrius Rege Demetrio genitus bellum excitauit. Illum cum fratre Antiocho pater hospiti Gnidio cum magna vi pecuniæ commendauerat, ne vniuersam domum periculo belli, quod cum Alexandro gerebat exponeret. Audito patris exitu in Cretam perfugit adolescens, donec hortante Lasthene Cretensium duce, & ex eadem insula suppeditante auxilia, repetendis auitis opibus animum adiecit. Alexander intellecto Demetrium ex Creta in Ciliciam traiecisse, magis metu suo quā hostis robore pulsus Antiochiam recessit, relicta Cœlesyria, cuius prætor Apollonius, quū Demetrii partes sequut, huius auspiciis contra Ionathanem Iudæorum ducem male pugnauisset, meliori spe sublatus Alexander, viribusque potior conatus hostium haud difficulter eludebat.

CAPVT XXXIX. *Ptolemæus Alexandri contra Syriā venit.*

Ergo Demetrius maioribus auxiliis opus esse cernens, Ptolemæum Philometorem Ægypti Regem excitat. Quamquam enim is filiam Alexandro vxorem dederat, tamen siue infensus genero, siue occasionem inuadendi regni vicini amplexus, cum ingentibus pe-

bus pedestribus equestribusque copiis in Syriam venit, tamquam genero suppetias laturus. itaque ciuitates ei portas, vt amico aperiebant, iubente Alexandro, siue credebat sinceram soceri mentem esse; siue simplicitate sua putabat illius obligari fidem & pudorem posse. nisi tamen dissimulatione ista occasio quærebatur tollendi per insidias, quem viribus non erat repellere. Nam & quæ sequuta sunt, hanc suspicionem vehementer adfirmant. Quum enim Ægyptius per Azotum & Ioppen (vbi Ionathan ei Iudæorum dux occurrit) Ptolemaida venisset, firmatis præsidio quas relinquebat vrbibus, propemodum interfectus est Ammonii dolo, qui omnia apud Alexandrum poterat. Ergo per literas petito ad supplicium, nec dedito Ammonio, generum insimulans *conscium insidiarum in caput suum fuisse*, cum Demetrio societatem amicitiamque pangit. Habebat iam in potestate totam oram maritimam, ad Seleuciam vsque, quam cognomento Pieriam vocant. inde Antiochenos solicitans, & ipsos Alexandro iratos, ob scelera Ammonii, in partes suas attrahit. Commodum aberat cum meliori parte copiarum Alexander, vt Cilicum nonnullos qui defecerant, ad officium armis reuocaret. Ita licentius mutantibus fidem Antiochenis, Ammonius in muliebri stola, quam ad dissimulandam personam induerat, interficitur: vxor Alexandri ad patrem redit, statimque Demetrio in matrimonium traditur. Ptolemæus Antiochiam ingressus, à populo militibusq; *Rex Syriæ* salutatur, & omnibus magno studio tendentibus, gemino diademate insignis, vtriusque Regni dominum profitetur. Sed vt erat natura bonus & æquitatis amans, adhæc futuri non improvidus, neque recte se facere neque prudenter arbitrabatur, si alienum imperium inuitis Romanis occuparet: quos vtique æmulatione potentiæ certos hostes putabat habiturum, quisquis Ægypti Syriæque regna coniunxisset. Quare conuocatis in concionem Antiochensibus, post enumerata beneficia sua, in hunc maxime modum disseruit:

CAP. XL. *Insidiæ generi appetitus, Demetrium ...*

CAP. XLI. *Syriaci Regni diadema sumit: deinde deponit.*

Erant hæc omnino talia, vt nemo præstaturus alteri videretur: ideoque plerique ad Regnum Syriæ comparandum hæc a me fieri sentiebant & loquebantur. Quorum ego opinionem quia facto refellere decreueram, verba verbis coarguere supersedi. Nunc autem & illis respondebo, & meorum factorum omnium rationem vobis reddam; huius postremi maxime, quod & accipere Syriæ regnum mihi placuit, & reddere acceptum placet. Non enim aut cæca cupidine raptus hoc diadema cepi: aut coactus a quoquam, vel aliqua perperam facti pœnitentia depono: sed vtrumque tempore iustissimis rationibus inductus. Quum enim in Syriam eo tempore descendissem, quo diuisæ mutuis dissensionibus opes, suum in exitium velut ruere cernebantur, & illum quem beneuolentia mea Regem generumque fecerat; ipsius ingratus animus, compositæq. in caput meum insidiæ hostem

CAP. XLII. *Facti sui rationem reddit.*

stem effecissent; nihil tam nocere rebus animaduerti, quam quod [illegible] ciuium, qui in pace & Republica constituenda suam incolumitatem, [illegible] fortunas omnes consistere intelligebant; non tam praesentibus malis [illegible] quam de futuro soliciti erant: neq; quo se verterent, aut in quo deinde spes [illegible] nerent, reperiebant.

CAP. XLIII. *Rebus turbatis caput deesse meliori parti populi noluisse.*

Alexander neque ab initio iustus legitimusque Rex a plerisque creditus, tanta saeuitiae superbiaque egerat, vt eo saluo neque publicam rem, neque priuatam cuique saluam esse posse considerent. Demetrii non paterna odia praegrauabant, & quia neque qualis futurus esset, praesciri, neque quantam potentiam ad defendendos quos adplicuisset, habiturus foret, prouideri poterat. Idcirco temere permista fortunaque permissa omnia neque consilium certum, neq; propemodum voti copiam relinquebant. Nam vbi vi agitur neque recte aut secus factis idoneus vltor propositus est, boni mores illico extinguuntur. Hoc ego rerum statu meum nomen, meamque auctoritatem accommodandam censui, qui probos pariter improbosque a[illegible]terem, & finem aliquem calamitatis ac maleficiorum, expectare alii auderent, alii facere cogerentur. Sic erectis ciuitatum animis, ingens statim ad meliores partes transitio facta, & ipsa caput Syriae Antiochia decidit litem: abdicatoque Alexandro, caeso ministro scelerum Ammonio, & filiam mihi restituit, & insignia Regni dedit.

CAP. XLIV. *Honorem Regni delati, vt virtutis praemium accepisse.*

Hactenus ego nihil pristina mea abstinentia indignum feceram, quod meritum virtute praemium ratio non erat aspernari. Sicut enim Olympicis Isthmicisq; certaminibus victores virtutis caussa coronantur, idque longe praecipuum tota Graecia decus est, sic ego non alienum nec iniustum arbitrabar, me quoque laborum aliquam mercedem capere: sed hanc, quae semper summa ab omnibus aestimata est laudis & gloriae. Nam opes, potentiam, Regna immodice augere velle, non tam magni clarique, quam cupidi animi opus est. & haec interdum a fortuna etiam insantibus deferuntur. Mihi sicut minime dolet, quod summa voluntate vestra Syrorum Rex appellatus, ad tuendam eius nominis dignitatem animorum opumque satis habeo: ita maioris me viri specimen daturum arbitror, si honore contentus, Syriam, cui & dii destinarunt, & vos non inuidebitis, restituam.

CAP. XLV. *Demetrium commendat Syris.*

Gener meus Demetrius, bonus & fortis adolescens, Seleucidarum haud dubius sanguis, vnus & hodie, cui diis hominibusque approbantibus possim hoc imperium reddere. Neq; vos moueat, quod cum patre eius iras atque bellum habuistis. Sepultis cum mortuo inimicitiis potiora noua merita erunt. neq; si in me quidquam auctoritatis esse putatis, clementis imperii magister duxque deero. Te quoq; Demetri, ne paternorum temporum memoria ita subeat, vt illud incitamentum potius irarum, quam mansuetudinis habeas. Crebra mutatio Regum nec imperantibus nec quibus imperatur laeta esse potest. Iam a multis annis triste documentum Syria dedit, quid inter populum Regemque discordia possint: & quam [illegible]

si con-

si consentiant, inter simultates exiguæ sæpe & inopinata caussæ possint euertere. Igitur quod mihi vobisque faustum sit, quod à vobis accepi diadema, en restituo, vt huic Demetrio imponatis. Mihi sufficiunt Ægyptiæ opes, quæ Magno Ptolemæo, ceterisq; maioribus meis suffecerunt. Et tamen quantum abest, quin in parte imperii esse videar, cuius & filiam Reginam relinquo, & Reges spero nepotes? Ita persuasis Antiochensibus Demetrius in regnum recipitur.

CAP. XLVI.

Neque milites, quorum plerique sub patre Demetrio meruerant, signa cunctanter ad eum transferebant. Redit inter hæc ex Cilicia Alexander, cum numeroso exercitu, finesque Antiochenos igni ferroque peruastat. Occurrunt ei Reges totis viribus. in campis ad Oenoparam amnem pugna committitur, duorum Regum exitio.

Pugna inter Reges, exitiosa Alexandro & Ptolemæo.

Nam Alexander, quum ex aduerso prœlio ad regulum Arabiæ Zabdelum (Græci Dioclem interpretantur) cum quingentis ferme equitibus in vrbem Abas perfugisset; suorum proditione & hospitis perfidia trucidatur. Ptolemæus paucos post dies ex vulneribus obiit. Quum enim equus eius elephanti barritu exterritus regem excussisset, hostes multis in caput plagis prostratum conuulnerarunt. Vnde raptus à custodibus corporis in tabernaculum, quum medici terebrare ossa capitis contenderent, toto quatriduo sine voce & sensu iacuit. quintus demum dies vtrumque, sed in perpetuum ablaturus reddidit; conspecto ante mortem Alexandri capite, quod Zabdelus ad eum miserat. id ergo sumptæ ab inimico vltionis imagine postremum exspiranti solatium gaudiumque fuit.

CAP. XLVII

Oraculum in Cilicia paulo ante hanc expeditionem ab Apolline Sarpedonio (siue Dianæ potius hoc cognomento fanum fuit) *redditum Alexandro* dicitur, *caueret locum, vbi biformis esset editus. Hac ambage significatas Abas* putant, *vbi nata quædam Herais fuerit, quæ postea mutato cum sexu nomine Diophantus, ex acie cum Alexandro in patriam suam refugerit.* Demetrius ob victoriam cognomine Nicatoris à Syris honoratus, mortem duorum Regum in occasionem suam conuertit, nihilo magis iis parcens qui in iisdem partibus, quam qui in aduersis steterant. statim enim & auxilii quod à Ptolemæo acceperat, & quâ cum eo contraxerat adfinitatis oblitus, exercitui eius insidias struere cepit: passimque præsidia Ægyptiorum à ciuitatibus sunt interfecta.

Demetrius ingratus in Ægyptios.

Reliquæ copiæ Alexandriam se recepere, relictis tamen elephantis, quos Demetrius cepit.

CAP. XLIIX

Physcon Ptolemæo succedit, homo facinorosus.

Alexandrini fratrem exstincti Regis Physconem cognomento, Cyrenis, vbi regnabat, arcessitum Ægypti regno præficiunt. Quod homo omnium facinorosissimus per annos quindecim quibus Alexandriæ regnauit, maximis impleuit calamitatibus. Nam eodem die, quo ad accipiendum regnum Alexandriam intrauerat, multos ex prin-

principibus, quos fratris filio fauere cognouerat, interemit. Nu[illegible] inde matris eius Cleopatræ, quam sororem suam, fratris a[illegible] duam matrimonio sibi iungebat, ipsum quoque puerum [illegible] etiam a quibus vocatus in regnum fuerat, qui [illegible] [illegible] exacerbabat omnium animis, odioque simul ac metu [illegible] [illegible] defendendi circumspiciebatur: plerique [illegible]

CAP. XLIX. [illegible]

sos & suspectos, diffidentiæ & irarum erant. Igitur Demetrius, quum sublato in Syria æmulo, rebus Ægypti per intestinas discordias [illegible], omni se periculo exemptum esse crederet, in segnitiem pariter [illegible]que prolapsus, magnitudinem quam fortuna adstruxerat suis [illegible]ctisque cepit demoliri. Sed duobus maxime rebus grauiter impegit, quod & despiciebat suos, nec ex peregrinis legebat vt quisque aliqua re excelleret, sed qui suas virtutes impudenter iactarent, & inepte prædicarent Regias. Non tam procliue est bono quam sequiori principi similem sui aulam efficere: sponte ferimur in deteriora, virtutum exercitatio difficilis est etiam cum præmio placendi.

CAP. L.

Igitur Demetrio hominis Regisque officium negligenti, non defuere, qui magis magisque præcipitem ad praua facta consultaque agerent. Maxima præ cæteris auctoritate Lasthenes erat, non leui merito, reducti in auitum solium Regis. illum Demetrius etiam in publicis edictis patrem vocare solitus grauissimis regni negotiis præfecerat. ipse ad otium & voluptates applicabat animum, etiam meretricis amoribus deditus. Quippe Myrinen Samiam quæ corpore quæstum fecerat, ita diligere dicebatur, vt nihil in regno præcipuum ipse præter diadema haberet, in ceteris haud inferior Mytinæ potestas esset.

Myrinen meretricem amat.

CAP. LI.

A Lasthene ad sæuitiam impellitur.

Lasthenes igitur homo prauus & temerarius iuuenem blanditiis & adsentationibus impelli facilem, primum ad tollendos è medio, qui aduersati ei fuissent, impellit. mox persuadet, vt exauctorato domestico milite, tantummodo Cretensibus, ceterisq; insularium, qui sequuti eum in militiam fuerant, stipendia præstentur. Ea res non modo plerosque priuato dolore commodorum ereptorum vrebat, sed reliquis etiam noui nec probandi exempli videbatur: quia prioribus Regum ad seruandam vulgi beneuolentiam, etiam in pace alere exercitus consuetum fuerat. Accedebat & sæuitiæ odium, quo ipsum quoque patrem vincere videbatur.

CAP. LII.

Antiocheni rebellant.

Igitur Antiocheni, pronum ad seditiones genus, non diu temperare animis potuerunt, quin dictis factisque contumeliosis Demetrium lacesserent. Contra ille mercenariis copiis conductis, arma tradere Antiochenos iubet. Illi magis irritati quam fracti hoc imperio, centum viginti hominum millibus regiam circumdant, mortem

mortem aut vincula Demetrio minitantes. Facit in hos impetum cum mercenariis Rex, & à maiore oppidanorum numero repellitur. eratque in magno & euidenti periculo, nisi auxilia Iudæorum (tria millia Ionathan miserat) tecto arcis conscenso, in oppugnantes impune iaculati, ex vicinis domibus eos abegissent: domosque super incendissent. Plena ædificiis, maximam partem ligneis, erat Antiochia. quare breui tempore sumptis viribus tota fere vrbe incendium peruagatum est. Rex oppidanos partim igne exstinguendo, partim eripiendis vxoribus liberisque occupatos prœlium omisisse videns, repente per angiportus erumpit: multisque cæsis arma ponere ceteros, & clementiæ victoris se permittere cogit. atque illa magis promissa dedentibus sese, quam deditis præstita est. Multi tamquam concitores seditionis excruciati tormentis, supplicioque adfecti sunt, bonis publicatis. plures metu odioque Regis patria relicta passim per Syriam oberrabant, occasionem vindictæ quæritantes. In ipso porro tumultu hominum interiisse dicuntur millia centum. At Demetrius, quasi parum inimicorum haberet, etiam amicos cepit infestare. ducique Iudæorum minaces literas misit, *ni tributa omnium annorum, ex quo pendi desiissent, repræsentarentur.* Lætus hæc Diodotus Apamensis audiebat: qui fidus adhuc Alexandro, sub quo ad amplissimas præfecturas fuerat prouectus, aut propriis caussis, Malchum Arabem, apud quem Alexandri filius Antiochus educabatur, exorat, *vt sibi puerum tradat, tempus enim adesse, quo in patrium ille regnum restitui possit.* Bimulus admodum puerperat; quem in Syriam adductum, protinus deficientibus ad eum quas Demetrius sacramento soluerat copiis, regiis insignibus ornat. Occurrit & cum suis Demetrius: sed pugna commissa vincitur. Diodotus elephantos, & mox Antiochiam vrbem in potestatem redigit: sponte oppidanorum, quibus Antiochus Epiphanes, & qui ab eo iactabant genus, comiter præfuerant. Demetrius patri auoque similis, vt propria illi familiæ superbia crudelitasque videretur, effecerat. Demetrius quum Laodiceam perfugisset, ne aduersis quidem factus temperantior, per voluptates & suorum iniurias, luxuriosus simul & sæuus, ingenio obsequebatur. Postea quum ibi quoque tutum se fore desperaret, in Ciliciam concessit; Seleuciæque (ad Calicadnum amnem sita vrbs est) aliquamdiu Regiam habuit: quum veluti diuisis Syriæ opibus Antiochus puer cum tutore Diodoto Antiochiæ regnaret. De his rebus crebræ per id tempus legationes à Regibus ciuitatibusque Asiæ Romam venerunt. Inter quos & ab Ionathane Iudæorum Principe quidam missi, fœdus quod populus Romanus cum fratre Ionathanis Iuda pepigerat, renouarunt. Magnus hic vir & industrius

[Margin notes: CAP. LIII. — *Sed víctis dure ter tractantur.* — CAP. LIV. — *Diodotus Alexandri filium reducit, Demetrio pulso.* — CAP. LV. — *Ionathan fœdus renouat cum Romanis.*]

ſtrus habebatur, & illo quoque bello quum iniuriis Demetrii coactus cum hoſtibus eius ſocietatem iniuiſſet, magna illi damna intulerat, ſæpe ſuſis regiis prætoribus, & præter Aſcalonem, Gazam, Damaſcum, nobiliſſimas vrbes pleraque Phœniciæ parte abſtracta.

CAP. LVI.

L. Mummius Macedoniam & Græciam ...

Dum hæc in Syria geruntur, L. Mummius, profectis ex Achaia legatis, donec præſens ſtatus coaleſceret, ſimul ne forte motibus Orientis recens ſtabilita Græciæ Maced. itaque pax ſolicitaretur, aliquantiſper ſubſtitit: quo tempore & quod in Iſthmo delubrum eſt, inſtaurauit, & Delphicum templum ornauit, etiam Olympiæ Iouem æneum, itemque clypeos inauratos vnum & viginti, de manubiis Achæorum dedicauit primus Romanorum: nam ante illum donum in aliquo Græciæ fano, Romanus nemo priuatim poſuerat. Poſtea ciuitates pleraſque obeundo, exquiſitis vbique honoribus exceptus eſt. Meruerat enim coli non tantum victoris auctoritate, ſed magis etiam ob manſuetudinem, & abſtinentiam: qua virtute illis etiam temporibus, quum adhuc multum antiquæ ſeueritatis in moribus eſſet, admirationi fuit. quum enim longe opulentiſſimam vrbem cepiſſet, omniſque generis ornamentis inſtructiſſimam, ex iis plane nihil in ſuam domum intulit, adeoque pauper deceſſit, vt *exemplo maiorum filia eius dotem ex publico* Senatus *dari* iuberet.

CAP. LVII.

Et erat alioqui ad intelligenda magnorum artificum opera rudis in tantum, vt quum tabulas ac ſtatuas in Italiam portandas locaret, edixerit conducentibus, *ſi eas perdidiſſent, nouas eſſe reddituros.* Sed ille ſatis habuit his talibus triumphum ſuum inſtruere, quem de Achæis in Capitolium duxit; quo nullus neque antea neq; poſtea rerum iſtarum ſpectaculis ornatior fuit.

Triumphus Mummii, magnorum artificum tabulis ſtatuisq; decoratus.

Hic etiam licet delibata per Metellum victoriæ gloria fuerat, cognomen *Achaici* acceperat, fauente Vrbe. quæ non minus magnificis eiuſmodi ciuium ſuorum titulis creſcere videbatur, quam ductu illorum auſpicioue creuiſſet. Illi victoriæ maximam pulcherrimamque partem ornamentorum ſuorum in tabulis ſtatuiſque Roma debuit: ſed & vicinæ circum vrbes liberaliter excultæ ſunt: etiam in ceteram Italiam, ipſaſque adeo prouincias exundante copia.

CAP. LIIX.

L. Luculli aſt°, & Mummii magnanimitas.

Vir enim magnanimus, & qui maioribus ex rebus quærendam ſibi gloriam arbitrabatur, non erat ſane in concedendo talia difficilis: ferturque L. Licinio Lucullo, qui votam bello Hiſpano ædem dedicabat, commodato acceptas ſtatuas reddere detrectanti, quod *conſecratione templi exemptas hominum commercio* diceret, neutiquam ſuccenſuiſſe, manubiaſque ſuas ſub alieni nominis inſcriptione conſpici, æquo animo paſſum. Atque hic tam ſeuerus cetera, ludorum tamen Græcorum in Vrbe elegantius edendorum (nam L. Anicius incompte

fece

ſecerat) primus exemplum dedit: quod vulgo deinceps ſequuti homines ſunt, quum probitas & abſtinentia viri pauciſſimos imitatores inueniret.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER OCTAVVSDECIMVS.

In locum lib. LIII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri LIII. Liuiani.

AP. Claudius Conſul Salaſſos, gentem Alpinam domuit. Alter Pſeudophilippus in Macedonia à L. Tremellio quæſtore cum exercitu cæſus eſt. Q. Cæcilius Metellus Proconſul Celtiberos cecidit. à Q. Fabio Proconſule pars maxima Luſitaniæ, expugnatis aliquot vrbibus, recepta eſt. C. Iulius ſenator Græce res Romanas ſcribit.

SEr. Sulpicius Galba, L. Aurelius Cotta Conſules ſequuntur. Quorum in magiſtratu, aut circa hæc tempora, quum innouatum eſſe de prouinciarum adminiſtratione haud abſurdis rationibus coniiciatur, vtile erit, veterem circa prætorum imperia morem, & qui deinceps obtinuerit, exponere. Et quidem de initio magiſtratus huius, & quomodo ab vno prætore ad binos, poſtea ad quaternos numerus auctus ſit, adiectis deinde Hiſpaniis ſeni creari cœperint, ſuis quodque temporibus relatum eſt. Tum igitur quum adhuc ſeni quotannis prætores fierent, neque plures creari placeret, eueniebat, vt plures eſſent prouinciæ, quam qui in illas cum imperio mitterentur. Nam & nuper adiectis Africa, Macedoniaque & Achaia, magnis imperium auctibus creuerat. Igitur iſta deinceps ratio placuit, vt non prætores, ſed ex prætura prouincias regerent. annum præturæ in Vrbe exigerent, præter conſuetas inter ciues peregrinoſque iuriſdictiones, aliis etiam quæſtionibus rerum capitalium

A. V. C. DCIX. Prouinciarum adminiſtrandarum ratio nouatur.

CAP. II.

Prætores annum in Vrbe exigant: deinde profecti

[illegible] perpetuę haberi cœperunt. in fortem [illegible] [illegible] Fabius [illegible] vno anno prorogatum imperium prouinciæ [illegible] [illegible] frequentius deinceps fer earum, quas Senatus [illegible] [illegible], forte darentur. Sed hæc quidem [illegible] [illegible] quoq; tempore sint introducta, parum exploratum. [illegible] [illegible] coniecturæ, sed ex probatis monumentis certæ fidei est, [illegible] [illegible] ex Consulibus eius anni ad Hispanienses exercitus [illegible] se, quum de eo inter ipsos grauis contentio incidisset.

CAP. III. *[illegible] in prouinciam mittitur.*

Quo tempore quum Senatu in diuersas opiniones scisso, P. Africani sententia [illegible] bus cupide exspectaretur, *neutrum*, inquit, *placet mitti: nam alter nihil habet, alteri nihil est satis.* Ea vox vtrique speratam prouinciam ademit. nam & Galbæ in maximis diuitiis nota auaritia erat, per quam in præturа quoq; multa praua facta fecerat: & Cotta obæratus, vix quemadmodum creditoribus suis honeste satisfaceret, reperiebat. Igitur Patres conscripti æqualiter infensam esse imperatoris innocentiæ magnam inopiam sine magna probitate, atque in maximis opibus maiorem cupiditatem existimantes, imperium Hispaniarum Q. Fabio Æmiliano prorogarunt.

CAP. IV. *Q. Fabius Viriathum vincit.*

Ergo Q. Fabius, quum eousq. studiose exercitas copias viribus animisq; confirmasset, haud dubitauit cum Viriatho congredi: duobusque prœliis superior, vrbem quandam, quæ in societate hostium erat, diripuit; deinde aliam incendio deleuit. ipsum quoq. Viriathum ad locum cui Bæcor nomen est, fugientem consequutus, multos interfecit. rebusque his perfectis, quum interim exiisset æstas, Cordubam hibernatum abiit. In Vrbe M. Titius prætor, qui inter ciues & peregrinos iurisdictionem fuerat sortitus, negotium à Senatu accepit, Aniensis Appiæque aquæ ductus vindicandi: qui vetustate aut priuatorum fraudibus minuebantur eidem iniunctum, vt nouas quoque aquas curaret inducendas. maiorem enim aquæ modum incrementa Vrbis postulabant: quum à tot hominum millibus incredibilis eius vis non potu solum, sed etiam abluendis corporibus, eluendis vestibus, quotidie absumeretur. Pecunia ad hæc ex ærario decreta, sestertium millies octingenties.

CAP. V. *Metelli gemina repulsa in petitione Consulatus.*

Consularibus deinde comitiis Ap. Claudius Pulcher, Q. Cæcilius Metellus Macedonicus facti. Metellus post geminam continui biennii repulsam difficulter obtinuit, maiore ciuitatis pudore, quam suo. nam vti tertio ante anno Q. Fabius [illegible] Scipioni, L. Mancinus rebus ad Carthaginem [illegible] gestis delere Consulatum potuit: ita proximum par Co[illegible] [illegible] prouincias credi Senatus censuerat debere, nihil habebat [illegible] bilissimo viro, fortissimoque imperatori anteferretur: [illegible]

quem

quemadmodum alia externa, ſic honores, atque magiſtratus, non continuo virtutis argumentum ſunt: quia nonnunquam deterioribus cupide tradita, bonis, ob hoc ipſum quod ſunt boni, denegantur. Idque Metello nocuerat, quem ob integritatem morum, & in Macedonia Achaiaq; antiqua ſeueritate actum imperium, corrupta in dies plebe ut iniquum & triſtem auerſabatur. Sed ipſam hanc iniuriam ciuium incitamentum ille virtutis habuit, oſtenſurus, non leuiori damno ciuitatem tali Conſule, quam ſe talem virum Conſulatu caruiſſe.

CAP VI. A. V. C. DCX.

Ap. Claudius Salaſſis infert bellum.

Æquiorem ad hæc, inito Conſulatu, ſortem expertus, quam ad obtinendum eum populi ſuffragia fuerant, Hiſpaniam accepit, in qua bellum gerebatur; quũ Appio Italia eueniſſet. In qua quia pacata erant omnia, Metello inuidens vir inquieti animi, & triumphi auidus, vndique materiam belli captabat. Euenitque ei leuis occaſio, cui adeo non defuit, vt ex hac mox prætextum exſculperet, arma Salaſſis inferendi. Salaſſi gens Alpina vallem amplam incolebat, partemque montium quibus ea claudebatur. Iis erat ipſis perpetua cum populis infra eos habitantibus ob Duriæ amnis fluenta; qui ad vſum metallorum (nam in Salaſſis aurum prouenit) varie diuiſus intercipiebatur, ne rigare inferiora colentium agros poſſet. Eam iniuriam qui læſos ſe putabant, apud Senatum queſti, obtinuerunt, vt Appio Conſuli diſceptatio iſta mandaretur. Ille gentem innoxiam laceſſendi arrepto titulo, regionem late vaſtando, capere arma Salaſſos omiſſa contatione cogit. Sed quum in locis impeditis & difficilibus non minori cupiditate gereret bellum, quam concitauerat, ad quinque millia hominum aduerſo prœlio perdidit.

CAP. VII.

Eius rei nuncio Romam perlato Decemuiri M. Æmilium Lepidum prętorem adeunt, nunciantes, ſe quum prodigiorum cauſſa libros Sibyllinos inſpexiſſent, repeiſſe, quoties bellum Gallis inferendum eſſet, ſacrificari in eorum finibus oportere. monuerunt etiam ex iiſdem libris, aquam non Marciam, ſed Anienem in Capitolium perducendam eſſe. De aqua M. Titio negotium datum: ad Conſulem ex Decemuirorum collegio miſſi duo, qui nunciarent ſimul, quid fieri oporteret, curarentque faciundum. Ita velut placatis numinibus maiori omnium ſpe redintegratum eſt bellum: collatisq; ſignis quinque millia hoſtium cæſa.

Eosque vincit.

In pari vtrimque clade, quum haudquaquam par ad reparanda damna facultas eſſet; perculſa gens Salaſſorum legatis ad Conſulem miſſis imperata facturam oſtendit. Conſul aurifodinas, & quod agrorum in planis erat, ademit: ſuperiora relicta; vt tamen aquarum ad metalla copiam redemptoribus precio concederent, pactum.

CAP. VIII.

Ea victoria tumens Appius quum ad Vrbem reuertiſſet, non à Senatu, non à populo petita poteſtate triumphandi, tantum *pecuniam ex ærario ad ſumptus*

pro triumpho tanquam suo iure, postulauit. Quod vbi ei de[illegible] quæ [illegible] fuerat, vna cum ipso triumpho negatum est, lege [illegible] cens[illegible]rum, *qua triumphum daret ei, qui hostium quinque millia* [illegible] *occidisset*, priuatis sumptibus, maiore cum infamia quam gloria triumphauit filiæ pietate adiutus. Nam quum intercedere ac vetare tribuni plebis vellent, essetque qui præteruehentem de curru detra[illegible] minitaretur, aduersus sacrosanctam potestatem, sacerdotii haud m[illegible]s inuiolabilem reuerentiam filia Consulis (alii sororem faciunt) virgo Vestalis opposuit; simulque conscenso curru, in Capitolium vsque triumphantem prosequuta est.

[illegible] triumphat.

CAP. IX. At in Hispania longe prosperiore fama Metellus agebat, quamquam validiorem hostem, & grauius bellum nactus. Viriathum enim aduersæ cum Fabio Æmiliano pugnæ monuerant, ne solis armorum viribus confideret. Ergo consiliis & legationibus apud Aruacos Titthosque & Bellos, pugnacissimas gentes, in tantum connisus est, vt animos eorum ab Romana societate abalienaret. Vnde seorsim aliud bellum in Hispania citeriore ortum, quod à præcipuæ virtutis vrbe Numantia celebratum historiis nomen habuit. In quo administrando dum strenue vigilanterque Metellus se gerit, aduersus Viriathum male pugnatum est à Quintio, qui Æmiliano successerat.

Metell' in citeriore Hispania rei prospere gerit.

CAP. X. Læta huic principia belli fuerant, coniectusque in fugam Viriathus, & ad Veneris montem repulsus, haud exiguam spem dabat gloriosæ laureæ. sed, vt infida hominibus exspectatio magnæ fortunæ esse solet, conuersa sors est eruptione subita hostium, qua multis pugnando cæsis, & signis quibusdam ereptis militaribus, Romanum exercitum in castra sua reiecerunt. Inde Viriathus Itucam deflexit, oppidumque istud expulso præsidio Romano cepit; inde vastauit Bastetaniam, non prohibente Quintio, qui per imperitiam & ignauiam medio adhuc autumno in Cordubensia hiberna concesserat: quamquam subinde manum quamdam emitteret, C. Marcio duce; qui ex Italica Hispaniæ genus ducens, locorum & belli peritus habebatur.

Quintius à Viriatho vincitur.

CAP. XI. Mirum videri queat, vnum hominem nullis suis viribus, nulla cognatorum potentia fultum, ne populi quidem iudicio electum, tot per annos arma populi Romani sustinuisse; verum enimuero tantum in eo virtutis robur fuit, vt à se explere posset, quidquid fortuna dare neglexerat. Animus aduersum pericula intrepidus, sagacitas ingens, peritia militaris rei summa, corpus edoctum animi imperia sequi. His omnibus iustitiam, humanitatem, abstinentiam incredibilem addiderat. Partas armis opes inter suos æquissima partitione diuidebat: ipse nihil inde locupletior, eodem armorum vestium corporisque cultu quo bellare ceperat, post tot insignes victorias agere perseuerabat.

Viriathi virtus & mores.

CAP. XII. Hu[illegible] teno-

tenorem vitæ nulla solemnitas festorum, nulla remissio animi, ne nuptiarum quidem: omnibus gentibus hominibusque probata hilaritas vlla ex parte interrumpebat. Quum enim ditissimi cuiusdam viri filiam matrimonio iungeret, multisque poculis aureis argenteisque, multaque stragula veste eximii operis adornatum triclinium esset, hæc alleuans lancea, *ab hac pendere ista omnia* dixit. Multum deinde rogatus, *vt lotus accumberet*, non paruit; sed ex instructissimis mensis nihil nisi panem & carnes tollens, dabat comitibus suis: & ipse stans comedebat haud diu: deinde *sponsam adduci* iussit. Quam peractis Hispano more solennibus, equo impositam, statim ad montes, in quibus eo tempore præsidia sua habebat, secum abduxit. Hac disciplina intentam negotiis mentem, & valida membra, & illibatum virtutis robur ad extremum vsque retinuit. Interea Romam Æmilianus Scipio, Sp. Mummius, L. Cæcilius Metellus, ex Ægypto Asiaque redierunt. Miserat eos Senatus ad res Regnorum componendas, quæ vitio dominantium, aut ambitione dominationem adfectantium variis motibus vexabantur. Demetrius amissa maiore parte regni, quum socordiam suam contemptui esse videret, tamquam ex diuturno somno excitatus, bellum aduersus Parthos sumpserat, neque caussa improbabili, neque parum idonea occasione. Nam Mithridates Parthorum Rex paullo ante victo Demetrii præfecto Babyloniam Syris eripuerat. Idem omnibus vicinis terribilis, Medos, Hyrcanos, Bactrianos, & quidquid inter Hydaspen & Indum gentium colit, partim subegerat partim subacturus videbatur. Itaque superioribus in præfecturis incolentes Græci continuo missitabant nuncios ad Demetrium, omnia polliciti, *si ad liberandos à superbo Parthorum dominatu venisset. Alexandri expeditiones, quibus primum apertus Oriens Græcorum colonias accepisset* memorabantur: *ciuitatesque à successoribus eius, vt essent fræna domitarum gentium condita. Sed iam versa vice seruire illis quibus imperauerint. Id adeo Græcorum accidisse discordia, bellisque ciuilibus, vt ignobilis ante gens Parthorum, quæ sub Persarum imperio contemptissima seruientium pars fuisset, primo libertatem arripuerit, mox adfectarit dominationem. & sine processurum ei propositum, ni Seleucidarum oppositis viribus coerceatur. Ad hos enim solos id decus pertinere. Demetrioque hanc velut à maioribus relictam hereditatem esse belli gloriaque. Sic auum Antiochum, sic proauum Seleucum arma rebellibus Parthis intulisse. Neque peruenturos ad tantam potentiam fuisse Arsacidas, nisi pater Demetrius aliis bellis impeditus, deinde suppositius Alexander ignauia socordiaque sua fiduciam spatiumque crescendi præbuissent. Hinc adeo Mithridatis inflatos esse spiritus, vt vltro contemnere Macedonas, eisque nuper Mesopotamiam ausus sit adimere. Qua victoria si expletas esse barbari*

Margin notes: *Temperantia & contemptus opū.* (beside line 1) — CAP. XIII. (beside "tellus, ex Ægypto") — *Demetrius Parthis infert bellū.* (beside "iore parte regni") — CAP. XIV. *Græcorum ciuitatum legatio incitantibus.* (beside "ses. Alexandri") — CAP. XV. *Et Parthorū insatiabilem cupiditatem in-* (beside "ander ignauia")

[illegible] Demetrio patri [illegible] in [illegible]. [illegible] *[illegible] potiorem [illegible] apud [illegible]. Nisi [illegible] Demetrium debere [illegible] Parthum esse, nisi [illegible] [illegible] defendere posse, & quæ amissa sint recipere.* [illegible] *[illegible] non vocari ad tantum periculum, vt non [illegible] [illegible] a quibus vocetur. Omnes eas regiones [illegible] maxime opulentissimasque ita [illegible] esse, vt hæc [illegible] [illegible] sit barbarorum expugnatio. Esse sibi viros, arma, [illegible] [illegible] sed sub custodia: eum qui tantillum submouerit, & [illegible] liberauerit manumissum quam voluisset vsurum.*

CAP. XVI. His atque talibus [illegible] Demetrius, si bellum istud successisset etiam ad recuperanda [illegible] inde fore reputans, strenue in Parthos mouit. Erant ex nationes tum adsuetæ Macedonum imperio, tum Parthorum, vt noui populi fastum ac sæuitiem nequaquam lætis animis tolerabant. Igitur præter Græcas vrbes, etiam Persæ, & Elimæi Bactrianique auxilia Demetrio misere: quibus auctus multa prospera prœlia fecit, multasq; occupauit prouincias: donec insidiis circumuentus (quippe pacis studium simulantibus improuide crediderat) in potestatem hostium viuus peruenit, omni exercitu amisso. Nec occasioni Diodotus defuit, quin per absentiam Demetrii cetera Syriæ inuaderet: & alia parte Iudæi propinquas sibi regiones infestabant: alia Cilices, multis prædonum exortis manipulis ducibusque,

CAP. XVII. latrocinia continua exercebant, regum discordiis tuti. Nec in Ægypto minus turbarum erat, per sæuitiam Ptolemæi, quæ nulla fortunæ indulgentia mitigabatur. Nuper enim, quum Ægyptiorum lege Regale Memphi solium conscendisset, natus ei filius erat, quem inter solemnia Regiæ inaugurationis editum, etiam omine lætus, *Memphiten* appellauerat. Neque tamen aut hilaritas ista, aut natalitiis pueri debita celebritas impedimento crudelitati fuit, quin per eosdem dies Cyrenensium amicorum principes occideret, quorum opera perductus in Regnum Alexandriæ fuerat. Caussa tantæ sæuitiæ fuit, quod Regem amice monuerant, *ne vxorem, à qua & Regnum paullo ante, & [illegible] stirpem haberet,*

CAP. XVIII. *pellicis [illegible] blandimentis posthaberet.* Sed ille flagitia flagitiis cumulans, paulo post filiam vxoris per vim stupratam ducit, Cleopatram [illegible] repudiat. Inter hæc cædes continuantur, non Regis tantum [illegible] sed multa peregrinorum militum libidine fieri. Quibus [illegible] [illegible] fatigati, [illegible] vbivis tolerabiliorem sibi vitam, quam in [illegible] [illegible] rati, passim vrbem deserunt. Ptolemæus quo solitudini [illegible]
[illegible]

mat, peregrinos vt in vacuis ædibus habitatum veniant, edicto sollicitare cogitur. Hæc & alia quum & Regum & ciuitatum communis legationibus in Senatu exponerentur, quod is quum alterum tum Ægypti & Syriæ Regnorum quasi perpetuus quidam tutor longo iam tempore fuerat, legatos ad inspicienda sociorum Regna Scipionem atque ceteros mitti placuit. In ea legatione, qua magnæ orbis terrarum partis arbitrium acturus erat, vir tantæ dignitatis atque gloriæ, contentus vno comite Panætio, quem domi peregreque secum habere præstantis ingenii caussa consueuerat, & septem seruulorum ministerio: ex quibus quum vnus in itinere esset mortuus, domesticis scripsit, *vt alium sibi domo transmitterent*: emere enim nolebat, ne quis domini disciplina non institutus, aliquid committeret, quod ad heri probrum posset vllo pacto pertinere. Postquam Alexandriam peruentum, & ex naui digressus Scipio caput pallio tegebat: circumfusa multitudo Alexandrinorum rogauit *vt conspiciendum se præberet hominibus*: impetratoque, ingentem clamorem atque plausum præ lætitia edidit. Rex quum ad excipiendos honorandosque legatos nihil studii prætermitteret, magnam impendit curam, vt exquisitis epulis acciperentur, & quidquid in regia visu dignum, artificioque aut opulentia eximium esset, inspicerent. Ipse etiam cum iis circumibat, ostendens singula, vir deformis habitu, vultuque, & obesi ventris prominenti mole, belluæ quam homini similior: vnde *Physconis* ei cognomen impositum fuerat. Ob eam corporis grauitatem quum vacillante gressu Romanos obambulantes ægre consequeretur, ridiculus iis est visus, Panætioque in aurem insusurrauit Scipio, *iam tum aliquem aduentus nostri fructum ceperunt Alexandrini, nobis enim debent, quod Regem suum ambulantem videre.* Ceterum contemptis quæ maxima Ægypto videbantur, gulæ atque oculorum deliciis, ad ea quæ vere digna spectatu erant, consideranda haud perfunctoriam operam contulere: situque & magnitudine vrbis, & quæ circa Pharum admiranda erant, perlustratis, Memphin aduerso Nilo vecti, bonitatem agri, commoda fluminis, multitudinem vrbium, frequentiam innumerabilem populi, munimenta regionis, totius denique Regni excellentiam tantam repererunt; vt minime dubitarent, cuiuslibet magnitudinis imperio sedem eam idoneam esse potuisse, si dignos se rectores inuenisset. Ex Ægypto in Cyprum, deinde per Syriam & continentes regiones demum reuersi, de rebus suis in Senatu exposuerunt. Plurimas adierant gentes, vbiuis excepti dimissique cum beneuolentia & laudibus. Controuersias, alias sponte partium composuerant, alias adactis ad æquiora, qui pertinaciores in faciunda iniuria fuerant, plerumque verborum admonitionibus, partim etiam ar-

CAP. XIX. *Scipionis Africani legatio in Ægyptum.*

CAP. XX. *Honores a Rege exhibiti.*

CAP. XXI. *Ægyptum perlustrat.*

CAP. XXII. *[illegible]*

[illegible] metu [illegible]. Quod vero [illegible] [illegible] ad Senatum [illegible]. [illegible] Reges atque ciuitates [illegible] quæ [illegible] cum [illegible] [illegible], remque publicæ maiestate vehementer [illegible] [illegible] Romano nomini conciliarant. [illegible] [illegible]quoque legationes gratulantium gratiasque agentium [illegible] [illegible]que Romano, *quod tantos ad se viros, Scipionem[illegible] [illegible] gentium virtutibus gloriaque princi[illegible] misissent.* [illegible] rum in [illegible] fere statu relictæ. Certum enim erat [illegible] pleráque peccari: neque illos remouendi caussa [illegible] [illegible] Regibus semper amicis; Syris eo quoque nomine tutis, qu[illegible] fœderis cum progenitoribus eorum initi leges, pudebat in pace [illegible] & amicis auferri, quod à maioribus relictum bello victis fuerat.

CAP. XXIII.

CAP. XXIV. *Lex [illegible] sumptuaria.*

[illegible]dem anno rogationem de sumptibus tribunus plebis Didius tulit: qua pœna L. Fanniæ in ceteram quoque Italiam, & ad eos etiam qui [illegible] rib[illegible] quam lex sinebat epulis interfuissent, extendebatur. T[illegible] videbatur & obscœnum, inter famem & funera, pœnasque irati [illegible] quorumdam luxuriam conuiuiorum impensis sine modo & pudore grassari. Magna enim sub id tempus annonæ caritas, & quæ hanc ferme sequitur, pestilentia fuit: cuius caussa quum noui Consules L. Metellus Caluus, Q. Fabius Maximus Seruilianus iniuissent, per decemuiros supplicationes habitæ. neque tamen aut hæc remedia, aut sæuius aliud, androgynus aruspicum iussu mari mersus, ad auerruncanda mala præsentia profuerunt. Vsitatum id magis antiquitus Romæ, quam probabili ratione nixum, vt in prodigii ambigui mares habeantur, putant, qui caussas rerum attentius considerauere. neq. ambiguum est complura tam quam à mundi legibus abhorrentia, cum horrore adspici, non quia nullæ sint earum à natura legitimæ caussæ, sed quia quæ sunt ignorentur.

A. V. C. DCXI.

Androgynus [illegible] mergitur.

CAP. XXV. *Fabii Seruiliani [illegible] cum Viriatho.*

Sed nos ad ordinem rerum gestarum Q. Fabius Consul vocat, qui in vlteriorem Hispaniam (citerioris Q. Metello prorogatum erat imperium.) duas legiones Romanas, sociorumque auxilia, in vniuersum ad octodecim millia peditum, mille sexcentos equites induxit. Quorum adsumpta parte quum Itucam festinaret, obiecit se in itinere Viriathus cum sex millibus suorum: & cum clamore tumultuque barbar[illegible] solito, impetum in Romanos fecit. Erat quum voce strepituque [illegible] etiam adspectu horrida acies: non cetero modo ornatu, sed com[illegible] muliebrem in morem obumbrantibus vultum: accedebat summa [illegible]num diuturno iam bello exercitorum pugnacitas. Sustinuit tame[illegible]

rumpentes Consul, neque infecta discedere coactis, ipse institutum iter prosequutus est. Vt deinde reliquus exercitus aduenit, decemque ex Africa elephanti, quos Numidiæ Rex Micipsa miserat, castris pro magnitudine copiarum auctis, prior pugnandi potestate facta hostem splendide vicit: sed inter insequendum quum distracti ordines essent, Viriathus, vt erat ad omnia præsenti animo, suis repente ex fuga collectis victores aggreditur: tria eorum millia prosternit; reliquos compellit in castra, tanto ex subita fortunæ conuersione metu, vt vix paucis ad portas resistentibus, magna pars in tentoriis se absconderent, neque ab imperatore & tribunis ad pugnam capessendam adigi possent. Insignis ea die C. Fannii virtus exstitit, qui C. Lælii gener, iis cum in castris militabat. Per hunc maxime retenta munimenta sunt: & nox superueniens diremit certamen. Neque tamen postea Viriathus destitit, modo noctu modo feruidissimo tempore diei negotium Consuli facessere: quum leues agilesque & homines & equos habens, paruo suo incommodo hostem indesinenter fatigaret: donec motis castris Seruilianus concessit Ituccam. Tum Viriathus quoque, cui minor exercitus neque huic sufficiens commeatus erat, noctu incensis castris in Lusitaniam est profectus. Seruilianus quum velocissimum hostem adsequi nequidquam contendisset, in Bæturiam impressione facta, quinque oppida, quæ cum Viriatho senserant, ordine expugnata diripuit: inde in Cuneos hiematum abiit. Eodem anno censores in Vrbe fuerunt P. Cornelius Scipio Africanus, L. Mummius Achaicus. In eumdem cum Scipione locum Ap. Claudius petierat, qui quum nobilissimis viris stipatus, Africanum populari turba circumfusum in forum descendere vidisset, ita voce exclamauit, *ingemisce apud manes Paulle Æmili, filium tuum sentiens ab Æmilio præcone, & Licinio Philonico Censoriam candidatum deduci.* Ceterum ille censuram populariter adeptus, non ideo minus incorrupte ac seuere egit: illud moribus ciuitatis, hoc suæ magistratusque dignitati tribuens. Ergo & populum ad mores antiquos grauissima oratione hortatus est: & L. Mummii facilitatem grauatus, pro rostris dixit, *omnia se ex maiestate populi Romani gesturum fuisse, si sibi ciues vel dedissent collegam, vel non dedissent.* Interim in Macedonia denuo turbatum: non minus in procliuo fine motuum, quam initium fuerat. Alter Pseudophilippus, qui Persei se filium ferebat, quum subito incremento ex seruis aliisque perditis hominibus, quales recens Macedoniæ Græciæque rei mutatio magno numero pepererat, ad septendecim hominum millia contraxisset; castra Romana tentare est ausus. Spem dabat absentia Licinii Neruæ prætoris, qui certis

CAP. XXVI. [illegible]

CAP. XXVII

Viriathus discedit in Lusitaniam.

CAP. XXIIX

Censura Scipionis & Mummii.

CAP. XXIX. [illegible]

[illegible] nuper ex Macedonia [illegible]. Tremellio [illegible] [illegible] ad [illegible] milites in hanc sententiam [illegible] *[illegible] quod [illegible] agimus, milites, [illegible] materiam [illegible] [illegible] audiui animo [illegible] de forte [illegible] fui: [illegible] Romani exercitus instam hostem [illegible] praemiorum [illegible] occasionem habeant, [illegible] in agro [illegible] [illegible] Macedonum, aut latrunculos Thracas persequentem, non [illegible] sed ne spem quidem habere maioris alicuius rei. At nunc subito se offert [illegible] paratum agmen, vt multitudo hominum speciem, nomenque [illegible] genus armorum [illegible], ad haec conditio ducis certam nobis [illegible]*

CAP. XXXI. *Romanorum & hostium collatio.*

polliceatur victoriam. Quid enim contra legionarium militem, [illegible] peoque tectum, pilo ac gladio terribilem, tot insuper stipendiis exercitum [illegible] norum agrestiumue tumultuariæ manus possit, nullis militaribus armis [illegible] que neque caussam neque spem idoneam ad bellum adferens? Quid autem Rex ille scenicus, quem paullo ante natum esse nesciebamus? sane nuper etiam [illegible] saniuit Macedonia, sed tum maiore ingenio apparatuque instructa erat [illegible], multi potentes in prouincia viri, nonnulli quoque externi Reges, audaciam Andrisci clam palamque magnis auxiliis fulciebant. At hic præter miseram egenorum turbam, quæ non tam ipsius promissis, quam tædio vitæ ad periculum properat; nec spem nec rem vsquam vllam habet: nec quia victoriam sperat, sed quia alteri facere non potest, ad castra nostra successit, animam supplicio debitam, rebus suis desperatis lubentius armis nostris daturus.

CAP. XXXII. *Tremellii victoria de Pseudophilippo.*

Quum deinde quid fieri vellet, ostendisset, & inter tribunos & præfectos loca militesque esset pa[illegible], admonuit, *vt signo dato secundum ea quæ [illegible]sset, erumperent*, addi[illegible]que, *se celeriter disiecturum hostes, vt porcellos scropha soleret.* Quod quum factum esset, victoria illustri parta, qua cum exercitu Pseudophilippus cæsus est, Licinius *Imperator* est appellatus, Quæstori *Scrophæ* cognomentum hæsit, quod posteri quoque retinuerunt.

CAPVT XXXIII. *Q. Metellus Contrebiam capit, seueritate disciplinæ [illegible].*

Difficilius in Hispaniis bellum erat, hinc Celtiberis, inde Viriatho Romanos duces exercentibus. Sed vt aduersus Viriathum dubiæ Seruiliano res, ita Q. Metello Proconsuli prosperæ magnificæque fuerunt. Vir acer & intentus nihil neque apud hostes inexploratum, neque apud suos remissum patiebatur: digno, quod referatur, seueritatis saluberrimæ exemplo. Quum ad Contrebiam res gereret, cohortes legionarias quinque, quod loco cessissent, indignatus, ad eumdem locum [illegible] continuo remisit. edixit etiam, *vt qui eorum nisi victor in castra [illegible], pro hoste caderetur.* neque mutauit sententiam. quum omnes, [illegible] ad mortem ituri, testamenta in procinctu facerent. Ea necessitas [illegible]

virtutem: & qui modo multitudini hostium cesserant, ii eundem licet victoria recenti animatum, repulerunt quaque inexpugnabilis habita fuerat ciuitas, capta est. Hac disciplina Romanam militem confirmauit, Celtiberos fregit: qui & collatis signis cæsi sunt à Proconsule, & egregias vrbes amiserunt, Arriacorum maiori parte domita: quibus tempore messis, quum frumento conuehendo intenti cetera incuriosi agerent, improuisus incubuerat. Ista quum seueritate perfecisset, haud minorem ex clementia fructum tulit, vtriusque enim clara exempla edidit, illustri testimonio, non sæuitia sed ratione rebusque cogentibus duriora nonnunquam imperasse. Nertobrigam obsidebat, vnaque parte oppidi, qua sola subiri poterat, murum admota machina erat disiecturus. Opponunt obsessi primis hostium ictibus Rhetogenis filios, viri inter suos primarii, qui ad Metellum transierat. neque mouebatur pater: sed vltro hortatus imperatorem, nullam esse viam aspernandam diceba[t] quæ ad victoriam duceret: ex ea sibi postmodum solatium fore. Tum Metellus parentis duritia damnatam liberorum vitam sua mansuetudi[ne] redemit, solutaque obsidione vrbis vnius, multas alias admiratione huius facti sponte ipsarum in populi Romani ditionem redegit. Duæ maximæ restabant vrbes Termantia & Numantia, situ locorum & viribus feroces, aduersus quas tum quidem quoniam hiems aderat, nihil mouendum ratus, quamprimum anni tempus sineret, has quoque ad imperata facienda coacturus videbatur. Interea Consularibus Romæ comitiis Q. Pompeius A. F. designatus est, qui primus è gente Pompeia summos honores, nulla commendatione maiorum adsequutus, amicitia Scipionis excidit, quia Lælio suffragantem astute fefellerat. Interrogatus enim an petere Consulatum constituisset, negauit. vltroque Lælio opem suam gratiamque ad petendum obtulit. interea ipse profectus in forum, ambire strenue cepit. Id quum exspectantibus eam esset renunciatum, ceterique Romæ acharentur; *Nos vero ineptos*, inquit Africanus, *qui tamquam non homines sed deos essemus precaturi sedemus tibicinem exspectantes*: nam mater Pompeii indecora fama laborabat, tamquam tibicini corpus prostituisset. Q. Pompeio collega Cn. Seruilius Cæpio fuit. qui quum magistratu inito de prouinciis retulissent, certamen de Hispaniis ortum, eas retinere qui ibi Proconsules erant cupientibus. ad extremum Q. Fabio Maximo Seruiliano prorogatum est imperium in vlteriore prouincia, citeriorem Consul Q. Pompeius obtinuit. Quod vbi Q. Macedonico nunciatum, vir cetera cum maximis comparandus iræ dolorique temperare non potuit: non eo maxime offensus quod omnino successor sibi, sed quod Pompeius mitteretur, quocum simultates exercebat.

CAPVT XXXIV. *Eiusdem clementiæ ab ea iactura.*

CAPVT XXXV. *Q. Pompeius arte ad petitione Consulatus.*

A. V. C. DCXII. *certamen de prouinciis.*

CAPVT XXXVI. *Metelli Macedonici stomach propter successorem Pompeium.*

bat. Ne igitur illi suis laboribus quæsitum [illegible] bingeret præ[illegible] [illegible]ribus exercitum minuere studuit. missiones & commeatus [illegible] tibus promiscue dando. horrea remotis custodiis ad rapinam [illegible] do. eo etiam profectus, vt *sagittas Cretensium fractas in amnem* [illegible] ret, *elephantis cibaria* [illegible] vetuerit: qua indignatione non [illegible] laudem victoriæ, sed populo Romano fructum, sibique meritum [illegible] factis triumphum eripuit. Res enim eas gesserat, vt non minus [illegible] expeditione *Celtiberici*, quam priore *Macedonici* cognomen meru[illegible] [illegible]tur. Adeo nimirum plures aliis quam sibi bene imperant: facilior[illegible]que aduersus armatos exercitus, quam vitiosos animi motus contentio est.

CAPVT XXXVII.
Fabii Seruiliani gesta aduersum Lusitanos.

Atqui vt hunc ereptum imperium ad moram rebus iniiciendam [illegible]tauit; ita prorogatum in altera Hispania Fabio Seruiliano stimulos addebat prosequendi alacriter belli. Quippe ex Cuneis exercitu moto, Viriathum, quia se non offerebat, in sua Lusitania quærere instituit. Per viam dimicandum ipsi cum latronum ducibus Curio & Apuleio fuit, qui opportunis locis insidiati præteruehentia impedimenta abstraxerunt. Occisus tamen in prœlio est Curius: præda quoq; paulo post à Seruiliano recuperata. Venerunt etiam in potestatem vrbes multæ, quæ præsidiis infessæ Viriathi fuerant: quarum Escadia & Gemella & Obulcula fuere. Hæ pro meritis singulatum diuersimode tractatæ: aliis venia data, quædam direptæ sunt. Ex captiuis etiam ad quingentos supplicio capitis affecti: nouem millia quingentos Proconsul sub corona vendidit.

CAPVT XXXVIII.
L. Tubuli iudicium & mors.

In Vrbe interea P. Scæuola tribunus plebis de iudicio L. Hostilii Tubuli ad populum tulit, qui proximo anno prætor quæstionem de sicariis exercuerat, homo pudoris ita profligati, vt *palam & aperte pecuniam ob rem iudicandam cepisse* diceretur. accepta rogatione, Senatus quæstionem Cn. Seruilio Cæpioni Consuli mandauit: qua re intellecta, reus quum manifestissimo crimine teneretur, non exspectato iudicio disparuit. Interesse tamen publici exempli visum, ne homo ex omni memoria sceleratissimus & audacissimus, tam leui pœna defungeretur. Itaque reuocari ab exsilio ad caussam dicendam placuit. Sed ille qui nullum alium euentum sperare poterat, quam vt in carcere necaretur, veneno epoto necem properauit.

CAPVT XXXIX.
Historia apud Romanos accuratius scribi cœpta.

Sub hæc tempora, ne tantummodo armis præstare ceteras gentes Romani crederentur, ingenio tardiores; quum alia se [illegible] erexere, tum etiam historia scribi accuratius cepit; hactenus enim qui ei admouerant manum breuiter exposuisse res contenti, annalibus similiora scripserant. Neque tamen adhuc Latini sermonis ea copia & venustas esse putabatur, vt eiusmodi operibus dignitate & gratia [illegible]deret. multique res Romanas Græcorum lingua tradiderunt [illegible]

matella-

maiestatem, ab hac decorem magis petendum arbitrati. quos inter tum C. Iulius Senator fuit: quum etiam A. Posthumius idem tentaret. quos deinde P. Rutilius, L. Lucullus, & alii plerique sunt imitati.

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER NONVSDECIMVS.

In locum lib. LIV. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri LIV. Liuiani.

Q. Pompeius Consul in Hispania Thermestinos subegit. cum eisdem & Numantinis pacem ab infirmitate fecit. Lustrum à censoribus conditum est. Censa ciuium capita trecenta viginti octo millia, trecenta quadraginta duo. Quum Macedonum legati conquestum venissent de D. Iunio Silano prætore, quod acceptis pecuniis prouinciam spoliässet, & Senatus de querelis eorum vellet cognoscere; T. Manlius Torquatus, Silani pater, petiit impetrauitq;, vt sibi cognitio mandaretur. & domi caussa cognita, filium condemnauit abdicauitque. ac ne funeri quidem eius (quum suspendio vitam finisset) interfuit: sedensque domi potestatem consultantibus ex instituto fecit. Q. Fabius Proconsul, rebus in Hispania prospere gestis labem imposuit: pace cum Viriatho æquis conditionibus facta. Viriathus à proditoribus, consilio Seruilii Cæpionis, interemptus est, & ab exercitu eius multum comploratus ac nobilissime tumulatus. vir duxq; magnus, & per quatuordecim annos, quibus cum Romanis bellum gessit, frequentius superior.

IN Hispania quum graue molestumque Romanæ ciuitati per aliquot annos bellum fuisset: intolerabilior pax excepit. Nam & Aruacci prius ab instituendo fœdere resilierunt; & postea pacem geminis cum hostibus pactam, neutrum ratam Senatus esse voluit. Q. Pompeius Consul quum primo vere in prouinciam venisset, exercitum accepit genere nu- *Q. Pompeius Consul in Hispaniam venit.*

[illegible] bell[illegible] Q. Mar[illegible]

[illegible]

[illegible] Q[illegible]

CAP. II. [illegible]

[illegible] bell[illegible] Arm[illegible] leg[illegible] C[illegible]

[illegible] f[illegible] imper[illegible]; *ut cert[illegible] dic[illegible]* [illegible] *Numantini namque in fidem populi Romani dederent: obsides* [illegible] *nouem millia* [illegible] *tria millia, equos bellatores* [illegible] *arma* [illegible] *derent: hæc ubi fecissent, socii ac amici haberentur.* Quum [illegible] cetera quidem prompte alacriterque sunt facta: [illegible] dendi ventum, inter homines bellicosos virilis fremitus [illegible] à turpitudine præsenti ad pristinæ libertatis decus pudore accensi. Igitur [illegible] e mutuo respicientes interrogabant, *[illegible] facinoris subire viri possent, vt arma viuis detrahi patiantur?* neque virorum modo hi questus erant: pueri quoque ac mulieres negabant *sibi pro patribus aut maritis futuros, qui tantum dedecoris admisissent.* Itaque consensu retentis armis *vitam potius quam hæc omissuros esse* confirmarunt.

CAP. III. *Numantiam deinde Termantiam Consul obsidet frustra.*

Consul his cognitis castra iuxta Numantiam ponit. Ea in obsidione, quum per absentiam Consulis, equites incaute transcurrentes excepti ab hostibus essent, in planitie quadam instruit aciem de summa rerum dimicaturus. descenderunt eodem & Numantini, at quum iniquior pugnæ futura conditio videretur, [illegible]am de millibus virorum decem, quot initio belli Numantia armauerat, magnam partem tot certamina absumpserant; paulatim se subducentes sine detrimento intra munimenta refugerunt. Pompeius difficultate locorum & quotidianis velitationibus fatigatus, quum à multo paucioribus carpi suas copias nullo operæ precio videret: Termantiam faciliorem oppugnantibus fore ratus, eo transduxit exercitum. Sed & ibi neque mollior hostis, neque fauentior fortuna inuenta: eodem die tribus incommodis acceptis. nam & pugna amissi milites septingenti fuerant; & tribunus militum qui commeatum in castra aduehebat repulsus: & quum ira ac cupiditate vltionis ferocius [illegible]sset, protrusis ad præcipitia loca Romanorum ordinibus, multi pedites equitesque cum ipsis equis per præcipitia deuoluti perierunt. Tenebræ interuenientes magis periculum, quam periculi opinionem [illegible]; totaque nox in armis exacta est. neque secus atque [illegible] cum luce simul hostes adfuere: is quoque dies totus certando con[illegible], & neutro inclinante victoria prælium nox diremit. Acrior tamen [illegible]

un at-

in angustiore numero damni sentius Termestinis fuit: quo prope vltimam desperationem adacti sunt. Inde Pompeius ad paruum oppidum Maliam mouit. Sed Malienses occiso præsidio Numantinorum locum Pompeio tradiderunt. Ille armis obsidibusq; acceptis in Sedetaniam perrexit, vt eam regionem ab incursionibus Tangini cuiusdam, latronum ducis, liberaret. Ibi felix expeditio fuit: multi latrones cæsi; multi capti. Sed tanta fuit hominũ feritas, vt seruitutem nemo ferret: alii semetipsos, vsitato gentibus illis facinore, alii emptores occiderent: quidam dum transportantur, nauibus perforatis seq; & ceteros profundo mergerent. At Pompeius vrbem quam Lanci vocant, haud procul Maliacis, quum obsidere esset aggressus, Numantini vicinis auxilium iuuenes quadringentos noctu submiserunt. Hos illi primum *seruatores suos* appellantes, donisque prosequentes, summa lætitia excepere. paucos post dies quum vehementius instaret hostis, de exitu rei dubitare ceperunt, missisque legatis *vrbem dedituros* dicere, *corporibus saluis*. Negabat Consul *vllam deditionis, nisi tradiris prius Numantinis, conditionem esse*: quod quum inhumanum factu & fœdum ad famam videretur, omnia potius experiri, quam bene de se meritos ad exitium dedere decreuerunt. Mox vbi spes omnis salutis quotidie magis magisque decedebat, inque oculis extrema omnia erant; legatos ad Consulem secreto mittunt, *aliorum potius exitio quam suo seueritati illius satisfacturos esse* nunciantes. Non fefellit perfidia sociorum Numantinos: qui priusquam occiderentur vindicta se satiaturi, noctu impressionem in Lancienses faciunt, magnumque eorum numerum occidunt. Concurritur & ab oppidanis ad opprimendos hospites: magnoque cum clamore certamen atrox conseritur. Consul caussæ non ignarus *inter eum tumultum scalas adplicari mœnibus* iubet: transcensisque iis oppido potitur: ciues ad vnum omnes interficit: Numantinis, qui ad ducentos supererant, abeundi ad suos facit potestatem. siue virtutis indigne circumuentæ, sortem misertus: siue vt inuictam armis ciuitatem, ad Romani imperii patientiam, lenitatis exemplo solicitaret. Eo tempore P. Africanus & L. Achaicus varia & inter ipsos ratione, & apud ceteros fama censuram exercebant. Erat enim par hoc censorum plane diuersis inter se moribus: quum alter intentus & rigidus officii exactor, nullius rei cuiquam gratiam faciebat: sed multorum ex Senatu, multorum ex equestri ordine, de plebe autem longe plurimorum vitas exacta diligentia expenderet: Mummius contra neque ipse notaret quemquam, & notatos à collega, quos posset, ignominiæ eximeret. Vnde parum concors ea censura fuit: & Scipio

CAP. IV.

Sedetaniam latronib⁹ purgat.

CAP. V.

Lanciensiu perfidia in Numãtinos ab hoste punita.

CAP. VI.

Scipionis & Mummii censura discors

quum Herculis ædem dedicaret, non vocato ad epulum collega, sermonibus hominum est repræhensus. Ita nullius aut virtus tanta aut dignitas est, quin iudiciis etiam longe inferiorum sit obnoxius; vulgoque homines etiam de suis censoribus censuram agunt.

CAP. VII. *Scipionis facetia.*

At Scipio ingenii pariter animique non egens, partim facetiis discutiebat notandorum querelas, partim seueris vocibus retundebat. Neque de tanto viro etiam leuiora referri indignum aut inutile Polybius iudicat; quia & optimorum artificum licet minutiora signa admiramur. Igitur quum tribu moueret quemdam, qui sub patre Paullo ordines ducens, prœlio non interfuerat; interrogaretque ille *cur notaretur, qui custodiæ caussa remansisset in castris?* respondit, *non amo nimium diligentes.* Equum ademit adolescenti, qui in obsidione Carthaginis lauto conuiuio diripiendam sub figura & nomine vrbis placentam proposuerat; quærentique caussam, *quia*, inquit, *me prior Carthaginem diripuisti.*

CAP. VIII.

Idem in equitum censu C. Licinium sacerdotem videns accedere, clara voce testatus est *se scire periurium à sacerdote factum: seque teste vsurum esse, quisquis eo nomine sacerdotem esset accusaturus.* quum autem omnes tacerent, *traduc equum*, inquit, *C. Licini: non enim possum idem & accusatoris implere vicem & iudicis.*

Lustrum conditum.

Ceterum censu perfecto, lustrum condidere censores. id septimum atque quinquagesimum fuit. Censa sunt ciuium Romanorum capita trecenta viginti octo millia, trecenta quadraginta duo. Inter condendum lustrum, quum ex publicis tabulis scriba solenne precationis carmen censoribus præiret; quo dii immortales, *vt res populi Romani meliores amplioresque facerent*, rogabantur: ibi Scipio, *satis*, inquit, *bonæ ac magnæ sunt. itaque precor vt eodem in statu perpetuo seruent.* atque *protinus ad hanc formulam emendari in tabulis carmen* iussit: neque posteri mutauere.

CAP. IX. *T. Manlii Torquati seueritas in filium.*

Censuræ publicæ non minus seuere patriam potestatem exercitam (nam & temporibus hæc coniuncta fuere) subiiciam. Macedonum legati de D. Iunio Silano querebantur, *quod quum prætorio imperio Macedoniam obtineret, pecuniis acceptis prouinciam spoliasset.* Eam cognitionem quum suscipere Senatus vellet, T. Manlius Torquatus Silani pater impetrauit, ne quid eo in negotio constitueretur, priusquam ipse caussam cognouisset. Id viro summæ dignitatis, omnisq; publici ac priuati iuris peritissimo lubenter concessum. Itaq; domi suæ cognitione instituta, audiuit accusatores, audiuit defensiones rei: testes vtrimq; productos diligentissime examinauit. Id quum triduo continuo fecisset, tertio die pronunciauit *reū fecisse videri, & in conspectum suum venire* vetuit. Non tulit ignominiæ dolorem iuuenis, suspendioq; finiuit vitam: adeo nulla commise-

miseratione parentis, vt ne per timorem intercesset; & de iure consulentibus domi sedens, vt solebat, responderet. At in vlteriore Hispania Q. Fabius Seruilianus Bacciam vrbem, obsidione Viriathi liberatam, in deditionem accepit. Accessere multa castella: & quidam prædonum ductor Connobas: qui quum eius potestati se permisisset, huic soli pepercit Proconsul: sed eorum qui cum illo fuerant (erant autem magnam partem transfugæ, qui ex præsidiis Romanis ad latrones se receperant) dextras amputauit. Id vero, licet aduersus tale genus hominum nihil nimium aut atrox habetur, tamen quia non tam bello capti, quam in fidem dediti fuerant, crudelius quam pro mansuetudine aut populi Romani, aut ipsius imperatoris visum. Inde Erisanem ductus exercitus: eaque vrbs quum portas venientibus clausisset, operibus est circumdata. Quæ dum fiunt, Viriathus qui per noctem in oppidum ignorantibus Romanis venerat, cum luce erumpit: eos qui in opere erant, proiectis dolabris & ligonibus fugam inire cogit, ceterum quoque exercitum subsidio suis venientem profligat. Ventum plane ad ea loca erat, vnde difficilis exercitui receptus esset; quod fortunæ munus Viriathus, vt erat futuri non improuidus æstimator, non victoriæ magis ad incendendum bellum quam finiendum valituræ, sed perpetuæ pacis occasionem facere maluit. Conuenit, *vt pax amicitiaque populo Romano ac Viriatho Lusitanisque esset: vtrique quibus in præsentia finibus, iisdem in posterum possiderent.* Id fœdus quamquam parum honestum nomini Romano, rerumq. hactenus à Seruiliano gestarum macula turpis haberetur; à populo tamen tædio diuturni belli acceptum est. In eo statu res Hispaniæ erant, quum C. Lælius Sapiens, Q. Seruilius Cæpio Consulatum iniuere. Prodigii loco tum acceptum, quod Siciliæ mons Ætna copiosum ignem euomuerat: idque postquam maioribus hostiis quadraginta procuratum est, alteri Consulum vlterior Hispania prouincia decreta: Q. Pompeio prorogatum in citeriore imperium est: datumque Senatoribus quibusdam negotium, vt nouum exercitum ex tironibus conscriptum ad eum adducerent, quo Proconsul ad id bellum, vnaque consultoribus iis qui adduxissent vteretur. Postquam in prouinciam Cæpio venit (nam huic vlterior Hispania euenerat) literas ad Senatum *de fœdere, quod frater eius Q. Fabius cum Viriatho icerat,* dedit: *indignum id maiestate principis populi videri.* Permissum *vt quantum dissimulanter facere posset Viriatho noceret.* Vt vero *rationem illam nullam esse* Consul rescripsit, *quæ tantumdem iniuriæ, quam si palam fœdus rumperetur, multo minus commodorum esset allatura,* continuis eius literis expugnati Patres *pacem irritam videri* decreuerunt, hostes aperto bello prosequendi potestate Consuli facta. Hoc decretum vbi in

CAP. X. Baccia Seruiliano ... indeditur.

CAP. XI. Pugna, & deinde pax cum Viriatho.

CAP. XII. A. V. C. DCXIII. Ætna mons ignem vomit.

CAP. XIII.

Capio [illegible] per [illegible] [illegible]

prouinciam periatum, lætus successu consiliorum Cæpio [illegible] uet [illegible] Viriathum ducit. Arsæ is tum erat, sicut non plane securus in fida pace, ita neque satis instructus ad pericula subito resurgentis belli. Optimum ex præsentibus visum, vt Arsa cito agmine se proriperet, omnia, qua incedebat, vastans, quo minor hosti copia sequendi [illegible]. Consul vrbe recepta contentis itineribus ad opprimendum Viriathum festinans, tandem in Carpetanorum finibus eum attigit. Viriatho non ita vires suæ placebant, vt fortunam prœlii tentare cuperet: neque videbatur hoste tam propinquo discedere citra summum periculum posse. Quare ad suas artes conuersus in tumulo quodam velocissimos suorum tamquam pugnaturus instruxit: hoc agmen reliquos per sinuosam vallem se subducentes texit, ne ab Romanis fraus animaduerteretur. Mox

CAP. XIV.

Viriathus se & suos eripit Romanis.

quum eos iam satis itineris præcepisse crederet, ipse palam effuso cursu discessit: certus pernicitate equorum sibi tutam ab hoste quantumuis propinquo fugam fore. Sequuti sunt Romani: sed celeritatem Lusitanorum adeo æquare non poterant, vt ne quidem, qua illi via profugissent, deprændere vllo indicio possent. Consul in Vectones & Gallæcos effudit iram, lateque populatus agros, Viriatho spem auxiliorum ex istis gentibus abstulit. Qui vbi grauius indies bellum fieri videt, multosque sociorum alios vi alios sponte à partibus suis deficere, interesse arbitratus integer an victus pacem peteret, antequam signa conferrent, ad conditiones respicere cepit: missis qui *quando prius fœdus displicuisset, quid addi demiue Consul vellet*, quærerent. Eorum talis oratio fuit:

CAP. XV.

Legatorum Viriathi oratio.

Quartusdecimus iam annus agitur belli, quod vobiscum gerimus. Nec memorare clades opus est, ne vel acceptas commemorando, dolorem nostrum augeamus, vel illatas, animos eorum exacerbemus, quibus cum maxime placatis propitiisque opus est. Pacis enim petendæ caussa adsumus, quam ita desideramus, vt excepta libertate, nihil habituri videamur antiquius. Idcirco cum his mandatis principes nostri nos miserunt, vt nihil eorum quæ fieri possent, recusaremus. Sperabant autem æquiores ideo conditiones fore, quod rebus nostris integris, & si verum audire vultis, iam amici sociique vestri, pacem quærimus. Anno superiore fœdus cum fratre tuo pepigimus, Q. Seruili, ratumque id populus Romanus habuit. Cur post illud iterum in arma fuerit itum, quanquam nesciamus, quærere nolumus, ne cum potentioribus litigare velle videamur. Si tamen

CAP. XVI.

Prioribus conditionibus adiicere [illegible] aut demere quid velit iubent.

prioribus conditionibus adiectum aliquid demptumue cupitis, non resistimus, dum toleranda viris imperentur. Quid opus est bello, si præcipere alteris quod volunt licet, alteris nullius rei maior quam imperata faciundi cura est. Non enim vt gentem nostram exscinderetis, ideo bellum à vobis susceptum crediderim. absit, absitque hæc à vobis: etiam apud feras gentes damnata inhumani-

tas.

tis. Vos autem nihil tam imputare diis immortalibus audio, quam quod fauorem illorum, iustis tantummodo piisque bellis suscipiendis mereamini: neque aduersus homines alia vlla re magis gloriari, quam quod metuendi rebellibus, iidemque supplicibus mites estis. autumque vobis haud pauciores populos æquitatis vestræ mansuetudine inductos, quam armis coactos obedire. Quo in numero si Lusitanos etiam habere visum erit, operam dabimus, vt vestra lenitate nequaquam indigni habeamur. Ad ea Seruilius de consilii sententia hæc ferme respondit: *Non est noua hæc quam nunc attulistis oratio, Lusitani. Olim iam & postulatis pacem, quasi belli tæderet; & bellum geritis, quasi pœniteret quietis. Toties imperatores nostri icerunt cum orantibus fœdus: nec vnquam satis certa pactorum apud vos fides fuit. Sed priora mittantur. nec cum fratre meo fœdus initum memorari attinet, quod Senatus irritum esse censuit. Neque ego vt ea de re disceptarem vobiscum, sed vt vi armisque ad satisfaciendum de iniuriis cogerem, in prouinciam veni. Quapropter in veteri pertinacia manentes omni clade belli persequi certum est, nec ante finem imponere labori, quam dignam Romani nominis maiestate vltionem à vobis exegerim. Quod si vere consiliorum pœnitet, frustraque vos obniti decreto deorum, qui penes Romanos imperium terrarum gentiumque esse voluerunt, agnoscitis; non ita sum sanguinis vestri cupidus, vt in amicitiam vos recipere nolim, dum imperata prompte faciatis. Sed quia multas his annis ciuitates à societate nostra Viriathus abstraxit, illarumque principes quorum proditione patrata res est, secum in honore habet: illos ante omnia dedi necessum est. Hæc erit sponsio pacis, quæ deinde vobis haud grauate, nec malis conditionibus dabitur. Quamquam enim capta egregia vrbe, vastatis aliquot populis, Vectonumque & Gallæcorum sic accisis viribus, vt non sint tam cito reparaturi, quantum vobis decesserit non sim nescius, non sic amabo victoriam, vt odisse videar pacem. Quod si vero parcere illis potius quorum deditio poscitur, quam vobis ipsis voletis, ad me venire legatos postea veto. parate vos ad bellum, fortem quam armorum fortuna dederit habituri.* Viriathus, quum ante omnia principes ciuitatum, qui à Romanis ad ipsum defecissent, postulari videret, partem eorum, inter quos & socerum suum, proprii agminis ductorem, interfecit: alios Consuli tradidit: quorum omnium amputatæ manus sunt. nec per ipsum stabat, quo minus solida pax conueniret: nisi quod arma petebantur: hæc tradere neque ipse, neque qui cum eo erant, sustinuere. Ita renouato bello, quum vicina inter se castra haberent, & Consul omni conatu bellum finire contenderet, minus aliquanto hostem, quam se suosque fatigabat. Vnde primum indignatio & odium Consulis, mox etiam periculosa ipsi seditio in castris extitit. Duro & superbo imperio ceterum exercitum, duriore equites habebat, Vnde quum noctu multorum sæpe con-

CAP.XVII. *Consulis responsio.*

CAP XVIII.

Principes ciuitatum, quæ defecissent ad Viriathum, postulat dedi.

CAP.XIX.

Bellum cum Viriatho renouatur.

CAP.XX.

pe [illegible] proscinderetur, neque deprælendere cert[illegible] po[illegible] natis [illegible] quod ex eo vtique corpore contumelio[illegible] tinnebat, p[illegible] aliquando, *vt duarum legionum equites*, [illegible] *sexcenta* [illegible] *qui castra præterlabat amne, ad montes* [illegible] *fos, cum solis agasonibus lignatum proficiscerentur.* Quum res [illegible] mi periculi videretur, legati tribunique Cæpionem orauere, [illegible] *tum numerum honestissimorum ciuium in perniciem certam mitteret.* [illegible] hæc equites, qui paulisper responsum Consulis expectauerant, [illegible] obstinatum audiuere, [illegible] ipsi rogarent; mortem leuius suppl[illegible], vt imperatum fuerat, ad montes contenderunt. Iuit vna [illegible] equitatus, aliique voluntarii, clamitantes *indignum esse, si tot fort[illegible] viri tanto in discrimine destituantur.* Ita validior effecta manus, [illegible] aut lacessere auderet hostis, aut obterere facile posset: cæsique lignorum fasces referebantur.

CAP. XXI. *Iudem lignis exurere ipsum in tentorio volunt.*

Inter redeundum, quum furentes ira plerique *Consulis iniquum imperium* conuiciis & querelis traducerent, exorta vox à paucis, statim excepta probataque est communiter, *dignum esse lignis sic petitis viri, qui talia imperasset.* Igitur protinus ad tentorium Consulis itur, strues lignorum cum tumultu & minis circumponuntur: & nisi ardentibus vindictæ cupiditate animis velox fuga tutæque latebræ destinatam victimam eripuissent, à suis militibus, suis in castris, Romanus imperator, inaudito temporibus omnibus exemplo, fuisset concrematus.

CAP. XXII. *Cæpio Viriathum per proditores tollendum curat.*

Id periculum, & quod Viriathus aliter vinci non posse videbatur, animum aperuit ignobili consilio, vt quosdam amicorum Viriathi pecunia, & spe impunitatis ad ducem per insidias tollendum corrumperet. Audacem quemdam & Ditalconem, cumque his Minurum mittitare ad Consulem Viriathus solebat, de conditionibus pacis actur[illegible]s: [illegible] modo destinatum scelus perfecere. Parcissimus somni Viriathus, laboribus aut curis diurnum pariter nocturnumque tempus extrahebat. plerumque, vbi soporem extorsisset lassitudo, cubabat armatus, vt simul euigilasset, agendis quæ se offerrent rebus nulla mora [illegible]. nihil igitur vetabat, quin amicis etiam ad quiescentem aditus esset. Hac occasione proditores vsi, quum per caussam subiti negotii tentorium eius intrauissent, dormientem in armis, iugulo, quod solum patebat, hausto, interficiunt. egressique nemine sentiente, quod [illegible] strepitu cædem vulnus opportunum peregerat, ad Cæpionem [illegible], exposito facto præmium nauatæ operæ postulantes. [illegible] hactenus obtinuissent, *de cetero Senatus arbitrium esse* [illegible] *imperatorem enim a militibus suis* [illegible] *Romanis numquam* [illegible] fin[illegible]s Viriathi fuit. cuius interitum quum numero & fide præcelle[illegible]

auctores conſilio Cæpionis adſcripſerint, alios ſequi nolui, qui ſequentis anni Conſuli Popillio facti huius ambiguam laudem tranſcripſerunt. At in exercitu Viriathi, quum multa iam luce nondum dux conſpiceretur, primo rem inſolitam omnes admirari: mox cognita cauſſa gemitu luctuque complere caſtra, nunc *illius* dolere *vicem*, nunc miſerari *ſuam, quibus in tali periculo tantus inuidia deorum ablatus imperator eſſet.* Augebat dolorem noua rabies, quod auctores facinoris fruſtra requirentibus, ne vltionis quidem relictum ſolatium erat. Quod vnum poterant, cadauer interempti precioſiſſimo cum cultu ſublimi rogo impoſitum, multis ſuper hoc cæſis victimis, combuſſerunt. Inde peditum cohortes equitumq; alæ, barbaro more laudes defuncti celebrantes circa buſtum decurrebant. nec ante diſceſſum eſt, quam ignis prorſus exſtingueretur. Magnifico deinde tumulo cineribus reconditis, ducenta gladiatorum paria dederunt, eximiam viri virtutem enixo ſtudio honorantes. Fuit enim haud dubie ſicut in certando fortiſſimo militi, ſic in prouidendo ſagaciſſimo cuique imperatori comparandus. quodque bonis etiam ducibus haud perpetuum eſt, toto imperii ſui tempore beneuolentia omnium militum & amore ſingulari vſus eſt. quem moderatione beneficiisque prouocabat, virili prædæ parte contentus, quum ſemper exercitus ipſe ampliorem capere iuberet; atque hinc etiam multa præmiis meritorum, aut neceſſitatibus inopum decerpens. Præter hæc cibi vinique parcimonia viro incredibilis fuerat: neque plus aut ſomno, aut cuiquam generi voluptatum indulgebat. Quantus autem ille vir fuerit, ex ipſis rerum argumentis promptum eſt colligere. Nam continuis contra Romanos quatuordecim annorum bellis, quorum amplius decem totius ferme Luſitaniæ imperatorem egit, non modo concordes inter ſe & aduerſus ducem copias continuit: ſed etiam ab hoſtibus propemodum inuictas præſtitit. conſilio conatuque & tantum non ſucceſſu, Hiſpaniæ contra Romanam potentiam aſſertor: votique futurus compos, ſi paulo infirmiores hoſtes, & firmiores amicos habuiſſet. Magnitudinem illius illuſtrarunt etiam ſequentia, quoniam orbata incomparabili ductore Luſitana res, eueſtigio eſt peſſum data. quum enim ab exercitu Tautanus quidam creatus imperator, ad Saguntum oppugnandam ſe contuliſſet, repulſus inde mox circa Bætin fluuium, dum tranſire amnem conatur, à Cœpione ſuperueniente in tantum defatigatus eſt, vt ſeq; & exercitum quibus victori placeret conditionibus dedere cogeretur. Humaniter vſus eſt Cæpio deditis, exarmatoſque, ne iterum ad latrocinia per inopiam prolaberentur, in agro ſatis amplo, & commoda ad habitandum vrbe collocauit. Hunc exitum Viriathici belli formidabiles diu motus habuere.

CAP. XXIII. Exſequiæ Viriathi.

CAP. XXIV. Eiuſdem Encomium.

CAP. XXV. Eo amiſſo Luſitana res perit.

[illegible]tere. Quo tum vt finis gratissimus Senatui populoque erat, [illegible] perlatum ad illum fuerat, via displicebat: neque tamen [illegible] ex [illegible] le de[illegible] Senatus voluit: cuius victoria, quod emptio fuisset, magis [illegible] e re censebat populo Romano, quam gloriosam iudicabat. [illegible]

CAP. XXVI. [illegible] hic temporum, quo nihil ex Hispania [illegible] gratum [illegible] [illegible]. neque bellum ex commodo reipublicæ erat, neque [illegible] dignitate: iam etiam victoriæ ipsius tædebat. Auxit indignationem [illegible]

Q. Pompeius iterum obsidet Numantiam. minum de Q. Pompeio sequior fama, qui Lancienſium vrbe [illegible] rum Numantiam adsedit, & temere susceptum consilium de [illegible] Numantinum agrum rigat in messem eorum immittendo, [illegible] domari ciuitas posset: post maximas difficultates postremo [illegible] exequutus est, sed nullo neque suo commodo, neque hostium detrimento: quum ipse interim crebra & acerba pateretur. Quippe Numantini militibus in opere occupatis sæpe se inferebant, tacito agmine, quo nec opinantes impensius turbarent: exibantque tam validæ ab oppido manus, vt etiam qui à castris Romanis auxiliatum suis venerant, repellerentur. quod quum sæpius accidisset, vix quisquam munimentis audebat excedere. prætera frumentationes efficiebant periculi plenas; multique per eam caussam castris egressi, cum tribuno militum Oppio, sunt ab hoste interfecti. iterumque alia ab parte, eorum qui fossam ducebant subito hostium incursu quadringenti, atque inter hos præfectus, oppressi.

CAP. XXVII. *Nouo accepto exercitu clades multas patitur.* Dum ista maxime geruntur, adfuerunt à Senatu delecti, cum exercitu tironum, vt quæ sextum iam annum sub signis fuerant legiones deducerentur. Consul quamquam nouo militi confidere minime poterat, tamen eluendæ ignominiæ cupidus, simul vt ad labores belli exercitum duraret, hiemem sub tentoriis agere instituit. Ibi per frigus hibernum, quum parum adsueta illis aquis cœloque corpora sub dio agerent, morbo tentata sunt castra, & pars aliqua militum ventris torminibus interiit. Maior mox ab hoste clades fuit, numquam segnibus ad struendas insidiis Numantinis. Nouerant ad conuehendum in castra frumentum multas cohortes exiuisse. igitur non longe à castris manu valida occultata, quidam proprius suggressi, velitari cum stationibus cepere. donec Romani hostium insultum non ferentes, confestim munimentis proruperunt. Ibi consurgentibus insidiis circumuenti, plurimos militum, & quosdam egregios clarosque viros amisere. neque hic stetit damnum: sed etiam commeatum aduehentibus obuiam [illegible]

CAP. XXIIX hostes, magnam eorum partem occiderunt. His incommodis depulsus instituto Pompeius, reliquam hiemem sub tectis agere decreuit, distributis per oppida cohortibus, curaque præsidiorum inter legatos [illegible]
Roma[illegible]

Roma venerunt, diuiſa. Quod autem ob rem male geſtam ſucceſſorem venturum rebatur, vnaque iudicium & accuſatores metuebat; clam ad Numantinos miſit,qui *ad pacem petendam* eos hortarentur,æquiſſimarum conditionum ſpe oſtenſa.

Pacem facit cũ Numantinis.

qui & ipſi, quamquam debellare Pompeium facile videretur, tamen multos alios duces exercitusque Romanis ſupereſſe reputantes; ad hæc bello feſſi, multis fortiſſimis ciuibus amiſſis, & ad magnam annonæ difficultatem redacti, quod ager tam diu coli non potuerat cupide quod offerebatur, accepere. Miſſis deinde legatis quum pro concione Conſul reſpondiſſet, *non alia ſe digna maieſtate populi Romani fœdera noſſe, quam vt in ius poteſtatemque eius ſe ſuaque omnia Numantini dedant*: ſecreto cum iis quid eſſet acturus compoſuit. Summa colloquii quæ fuerit, res ipſæ docuere. captiuos perfugasque reddidere Numantini,miſeruntque obſides. Pacta erant & talenta triginta argenti. eorum repræſentata pars eſt, partis in diem dilata ſolutio.

CAP XXIX.
A. V. C.
DCXIV.

Deinde factam inficiatur.

Interea ſucceſſor Pompeio M. Popillius Lænas venit,qui cum Cn. Calpurnio Piſone Conſulatum acceperat. Ibi Pompeius metu belli iam exſolutus,quum reliquam Numantini pecuniam offerrent, negat *ſibi quidquam de pace conuentum*. ipſis contra deos hominesque, nam ſenatores quidam equitumque præfecti ac tribuni militum negotio interfuerant, teſtes inuocantibus: Conſul *Romam eos ire* iuſſit, *coram Senatu cum Pompeio diſceptaturos*. ipſe, quia induciæ cũ Numantinis manebant,donec Senatus de Pompeiana pace ſtatuiſſet,per quietem aut leues expeditiones (in Luſonas vicinos Numantinis. & fluminis Tagi fontibus mouerat) annum exegit.

CAP.XXX.

Iouis Sabazii cultores, itemq; Chaldæi Vrbe pelluntur.

Eodem anno in Vrbe peregrinarum religionum profeſſores diligentiam magiſtratuum & Senatus animaduerterunt. Inoleuerat ſolitum magnis ciuitatibus malum, externi numinum cultus, & ad quaslibet ſuſcipiendas ceremonias ſtultiſſimi cuiusque propenſa ſuperſtitio. Celebrari præcipue Iupiter Sabazius cœperat, cultu abſurdo, & ad corruptionem morum pertinente. Itaque negotium C. Cornelio Scipioni Hiſpallo, cui peregrina iuriſdictio euenerat, datum, isque propoſito edicto rituum illorum doctores diſcedere ex Vrbe coëgit. Erat & alia peſtis, Chaldæi, qui ex ſiderum inſpectione fortunam ſingulorum caſusque venturos explicari poſſe aſſerentes, pellectis leuibus & ineptis ingeniis, plurimos fallaci ſpe metuue dementabant: magna plerumque accepta à credulis hominibus mercede mentiendi. Ex qua temeritate quum & patriæ religiones ſperni inciperent, & vana plerumque fiducia futuri corruptæ mentes,magna ſperando, nimia concupiſcere diſcerent; idem prætor edictum propoſuit, quo decimum intra diem Chaldæi ex Vrbe atque Italia abire iubebantur.

CAP. XXXI. Lex [illegible] Tabellaria.

Tum etiam in suffragiorum ordine noua res introducta est a [illegible] tu, effectu non aspernanda. Gabinius tribunus plebis [illegible] & [illegible] rogationem tulit, *vt in magistratibus mandandis [illegible] voce, sed per tabellam ferrentur.* Id aduersus optimatium pote[illegible] pe tum, qui contra suam sententiam euntibus terribiles e[illegible] metu offensionis tabella occultante suffragium, quilibet ani[illegible] cio libere vteretur. Sed huic commodo non leue vitium [illegible] nullo pudore nullaque meliorum reuerentia deterritum [illegible] que plerumq. inconsiderato impetu sine rectore in deteri[illegible]

CAP. XXXII. P. Africanus accusatur ab Asello.

multitudinisque arbitrio res maximæ fiebant. Nescio hoc anno [illegible] sequenti Claudius Asellus Tribunus plebis fuerit: in tribunatu certe [illegible] ab hoc esse dictam constat P. Africano, quod equum ei Censor Africanus ademerat. Atque ille quidem in hoc iudicio non aliter quam pro solita animi magnitudine se gessit. Nam neque barbam radi desiit, neque vestem mutauit, aut quidquam fecit, quod ad misericordiam conciliandam rei solent. Verum alias festiuitate iocorum, alias pondere orationis, erat enim dicendi minime rudis, accusatoris improbitatem exagitans, simul ingenti gloria pariter innocentiaque fultus, calumnias inimici non ægre depulit. Inter alia gloriante Asello, *omnes se prouincias stipendia facientem peragrasse*, vulgare prouerbium Africanus recitauit, *asellum, licet per omnes mundi plagas agatur, non ideo cursum discere.* Atque

CAPVT XXXIII. Magnorum virorum felicitas non extra ipsos posita.

alio tempore, quum Asellus obiecisset, *lustrum illud ab eo Censore malum atque calamitosum populo Romano fuisse*: *noli mirari*, inquit: *nam qui te ex ærariis exemit, lustrum condidit, & taurum immolauit.* Talis in periculo suo Africanus fuit: atque vt sane ista referens indignari cogor, in ea magnitudine meritorum & integritate vitæ, pati ciuitatem clarissimi principis vexationem potuisse: ita deberi aliquid fateor iis moribus, per quos ingenti exemplo patefacta est via, quod summorum hominum felicitatem non in alieno vel adfectu vel officio, sed ipsorum virtute atque

CAPVT XXXIV. Q. Pompeius cum Numantinis de fœdere disceptat.

magnanimitate repositam & fundatam esse admoneret. At sicut istæ generosæ grauitatis, ita sub idem tempus illiberalis versutiæ documentum Q. Pompeius dedit. Quum enim à legatis Numantinorum multis argumentis conuinceretur, fœdus cum eorum ciuitate fecisse, essetque res manifestissima; tamen instare confitenti certam damnationem videns, homo callide improbus ad extremum pernegauit. Atqui plus [illegible] apud bonos turpitudo notissimi delicti, quam infitiendi impudentia valebat: ferebaturque ad populum, *vt ad expiandum, quidquid [illegible] contractum religionis publicæ esset, auctor eorum hostibus dederetur.* Tum vero

ille to-

ille totis blanditiarum artibus, & infimarum precum vilitate omni adhibita, perpulit incurioſum publici decoris vulgus, vt potius vnius improbi hominis, quam communis ciuitatis miſericordia tangeretur; illiusq; vitam, quam dignitatem reipublicæ ſaluam eſſe mallet. Non accepta lex eſt: Pompeius pro inſonte dimiſſus: Numantinis reſponſum, *fœdus à Pompeio factum non videri.* Tantum mali patrare gratia poteſt, quoties arbitris iis, qui naturam vtriusque iuxta neſciunt, cum iuſtitia committitur! Neque hic fauor hominum ſtetit. Subinde enim quum repetundarum poſtularetur Pompeius, premereturque clariſſimorum virorum teſtimoniis, nam Cn. & Q. Cæpiones, aliudque par fratrum Q. & L. Metelli teſtimonium in eum dixerant, plus gratia Pompeii, quam fides auctoritasque ſummorum virorum valuit. *Oppreſſum videri hominem nouum inimicorum potentia noluerunt iudices*; vt aiunt, quibus omnia maiorum facta excuſare moris eſt: tamquam alia quam repetundarum lege quæſitum eſſet, aut in illa quæſtione nouitas ſua vel fraudi cuiquam, vel vtilitati eſſe debuiſſet. Scilicet corruptis iam per ambitionem luxumque moribus, & priſtina innocentia vix inter paucos reliqua, ceteri iudicum ſimiles ſibi reos abſoluendo, ſuam ſecuritatem ſtabilitum ibant.

CAPVT XXXV. *Abſoluitur iudicio repetundarum.*

Neque aliam fuiſſe cauſſam ſentio, cur per eadem tempora grauiſſimorum criminum reus L. Cotta, P. Africano accuſante condemnationem effugeret. qua in quæſtione antiqui pudoris reliquiæ ita cum improbitate recenti certauerunt, vt quum inſontem pronunciare contarentur iudices, ſontem eripere cuperent, ſepties ampliatum, octauo iudicio abſolutus ſit reus. Id factum & ſimilia, quum vno hoc colore defendantur, quod homines videlicet ſapientiſſimi committere noluerint, vt accuſatoris potentiæ dignitatique tribuiſſe quidquam viderentur, manifeſtum eſt tam malam excuſationem non niſi meliorum inopia placuiſſe. Nam ſi leges exercendæ non ſunt, cur ſanciuntur? aut præſtat accuſandi munus, in quo præ aliis grauitas & ſanctitas & cum conſtantia fidès requiritur, ademptum principibus viris, ad odia cupiditatesque ſordidorum hominum demittere?

CAPVT XXXVI. *Itemque L. Cotta, accuſante Africano.*

Nempe aliud & illis temporibus, & proximis, iudicium ciuitatis Romanæ principum fuit: quum nec paullo ante M. Cato, neque aliquanto poſt M. Scaurus, deforme aut faſtigio ſuo indignum ducerent, vt defenſionem innocentium ciuium, ita accuſationes improborum ſuſcipere. Interpretentur vt volent, qui artibus quibuslibet fauorem bene quæri putant; certe quemadmodum ferendi non ſunt qui temere periculum cuilibet creant: ita pereuntis reipublicæ minime fallax indicium eſt, ſi vile opus, & hominibus honeſtis inconueniens habeatur, pro bonis ciuibus aduerſum malos mores prœliari.

CAPVT XXXVII. *Olim ſummi viri accuſationes ſuſcipiebãt improborum ciuium.*

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER VICESIMVS.

In locum lib. LV. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri LV. Liuiani.

PVblio Cornelio Nasica, cui cognomen Serapioni fuit, ab irridente Curiatio tribuno plebis impositum, & D. Iunio Bruto Consulibus delectum habentibus in conspectu tironum, res saluberrimi exempli facta est: nam C. Matienus accusatus est apud tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset. damnatusque sub furca, diu virgis cæsus est, & sestertio nummo venijt. Tribuni plebis quia non impetrarant, vt sibi denos, quos vellent, milites eximere liceret, Consules duci iusserunt. Iunius Brutus Consul in Hispania, iis, qui sub Viriatho militauerant, agros oppidumque dedit, quod Valentia vocatum est. M. Popillius à Numantinis, cum quibus pacem factam Senatus irritam fieri censuerat, cum exercitu fusus fugatusque. C. Hostilio Mancino Consule sacrificante, pulli ex cauea euolauerunt. conscendenti deinde in nauim vt in Hispaniam proficisceretur, accidit audiri, Mane mane Mancine: quæ auspicia tristia fuisse, euentu probatum est. Victus enim à Numantinis & castris exutus, quum spes nulla seruandi exercitus esset, pacem cum eis fecit ignominiosam, quam ratam esse Senatus vetuit. Triginta millia Romanorum à Numantinorum millibus quatuor victa erant. D. Iunius Lusitaniam, triginta vrbium expugnationibus, vsque ad Occasum & Oceanum, perdomuit: & quum fluuium Obliuionem transire nollent milites, ereptum signifero signum ipse transtulit, & sic vt transgrederentur persuasit. Alexandri filius, rex Syriæ, decem annos admodum habens, à Diodoto, qui Tryphon cognominabatur, tutore suo, per fraudem occisus est: corruptis medicis, qui ipsum calculi dolore consumi, ad populum mentiti, dum secant, occiderunt.

ABrogata Numantini fœderis mentione, quum vlterius bellari Patribus pacuisset, acrior diligentia præparandi quæ ad bellum pertinerent, duo magna, sed dissimilis valde exempli documenta peperit, quum altero non minus emendata Vrbana disciplina, quam altera stabilita militaris videtur.

A. V. C. DCXV. P. Scipione Nasica, D. Iunio Bruto Coss. delectum habentibus

conſpectu tironum, C. Matienius ſub furca diu virgis cæſus eſt, deinde ſeſtertio nummo væniit. Iuſſu Tribunorum plebis id factum, apud quos accuſatus fuerat Matienius, quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet. Ob hanc tam ſalubrem ſeueritatem quum in ore omnium tribuni eſſent, iniquiſſimis aduerſum Conſules contentionibus, prioris facti gloriam turpauere.

Deſertor ſub furca cæſus, vaen[illegible].

CAP. II.

Tribunorū plebis contentio cū Conſulibus.

Volebant à neceſſitate delectus eximere denos ſinguli, quos delegiſſent. neque ignauius Conſules renitebantur, quam tertium decimum ante annum eadem poſtulanti collegio Tribunorum L. Lucullus, A. Poſthumius reſtiterant. At illius certaminis mitior euentus fuit: hic ad noui & ad eum vsq; diem inuſitati exempli fœditatem Tribunitia proceſſit improbitas. Quum enim conſtantiam optimorum Conſulum homines importuniſſimi precibus minisque diu fruſtra verſauiſſent; ad extremum, incitante ceteros C. Curiatio, qui ex ſordidiſſima origine ad Tribunatum plebis peruenerat, *Conſulem vtrumq; duci in carcerem* iuſſere. Dolebant non boni modo, ſed etiam vulgo iam plerique tanto ſummi imperii dedecore: ſed neque reſiſti ſacroſanctæ poteſtati poterat, neque & collegio quisquam, vt intercederet, exorari. ea omnibus in praui conſilii obſtinatione erat conſenſio. At Naſica Brutusque, vt fama & virtute tantorum virorum dignum erat, pati quidlibet, quam cedere Tribunitiis furoribus in cauſſa honeſtiſſima maluerunt.

CAP. III.

Naſicæ Conſulis conſtantia, & vox memorab[illegible].

Neq; minori deinceps fiducia Tribunorum aliis actionibus repugnauere. qua in re Naſicæ Conſulis nobilitata vox eſt, ingentis animi conſtantiæque inuictæ pleniſſima. Productos in concionem Conſules C. Curiatius, *referre ad Senatum* iubebat, *vt aduerſus inualeſcentem annonæ caritatem frumenti emendi cauſſa legati decernerentur.* Ibi Naſica docere populum orſus parum probabile illud inſtitutum eſſe, quum interpellaretur, maxima fiducia, *tacete*, inquit, *Quirites. nam ego quid conducat reipublicæ rectius quam vos intelligo.* His auditis, tamquam venti poſuiſſent, concitatum iſtud populi murmur conticuit, Conſulisque oratio non modo cum ſilentio, ſed etiam cum approbatione audita eſt. In hoc Conſulatu *Serapionis* ei cognomen ab irridente Curiatio impoſitum, deinceps hæſit. Erat enim Serapioni cuidam viliſſimo homini, quippe Suario negotiatori, vultu ſimillimus: quum genere nobiliſſimos, virtute optimos, dignitate clariſſimos æquaret.

CAP. IV.

Non omittam referre iudicium cædis, quod his temporibus actum eſt: quum tanti hoc Senatus feciſſet, vt Conſulibus mandandum exiſtimaret. In Scantia ſylua noti quidam homines interfecti fuerant: inſimulabaturque familia, quidam etiam liberi, ſocietatis eius, quæ pecuarias

[illegible] de C[illegible], proximis se [illegible]erat. Contra hos quum [illegible] animi essent, deinde C. Lælius pro publicanis [illegible] a Consulibus res est, pauciisque post diebus quam [illegible] tam a Lælius eleganti[illegible]que iisdem ampliatum. [illegible] socius, orantibusque *ne defatigaretur*, C. Lælius, vt erat [illegible] tatis, dixisse fertur, *sibi in caussa illorum neque diligentiam neque [illegible] fuisse: ceterum existimare, caussam illam a Ser. Galba, quod [illegible] do fortiorque esset, defendi melius posse*. Sic auctore Lælio caussa [illegible] mum ad Galbam delatum. atque is tanta vi tantaque grauitate [illegible] dicitur, vt nulla fere pars orationis sine clamoribus & plausu [illegible] mitteretur. omnibusque approbantibus instituta quæstione [illegible] rem illa dies illaque actio absolueret. Hæc domi gesta.

[illegible]

CAP. V.

At delectu interim acto, D. Brutus cui vlterior Hispania obuenerat (in citeriore prorogatum imperium M. Popillio erat) in prouinciam proficiscitur. Duas maxime res Senatus ei mandauerat, vnam *vt eos qui sub Viriatho militassent, atque à Q. Cæpione accepti in deditionem essent, certis in sedibus collocaret*. alteram, *vt quod in Lusitania nondum pacatum esset, armis reduceret ad quietem studeret*. Igitur quum dediticiis agrum iam vrbisque locum à decessore suo adsignatum reperisset, condendi oppidi auctor adiutorque fuit opportuno situ, tribus à mari passuum millibus. Valentia id oppidum appellatum. In hoc opere quum pars magna eius anni circumacta esset, deinde latronum globos persequi instituit, qui locis iis passim grassabantur. Nam quia ex similibus initiis magna potentia Viriathi, magnumque nomen fuerat, plures illius exemplo incitati, parem sibi fortunam haud operosa rudibus animis improbitate spei augurabantur.

D. Brutus Valentiam in Hispania condit.

CAP. VI.

Latrocinia cōpescere nititur.

Hi quidquid agrorum Tagum inter & Oblinionis flumen, Durium itidem ac Bætin comprehensum est, solita genti pernicitate peruagantes, curam iniiciebant Consuli, qua potissimum via incertum hostem & nusquam facientem copiam sui oppnmeret. Velocissimos homines citato exercitu insequi, difficile erat: insequentem non consequi, ignominiosum. ne in ipsa quidem victoria quidquam aut laudis aut fructus futurum apparebat. Rectius visum ciuitates, vnde orti latrones dicerentur, bello aggredi. Sic & vltionem [illegible] meritis & expleri militem præda posse: neque defuturos latrones [illegible] ad ferendam suæ quisque patriæ opem spargerentur.

CAP. VII.

Mulierum Lusitanarum fortitudo.

Sic in [illegible] quæque incendium belli inferenti, primo acriter ab indigenis [illegible] non viris modo, sed etiam mulieribus, impigre pro defensione [illegible] suarum arma capientibus. quarum quum diuersis locis [illegible]

[illegible]

rimæ essent, nullius aut lacrimas aut etiam vocem vulneribus ac morte elici potuisse, traditum est. Sed certamine frustra tentato, quum vinci se multitudine viderent, in montes cum rebus quas auferre poterant refugerunt. inde vt subuersionem oppidorum suorum anteuerterent, missis ad Consulem oratoribus, *veniam delicto* petiuere. concessit eam Brutus, & parte facultatum mulctatos in suas quemque sedes dimisit. Iam etiam ad Numantiam certabatur, quod bellum M. Popillius proconsule, cognita Senatus voluntate resumpserat. Ibi quum ad oppidum copias adduxisset, lentæ primum obsidionis species fuit: quum procul soluta ferocia Numantini non vt antea consueuerant, ingredienti fines occurrissent: ne pro muris quidem exercitu, adeo metum simulabant, opposito. Hoc ita constanter per aliquammultos dies factum, vt Proconsuli iam fides fieret, domitam malis & desperatione virtutem hostium esse. ideoq; eo profectus est fiduciæ, vt etiam scalas admouere mœnibus auderet. neq; tamen illum adhuc omnis prouidentia deseruerat, quin dolum latere suspicaretur, quia ne tum quidem ad tuenda mœnia excitari Numantinos animaduertebat. Signum itaque receptui dari iussit: cui dum à spe occupandæ vrbis segniter miles paret, neque etiam seruatis ordinibus recedere tam expeditum est, erumpunt in auersos & à scalis descendentes Numantini, magnaque strage edita totum exercitum fundunt fugantque. Huius cladis fama nunciisque perculsam ciuitatem terruerunt & prodigiorum minæ, vix vllo anno crebriorum, quam qui M. Aimilium Lepidum, C. Hostilium Mancinum Consules habuit. Nam & Lanuuii, quum ibi Consules ex more auspicarentur, pulli è cauea in siluam Laurentinam euolarunt: quæsitique non comparuere. Præneste fax ardens conspecta in cœlo erat, & sereno tonuerat. Lacus Fucinus per millia passuum quinque, caussis non apparentibus, in omnem partem exundauit. in Græcostasi & comitio sanguine fluxit. Exquiliis equuleus cum quinque pedibus natus: multa Vrbis loca fulmine percussa fuere. Atrocius visum, quod M. Claudius prætor, qui in prouinciam iturus Terracinæ nauem conscenderat, naue fulmine icta, conflagrauit. His terroribus ex aruspicum responso procuratis C. Hostilius Mancinus, cui bellum Numantinum euenerat, per Latium & Etruriam in Ligures profectus est, vt à portu Herculis Monœci in Hispaniam nauigaret. Sed consilium mutare coëgit ominosæ vocis ex improuiso auditæ terribilis religio: his ipsis verbis auctore non conspecto resonantibus, *mane Mancine*. Itaque naue quam conscenderat, relicta, Genuam iuit, vt inde solueret.

CAP. VIII. *Popillius ad Numantiam malerem gerit.*

CAP. IX. *Prodigia.* A. V. C. DCXVI.

CAP. X. *C. Mancinus malis ominibus contra Numantinos profectus, nec euentus meliores habet.*

Ibi repertum in mari serpentem ferunt, interque manus compræhendentium effugisse. Tristissimorum euentuum hæc signa fuisse, tum quoque creditum: sed indubitanter post res auspicio ductuque Mancini parum prospere gestas. Quamquam enim acceptum à M. Popillio exercitum, priusquam disciplina corrigeretur, haudquaquam parem hosti ferocissimo ratus, in castris, quæ & paulo ante fugientes texerant, continere studuisset; tamen quia propinqua oppido castra erant, vitari nequibat, quin sæpius aliqua parte copiarum confligendum necessario esset. quibus prœliis plerisque omnibus Numantina res superior, Consulem exercitumque Romanum haud magis præsentibus damnis, quam in futurum desperatione fatigabat.

CAP. XI. Interea non minoribus animis, quamquam ciuili & incruento certamine, in Vrbe depugnatum. *Lex Cassia Tabellaria.* L. Cassius Tribunus plebis legem promulgauerat, *vt exemplo legis Gabiniæ, quæ biennio ante lata de comitiis erat, etiam in iudiciis suffragia per tabellam ferrentur.* Iam Gabinia lex potentioribus displicuerat, quorum in suffragiis moderandis regnum eneruabat. Nunc si idem in iudiciis fieret, plane in ordinem redigi, nihil magnopere pro infimis quibusque valituros haud obscure indignabantur. Itaque M. Aimilius Consul clara temporibus illis eloquentia, contrariis actionibus, vindicare ius antiquum conatus, inimicitiarum cum Cassio semina caussasque inde collegit; siue dudum contractas acrius irritauit. Neq;

CAP. XII. *Cassius Aimilium accusat, ob villam altius ædificatam.* absonum vero est, quum à L. Cassio accusatum esse constet, ab illa caussa profectis odiis iudicium rarissimi criminis conflatum ipsi fuisse. Nam *in agro Alsiensi villam habere* dicebatur, *nimis in sublime editam.* Hoc in magnam inuidiam accusator rapuit, *non villam ibi, sed arcem ab homine libertatis æquæ minime patiente structam esse* dictitans. Neque aliud caussæ video, cur graui mulcta populi iudicio adfectus sit eo tempore, quo iam sepe atrocia crimina impunita manebant, quam quia dolorem suum populus, iisdem suffragiis, quorum impugnari libertas videbatur, cupide vindicerit. Sed præter Consulem resistebat adhuc tabellariæ legi M. Antius Briso tanto potentior aduersarius, quod ipse quoque Tribunus plebis, actionibus Cassii iure sacrosanctæ potestatis intercedere poterat. Ceterum hic ad extremum non perstitit, auctoritate P. Scipionis Africani de sententia deductus (sic enim creditum fuit) quo facto

CAP. XIII. lex perlata est. Interea C. Hostilius Mancinus assiduis velitationibus omnia nequidquam expertus, quum perpetuo superiores Numantini essent, tædio assiduarum cladium subactus, relinquere castra noctu decreuit: vt longius abductum à conspectu hostium militem, qui iam *Mancini fuga à Numantia*

nec

Digitized by Google

nec vocem viri Numantini, nec oculos ferre poterat, quiete & securitate ad recipiendum animum data confirmaret. Eo consilio per tenebras educto castris exercitu solitudinem petit, locumque vbi Fuluius Nobilior castra nuper habuerat. Hanc profectionem Numantinis casus prodidit, velut ad firmandam prodigiorum fidem quærente viam fortuna. Tempus erat anni, per quod more Numantino puellæ nubiles elocabantur. Ambibant vnius formosæ nuptias duo, generé ac virtute pares. eos vt contentionibus, se molestia exsolueret virginis pater, *cum sibi generum fore dixit, qui dextram hostis prior retulisset.* Nam dextras hostium amputare, diisque dedicare iis regionibus solitum. Geminato instinctu accensi iuuenes, quum hinc amoris, inde virtutis æmulatio faces admoueret, ocyus arma capiunt, & silentio versus castra Romana procedunt. deinde postquam in via occurrit nemo, propius subinde propiusque suggressi, solitudinem in castris esse vident: mirabundique, rem ad suos referre statuunt. Numantini, quod res erat, fugere profecto Romanos arbitrati, sine mora coacti, ad millia hominum quatuor, sequi abeuntes cepere. Tanta enim in his virtus, tantusque hostium, ex præteritarum rerum recordatione contemptus inerat, vt hac tam parua manu Consulem Romanum triginta millia militum ducentem adoriri nihil contarentur. Et castra quidem à suis deserta obiter occuparunt. ceterum fugientium agmen Numantini adsequuti, consistere quum coëgissent, trepidantes & consilii incertos adorti, quum proximos quosque, ceteris haudquaquam subuenientibus, circumuenirent, magnum numerum occiderunt: peritiaque locorum adiuti, licet multis partibus pauciores essent, totum exercitum ita concluserunt, vt orta die nullam spem effugii, sed aspera & inuia alibi loca, alibi his formidabiliores Numantinorum cuneos ostendente; victus vltima desperatione Consul (nec enim seruandi exercitus alia vlla ratio apparebat) in leges hostium fœdera ferire cogeretur. Hoc enim ipsi, quum ad internecionem infelicis exercitus sæuire liceret, maluerunt. De conditionibus quum per alios tractaret Mancinus, negarunt Numantini, *nisi Tib. Graccho fidem habituros.* nam patris Tiberii magnam in Hispania famam & bellum fortiter gestum, & pax Celtiberiæ data effecerat: ipsius etiam iuuenis clarum virtute & probitate nomen erat. accedebat ex magistratu auctoritas, nam in eum annum Quæstor creatus, Numantinam militiam & Consulem Mancinum sorte acceperat. Gracchus igitur ad hostes profectus, quum in præsentia nihil obtineri melius posset; pepigit, *vt æquis legibus populo Romano Numantinoque fœdus ac amicitia*

miro casu detegitur.

CAP. XIV. *Numantini insequentes in summas angustias redigunt hostem.*

CAP. XV. *Mancinus per Tib. Gracchum paci fauet cum Numantinis.*

Digitized by Google

mitia esset. quo facto quum haud obscure viginti millia ciuium Romanorum, præter lixas & extraordinarios conseruasset; non dubitabat, quin illa opera sibi non modo nulli detrimento, sed etiam laudi gratiæq; futura esset. Qua spe postea falsus, ad ciuitatem seditionibus agitandam in Tribunatu præceps ferri cepit, vt suis locis exponetur. Tunc autem quum inter ferendas conditiones commemoratum à Numantinis esset, *quod prius fœdus Pompeianum sibi seruatum non foret; eo se parem huius quoq; negotii euentum metuere*: conuenit vt *Consul iureiurando, Quæstor & ceterorum honestißimus quiuque sponsione se adstringerent, mansura quæ pepigissent.* Ita Numantini, dimissis Romanis, castra diripuerunt. in quibus quia tabulas Tiberius reliquerat, quæ rationes Quæsturæ continebant, cum tribus aut quatuor familiarium Numantiam redut, *reddi sibi eas* rogans, *vt aduersus inimicorum calumnias, vti hoc integritatis suæ testimonio posset.* Numantini comiter exceptum, atque in vrbem suam inuitatum, restitutis tabulis, *sumere præterea* iusserunt *de præda, quidquid optauisset.* ille tantummodo thure, quo ad sacra publica vtebatur, recepto, ad Consulem rediit. quem licet illa calamitate miserrime perculsum depressumque, non ideo minori honore atque pietate prosequebatur. Ab hoc in Vrbem quum venisset, totum istud negotium auersis auribus acceptum est: indignantium, *eo decidisse virtutem famamque ciuitatis, vt post tot annorum bella, par demum, etiam sancita per fœderis religionem confeßione, Roma Numantiæ iudicaretur.* Neque crebrior per eos dies sermo apud iratos erat, quam *Caudini fœderis pœnam in hos esse renouandam, qui fœderis illius infamiam retulissent.* At parentes propinquique eorum, qui in exercitu erant, quod Tiberio se debere salutem suorum intelligebant, de Consule quidem dedendo non dissensere: Tiberio parci volebant; huiusque in gratiam, ceteros etiam, qui in pari caussa esse videbantur, eripere tendebant. Ceterum Senatui placuit, *extemplo ad caussam dicendam ex Hispania Mancinum reuocari; collegamque eius M. Aimilium cum imperio ad exercitum proficisci.* Mancinum decedentem etiam Numantinorum legati sunt sequuti. His *extra Vrbem manere* iussis, ne recepti pacis approbatæ hoc argumentum facerent; munera nihilominus missa: vt spes maneret, componi, quod controuersum esset, posse. Die Senatus Mancinus multa *de neceßitate pactorum* præfatus, *quando ita diis*, inquit, *immortalibus placuit, vt hæc sola tantam ciuium Romanorum multitudinem seruandi ratio superesset; eadem mihi iusta piaque videri debuit. Triginta hominum millibus hinc armis hostium, inde locorum iniquitate clausis, suprema dies aderat, si fastidire perrexissem fœdera, quæ tali in sorte vltro ambienda videbantur. Viderint quibus parentes, liberos, propinquos seruaui, quid*

CAP. XVI. *Pax iureiurando Consulis sancitur.*

CAP. XVII. *Romæ indignatio oritur ob pacem Numantinam.*

CAP. XVIII. *Mancinus ex Hispania reuocatus.*

CAP. XIX. *Mancini oratio in Senatu.*

Digitized by Google

quid de hoc conſilio iudicaturi ſint, per quod effectum eſt, ne ingens pars ciuitatis luctu & mœrore mergeretur. Neque tamen magna iactura ſalus exercitus conſtitit. nihil amiſſum eſt eorum, quæ ante me Conſulem in Hiſpania tenuiſtis.

CAP. XX.

Vos autem oro quæſoque, Patres Conſcripti, quum de hoc facto deliberabitis, ne præſentem potius animorum habitum, poſtquam metus omnis deceſſit: quam illius temporis faciem, quam periculorum & terroris plena omnia erant, in conſilio habeatis: neue potius quæ facta maluiſſetis, quam quæ potuerint fieri cogitetis.

Culpam in exercitus ignauiam confert.

Neminem equidem laceſſo, quod & a moribus meis, & ab hoc tempore meo alieniſſimum eſt: ſed quis ignorat quanta ſuperiorum Conſulum culpa noſtras legiones ignauia, quantus diſciplinæ contemptus inceſſerit. Quam ego ignauiam quotidianis velitationibus corrigere, animumque confirmare conatus, quum in me nihil deſiderari paſſus eſſem, fruſtra fui: quod neque pudore iam poterant, neque periculi magnitudine excitari. & rebus perditis licentioſius a me flagitabant, vt quia nihil eſſet melius, ad eamdem pacem deſcenderem, quam ante me Pompeius impune pepigiſſet: cuiusque non ſeruatæ, vindictam irata numina exigerent.

CAP. XXI.

Item in vindictam deorũ ob pacem priorem non ſeruatam.

Et profecto ſi verum amamus, minus eſt mirandum, ſi in bello parum certæ æquitatis, acerbiores paulo euentus fuerunt. Diis enim, diis inquam prodentibus diſceſſum noſtrum, quod calamitatis omnis cauſſa fuit, ſenſerunt Numantini. Quid enim tam incredibile, quam duos omnino viros id noctis ad caſtra noſtra ſuccedere auſos? deinde amor, æmulatio, accedens à patre amatæ ſtimulus, & hæc omnia in id temporis momentum concurrentia, quid aliud quam voluntatem conſiliumque deorum arguunt. Atque vtinam illorum aut credidiſſem auſpiciis, aut voci reuocantium paruiſſem!

CAP. XXII.

Quamquam ſi recte rem putamus, proficiſci me & adeſſe rebus iſtis oportuit, vt ſi neceſſum ſit, in meum caput, quidquid tempeſtatis inde impenderet, ſaluo exercitu recideret.

Cum Varrone ſe comparat.

Sane patrum noſtrorum memoria, quum florentiſſimis populi Romani copiis alieniſſimo tempore perditis Varro Conſul in Vrbem ſolus reuertiſſet, gratiæ ſunt ei ab Senatu actæ, quod de Republica non deſperaſſet; quam prope deſperationem ſua temeritate adegerat. Mihi ſeruato exercitu venia facti ſuffecerit: quamquam & iſtam ſi quorumdam negauerit ſeueritas, dum mea opera viginti amplius ciuium Romanorum millia ſalua vobis eſſe memineritis, lætus ac lubens quam dederitis ſorte defungar.

CAP. XXIII.

Numantinorũ Oratio in Senatu.

Numantini deinde acciti, hunc in modum verba fecerunt: *Quid hoc tempore de nobis iudicetis, Patres Conſcripti, hoſtiumne an amicorum numero habeamus, Vrbe prohibiti, muneribus adfecti dubitamus. at illud nequaquam nobis ambiguum eſt, quocumq; apud vos numero ſimus, poſt pacem cum Tib. Graccho initam ſemper amicorum & animos habuiſſe, & præſtitiſſe opera. Veſtris imperatoribus non ſolum annonam & milites ex formula, ſed etiam & hæc ſæpius ſupra numerum, & alia quæ non erant fœderibus expreſſa, vltro dedimus. Etiam his ſedecim annis, ex* quo

Digitized by Google

quo Segidensium negotio impliciti, arma non contra vos, sed pro pace vestra cepimus, neque acerbi implacabilesque hostes fuimus: & simul atq. spes aliqua pacis ostensa nobis est, pecuniam, vestem, commeatum, & quidquid iubere ducibus vestris placuit, præbuimus.

CAP. XXIV. *De iniuriis queruntur.*

Pro his meritis aliud fere nihil quam contumelias iniuriasque experti, quum earum rerum pigeret puderetque, modum quem facere auctores illarum noluerant, in armis quærere coacti sumus: quod vltimum mortalitati beneficium natura dedit, vti vbi consumpta spes omnis est, desperatione animentur, quicumque asperiora sibi imponi putant, quam moerem non timenti ferre necessum est. Quid iam commemorem quoties Consulibus vestris fœdera nobiscum icta, deinde rupta sint: quia tanto pacis desiderio tenebamur: vt prudentes plerumque scientesque falleremur, & toties experta fraude ad cautionem fugeremus eruditi. Antea quoque non semel decepti, tamen Q. Pompeio habuimus fidem: quæ si apud illum aliqua esset, neque postea venisset in periculum exercitus vester, neque in præsentia nos laboraremus.

CAP. XXV. *Euentum ad deorum consilium referunt.*

Nisi forte diis immortalibus ita visum est, vt claro documento minime sibi placere violata temere pacta ostenderent: quo & nos ad feriendum fœdus calidiores ab experimento essemus: & vos ad illud deinceps seruandum, non ius tantum, fasque, sed etiam pudor obligaret. A maioribus natu sic accepimus, duabus maxime rebus populum Romanum excellere, virtute ac iustitia. ab altero habere, vt bello superari nequeat, ab altero, vt nolit beneficio vinci. Quum seruare aut perdere vestrum exercitum in manu nostra esset, quod humanius erat fecimus, vt dimitteremus incolumem.

CAP. XXVI. *Postremo preces adhibent.*

Pro hoc merito, vt iam pristinæ fœderum sponsiones sileant, nostro iure pacem amicitiamq. postulare poteramus: sed malumus precibus agere, vosque per iurata toties numina, per ipsos illos tam certos vltores periurii deos, per liberos, propinquos, ciues denique vestros, qui nostro beneficio lucem hanc vident, obtestamur: ne perditum excisumque eatis ciuitatem, cuius ea in populum Romanum reuerentia, is animus est; vt ne tot quidem annorum iniuriis, bellique tam acris quam iniqui cladibus, ad vindictæ rapiendam occasionem potuerit commoueri. Si fas gentium respicitis; fœdus est, quod pepigimus: si religionem numinum; dii sunt per quos iuratum est. non debemus timere, ne factam pacem seruare nolitis, quam, si res adhuc integra foret, ita & meritis & mereri cupientibus præstare debuissetis. At Senatus, quolibet precio pacem tam indecoram bene abrumpi credens, censuit, *vt quamprimum noui Consules magistratum iniuissent, de fœdere rescindendo, & auctoribus eius populo Numantino dedendis referretur.*

CAPVT XXVII. *Aimilius Vaccaeis inferre bellum prohibetur.*

Dum hæc in Vrbe fiunt, M. Aimilius Consul accepto exercitu, quietem vt infructuosam aspernatus, belli causas aduersum Vaccæos quærere instituit, quia Numantinos sua virtus, & incerta adhuc Senatus voluntas ab iniuria pro-

protegebat. Criminatus igitur *commeatu iuuiſſe Numantinum hoſtem*, agrum eorum populatur, vrbem Pallantiam, locis illis maximam, obſidet: vocato in communionem belli D. Bruto, quocum adfinitatem contraxerat, vlterioris Hiſpaniæ proconſule. Iamq; copias illi coniunxerant, quum ab Senatu legati Cinna Cæciliusque venerunt, prolatoque Senatusconſulto quo *bellum inferre Conſul Vaccæis* vetabatur, *ingratiſſimum moleſtiſſimumque Senatui facturum videri* dixere, *ſi tot in Hiſpania incommodis acceptis, nouum inſuper bellum cum Vaccæorum ferociſſima gente conciret.* Aimilius *multa in re præſenti facilia apparere, quæ abſentibus ardua videantur* dictitans, *minime ſe dubitare* reſpondit, *quin conſilia ſua probaturi Patres forent, quamprimum ceptum iam à duobus imperatoribus bellum, militemque & frumentum & pecuniam à Vaccæis Numantiam miſſa accepiſſent: præſertim quia reuocatis exercitibus, vniuerſæ Hiſpaniæ, tamquam in confeſſo Romanorum metu, rebellaturæ viderentur.* Cum hoc reſponſo irritos Senatus legatos remiſit datis literis, quibus eadem illa perſcribebantur. Grauius hæc ab Senatu accepta: quod inter alias difficultates publicas, etiam in vicina Sicilia ſeruile bellum ſe commouerat: Prætorque Manilius victus à fugitiuis, caſtriſque exutus, non modo detrimento rempublicam, ſed magis etiam pudore adfeciſſe videbatur. Vnus D. Brutus rerum clariſſime geſtarum nunciis ſpes animoſque ciuitatis recreabat. Quippe maximam Hiſpaniarum partem peruagatus, vrbibus triginta in poteſtatem redactis, Celticos Luſitanoſque ad Oceanum & Occaſum vſque perdomuerat. Maxime inſigne habitum, quod Obliuionis flumen vix auditum antea, primus Romanorum cum exercitu tranſiit. Formidabilem illum amnem militibus ſuperſtitio, quod inferni fluuii nomen referret fecerat; tranſgredique non ſecus atque certiſſimi exitii limen verebantur: quum Brutus ſigno è manu ſigniferi rapto, *Lam*, inquit, *hoc ſignum & veſter Imperator trans flumen erunt. vos, quid facturi ſitis, videritis.* atque cum dicto tranſiens, non vltra recuſare obſequium ſinente pudore, vniuerſos transduxit. Neq; prætereatur vtilis vitæ admonitio: quam etiam ad res gerendas opportunum ſit mentem bonis artibus excoluiſſe. quæ diſciplina quanto in vnaquaque natione latius diffundi poteſt, inepta ſuperſtitio, & per vanam credulitatem obiecta negotiis impedimenta minuuntur. Quis enim hodie non rideat inanem tot millium metum, f[illegible]ttiſſi[illegible]um exercitum ferociſſimarumque gentium domitorem, vnius non maximi amnis ne fluctus quidem aut vortices, ſed ſolum nomen atque nudam appellationem horruiſſe. Scilicet euenit rudibus hominum animis, quod in belluarum quarumdam natura miramur; quæ quum inani robore polleant, nullaque vi ſint ſupera-

CAP. XXVIII.
Nec paret Senatus legatis.

CAP. XXIX.

D. Brutus Obliuionis flumen tranſit.

CAP. XXX.
Digreſſiuncula, de vtilitate ſtudiorum in rebus gerendis.

Digitized by Google

[illegible] contemptissimorum animalculorum terrore coërcentur. Leo quæ formidare dicatur, vix dignum relatu est: elephantus armatas acies obterere solitus, ad conspectum muris, aut grunnitum suis expauescit.

CAP. XXXI. *Magni exercitus vanis terroribus possessi dati.*

Quibus haud dissimilis eorum exercituum pusillanimitas fuit, qui per ignorantiam ad res innocuas exterriti, robur veris periculis indomitum, inanibus terriculamentis euilescere passi sunt: qualia classem Atheniensium sub Nicia, Macedonicum exercitum sub Perseo pessum dedere: idemque periculum sub ea tempora, quæ nunc describimus ad Numantiam exercitibus Romanis fuit, donec à Scipione vates & arioli à castris amandarentur. Atqui his malis ceterisque plerisque certa sunt à sapientiæ studiis & rerum gestarum scriptoribus remedia. nam & illa mentem cognitione veri munitam vanis terroribus liberant; & isti paucorum experimentis animos omnium ad incommoda paria vitanda instruunt.

CAP. XXXII

Sed ad rerum ordinem redeamus. Brutus Obliuionis fluuio superato, transiit & Minium amnem, vltra quem Bracari colunt; qui omnium Lusitaniæ fluminum maximus esse creditur; vt barbarorum audaciam castigaret, quia partem commeatuum, qui in castra Bruti vehebantur, interceperant.

Feminæ bellatrices.

His etiam armare feminas moris erat: neque segnius hæ quam viri prœliabantur: non fugæ, non eiulatus inter dura memores, sed vno metu seruitutis, quam adeo tristiorem morte iudicabant, vt captæ seque & liberos interficerent, hoc solo placente ipsis genere manumissionis. Venere tamen in deditionem aliquot vrbes, & inter ceteras insignis Talabriga: neque diutius in fide mansere, quam præsentis exercitus terror exigeret, digresso illo, iterum ad priora consilia reuoluti.

CAP. XXXIII

Ea defectio retraxit Brutum, suntque de integro domitæ, quæ iugum excusserant ciuitates.

Talabricenses oratores ad Brutum mittunt.

Hæc suorum fortuna Talabricenses coëgit, vt iterum oratores humilimis cum precibus mitterent, omnia facere paratos, quæ imperaturus esset. Sciebant præ aliis iratum infensumque sibi Romanum esse, quod sæpius petitam acceptamque fidem, ludibrio contemptuique habuerant.

CAPVT XXXIV. *Is acriter castigatos in fidem recepit.*

Brutus *captiuos perfugasque & arma omnia tradere: dein de, cum vxoribus liberisque oppido excedere* iussit. quod vbi ab hominibus extrema necessitate subactis obedienter factum est, armato milite circumfusos acriter increpuit, *quoties mutassent fidem*, *ad quot bella se coëgissent* enumerans. additis deinde conuiciis multis quum ad vltimos metus adduxisset; subiecit *nihilominus se potius in eos pro moris Romani lenitate, quam ipsorum debito consulturum.* equis deinde, & quod in publico frumenti pecuniæque & rerum aliarum fuerat, ademptis, oppidum ipsis incolendum præter omnem exspectationem reddidit. Hæc prius à Bruto gesta, quam cum M. Aimilio in Vaccæos irrumperet, existimauit

nam

nam interdum in ſcriptorum incuria aut pugna difficilimum fit, ſuis quæque geſta temporibus reddere. Quum tanti per Europam vbique motus eſſent, haud leuiore tumultu concuſſa Orientis Regna intremuerunt. quas ob res frequentes in Vrbem legationes ex Aſia, & à Diodoto ex Syria venere, qui Regnum illud recens occupauerat. Quippe Demetrio Nicatore, vt ſupra memorauimus, à Parthis capto, quum vxor eius Cleopatra ſexu, frater Antiochus annis & inopia inualidi, parum adferre præſidii rebus adflictis poſſent, Diodotus animum adiicere cepit, ad Regnum Syriæ, puero Rege interfecto, ſibi comparandum. In eo conſilio quum aduerſaturum ſibi Ionathanem Iudæum intelligeret, fallacibus promiſſis Ptolemaida euocatum vincit, deinde occidit. Neque multo poſt Antiochum Regem, puerum decennem opera medicorum interficit, qui ad populum valetudine Regis anxium, calculi dolore conſumi eum fingentes, dum ſecant, interemerunt. Diodotus amicis circum præſidia militum dimiſſis, homines de præſenti tantum vtilitate ſolicitos precibus & promiſſis prenſare inſtituit. neque decora in ſpeciem argumenta deerant. *Neminem, aut melius de Regno exercitibusque meritum, aut tanto faſtigio digniorem eſſe. Neque ad Seleucidas reſpiciundum: ſæpius hoſtes exercituum, quam duces patronosque. præterea Demetrium in poteſtate Parthorum agere. Antiochum inimicitias iramque tamquam aduerſus defectores profiteri; atroces ab inuiſis pœnas exacturum, ſi quam facultatem eius rei habuiſſet. ne bene quidem merentibus digna ſperari præmia ab inopi poſſe: at in Diodoti manu æraria theſaurosque eſſe, quibus & alias haud parce vſus, nunc tanto liberalius daturus pecunias eſſet, quanto maiorem ad ſpem ſuffragia militum pararentur.* At illi olim omnia ſuis commodis metiri adſueti facile adſentiuntur: neque ciuitates abnuunt. promptis præſertim Apamenſibus, apud quos educatus fuerat Diodotus; quum Coſſianis, quod agri Apameni caſtellum eſt, lucem primum adſpexiſſet. Sic igitur Syria potitus, continuo quidquid hactenus vitiorum honeſtiore perſona obtexerat, explicuit. Quamdiu enim priuatum egerat, inſigni ſpecie comitatis & modeſtiæ ductare vulgum ſolitus; tum aperte ſuo ingenio vti cepit, verumque Tryphonem agere, quod cognomen occupato regno ipſe delegerat. Quamquam autem ſatis ſe munitum potentia putabat aduerſus æmulos: tamen ad ſecuritatem ſuam decuſque plurimum pertinere videns, ſi Senatus Romani decreto titulum Regni munire potuiſſet; legatos miſit qui auream Victoriam denum millium aureorum pondere, donum populo ferrent. Id enim commentus fuerat, ea ſpe, futurum vt ſimul compendii ſimul ominis cauſſa acciperet Senatus donum, Regemque ſe & amicum appellaret. Sed iſta calliditas prudentia

CAPVT XXXV.

Diodotus Ionathanem occidit.

CAPVT XXXVI.

Mox Antiochum puerum Syriæ Regem.

CAPVT XXXVII.

Ipſe inuadit Regnum.

Digitized by Google

Patrum elusa effectu caruit. accepta enim Victoria, dedicataque est sub Antiochi, quem Tryphon occiderat, titulo, tamquam ipse donauisset: intelligique potuit, curæ fuisse senatui, ne quis ab eo probatam pueri cædem, & ab impiis hominibus accepta munera iudicaret.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM
LIVIANORVM
LIBER PRIMVS ET VICESIMVS.

In locum lib. LVI. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri LVI. Liuiani.

DEcimus Iunius Brutus in vlteriore Hispania feliciter aduersus Gallæcios pugnauit. dissimili euentu M. Æmilius Lepidus Proconsul aduersus Vaccæos rem gessit: cladem que similem Numantinæ passus est. Ad exsoluendum Numantini fœderis religione populum Mancinus, quum huius rei auctor fuisset, deditus Numantinis, non est receptus. Lustrum à Censoribus conditum est. Censa ciuium capita trecenta viginti tria millia. Fuluius Flaccus Consul Vardeos in Illyrico subegit. M. Cosconius Prætor in Thracia cum Scordiscis prospere pugnauit. Quum vitio ducum bellum Numantinum nõ sine publico pudore duraret, delatus est vltro Scipioni Africano à Senatu populoq; Romano Consulatus: quẽ quum illi capere ob legem, quæ vetabat quemquam intra decem annos iterum Consulem fieri, non liceret, sicuti priori Consulatu, legibus solutus est. Bellum seruile in Sicilia ortum, quum opprimi à Prætoribus non potuisset: C. Fuluio Consuli mandatum est. huius belli initium fuit Eunus seruus, natione Syrus. qui contracta agrestium seruorum manu & solutis ergastulis, iusti exercitus numerum impleuit. Cleon quoque alter seruus ad septuaginta millia seruorum contraxit: & copiis iunctis, contra populum Romanum exercitumque eius, bellum sæpe gesserunt.

A. V. C. DCXVII. *Prodigia.*

P Furio Philo, Sex. Atilio Serrano Coss. puer ex ancilla natus geminato pedum manuum oculorum auriumque numero, sed & pudendo duplici, iussu aruspicum crematus est, cinisque in mare sparsus. Eorundem de sententia procurata fulmina sunt, quibus multa Vrbis loca quassata

ca quassata

Digitized by Google

ea quaſſata fuerant: & oſtentum ſanguinis, qui Puteolis inter riuos aquarum calidarum fluxerat. Etiam incendium Rheginæ vrbis inter prodigia relatum eſt, quæ ſine vllo humanæ fraudis & negligentiæ veſtigio pæne tota conflagrauit. Tanto maiore cura rempublicam capeſſi placuit, quæque ad ſtabiliendam eius incolumitatem pertinerent, feſtinari.

CAP. II.

Nihil prius neque inſtantius habitum, quam vt de cauſſa C. Mancini referretur: vti Senatus cenſuerat. factumque eſt Senatusconſultum, *Tribuni plebis ad populum ferrent, vti pax iniuſſu populi cum Numantinis pacta pro infecta eſſet: auctores paciſcendæ hoſti dederentur.* tulerunt ex Senatusconſulto L. Furius Ser. Atilius.

Mancinus legem ſuadet, qua ſubebatur dedi.

Magnum eo tempore virum, dignumque meliori fortuna Mancinus præſtitit, legem ſuo capiti exitioſam ſuadendo: retulitque vultum eius diei, quo Poſthumius Veturiusque Conſules in ſimili noxa haud diſpari animo vſi, nõ minus miſericordiam omnium procurando pœnam ſuam meruere, quam indignationem culpa commouerat.

CAP. III.

Tib. Gracchus eamdem oppugnat.

At non eadem Tib. Graccho voluntas erat: quin ille quantum fauore populi, quantum eloquentia valeret, contendere: *indignam ſibi ceteriſque pro ſeruato exercitu referri gratiam* vociferari: animos hominum anxietate, pudore, miſeratione complere. neque pauci, quorum cognati adfineſque eadem in cauſſa erant, tamquam ſuo periculo mouebantur. Tandem populus *de fœdere, uti rogatus erat*, iuſſit: *dedi neminem præter Mancinum.* Ferunt & Scipionem Africanum, quocum nupta Gracchorum ſoror erat, ſumma potentia & gratia virum, periculo adfinis adfuiſſe, neque tamen effugit, odia multorum, ipſiusque poſtremo Tiberii, quod non etiam Mancinum, & initum auctore propinquo ſuo fœdus defendiſſet.

CAP. IV.

P. Furius inimicos ſuos ſecum legatos ducit.

Mancinum in Hiſpaniam deducendum P. Furius Conſul accepit, cui ea prouincia euenerat. quam quia exambitam ei duo Quinti Metellus atque Pompeius viri Conſulares obiecere, multis & vehementibus verbis, inimici enim eius erant, *cupiditatem Conſulis acerbam fore ciuitati* vaticinantes: ille, *vt*, inquit, *ſciatis, quo animo quoque propoſito rempublicam gerere aggrediar, vos mecum legatos ducam*: neque deſtitit quin ſequi eos cogeret. magno bonæ conſcientiæ argumento, quum hominum ſecum & inter ſe diſcordium vſurus miniſterio, neque impedimenta rerum gerendarum ex æmulatione neque obtrectationem geſtarum ex malignitate formidaret.

CAP. V.

D. Brutus Gallæcos vincit.

Sed priusquam in Hiſpaniam hi perueniſſent, D. Brutus & M. Aimilius Proconſules, diuiſis iterum copiis conſiliiſque, diſſimiles etiam euentus habuerunt. Bruto felix expeditio fuit. multiſque vrbibus & hominum vi magna captis, gloria ingens, & *Gallæci* cognomen partum. Luſitanis, qui à Bruto premeban-

tur, gens ea suppetias venerat, maximus exercitus, nam sexaginta eorum millia fuisse inuenio. Non erat par aperto robore Brutus, nisi auxilium viribus ab astutia doloque petiuisset. In vlteriore Hispania res gerebatur: estque dumetis siluarumq; ac callium anfractibus opportuna ad struenda celandaque belli furta regio, & ille Moronem oppidum communiuerat, ad æstuaria Tagi situm: inde dispositis in vtraque ripa castellis, nauigatione libera, & subuectione necessariorum tutus, locum insidiis quæritabat. In quas haud difficulter præcipitati barbari, suopte ingenio feroces, & multitudinis fiducia incauti, tantam cladem acceperunt, vt quinquaginta millibus occisis, sex captis, de tanto numero minima manus incolumis ad lares suos reuerteret. Post hanc cladem tota fere Lusitania deditionem fecit: quo maius mirum est vnius vrbis incolas animorum ferociam exuere nec dum potuisse. Cinninienses enim, quum pecuniam Brutus imperasset, legatis eius respondere sunt ausi, *ferrum sibi ad tuendam libertatem suam, non aurum ad emendam relictum à maioribus esse.* Ceterum inutilis sine viribus contumacia est: nec ambigitur, quin ad pacandos vniuersæ Hispaniæ populos tantæ pugnæ victoria valere potuisset, ni male à M Aimilio gesta respublica sub idem tempus in Vaccæis foret. Is neglecto Senatus mandato, quo *abstinere vim innocentibus* iubebatur, in obsidione Pallantiæ, machinisque compingendis, & frumento conuehendo totus erat. Vaccæi contra nihil inausum relinquebant, quo infensi & importuni hostis conatus & consilia frangerent. tamen à neutra parte pugnandi copia fiebat: tantum per occasiones leuibus prœliis certabatur, captabanturque nocendi tempora, contra frumentatores maxime dispositis insidiis. Fuissetque aliquando magnum detrimentum acceptum, nam palam circumuenti Romani erant, ni Flaccus qui eam manum ducebat, vtili mendacio stuporem hostibus incussisset: edito per manipulos rumore, *Pallantiam à Consule captam esse*: quam ad vocem quum accensi lætitia milites conclamassent, perturbati hostes, verumque nuncium rati, præ mœrore & tædio falsæ cladis, certam victoriam è manibus dimiserunt. Flaccus cum copiis & frumento in castra rediit. Non tamen ideo fames & inopia diutius à castris Romanis arceri potuit: consumptis circa omnibus, aut metu barbarorum intactis: iamque non modo iumenta passim, sed homines quoque multi moriebantur. donec omni patientia speque consumpta Proconsul repente sub quartam vigiliam indici profectionem iussit. Ibi longinqua miseria & terrore subito, cui licentia noctis accesserat, nihil ordine, nihil consilio gestum. Vrgebantur à tribunis & centurionibus per castra discur-

CAP. VI.

Maxima strages barbarorum.

CAP. VII.

Cinninienssum ferocia.

CAP. VIII.

M. Aimilius Pallantiã obsidere parat.

CAP. IX.

Deinde repente relinquit.

Digitized by Google

diſcurrentibus vt ante lucem iter ingrederentur: ea feſtinatio tumultum mirifice auxit, quum ſubito diſcedere coactis, nihil in vſum itineris, nihil aduerſus hoſtem prouiſum eſſet.

CAP. X. *Vnde maxima in caſtris turba.*

Sua ſponte trepidos magis etiam conſternabant ſauciorum ægrorumque fletus & querelæ, qui circumfuſi vaſa colligentibus, complexi abeuntes, omnia neceſſitudinum ſacrorumque nomina ciebant, *inualidos ac indefenſos barbaro irritatoque hoſti ad extrema crudelitatis exempla relinqui* deprecantes. Vbi timor occupauit animos, nullus pietati locus eſſe poteſt: pro ſe quiſque vicinum periculum exire properi, dum ſua corpora ſeruarent, nihil penſi habebant aliarum rerum omnium amiſſione paciſci.

CAP. XI. *Et Pallantinis inſequentibus pericula.*

Ergo nullo cuiuſquam imperio, nullis ordinibus ſeruatis, quum trepidi atque ſemermi, fugæ ſimili profectione abirent, acrem & vigilantem hoſtem haud diu latuerunt: effuſa ſummis viribus Pallantinorum iuuentus, ab ortu diei vſque ad occaſum in tergo aut lateribus agminis hærebat: multiq; ſubinde, quum animo & viribus impares, ſimul ſubmouere obiicientem ſe hoſtem, ſimul iter facere cogerentur, ab Hiſpanis interficiebantur: neque Proconſul his malis occurrere aut ſubuenire poterat, nimia mole corporis ineptus ad imperatoria munia & propemodum immobilis. Suſtentata tamen vtcumque acies eſt, donec tenebræ obortæ certamini interceſſerunt. harum beneficio Romani ſe per globos, vt quemque nox & deſperatio tulit, in campos eiecere. neque vltra inſtiterunt hoſtes, contentique victoria domum redierunt.

CAP. XII. *Poſtrem[illegible] ſimilis Numantinæ clades.*

Seruati exercitus gloriam hominum nemo tulit. diis egere gratias, *quorum profecto aliquis hanc hoſtibus mentem inieciſſet, vt diſſipatos, ac fame & labore confectos, quum delere nullo negotio poſſent, ſupereſſe paterentur.* Millia tamen hominum ſex deſiderata, ſimilisque Numantinæ habita clades: quum vtrobique fruſtra oppugnatis vrbibus caſtra deſerta, in itinere pugnatum, & amiſſa copiarum parte, pars illic miſericordia hoſtium, hic negligentia euaſiſſet. Neque diſſimilis imperatorum ſors fuit: namque & Aimilius abrogato imperio priuatus in Vrbem rediit. Accuſatio deinceps & iudicium ſequutum. Sed ad extremum pecunia lis æſtimata eſt.

CAP. XIII. *Mancinus deditur.*

In Sicilia quoque male cum fugitiuis hoc anno pugnatum à Cornelio Lentulo Prætore: magnaque pars exercitus cum ipſis caſtris amiſſa eſt. Inter hæc in Hiſpaniam P. Furius Conſul venit, qui dedendum Numantinis C. Hoſtilium deducebat. Mirabile ſpectaculum, & ad arguendam ingenii humani ſecuritatem efficax, ille modo Conſul, numeroſo exercitu, & tota imperii maieſtate ſtipatus, nunc ſolennibus cærimoniis à patre patrato hoſtium in poteſtatem nudus vinctuſque tradebatur.

CAP. XIV. *Nec receptus ab*

Neque hic miſeriarum & ignominiæ

miniæ finis. quum à Numantinis non reciperetur, vilem fraudatæ pacis victimam aspernantibus, ante portas expositus est; ibique in oculis ciuium hostiumque, ab illis relictus, ab his non admissus, ab vtrisque desertus despectusque in noctem vsque perstitit. Tum demum quasi propitiata iam fortuna respexit, Romanique velut omni sua obligatione defunctum recipiendum censuere. Ne tamen inde piaculum aliquod exercitui populoque Romano contraheretur, consulere aues visum, iisque addicentibus in castra reductus, ciuitatique redditus, postea etiam Senatorium recepit ordinem, petiitque Præturam & consequutus est.

CAP. XV. *Curiam intrantem P. Rutilius educi iubet.*

Neque tamen sine certamine res transacta. Quum enim reuersus domum Mancinus, introire curiam non dubitasset, P. Rutilius M. F. Tribunus plebis, *Cuperem*, inquit, C. *Mancine vltro potius abstinuisses curia, quam indebitum honorem vsurpando, durius me quam vellem agere coegisses. Ego te cum hoc in Rempublicam animo, dignissimum esse putem, qui summis patriæ consilio interesses, nisi religio & leges vetarent, contra quas ne meis quidem charitatibus integrum esset parcere. Quo tempore pater patratus, ad soluendam religione ciuitatem, hostibus te populi Romani dedidit, ciuis noster esse desiisti. neque tibi prodest, quod non es receptus. excludere te sua ciuitate Numantini potuerunt; non potuerunt in nostram restituere.*

CAP. XVI. *De iure postliminii disputat.*

Postliminium autem frustra appellas: quum sit memoria proditum, quem pater suus, aut populus vendidisset, aut pater patratus dedidisset, ei nullum postliminium esse. Inuitus hæc, eoque lenius quam pro caussæ magnitudine dico: qui sermonis omnem acrimoniam contra malos potius, quam contra calamitosos cupiam effundere. *Tu vero talis in ea tua fortuna fuisti, vt sis misericordia, quam odio dignior. sed misericordiæ ius non dedimus. Saluum te sospitemq; ad tuos reuertisse gratum est: neq; conspectum huius Vrbis, propinquorumq; & amicorum solatio inuidemus: vsurpari à te ius alienum, & pro Senatore esse, qui ciuis Romanus non sit, minime patimur.*

CAP. XVII. *Ipsius appellat verecundiam.*

Te quoque pro cetera tua verecundia deceat, non vltra appetere, quam retinere saluis moribus & iure populi Romani queas. Paulo ante magno animo non solum hanc curiam & Vrbem reliquisti, sed quidquid in ea charum atque iucundum fuit; vt corpus animamque in eorum manus traderes, quos acerbissimos tibi infensissimosque existimare debuisti. Sed hoc fecisti, quo saluæ religiones essent. nunc igitur eamdem ob caussam, pro qua tam aspera subiisti lubens, carebis hoc ordine, cui te contra fas & religiones inseris. Nobilissimo apud nos genere natus, ignorare non potes, quam indigna res sit visa maioribus, in Senatu quemquam peregrinum esse.

CAP. XIIX.

Hæc ideo sum præfatus, vt pudori tuo consulerem, Mancine. Quod si nihil amplissimum ordinem dedecore, neque te ignominia vltra exsolui(s), educi de Senatu

Senatu iubebo. Vicit tamen sententia mitior, quod vir optimus aduersæ fortunæ culpam satis luisse tanta ignominia miseriaque videretur. Aderat & iuris species, poteratque defendi, nihil videri traditum posse, quod ab eo cui traderetur acceptum non esset. Itaque ne aut homini aut legi iniuria fieret, auctore Senatu ad populum latum est, *vti C. Mancinus ciuis Romanus haberetur: neque deditio ei fraudi foret.* Consecrauit vtramque hanc fortunam suam Mancinus, posita sibi statua, eodem habitu quo deditus fuerat.

Lex lata vt C. Mancinus ciuis Romanus esset.

CAP XIX.

Eodem anno Censores Ap. Claudius Pulcher, Q. Fuluius Nobilior lustrum duodesexagesimum condidere. Censa sunt ciuium capita trecenta viginti tria millia. Magistratus temperatus fuit, atq. præferuido alterius Censoris, alterius leni ingenio bene mixtus. Quippe Fuluius præcipitem collegæ iracundiam obsequio frangebat; sicut intractabilem contra tendentibus, ita dum cedi sibi credit, vltro cedentem. Sub eadem tempora quum Illyricum ab Ardyæis, Macedoniæ confinia à Scordiscis vexarentur, Senatus sortiri nouos magistratus, & mature in prouincias proficisci iussit. Ardyæi vicinas nationes, quæ in ditione Romanorum & ipsæ erant, incursionibus damnisque multis adfecerant. ipsius etiam Italiæ, qua propinqua Illyrico est, populatores. ne legationem quidem reueriti erant, *abstinere iniuriam a ciuitatibus quæ in fide populi Romani essent*, iubentem: Datum igitur negotium magistratibus est, vti peditum millia decem, equites sexcenti ad coercendam Ardyæorum insolentiam scriberentur.

Ardyæi Illyricum populantur.

CAP. XX.

Pacem petunt, nec præstant.

Illi, quod nondum satis ad bellum parati erant, oratoribus missis auertere periculum tentauerunt, *in potestate Senatus Populique Romani se fore policiti.* Senatus ob res in Hispania & Sicilia parum prosperas, lubens veniam petentibus dedit: imperata mulcta, quam ciuitatibus quis damnum iniuria datum esset, exsoluerent. Barbari, quia primus metus decesserat, mandata Senatus insuper habuerunt. Itaque quum de his rebus noui Consules retulissent, Ser. Fuluio Flacco Ardyæi euenerunt. Q. Calpurnio Pisoni citerior Hispania. Macedoniam M. Cosconius Prætor est sortitus. Reliquorum magistratuum tam nomina, quam prouinciæ ignorantur. nisi quod Sex. Atilium Procos. ex Sc. Atestinis & Vicetinis tollendarum inter finitimos discordiarum caussa, terminos statuisse reperio.

A. V. C. DCXIIX.

Prouincia.

CAP. XXI.

Prodigia.

Frequentia illo anno prodigia nunciata: bos loquutus, Ætna maioribus solito ignibus exæstuans, & puer Romæ natus, nullo ad purgandam aluum exitu. in Bononiensi agro fruges in arboribus natæ sunt. bubo cuius vox in Capitolio, deinde circa Vrbem audita fuerat, præmio proposito ab aucupe captus, cinisque combusti in amnem sparsus est. His de more

pro-

procuratis, profectus in Illyricum valido cum exercitu Ser. Fulnius, quum hostes impares robore, & ob hoc egredi ad æquam pugnam non ausos, arctis locis premeret, postremo ad arma tentanda compulit: & eruptione pugnantes, vno vix iusto prælio vicit subegitque. Ablatis, quæ ad mare possederant, in mediterranea loca relegari gentem placuit: vt sine vicinorum iniuria, victum agricultura quærere cogeretur. Nihil deinde Ardyæi valuerunt. ita non modo ferocia hominum, sed robur etiamac multitudo vehementer hoc consilio attrita est; quum adsueti maritimo latrocinio, ad rusticum opus segnes essent; & terræ steriles, etiam quum diligentius subigerentur, labori speique colentium minime responderent. Collega Ser. Fulnii Q. Calpurnius Piso, quum in Hispaniam venisset, Numantiam quidem omittendam censuit; at Pallantinam regionem vastare aggressus est. Illis vero contra exeuntibus, nam res bene gestæ spiritus viris addiderant, Consul exigua quam ceperat præda contentus, in Carpetaniam abiit; eaque in regione totum imperii tempus exegit. Ea res mœrorem atque tædium, quod ex lento & ignominioso bello dudum Senatum Populumque Romanum ceperat, auxit. respici inde ad P. Scipionem cœptum. *illum vnum à diis immortalibus ducem ciuitati datum, qui difficilia & pudenda bella omnia tolleret. Sic Carthaginem, post multorum Imperatorum infelices, omnium irritos conatus, non ante cessisse, quam ad exercitum cum imperio missus Scipio foret.* idque tam firmiter mentibus omnium inhæsit, vt in annum sequentem minime petenti Consulatum deferrent. Quippe comitiis, quum Scipio in campum descendisset, vt Q. Fabium Buteonem fratris filium tribubus commendaret quæsturæ candidatum; consensu omnium Consul designatus domum rediit. Quod quia contra leges actum videbatur, rogationem ad plebem Tribuni tulere, vti lege de magistratibus non iterandis Scipio solueretur. Ita singulari virtutis testimonio solus omnium, quum nunquam petiisset Consulatum, bis adeptus est; non consuetudine, non scriptarum legum potestate ad impediendos viri iustissimos honores satis valida. Collega ei additus Q. Fuluius Flaccus. Hi quum magistratu inito de prouinciis retulissent, Hispania & Sicilia Consulibus prouinciæ decretæ: nam Macedoniæ res tranquilliores per Cosconium effectæ erant, qui Prætor Scordiscos in Thracia vicerat. De Hispania dubitatio non fuit: quin P. Scipioni extra sortem traderetur: Siciliam C. Fuluius accepit: quum Prætores ortum in ea insula seruile bellum opprimere nequiuissent; nam & Piso nuper & modo Hypsæus victi à fugitiuis fuerant. Eius originem initiumque belli referendum esse duxi, vt constaret, nullum esse genus hominum, vnde periculum

CAP. XXII. *Ardyæi semel domiti.*

CAP. XXIII. *& Piso nihil memorabile gerit in Hispania.*

CAP. XXIV. *Scipioni non petenti defertur Consulatus.*

A. V. C. DCXIX. *Prouincia.*

CAP. XXV. *Seruile bellum in Sicilia.*

cultum non fit etiam validissimis imperiis, ut sit in legibus & moribus, quod in reipublicæ perniciem itura mala, diu ante prouidere, & in ipso semine opprimere possis. Postquam Hannibalici belli fine accisa Carthaginensium potentia, & intra suam Africam cohibita, per annos ferme sexaginta Siciliæ tranquillam pacem, atque in fertilissima insula securas opes reliquit, & Romani ciues qui latifundia ibi possidebant, & Siculorum multi, aucta in immensum re familiari maximam seruorum multitudinem vndique coemere ceperunt, eos notis crudeliter compunctos ad varia ministeria destinabant: validissimis quibusque & iuuentæ robore florentib⁹ ad pecora pascenda ablegatis. Hi quum ab hominibus superbis & auaris, inter durissimos labores, famelici nudiq. haberentur, necessitate victi ad latrocinia conuertebantur: vtque magnus erat passim perditorum numerus, breui cædibus & rapinis omnia complebant. Et conabantur quidem obuiam ire Prætores, sed metu dominorum etiamsi deprehendissent sontes, supplicio non audebant adficere. Quod enim iam tum in manu Romanorum equitum iudicia erant, eiusque ordinis homines multos in Sicilia fundos, magnamque vim seruitiorum obtinebant: verebantur magistratus, ne post Præturam quoquo modo accusati, ab infensis iudicibus, etiam innocentes condemnarentur. His rebus fiebat, vt indies magis magisque conualesceret latrociniorum impunitas: iamque non modo singulis aut paucis viatoribus fierent insidiæ, verum etiam villæ pauperiorum noctu expugnatæ, cum cæde resistentium diriperentur. Pastores enim clauis & lanceis armati, & corpora lupinis aprugnisque pellibus tecti, haud procul militari specie, terrorem incutiebant aliis, ipsi inter sese visu adspectuque, & impunitorum facinorum memoria firmabantur. Accedebant acerrimorum canum agmina: atque ipsa ciborum, vitæque sub dio agendæ natura, eosdem efferabat animis, & corporibus ad quosuis labores robur addebat. Hac disciplina perfectum tandem est, vt quum neque numeri nec audaciæ & virium pœniteret, clandestinis per occasionem colloquiis de vindicanda libertate cogitarent. *Seruire tot egregios iuuenes, panum & luxu eneruatis hominibus, non magis re n[illegible] ortunum, quam ratione absurdum esse. Non se natura deteriores aliis, sed vi hanc in conditionem adductos, vim eam alia vi repellere, & exire iniqua imperia, vindicando se in libertatem posse. Ne gentium quidem iure seruum ab inhumanis heris agi: quod vtique operas & obsequium seruus, sed tamen & necessaria toleranda [illegible] reliquisset. [illegible] se deteriore loco apud dominos, quam iumenta [illegible] esse: sibi [illegible] perferenda, sibi contumelias & [illegible] verbera perpetienda: nullo neque [illegible] neque modo, nisi quem herorum immanis libido dictauisset. Præstare semel*

Aaa   *per vir-*

CAP. XXVI. *Seruorum ingens copia.*

CAP. XXVII. *Equites Prætoribus terrori sunt, propter iudicia.*

CAP. XXIIX.

Seruorum inter se clandestina colloquia.

CAP. XXIX.

per virtutem mori, quam per tot supplicia miseram [illegible] vitam [illegible] lucere tamen & melius ominari reputantibus, quot & quales contra [illegible] arma sumpturi. Panie & luxuria diffluentibus, quot serui forent, tot [illegible] futuros: eoque acriores, quod & laborum patientia adsit. & [illegible] tales stimulus recuperandæ libertatis. Etiam aliquando sermonibus [illegible] esse, referentium, quoties seruis rebellare ausis fortuna [illegible]. Non [illegible] hinc abesse (aiebant) Hetruria, cuius magnam vrbem Volsinios aliquando [illegible] dominis subactis, dicuntur tenuisse. Cum Scythis serui dominorum [illegible] gesserunt æquo Marte bellum: Tyrios deleuerunt suæ familiæ, ductaque [illegible] rum vxoribus, alios procrearunt Tyrios. Sibi quoque non desperandam [illegible] fortunam, simul his qui hanc essent adepti, similes esse cepissent.

Seruorum exempla qui feliciter rebellarunt dominis.

CAP. XXX.
Euni historia.

His inter se sermonibus incitatos, maxime quidam Eunus permouit, *placere diis consilium, & opem ipsorum adfore* prædicando. De quo homine, quia tanti deinceps belli non aliud initium fuit, plura dicenda sunt, vt ludibrium rerum humanarum, & summa quæque, quam ab exiguis concuti possint, plenius noscatur. Syrus erat natione, ex Apameno agro, seruitutemque apud Antigenem Ennæ habitantem seruiebat. hic quum magicæ vanitatis studio addictus videri vellet, à diis se per somnium de futuris fingebat moneri: quumque eo artificio nomen apud multos comparasset, vt sunt procliues ad eiuscemodi ludibria rudiorum animi, sensim eo processerat, vt etiam vigilans & interdiu numinum colloquio frui, & ex iis euentura discere iactaret. Forte euenit, vt in magna responsorum copia, quibusdam veræ prædictionis speciem fidemque euentus accommodaret. Ea quum, vt fit, sola prædicarentur, vana autem & irrita nemo redargueret, breui pro fatidico homine in honore & admiratione esse cepit.

CAP. XXXI.
Flammã inter verba fundit.

Augebat opinionem vafer nebulo ignis miraculo, quem vaticinando inter verba emittebat. nucem enim vtrimq; perforatam materia igni alendo apta complebat, accensamque clam inserebat ori, sic agitata spiritu flamma inter labra loquentis emicabat. ipse *Syriæ deæ præsentiam hoc efficere* iactabat, *illius imperio se agi, illam Regale sibi fastigium Regalesque opes promittere.* idque constanter non aliis modo, sed etiam hero præsente prædicabat. Antigenes igitur his ineptiis haud indelectatus, ad conuiuia secum ducebat balatronem, & subinde quum hilaritate incaluissent præsentium animi, *quid facturus in Regno, & quomodo quemque tractaturus esset*, interrogabat ridebantque ad responsa [illegible] imperium pollicentis conuiuæ: nonnullique porrectis è mensa

CAP. XXXII.

particulas *meminisse* iubebant, *quum Regnum accepisset.* Atque ista [illegible] rum leuitas, paulo post in serium vertit: summaque potentia potitum mancipium pro ludicris beneficiis non ludicram gratiam retulit. Ma-

turbarat enim iam in pastorum animis defectionis consilium, nihilque præter occasionem quæritabant: quum hunc ad modum casus aperuit.

Occasio belli seruilis.

Habitabat Ennæ quidam nomine Damophilus, affluens opibus, & perinde ingenio elatus. Hic quum late araret pasceretque, non modo ceterum luxum Italicorum in Sicilia degentium, sed etiam seruorum numerum, & erga ipsos inhumanitatem æmulabatur. Igitur per insulam ornatis equis carpentisque magna famulorum stipatus caterua ferebatur, aderat & formosorum puerorum agmen, & assentatores parasitique magno numero comitabantur. Domi autem suæ, & in prædiis argentea vasa cælata & stragulam vestem conchyliatam ostentans, superba conuiuia, & plane Regii sumptus instruebat: vt decantatos illos Persarum apparatus opulentia & luxuria supergrederetur. Sed eosdem etiam anteibat arrogantia. quippe homo nullius bonæ disciplinæ particeps, quum neque potentia sua, neque diuitiis vti didicisset, ad extremum sibi ipsi perniciem, & calamitates maximas patriæ comparauit.

CAPVT XXXIII.

Damophili sæuitia in seruos.

Quum enim ingentem vim seruorum coëmisset, hominum sortem, qui bello capti pristinam libertatem insueta seruitute mutauerant, minime misertus, corporibus eorum notas ferro incidebat, & alios in ergastula coniectos agro colendo atterebat: alios ad pecus pascendum dimittebat, parcissime præbitis, sine quibus duci vita non potest. Præterea quum esset superbia & immanitate summa præditus, nullum elabi diem patiebatur, quin aliquos seruorum, minimis plerumq; de caussis torqueret. Sed & vxor eius, Megallidi nomen erat, pari crudelitate in ancillas, seruosque qui offerebantur, sæuiebat.

CAPVT XXXIV.

Quibus rebus exacerbatæ miserorum mentes quum in summa se calamitate versari crederent, neque peius sibi quidquam accidere posse, de defectione, & cæde dominorum consilia inire ceperunt.

Serui deficiunt auctore & duce Euno.

Profecti deinde ad Eunum, *vtrum cordi esset diis, quod molirentur*, consulunt. Is in habitum vaticinantis, vt adsueuerat, compositus, *fauentes eis deos, & incepta secundaturos* canebat, *modo nullam audendi moram facerent, sed ante prorumperent ad facinus, quam obuiam iri à dominis posset.* Confestim rapiunt arma quæ tempus offerebat iuuenes ex eadem familia quadringenti: & ductore Euno, qui flammas ore fundens incedebat, in vrbem Ennensem irrumpunt, domosque peruagati promiscuam edunt cladem, ne primæ quidem ætati parcentes: quam ab vberibus matrum raptam humi adfligebant.

CAP. XXXV

Neque minore libidine quam sæuitia grassabantur: multaque extremæ fœditatis exempla in matronas etiam inspectantibus viris sunt edita. Concursus ad hos fiebat vrbanorum seruitiorum: qui & ipsi suis prius heris non sine cruciatu interfectis, ad aliorum deinde supplicia prouolabant. Interea nunciatur Euno, Damophi-

[illegible]

mophilum & Megallidem in suburbanis hortis agere [illegible] qui vinctos adducerent: ita religatis post terga manibus, multa via contumelias passi insontur. Illis tamen eorum quæ adhuc ea [illegible] lactea constituta erat, modis omnibus pepercerunt [illegible] innata fauitum parentum quâ poterat humanitate emendabat [illegible] vt [illegible], alimenta nexis dilargiendo. quibus rebus eam apud [illegible] comparauit gratiam, vt inter hanc conuersionem fortunæ, in tanta [illegible] hominum agrestium & perditorum licentia fuerit nemo, qui illa eam iniuria vel adficere vellet, vel adfici pateretur. Sic inter eos per [illegible] tempus modestiæ verecundeque seruata, mox consensu ceterorum [illegible] Hermia quodam, cuius in ea defectione primaria auctoritas erat, [illegible] bem Catinensium, vbi propinquos habebat, deducta est. Laudatum [illegible] factum, magnique ad caussam fugitiuorum momenti fuit: quum ostendere videretur, eos non tam insita crudelitate, quam vindictæ studio, acerbius in alios consuluisse. Quippe Damophilum & Megallidem in theatrum productos confluentibus eodem fugitiuis, tamquam apud populum accusarunt. illumque defensionem orsum, quum multi vel misericordia subito mutatæ sortis, vel oratione rei flecterentur, Hermias & Zeuxis, qui eum acerrime oderant, veteratorem appellantes, non expectato multitudinis iudicio duobus vulneribus confecerunt. Atque ille quidem gladio latera transactus, securi in collo percussus cecidit. at fugitiui protinus Eunum Regem proclamant, non quasi audacia aut imperatoriis artibus præstaret, sed quia præstigiis ceperat animos, auctorque defectionis fuerat: & sicut leues animi quantumuis paruis capiuntur, ipsum etiam nomen hominis placuit, clementis & beneuoli Regis præsagium capientibus. Ille accepta potestate, quum *aduocari concionem* iussisset. *Ennenses quotquot comprehensi a seruis, nec dum interfecti erant, occidi omnes imperauit: exceptis qui antea ipsum in conuiuiis [illegible] benigne tractauerant.* etiam opifices, quorum ad arma fabricanda vtilis est industria, seruati, & in vinculis opus facere coacti sunt. Megallis ancillarum potestati permissa post varios cruciatus ex præcipiti saxo deiecta periit. Antigenem & Pythonem heros suos Eunus ipse percussit. Sumpto dein diademate, ceterisque Regum insignibus, etiam contubernalem suam, & ipsam Syram natione, Reginam appellauit. seruorum ex variis gentibus promiscuam colluuiem, in honorem suæ originis [illegible] *Antiochum* vocari voluit. Ex iis qui prudentia excellere credebantur, consiliarios legit: quorum & Achæus fuit, patriæ suæ nomen gerens, vir consilio manuque promptissimus. Horum auxilio intra triduum hominum amplius sex millia quo potuit modo armauit: accessi-

CAPVT XXXVI. [illegible]

CAPVT XXXVII. [illegible] Regem.

CAPVT XXXVIII. [illegible]

rant denticulatis perticis, alii aut securibus instructi, partim fundis aut falcibus, aut sudibus præustis erant & qui coquinariis verubus pro hastis usi erant. cum his excursione facta, soluta que paulatim [illegible] quum maiores quotidie copiæ fierent, castella primum & uicos, post etiam oppida expugnabat diripiebatque. Prætoribus quoque Romanis congredi ausus, quum multitudine longe superior esset, crebras de iis victorias reportauit. Dum hæc aguntur, Cleon quidam ex Cilicia quæ circa Taurum est oriundus, qui à pueritia latro fuerat, quum captus & in Sicilia pascendis armentis equorum præpositus easdem artes diu exercuisset, audita Euni defectione, successuque, similem ad audaciam adiecit animum: persuasisque nonnullis eorum qui iuxta seruiebant, Agrigentinum agrum & finitima loca infestare incursionibus cepit. Ea res, quanquam geminatum periculum videbatur, non tamen ingrata Siculis accidit, discordiam inter diuersos fugitiuorum exercitus, & mutuam exinde perniciem sperantibus. Sed spem eam irritam Cleon fecit, qui nudo Euni præcepto ad se vocantis statim obsequutus, copias cum eo coniunxit: sub eius, tanquam Regis auspicio, deinceps exercitum ducturus. Habebat autem proprii militis ad hominum millia quinque: tantumque numerum intra sexagesimum à defectione diem coegerat. In hoc rerum statu L. Hypsæus Prætor Roma venit, contractisq; militum octo millibus, fugitiuos, quorum iam numerus ad millia viginti excreuerat, adortus, eumdem quem priores aliquot Prætores exitum habuit, fusus prœlio, & castris exutus. Tum vero passim ad felix facinus concurrente seruorum turba, exercitus ad septuaginta millia hominum adauctus est. diuersisque per totam insulam locis, ad ducenta seruorum millia in armis fuisse creditum. Non igitur iniuria dignum Consulari duce exercituque periculum visum, mandataque C. Fuluio collegæ Scipionis Africani, sicuti diximus, prouincia est. Commouebantur etiam animi crebris prodigiorum minis: quod in Amiterno Sol noctu visus fuerat. Anagniæ seruo tunica arserat, nullo post extinctum ignem flammæ vestigio. In Capitolio noctua gemitus humanis similes ediderat. in æde Iunonis Reginæ scutum Ligusticum fulmine tactum dicebatur. ad hæc sanguineæ pluuiæ, & bos humana voce loquutus metum intenderant. Sed apud plerosque quouis monstro formidabilior erat ipsa seruilium motuum nouitas: quam ignari rerum, quasi rem incredibilem & improuisam mirabantur. At quibus olim notatus ex copia diuitiarum luxus atque fastus erat, neque fatum neque fortunam incusantes, ad veras caussas, quibus diu ante obsistendum fuisset, euentum referebant.

CAP. XXXIX. [illegible] fugitiuorum.

CAP. XL.

L. Hypsæus vincitur à fugit.

CAP. XLI.

Prodigia.

CAP. XLII.

[illegible]

[illegible] faciebant. Et [illegible] fuerat tempora bellorum [illegible] [illegible] per [illegible] quibus [illegible] [illegible] ea [illegible] [illegible] erat, et [illegible] [illegible] pro [illegible] [illegible] satis mature [illegible].

IOH. FREINSHEMII SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER SECVNDVS ET VICESIMVS.

In locum lib. LVII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri LVII. Liuiani.

Scipio Africanus Numantiam obsedit: & corruptum licentia luxuriaque exercitum, ad seuerissimam militiæ disciplinam reuocauit. omnia deliciarum instrumenta recidit: duo millia scortorum castris eiecit: militem quotidie in opere habuit, & triginta dierum frumentum ac septenos vallos ferre cogebat. ægre propter onus incedenti dicebat: Quum gladio te vallare scieris, vallum ferre desinito. Alii scutum paruum habiliter ferenti, scutum amplius iusto ferre iussit: neque id se reprehendere, quando melius scuto quam gladio vteretur. Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus: si extraneus, virgis cecidit. Iumenta omnia, ne exonerarent militem, vendidit. Sæpe aduersus eruptiones hostium feliciter pugnauit. Vaccæi obsessi, liberis & coniugibus trucidatis, ipsi se interemerunt. Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho Rege Syriæ missa, quum celare aliis imperatoribus Regum munera mos esset, pro tribunali accepturum se esse dixit, eaque omnia referre quæstorem in publicas tabulas iussit: ex iis, viris fortibus dona se daturum. Quum vndique Numantiam obsidione clausisset, & obpressos fame videret vrgeri, hostes qui pabulatum exierant, vetuit interimi: quod diceret, velocius eos absumpturos frumentum, quod haberent, si plures fuissent.

Scipio ita

SCipioni ad Numantinum bellum proficiscenti nullæ ex nouo delectu copiæ datæ. nam & pluribus tum locis bellabatur: & Hispania (erant in ea priorum Consulum legiones) non tam exercitu quam duce indigere videbatur. Submolestè id ferebat Consul, & quum etiam pecuniæ præsertim nihil, sed vectigalia quorum dies nondum venerat, decreta essent, *hoc quidem incommodum suis & amicorum copiis leuari posse* dicebat: *ceterum de negato delectu dolorem esse, eo bello quo toties victus exercitus esset, siue virtute hostium siue sua ignauia hoc ei contigisset.* Igitur permissum Senatusconsulto, *vt a volentibus sociis acciperet auxilia*: ciuitates enim Regesque priuatim ei amicos ac hospites, honoris eius caussa lubenter missuros apparebat. Etiam ex necessariis ac clientibus delectos ad quingentos vnam in alam, quam amicorum vocabat, contribuit. Sic ad millia hominum ferme quatuor effecta. quæ fratris filio Buteoni, quæstori suo, quum in Hispaniam ducenda tradidisset, ipse cum paucis ad exercitum citatis itineribus perrexit. Nam ibi omnia luxu & discordiis feruere compererat: præter infamem illam aduersus hostes ignauiam, quæ per tot annos timiditate aut ambitione ducum, pæne in consuetudinem eualuerat. neque igitur dubitabat pari omnino via sibi ad Numantiam struendum iter, qua vsus in Carthaginis obsidione fuerat; neque prius sibi de hoste sperandam victoriam esse, quam exercitus sui vitia deuicisset. Itaque vt primum in castra venit, statim omnia luxus instrumenta remouit: institores atque lixas ingenti numero: duoque prætereà scortorum millia castris expulit. expulit & sacrificulos vatesque metum militum vana superstitione augentes. edixitq; *ne in posterum victimas diuinationis caussa, neue alia non necessaria importare liceret. Sed & plaustra maioremque partem sarcinarum, item iumenta, exceptis maxime necessariis, ne militem onere leuarent*, vendi iussit. *vasa cibi caussa, præterquam veru & æneam ollam, & poculum vnum habere* vetuit: *itemque alium cibum, nisi carnem assam elixamue parari.* Prohibuit & lectos, primusque dedit exemplum, humili toro recubando. neque passus est inter eundum mulis insidere milites; quin etiam fluminum vada pedibus cogebat traiicere: *quid enim expectes*, aiebat, *in bello ab eo homine, qui ambulare non possit?* *Calones etiam dimitti* iussit: & quum nonnulli caussarentur *in balneis ad fricandum & vngendum famulorum opera indigere*, Scipio, vt erat acuti ad iocos ingenii facetique, *mulis quidem*, inquit, *ignoscendum est, si alieno labore fricantur. manibus enim carent: sed tamen & horum solertiam imitantes, alter alterum defricate.* His rationibus factum est eprimo-

Scipioni ad bellum Numantinum proficiscenti pecuniæ, nec exercitus nouus datur.

CAP. II.

Luxus & ignauia Hispanici exercitus.

CAP. III.

A Scipione corrigitur.

CAP. IV.

Lecti, muli, calones a castris remouentur.

[illegible] reperit [illegible] hominem [illegible]. [illegible] prouincias in [illegible] tue. Sed & [illegible] dicere [illegible] *Lacedæmonios [illegible] assidue, [illegible] se quia [illegible] esse: apud illos tristia, sed morigera, & ad omne [illegible] ra.* Quumque hac ratione magnam partem vitiorum in exercitu [illegible] sustulerit, ne sic quidem ad Numantinos propius accedere ausus, [illegible] prius labore durandum sibi militem existimauit: Igitur quotidianis ferme itineribus propinquos agros obeundo, *vt luto [illegible] qui sanguinem nollent* (sic enim dixisse ipse traditur) noua subinde castra communiebat, quæ mox dirueret; fossas ducebat profundissimas, easdem complanabat: muros struebat, pauloque post iterum demoliebatur.

CAP. VI. *Ordines seruare cogit militem.*

His omnibus ipse ab incipiente luce ad desinentem præerat. In itineribus autem, ne quis, vt antea solebat, ordines relinqueret, agmine quadrato semper ducebat: ita quem quisque primum acceperat locum deserere non poterat, quin statim deprehenderetur. deprehensus, si Romanus esset, vitibus; si sociorum aliquis, virgis cædebatur. Circumibat agmen imperator, & inter postremos plerumque incedens, infirmos in equis collocabat, descendere iussis equitibus: iumentis quæ nimium grauata videbantur, demebat onera, imponebatque militum ceruicibus: quos alioquin complurium dierum cibaria portare cogebat, & interdum triginta dierum frumentum, ac septenos palos ferre.

CAP. VII. *Dicto [illegible] exprobrat ignauiam.*

[illegible] vox est, quum militem propter onus ægrius incedentem vidisset, dicentis, *quum gladio vallare te scieris, vallum ferre desinito.* aliique scutum elegantius solito gestanti dixit, *se non reprehendere, quod tanta cura ornasset, in quo plus spei, quam in gladio haberet*: iussitque *scutum amplius iusto ferre.* Ita subinde timiditatem & mollitiem exprobrando, simul labore subigebat, simul contumelia stimulabat ad desiderium recuperandæ per virtutem famæ, quam per ignauiam perdiderant. Ne à nobilioribus quidem seueritatem abstinebat: ex quibus C. Metello, quo tribuno militum vtebatur, stomachabundus aliquando dixit, *si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram.* & C. Memmium tribunum increpans, quod in expeditione vasa delicationis vitæ secum ferret, [illegible] quit, *paulisper, tibi & Reipublicæ semper nequam eris.*

CAP. VIII.

Nam & [illegible] vtebatur, et inter proficiscendum, sarcinis inspectionem repentinam [illegible] perta vitæ mollioris instrumenta confringeret abiiceretque. [illegible]

[illegible] posito ponendorum hic erat ordo. [illegible] inter proficiscendum in primo agmine fuerant, ita locum vbi castra erant [illegible], [illegible] cingebant. circum hos [illegible] paullum spatio [illegible] [illegible] [illegible] equitum ala. interius, diuiso inter se opere [illegible] ducebat fossas, ædificabat muros, tentoria erigebat. [illegible] præfinitum tempus, intra quod quamlibet operis partem perfici necessarium esset. instabat enim Imperator iubebatque *segnes ad alia belli munia, vel labore defungi.* His artibus quum obsequentem sibi militem, patientemque laboris, & ad imperia promptum effecisset, tum vero propius Numantiam cepit accedere: quumque in ipsorum agro castra posuisset, omnes copias intra vallum habuit, nullis per castella, vt adsolet, præsidiis aut stationibus antepositis. valde enim vitandum putabat, ne inter initia, quamquam modico incommodo accepto, contemptibilis hosti fieret: quā in re maximum victoriæ impedimentum fore prouidebat, contra fortissimos viros, & militaris rei peritissimos. sed neque tentare vllius certaminis fortunam volebat, donec ab diuturno contemptu vindicare exercitum suum potuisset. id vero, quo maturius adsequeretur, rationem totius belli, suasque occasiones, & hostium consilia quo vergerent attente speculabatur. Inter hæc à tergo castrorum pabulatum mittebat, frugesque licet nondum satis maturas vbiuis desecabat. quod vbi perfectum est, vlteriusque promoueri castra placuit, vt reliquus etiam ager, vnde Numantinis copia aut spes commeatus erat, vastaretur, *consilium vocari iubet.* ibi quum plerique *præter vrbem Numantinam ducendum* censerent, *quod ea breuissimum in campos qui petebantur iter erat: non repugnarem,* ait Scipio, *nisi mihi non de eundo tantum, sed etiam de redeundo deliberandum videretur. nam certe vti viam istam ingrediamur, in nostra manu est: sed ingressos nisi fortuna seruet, quod in nostris consiliis est, perire memini*[illegible]. *Ducimus exercitum, qui paulo ante vix conspectum aut vocem hostis Numantini sustinebat: neque dubitari potest, quin acerrimi mortalium non patiantur nos præter muros vrbis suæ quietum iter facere. pugnandum igitur erit: sed qua vtrorumque conditione consideratc. Illos leues & expeditos, vbi occasionem suam viderint, emittet vrbs munita, & vbi voluerint, recipiet. nos a frumentatione [illegible] fessi, multamque impedimentorum trahentes, non incipere pugnam, non finire, nisi ex hostium commodo poteramus. Vnde [illegible] nobis aut periculum certaminis, aut præmium erit.* [illegible] *victoria [illegible]; victoribus perquam modica [illegible]. magnum autem periculum [illegible] commodi caussa subsipere, extremæ dementiæ esse puto. mihique magnus [illegible] imperator visus est, non qui ante occasionem cum hoste properat confligere;*

CAP. IX.

Propius accedit ad Numantiā.

CAP. X.

Consultat an præter vrbem ducat.

CAP. XI.

Pugnandum [illegible] idque [illegible] iniqua.

CAP. XII

Magnum periculum [illegible] commodi caussa subsipere dementiam est.

flgere;

fligere: sed qui prouisis omnibus, tum demum experitur armis, quum vitetur differri ratio non patitur. Ne medici quidem ferrum & ignem, nisi solicite prius perpurgatis corporibus admouent: & nos aduersus praecocem vim contumaces hostes, inopia prius & fame attenuemus. Hæc vbi dixisset, longiore circuitu duci copias iussit: statimque qui castris oppositus erat ager, vastatus est: flexit deinde in Vaccæos, qui Numantinis forum rerum

CAP. XIII. *Scipio agrum hostilem vastat.*

vænalium præbebant: ibi quoque demessa omnia, seruatisque in vsum exercitus quæ idonea erant, cetera in fasciculos collecta, igniqne supposito consumpta sunt. Accidit autem, vt in campo Pallantini agri, cui Coplanio nomen, quum messoribus hostes improuisi incubuissent, Scipio tribunum militum P. Rutilium Rufum, qui rerum harum historiam scripsit, cum equitum alis quatuor subsidio frumentatoribus mitteret. ibi Rutilius pulsos acriter insectatus, quum ad sublimiora loca & impeditiora peruenisset, consurgentibus insidiis, quas hostes ibi collocauerant, subito in periculum incidit. Neque succurrebat alia ratio, nisi vt eodem in loco proiectis hastis consistentes, exciperent irruituros: ipsi neque lacesserent hostem, neque cedentem persequerentur. nam secus si fieret, distrahebantur ordines, quod summa contentione Rutilius, tamquam præsentis exitii vitabat. Sed immoti equites à velitibus Hispanis impune vulnerari poterant: neque diu restitissent, nisi diligentissimi Imperatoris prouidentia fuissent erepti. Quippe Scipio, simul atque Rutilium longius iusto prouectum vidisset, id quod erat suspicatus, confestim sequi instituerat. Viso igitur præsenti statu rerum, bipartito diuisis equitibus, *alternatim procurrere, & confertim tela conicere, deinde se recipere* iubet; *non eumdem in locum vnde prorupissent, sed aliquanto versus campum longius.* ita quum semper altera pars submoueret hostem, altera retro legeret viam, euoluit se locorum difficultatibus, planitieque recuperata incolumes suos abduxit.

CAP. XIV. *P. Rutilium ab hostibus circumuentum seruat.*

Mouenti deinde castra, quum *ad vadum amnis, quem transiturus videbatur, exspectare eum hostiles insidiæ* dicerentur; nolens in difficili & cœnoso traiectu cum hostibus confligere, flexit iter, & longiore via, minusque insidiis opportuna, nocturnis itineribus regressus est. vrgebat enim æstus & aquarum penuria, cui vt subueniretur, passim fodi puteos imperauit, in quibus amara plerumque aqua reperta. Quare magno cum labore seruatis militibus, equorum tamen aliorumque iumentorum pars interiit.

CAP. XV. *Insidias hostium euitat.*

Hinc ad Caucæorum fines peruentum: hic, quia profugerant incolæ, Luculli memores, à quo decepti vastatique fuerant, proclamatum est, *Caucæos reuerti ad sua fide Scipionis posse.* Transiit deinde in Numantinorum fines, vt eos potissimum hibernis premeret. ibi Iugurtha ad eum venit Masinissæ nepos,

CAP. XVI.

Iugurtha eum

quem

quem auxilio Scipioni cum duodecim elephantis, & contributo his sagittariorum & funditorum numero Micipsa miserat: non honori eius studens, sed vt grauem ætati suæ liberorumque iuuenem, asperrimis hostibus obiectum, citra inuidiam suam periculumque amoliretur. Sed id consilium seni in contrarium vertit & Iugurtha consilio manuque strenuus breui per magnam virtutis opinionem sibi peperit: & ab imperatore multis honoribus adfectus est. Mira enim humanitate viros ille fortes complectebatur: & prout tempus aut occasio erat, modo munificentia donisque, modo verborum honore laudibusque eximiis liberaliter efferebat. Nam & C. Marium, qui fatalis mox hostis Iugurthæ, tum iisdem in castris tirocinium & ipse ponebat, ob singularem viri virtutem & ad pericula ac labores impigram alacritatem vehementer charum habebat: multaque eius erga Marium honorifica memorantur. Nam prouerbio quo *muli Mariani* appellantur, hanc originem fuisse volunt, quod inspicere volente Scipione, quemadmodum ab vnoquoq; iumenta curarentur, Marius optimum equum, pulcherrimeque habitum, & mulum robustissimum eumdem mansuetissimumque produxisset: inde factum, vt Imperatore Marii iumenta mirifice commendante, *Mariani muli* pro præstantissimis dici ceperint. Sed longe amplissimi testimonii excepta vox est, quum forte post cœnam sermones cæderentur, dixissetque aliquis, *si quid Scipioni accidisset, ecquemnam alium similem imperatorem habitura respublica esset?* Scipio enim, percusso leniter humero Marii, *fortassis istum*, respondit. aiuntque ab illa voce tamquam diuinitus emissa Marium erectum, dignos rebus quas postea gessit iam tum spiritus concepisse. Dum ad hunc modum in Numantinis hibernatur, P. Mucius Scæuola, L. Calpurnius Piso Frugi Consulatum iniuerunt, magnarum rerum euentibus nobilem. Nam & belli expugnata Numantia est, & domi seditionibus tribunitiis vltra veterum turbarum exempla laboratum. Tib. enim Gracchus & M. Octauius inimici tribuni plebis totam ciuitatem odiis contentionibusque miscuerunt. Sed antequam domesticæ calamitates referantur, externa bella memorabimus. Igitur P. Mucio Italia, L. Pisoni Sicilia prouinciæ euenerunt. *P. Scipio, D. Brutus imperatores* (nam & Brutus nondum ex Lusitania decesserat) *Hispanias Proconsulari imperio obtinere* iussi. Quorum Scipio qui tempore & inopia commeatuum frangendam sibi Numantinorum pugnacissimam gentem statuerat, quum per hiemem & sequenti vere, quicquid ad propositum suum facere videbatur diligentissime administrauisset, in multam æstatem vsque hoc vnum maxime agebat, vt omnem non copiam modo, sed etiam spem annonæ hostibus corrumperet. Itaque Numantini,

auxilia Numidica ad Scipionem veniunt.

CAP. XVII.

Et C. Marius eodem tempore stipendia merens Scipioni charus.

CAP. XVIII.

Et honorifico Imperatoris testimonio excitatur.

CAP. XIX.

A. V. C. DCXX.

Prouincia.

CAP. XX.

Numantini Ro-

[illegible] tempore [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

CAP. XXI. [illegible] Romani quum ad [illegible] ante [illegible] ad diripiendas [illegible] manus non [illegible] magna [illegible] circuitu [illegible] parabat. in [illegible] qui conditi in insidiis [illegible] neque difficulter [illegible] nil opinatos pepulerunt. Sed Scipio qui forte apud [illegible] reuocatis classico qui vicum intrauerant, quum [illegible] [illegible] opem ferre laborantibus cepit. conferta pugna, [illegible] diu Marte certatum est, donec subinde pluribus ex vico [illegible] bus hostes fugerunt: neque cedentibus institit Scipio, [illegible] à se tandem effectum esse, vt rem prodigio similem, Numantini militis terga victor Romanus adspiceret. Pauci vtrimque desiderati referuntur. Numantinos, quum ad vrbem refugissent, acriter increpantibus senioribus, *quod ab iisdem illis pelli sustinuerant, quos toties superassent*, responsum à quodam esse dicitur *oues quidem easdem esse, sed alium habere pastorem.*

[illegible] pellunt.

CAP. XXII. Sed Imperator his successibus lætus, & militi iam fidens, proxime vrbem Numantinam adducere exercitum instituit; geminisque castris dispositis, alteris fratrem Q. Fabium præfecit, altera seruauit sibi. Numantini, frustra tentata spe pacis & conditionum, certare prius cupientes, quam hostibus magis etiam (vt quotidie fiebat) animi crescerent, instructa acie progressi, copiam pugnandi per multos dies facere non destiterunt. Fixum contra hæc destinatumque Scipioni fuit, ferre potius suum publicumque dolorem, quam ancipiti remedio sollicitare malum, quod patientia moraque non dubitabat expugnari posse.

Scipio geminis castris ad Numantiam ponit.

CAP. XXIII. Didicerat enim eos non tam ad pugnam quam mortem ruere destinasse: conuiuatos prius inter se tamquam postrema voluptate, repletosque potu [illegible] sic vocant Hispani potionem ex frumento. Igitur & hostium conuicia, & [illegible] preces facetus eludebat: *insanorum esse, manus conserere cum desperatis, quam inclusos penuria & inedia consumere malle. Sibi quidem mire probari patris sui L. Paulli sententiam, qui neg[illegible] cum hoste pugnandum esse, nisi summa necessitas, aut summa occasio adfuisset.* Quod ex ore Scipionis exceptum Sempronius Asellio, qui tribunus in illis castris meruit, annotauit. Huic rationi tam constanter tamque certa fiducia [illegible] bat [illegible] aliquando pabulatum egressis hostes, quum [illegible] [illegible] vetuerit, *cuius ablaturos esse quod haberent [illegible]*

[illegible] desperata [illegible] noluit.

CAP. XXIV. *si plures fuissent.* Eum ad finem circumuallare vrbem instituit, [illegible]

circum finitimos populos, qui auxilia imperata cogerent. singulis enim quantum ab vnoquoque hominum, cuiusque generis mitti vellet, præceperat: sed cretes maxime sagittariique petebantur. quos, vbi venerunt, suo quoque exercitu varie diuisos, omnibus non cohortibus tantum, sed etiam centuriis interposuit. Assignata deinde cuique manipuli parte operis, quam deberet perficere, fossa valloque circumuenire vrbem cepit. Erat in colle sita Numantia, tria passuum millia complectente ambitu: siue totum illud spatium refertum ædificiis fuit siue verior est opinio, habitatam vrbis partem pro paucitate hominum longe minorem fuisse: cetera belli tempore pecoribus alendis, aut exercendo securius agro destinata. Etiam muro cinctam fuisse Numantiam sunt qui negent: iis forte credentes, qui *quosdam ad Durium amnem colentium, Laconicis institutis viuere* tradiderunt. Vtcumque fuit, certum habetur, vallum circa vrbem ductum esse supra sex millia passuum in orbem patens. In eius præsidium copias, prædicto cuique loco quem defenderet, distribuit imperator, iussis *extollere signum, qui hostili incursu premerentur. interdiu purpuream chlamydem in hasta longa, noctu ignem: vt ipse, fraterue Fabius, vt cuique proximius esset, ad suppetias ferendas accurrerent.* Vt vero confectum hoc opus est, & erumpentes ad impediendum hostes submouere facile fuit: aliam fossam modico à priori interuallo effodit, latam pedes decem, & bis totidem altitudine: quam vndique sudibus præmuniuit: & post eam exstruxit murum octo pedes latum, altum decem, in rationem non veniente pinnarum fastigio. totum hunc ambitum turres distinguebant, spatio centum viginti pedum inter proximas quasque relicto. qua vero murum duci palus obiecta non patiebatur; moles iacta est, cuius pari altitudine crassitieque murus committeretur. Ea tum ratio belli Africano fuit, qui primus omnium, quantum scimus, vrbem quæ pugnam minime detrectaret, operibus amplexus est. His ita perfectis quum nec emitti oppido, neque recipi terrestri itinere quidquam posset: tamen Durius amnis qui per munimenta labebatur, adhuc viam dabat, natatu aut exiguis scaphis vrbem petentibus poterantque cum commeatu & supplemento, aut flante vento velis, aut ponente remis secundo flumine perrumpere: nec iungi ponte latus & præceps amnis poterat. itaque ad aliud ingenium conuersus Imperator, ab vtraque parte fluminis singula castella exædificat: ab his trabes longas funibus firmissime vinctas in amnem ita porrigit, vt in medio iungantur. porro in iis trabibus crebras falces atque mucrones fixerat. ita fiebat vt cursu fluminis rotatæ assiduo trabes, neque naui-

CAP. XXV.

Finis operis ra- tio.

CAP. XXVI.

Fossam murumque circa Numantiam ducit Scipio.

CAP. XXVII

Etiam Durium [illegible] nouo [illegible] præclusit.

gando quemquam, neque nando transire, neque vrinando subterlabi
CAP. XXVIII. paterentur. Atque id maxime studebat Scipio, omnimodis ignaros cunctorum, quæ exterius gererentur, tenere hostes: quo non modo commeatu omni, verum etiam consilio excluderentur. Paratis omnibus, quum iam in turribus telorum varii generis immensa vis congesta, catapultæque & aliæ machinæ quibus hastæ aut saxa iaciuntur, dispositæ essent, & in castellis sagittarii ac funditores collocati: crebros per vniuersum operis circumitum homines constituit, qui noctu diuque quidquid accidisset, clamore significarent: quem alter ab altero exceptum, & proximo cuique statim traditum, momento temporis ad Imperatoris aures perferebant, similiter *signum erumpentis hostis dari e muro* iussit, *eo modo, vt si quando proxima periculo turris signum sustulisset: in omnibus turribus idem continuo fieret*: sic futurum erat vt ex signis quidem statim intelligere-

Inuentum Scipionis ad celeriter significandam hostium eruptionem.

CAP. XXIX. tur alicubi turbari, clamor autem, quid rei & vbi esset, aperiret. Porro ad omnes istos vsus copia hominum superabat: contractis enim Hispanarum gentium auxiliis, & suo cum exercitu coniunctis, ad sexaginta millia armatorum effecerat. Ex hoc vniuerso numero triginta millia disposuerat ad murum quem exstruxerat obseruandum, & cetera, quæ postulasset vsus, obeunda militiæ munia: Alia viginti millia ita se parauerant, vt quum aliqua ex parte pugnari ad murum sensissent, ad opem ferendam præsto essent. Reliqua multitudo tamquam in subsidiis erat locata: neque mouere se cuiquam, aut excedere loco, iniussu Imperatoris licebat: signum exspectabatur, id vbi fulserat, ad prædictum quisque

Dispositio copiarum Scipionis.

CAP. XXX. munus emicabat. Tanta cura diligentiaque Scipionis castra ad Numantiam permunita fuere. neque sequior euentus fuit. nihil enim aduersus hæc acerrimorum hostium impetus valuit: qui sæpius eruptione tentata, quum neque fallere intentos, neque perrumpere confertos possent, frustra omnia conati, nihil nisi vulnera & desperationem in vrbem retulerunt. Qua enim cumque parte impetum fecissent, è vestigio propugnatores formidabili specie concurrebant: quum omnibus & turribus signa momento efferentur, nuncii parati discurrerent, & tubis vndiquaque concinentibus, armatorum globi loco diu ante vnicuique præscripto, sine mora conspicerentur. Neque vlla pars castrorum impeti poterat, quin statim vniuersus ambitus, sex amplius millia passuum, certa-

Numantini sæpe erupt. onem tentant, sed frustra.

CAP. XXXI. tim ad sua munia se parantium studiis & festinatione ferueret. Nemo interea plus aut laboris aut curarum duce ipso capessebat: qui neque diem, neque noctem sinebat abire, quin totas illas tam late patentes munitiones castrorum per se obiret, ne quid vsquam remissum neglectum

ctumue pateretur. Vnde simul ipsi spes, simul apud Numantinos sollicitudo crescebat: neque diu repugnaturi videbantur, quum arctiora indies fierent omnia, & minuentibus præsidiis, neque commeatus importari, neque arma, neque vllum introduci auxilii genus poterat.

Numantinorum sollicitudo.

CAP. XXXII

Rhetogenes per opera Romanorum euadit.

Igitur rebus ad desperationem vergentibus, Rhetogenes summa inter suos virtute, re cum senioribus communicata, ex omnium familiarium numero quinque fidissimos, quibus ad eadem tentanda animum verbis addiderat, cum pueris equisque totidem adsumit: & noctu quadam obscura delecta, cum tabulis ita paratis, vt in vsum pontis subito compingi possent, ad murum hostium ignoratus accedit. quem vbi vigilibus qui ea parte excubabant oppressis conscendissent; eodem silentio & festinatione alios quoque vigiles, altera ex parte muri, qua campum spectabat, locutos obtruncarunt.

CAP. XXXIII

Aruaccorum implorat opem.

Tum attractis per pontem equis, quum quos adduxerant pueros felicis ausi nuncios in vrbem remisissent, citato cursu per vrbes Aruaccorum feruntur, cum habitu & vocibus supplicum *miserrimæ ciuitati à consanguineis & fratribus suis auxilium* orantes. Apud alios plus miserationis quam præsidii repertum; pronos ad subueniendum animos, torpescere cogebat Romanæ potentiæ reputatio, & pæne in oculis cum Imperatore maximo validissimæ copiæ: Lutiæ nonnihil adfulsit spei (oppidum est intra decem millia passuum à Numantia distans) vbi iuuentus, vt cui plus animi quam consilii esset, ciuitatem ad socianda cum Numantinis arma impellebat. Seniores quum se frustra obluctari cernerent, statim in castra Scipionis miserunt, indicatum quæ in sua ciuitate gererentur.

CAPVT XXXIV.

Lutiam rebus nouis studentem opprimit Scipio.

Ille quum hæc hora diei octaua nunciata essent, nihil contatus cum expedita parte copiarum postridie mane ad Lutiam fuit; principesque iuuentutis tradi imperauit. Caussabantur oppidani, *erupisse illos ex vrbe sub aduentum Romanorum, & fuga sibi consuluisse*, donec excidium minitante Romano, Vaccæorum populariumque suorum exitum veriti, qui nuper in vrbe quadam obsessi, seque liberosque & vxores trucidauerant; partem ciuium, quam ciuitatem perire maluerunt. Ita dediti sunt ad quadringentos, quibus ad terrorem aliorum manus amputari Scipio iussit. abductoque secum præsidio iterum cum sequentis lucis exortu in castra reuersus est.

CAPVT XXXV.

Antiochi legatos audit.

Dum ita ad Numantiam Scipio sedet, venerunt ad eum in castra Regis Antiochi legati, cum amplissimis muneribus. Erat ferme iam in more positum imperatoribus, vt eiusmodi dona occultarent, suas manubias auctura; sed Scipio qui nihil non ad rempublicam referebat, negauit *se nisi inspectante exercitu accepturum: referrique in tabulas à Quæstore* iussit. *inde munera se fortibus viris daturum*, insigni ad virtutem stimulo, professus. Caussa lega-

[illegible] : sed ex fortuna Regis colligi fortasse p[illegible]

CAPVT XXXVI. [illegible]

Quippe [illegible] Antiochi paullo ante ea tempora [illegible] mutata [illegible] angustias [illegible] redactæ fuerant, quem admodum non [illegible] post, quum nimis [illegible] viderentur, inopinata clade corruerunt. [illegible] rum interitus ad sequentia tempora pertinet: in [illegible] narrari præsens locus postulat, vt quo [illegible] loco res [illegible] compendio cognoscatur. Postquam infessor Syriaci Regni [illegible] perbia & luxu militum animos abalienasset, ad Cleopatram [illegible] vxorem quæ cum liberis Seleuciæ se incluserat, plerique se contulerunt. Vnde illa resumptis animis, quum Antiochum viri sui fratrem [illegible] gno [illegible] cerneret (metu enim Tryphonis ciuitas eum nulla recipiebat) ad rationes vtriusque mirifice pertinere credidit, si societate Regni simul thorique iungerentur. impulerant eodem quum amicorum consilia, tum quorumdam Tryphoni studentium metus, à quibus vna cum vrbe tradi in tyranni potestatem timebat. Antiochus cupide accepto insperatæ fortunæ munere, quum Seleuciam venisset, viresque suas augeri quotidie videret, bello petere Tryphonem ausus est: victumque prœlio tota superiore Syria eiecit. ne viuum caperet, auaritia suorum equitum præpeditus, qui sparsum à fugiente aurum colligendo, tempus, quod hac arte quærebatur, effugiendi concesserunt. Tryphon in munitum Phœniciæ castellum, Dora nomen est loco, quum refugisset, Antiochus cum exercitu pedestri centum [illegible]ginti millium superuenit. admota etiam classis est, maritimum enim erat oppidum, machinisque confectis summa ope expugnatio cepta. Ceterum Trypho clam elapsus, Orthosiada haud procul Mæandro vrbem, deinde Apameam perfugit, patriam suam. Erat enim vrbis istius quum situs munitissimus: tum eximia temporibus illis potentia. Sed Antiochus haud segniter oppugnata vrbe, tyrannum eo necessitatis adegit, vt quum vrbem capi videret, in eius incendium se immitteret, postquam sceleris sui præmio non vltra triennium esset gauisus. At Antiochus elatus successu, Iudæos, quamquam auxiliis eorum enixe fuisset adiutus per Cendebæum ducem bello petiit: iniqua fortuna donec princeps gentis superfuit. ast illo fraude generi (Ptolemæus vocabatur, Abubi filius) interempto, spem nactus perdomandæ gentis contumacissimæ, cum ingenti exercitu in Iudæam venit. Ioannes Simone genitus, quum paternum principatum suscepisset, in vrbem Hierosolyma se inclusit, [illegible] hostis vires, quum armis morari non posset, obiecta [illegible] cupiens eludere. Antiochus septem castris circum vrbem [illegible] tamen propter firmitatem murorum, & propugnatorum virtutem [illegible] proficiebat.

CAPVT XXXVII. *Antiochus Tryphonem vincit.*

CAPVT XXXVIII.

Tryphonis interitus.

CAPVT XXXIX.

[illegible]

prohibebat. ad hæc aquarum penuria laborabatur. Ceterum sub occasum Pleiadum copiosus imber arentes exercitus fauces refecit. Itaque melior iam spe fretus, à boreali parte vrbis (nam ea facilior accessus erat) actis operibus, turres plurimas ternorum tabulatorum exstruxit, impleuitque militibus, qui defensores vrbis arcerent missilibus, neque consistere in propugnaculis paterentur. Sic inter quotidianas velitatio- CAP. XL.
nes, duplici fossa haud exiguæ latitudinis altitudinisque circumdata vrbs est. Neque ideo spes aut animus obsessos deseruit: quin crebris eruptionibus hosti pro viribus nocerent: graues si incautis incidissent, & aduersum paratos insigni ad receptum celeritate. Sed fæuior omni bello fames metuebatur. quam vt differrent, si effugere nequirent, Ioannes inutilem bello turbam vrbe excedere iussit. *Inutilis turba vrbe eiicitur.* Ex diuerso Antiochus, nec enim fallebat eum consilium hostis, neque recipiebat expulsos, neque trucidabat: sed versus vrbem reiectos, solicitare cogebat misericordiam suorum precibus & lachrumis, & postremo fœditate exitus, quum ante ora ciuium infelicissimi mortales crudelem in modum fame contabescerent. Instabat tabernaculorum festum, quod apud Iudæos quotannis CAP. XLI.
accurata religione celebratur. ea fregit animorum duritiem, ne perire communium sacrorum sanguinisque participes paterentur. Ergo receptis in vrbem expulsorum reliquiis, oratores ad Regem mittunt, cum his ferme mandatis. *Numen quod colimus, Rex Antioche, quum maioribus nostris leges, quibus adhuc vtimur, daret: tria quotannis tempora festa celebritate consecrauit: quorum quod tabernaculorum appellamus, cum maxime imminet. Et nos quidem, quamcunque fortunam dederit Deus in ea quantum poterimus, solemnitati huic faciemus satis. sed vt rite ac ordine fiant omnia, quiete & tranquillitate septem admodum dierum erit opus.* *Iudæorum oratio ad Antiochum.* *In hoc tantillum* CAP. XLII.
tempus inducias ab æquitate tua petimus, Rex Antioche; bona cum spe, fore vt desiderio nostro annuas, quando nihil pro nobis, nec aduersus rationes tuas postulamus. Externa subsidia nulla scis intra tempus hoc expectari posse: famem nobis obiicitis, & nos de ea quasi confessos creditis, quod inutilem turbam ex ciuitate submouere conati sumus. Si ita est, nihil optatius esse tibi queat, quam vt sine tuorum periculo gentem nostram sedendo debelles, idque adsequeris, quum per inducias, neque vos lædemus, & receptis intra mœnia quos expuleramus, etiam plus solito cibariorum, per festi huius lætitiam absumemus. *Iudæi petunt inducias ad festum Tabernaculorum celebrandum.* *Præ-* CAP. XLIII.
terea quidquid hoc erit humanitatis, non tam populo Iudaico, quam religionibus dabis tam antiquis, vt doctissimis viris demonstrantibus, legislator noster omnibus Græcorum diis sit antiquior. Ergo maxima semper apud alienigenas quoque Reges sacrorum nostrorum veneratio fuit. Cyrus imperii Persarum auctor, incensam ab Assyriis vrbem nostram cum templo iussit instaurari: *Sacrorum Iudæorum antiquitas, & apud peregrinos Reges veneratio.*

 vasaq;

vasaque sacra quæ olim inde ablata fuerant, cum aliis multis pulcherrimis donis reddidit. Darii deinde beneficio, qui post Cambysen regnauit, absoluta templi structura est: quod deinde Magnus Alexander, Ægyptiorumque Reges, quorum virtutum omnium laude præstantior est, ita impensiore pietate coluerunt.

CAP. XLIV. [illegible]

Tuorum quoque in eodem delubro donaria visuntur, quæ duo Demetrii, pater primum deinde frater tuus, diuersis temporibus obtulerunt. Proauus autem tuus Antiochus Magnus, eximiis honoribus atque priuilegiis templum ea pietate coluit, vt a nostris principibus exspectari maiora vix potuissent. Quid iam de te loquemur, neque enim hæc circumposita mœnibus nostris castra, sepimentaque tot militum & admotarum machinarum terror, illius temporis nobis excutiet memoriam, qua contra communem hostem auxilia prompte ferentes, socii amicique vocabamur. Tu vero siue pristini fœderis apud te recordatio valet, siue religione animus tangitur, inducias tibi non obfuturas, nobis ceremoniarum caussa gratissimas, saltem in eius Dei honorem concede, quem conditorem omnium, quemadmodum cunctis gentibus communis Rex & pater est, ita nostro quoque in templo adorari à quolibet, propitiarique finimus.

CAP. XLV. Antiochus dat inducias, & munera templo.

Erat Antiocho sicut aduersus peruicaces celsus animus, ita supplicibus mite ingenium. quare Iudæorum mores admiratus, quos in tanto suo periculo, plus tamen de religionibus patriis solicitos videbat, non modo concessit inducias, verum etiam ad sacrificium boues auratis cornibus, & cum omni genere odorum pocula aurea ac argentea multa, ipse ad portas vrbis honorifice detulit: & quum ea omnia sacerdotibus tradidisset; exercitui suo epulum in honorem Hierosolymitani Dei præbuit. Vere dictum est, sæpe maiorem mansuetudinis quam seueritatis fructum fuisse; beneficioque subactos, quos nulla vis armorum ad obsequium

CAP. XLVI.

coegisset. Itaque Iudæi Regis animaduersa lenitate, quamque dissimilem se quibusdam maioribus suis, sacrorum Iudaicorum infensissimis hostibus præstitisset, publica omnium voce laudatum, cognomento

Iudæi legatos de pace mittunt.

Pium vocauerunt. & Ioannes adolescentis generosa natura captus (& iam necessaria defecerant) legatos misit, *fidam Regi gentem fore* pollicitus, *si viuere suis legibus sineretur*. Eo tempore plerique Regis amicorum suadebant, *vt diis hominibusque ceteris omnibus inimicam gentem exscinderet; Antiochum, qui Epiphanes cognominatus est*, cientes: *illum eadem vrbe victa, spurcorum hominum sacrilega sacra & absurdos ritus digna ludi-*

CAP. XLVII

briis traduxisse. Nihil hæc magnanimam Regis mentem, & ab acerbis consiliis naturæ bonitate auersam mouerunt. igitur *veniam delictorum*

Eamque certis conditionibus impetrant.

pacemque dedit, si armis traditis, accipere in vrbem præsidium vellent, & pro Ioppe nonnullisque ciuitatibus quas extra fines Iudææ possidebant, vectigal Regi pendere. Cetera non recusarunt; *præsidium ne ritus sui conuersatione alie-*

nigena-

nigenarum pollutrentur; deprecati, *pecuniam & obsides* obtulerunt. Itaq; trecenta talenta pecuniæ præsentis accepta, ducentis in diem dilatis: obsides quoque traditi, quos inter & frater Ioannis fuit. Muro deinde vrbis diruto, obsidionem soluit, quum gentem validam, & quæ post eum nulli Macedonicorum Regum paruit, magna cum gloria subegisset. Igitur adolescens hoc fortunæ obsequio magnificus, & bellum aduersus Parthos animo voluens, quo sibi Romanam amicitiam munificentia conseruaret, publice priuatimque donis eos prosequutus, inprimis Scipionem colere constituit: tum ob eximiam viri gloriam, tum quia neque potentior alius domi, neque in amicitia constantior credebatur; quum iam Romæ non apud singulos modo fides atque grauitas rarior indies fieret, sed ipsa quoque Respublica contentionibus odiisque priuata commoda publicis anteponentium, horrenda seditione quassaretur.

CAPVT XLVIII.

Iudæi nulli Macedonicorũ Regum postea paruerunt.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER TERTIVS ET VICESIMVS.

In locum lib. LIIX. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri LIIX. Liuiani.

TI. Sempronius Gracchus tribunus plebis, quum Agrariam legem ferret aduerſus voluntatem Senatus, & equeſtris ordinis, ne quis ex publico agro plus quam quingenta iugera poſſideret; in eum furorem exarſit, vt M. Octauio collegæ, cauſſam diuerſæ partis defendenti, poteſtatem lege lata abrogaret; ſeque & fratrem Caium, & Ap. Claudium ſocerum, triumuiros ad diuidendum agrum crearet. Promulgauit & aliam legem Agrariam, qua ſibi latius agrum patefaceret, vt iidem triumuiri iudicarent, qua publicus ager qua priuatus eſſet. deinde quum minus agri eſſet, quam quod diuidi poſſet ſine offenſa etiam plebis (quoniam eos ad cupiditatem ampla modo ſperandi incitauerat) legem ſe promulgaturum oſtendit, vt iis qui Sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia quæ Regis Attali fuiſſet, diuideretur. Heredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, Rex Pergami, Eumenis filius. Tot indignationibus commotus grauiter Senatus, ante omnes P. Mucius Conſul, qui quum in Senatu in Gracchum peroraſſet, raptus ab eo ad populum, delatusque plebi, rurſus in eum pro roſtris concionatus eſt. Quum iterum tribunus plebis creari vellet Gracchus: auctore P. Cornelio Naſica, in Capitolio ab optimatibus occiſus eſt, ictus primum fragmentis ſubſelliorum: & inter alios, qui in eadem ſeditione occiſi erant, inſepultus in flumen proiectus. Res præterea in Sicilia vario euentu aduerſum fugitiuos geſtas continet.

Romanorum internæ ſeditiones.

HActenus egregiam Romanæ rei fortunam ingentium bellorum lætos ſemper exitus, raras interea clades, rara armorum dedecora, ſed melioribus ſtatim correcta conſiliis fatisque enarrauimus, nunc internæ ſeditiones, quæ à Graccho graues atque plenæ diſcriminis ortæ ſunt, ad triſtiora, ſed non minus vtilia vocant: quando hinc maxime noſcendi reipublicæ mala, & quibus initiis collidi inter ſeſe diuerſæ in ciuitate poteſtates queant; eiuſque morbi certiora poſt euentum remedia cognoſcuntur.

CAP. II. Igitur Tiberius Gracchus Tiberii bis Conſulis & Cen-

[illegible] , poſtquam ſub matre Cornelia prioris Africani filia florentem bonis artibus, & pari omnium ſpe adoleſcentiam exegiſſet, in Mancinianam temporis aduerſa tanquam in ſcopulum impactus eſt. quippe inuidia quorundam optimatium, quos aduerſarios in negotio ſuo ſenſerat, deditionem ſuam vlturus, adfectaſſe modis omnibus creditur, vt ſuperiore priorum exemplum popularis haberetur. neque ſane aut materia res nouare volenti, aut ſpecioſus obtentus deerat: palam iniqui in rempublicam, in plebem, agrorum poſſeſſores erant, qui inter aliorum paupertatem & famem, latiſſimorum prædiorum reditus voluptatibus & luxu conſumebant. Nam antiquitus ſubactis per partes Italorum ciuitatibus aliquam agri portionem victor Romanus ademerat. in eam ex Vrbe aut Latio colonos mitti obtinuerat. & in ſingulos certum agri modum diſtribui. Veniebant autem in eam ſortem culta maxime: ſed quæ bello, vt adſolet, vaſtata ſqualebant, quoniam impenſa & cultu longiore, & primis annis parum fructuoſo egebant, ſub tolerabili tributo publice elocabantur. de frugibus decimæ, de arboribus quintæ pendebantur: eratque etiam in armenta & greges vectigal conſtitutum. Ita putabant fore, vt poſſeſſores quum ipſi tantum agrorum colere nequirent, per mercenarios generis Italici colerent, quod quum laboris militiæque patientiſſimum eſſet, ea potiſſimum ratione contineri ſimul aliq; poſſe ad continuorum bellorum auxiliares delectus arbitrabantur. Sed res alio vertit, auaritia & aſtu diuitum, qui publicos agros, vt longiſſimo tempore poſſeſſos, pro ſuis retinebant, augebantque. Submotis enim paulatim aut vi aut precio veteribus dominis, non iam agros, ſed latifundia colentes, ingenuorum operam aſpernabantur, ſeruiſque coëmptis rura exercebant. id enim erat multo quæſtuoſius, tum quia liberi homines ab agricultura ſtipendiis militaribus ſæpe auocabantur; ſeruis in eodem tempore manentibus: tum quia etiam ex partu ancillarum aucta familia, ad heros lucrum ingens redibat. Hoc modo fiebat, vt poſſeſſorum res familiaris, ſeruorumque numerus in immenſum augeretur: paucioribus indies ingenuis, qui præter inopiam domeſticam tributis etiam & delectibus atterebantur. Quin & quoties à bellis vacatio erat, pigrum ipſis infructuoſumque tempus abibat, quum agros proprios non haberent, & abundante ſeruorum numero, conducticia iſtorum opera nemo vteretur. Non erat obſcurum, quanto reipublicæ periculo ſociorum quotidie minor copia fieret: ſerui orti ab hoſtibus, & ipſi futuri hoſtes, ſi occaſio veniſſet, augeſcerent. Sed aduerſus ditiorum potentiam diu fruſtra ſunt quæſita remedia: ne-

Margin notes:

[illegible] Tib. Graccho.

CAP. III. Materia ex agro publico.

CAP. IV. Quem poſſeſſores paulatim ſibi mancipabant.

CAP. V. Et per mancipia colebant, neglectu ingenuo.

CAP. VI.

quamlibet, [illegible] quorumdam studio [illegible] villam p[illegible] [illegible], quam sub annum Vrbis CCCLXXX. rogatione Licinia cautum erat, *ne quis plus quingenta agri iugera possideret: neue plus quingen-ta capitibus pecorum, centumque maiorum armenta pasceret: [illegible]* [illegible] Hæc autem [illegible] sed etiam [illegible] gie [illegible] & publicæ rei subuenerat, in apud homines [illegible] [illegible] legum deuinctumque metu cupiditas, imbecillior [illegible] ris claustra fraude vsque perrupisset. Nam sub initia multi dolo malo partem agrorum in propinquos transferebant, sub illorum nomine [illegible] ibi possidentes: ex quibus ipse legis auctor C. Licinius Stolo fuit. [illegible] vt elusæ aliquamdiu leges tandem pro abrogatis contemnerentur, ne colore quidem quæsito, palam a diuitibus agri longe supra statutum auctoritate publica modum retinebantur. Crebræ inter hæc tenuiorum querelæ, sed & ipsa boni decorisque publici cura multos egregios viros aduertebant, vt mederi cuperent: verum cuncta reputantibus tutius visum est, relinquere intacta ciuitatis vlcera, quam impari remedio sollicitare ad acerbitatem atrocioris mali.

CAP. VII. *[illegible]*

CAP. VIII.

Ferturque non alia prudentia C. Lælius *Sapientis* cognomen quæsiuisse, quam quod in tribunatu mouere talia conatus, vbi maiora spe pericula vidit, destiterat. Maiore deinde perseuerantia, sed multis & ante omnes sibi exitiosa caussam eamdem agere Tib. Gracchus instituit, quum adolescens nobilis, facundus, & iam Tribunatum plebis gerens, auctoritatem quam genus adferebat, eloquentiæ præsidiis, & iure magistratus communitam, ad contentionem de tantis rebus attulisset.

Quam vindicare conatur Gracchus.

CAP. IX. *Amicis & matre Cornelia impellentibus.*

Accedebant ad hæc quotidiani ab amicis, ab æqualibus, a matre stimuli: nam & Cornelia sæpe repræhendisse filios dicebatur, *quod a populo Scipionis socrus, nondum Gracchorum mater vocaretur*: & Sp. Posthumius æmulus laurium, & dum militiæ Gracchus abest, forensi gloria multum prouectus, iuuenilem animum vrebat. Præcipui tamen incensores Diophanes Mitylenæus, & C. Blosius Cumis Campaniæ oriundus fuerunt: alter disertissimus ea tempestate Græcorum, & dicendi Tiberio magister, alter Antipatri Tarsensis familiaris, & ab eo sapientiæ studiis eruditus.

CAP. X.

Mouebatur etiam misericordia plebis, maxime quod calamitatem pauperum dedecusque reipublicæ, ipse per Etruriam transiens viderat, quo tempore ad bellum Numantinum erat profectus. neque desinebat populus omnibus eum modis impellere, passimque in porticibus parietibusque & monumentis scripta proponebantur, quibus *Tib. Gracchi tribunatus [illegible] asseres*

ereptos

[illegible] populo

ereptos sibi agros repetentium, inuocabatur. Hæc tam variæ & tam efficaces machinæ vel senilis animi maturitatem expugnare potuissent, quo magis mirum fuit, ab acerrimo iuuenum in re tanta nihil sine magno consilio, summaque moderatione gestum fuisse, donec aduersariorum iniquitate & contumacia irritatus, ipse quoque ad duriora deflexit. Tum vero adhuc non suo ipse arbitratu concepit legem, sed de sententia principum ciuitatis, qui sapientia & amore publicæ rei excellere credebantur, quorum P. Licinius Crassus fuit Pontifex Maximus, tum P. Mucius Scæuola, quo nemo iuris publici priuatique peritior habebatur, tum maxime Consul, & App. Claudius cuius filiam Tiberius in matrimonio habebat. Quanta igitur in tam graui iniuria locum habere lenitas poterat, adhibita est: neque modo pœnæ legum remissæ, sed vltro præmium oblatum possessoribus: quo æquiore animo partem alieni agri ad iustiores dominos redire paterentur. *Quamquam enim haud dubiæ æquitatis esset, quæ quisq. contra mentem legis Liciniæ possedisset, ea cum fructibus & omni caussa restitui, tamen dare se concordiæ ciuitatis* aiebat, *vt inter ius populi, & consuetudinem possessionis media via decidatur, per quam nec adimantur omnia locupletibus, nec omnia relinquantur. Itaque se legem laturum, qua populus egenus agros reciperaret: possessoribus qui filios in potestate haberent, supra legitimum modum, ducena quinquagena iugera in singulos retinerent. ad hæc administranda triumuiros annuos creari placere, qui præterea animaduerterent, ne quis portionem alienam, sicut antea in fraudem legis factum frequenter fuerat, redimeret.* Hæc plebi grata, quæ facile præteriti temporis ferebat iacturam, dum in posterum sui ratio haberetur, intoleranda locupletibus erant, quamquam iniuste possessa, tamen quia longo tempore possederant, pro suo patrimonio impudenter defendentibus. multaque passim aduersus Tiberium aspera & falsa iactabantur, *iuuenem factiosum, & nimiæ potestatis auidum, nihil aliud hac largitione, nisi viam ad regnum quærere.* Facile refellebat ista Tiberius non caussa minus quam eloquentia superior, grauiterq; *inhumanam possessorum iniquitatem* accusabat, *qui ciues suos, quorum labore illæ opes accumulatæ essent, & nunc quoque defenderentur, eos extorres agerent iisdem aruis, quorum ius atq; ditionem illorum sanguine respublica parauisset. Etiam feræ, quibus per Italiam repletæ syluæ sunt, cubilibus & habitaculis non carent, quo se recipiant: at illi quorum laboribus Italiæ quies, quorum mortibus ceterorum vita redimatur, nisi quod eamdem cū locupletibus lucem vident, eumdemq; aerem trahunt, commodis communibus omnibus arcentur: non tectum sub quo latitent, non locum vbi pedem in suo ponant, obtinent: vagi cum vxoribus & liberis in ipsa patria exilium agunt.* Conuersus

CAP. XI. *Gracchus rem a principio leniter aggreditur.*

CAP. XII.

Inter ius populi & consuetudinē possessionis media via.

CAP. XIII. *Plebi grata, intoleranda locupletibus.*

CAP. XIV. *Tiberius [illegible] magistratus.*

CAP. XV.

[illegible] [illegible] *[illegible] ad locupletium agmen, mundiose interrogabat, quæ [illegible] dem [illegible] [illegible] pararent, quod populi esset, id populo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] militum tribubus [illegible] turbam, postremo sua alienos præferrent? [illegible] frustra dein qui opera effectum est, vt mentiantur imperatores vestri, quum [illegible] instructa pro aris & foco dimicare homines iubent: quotus enim quisque [illegible] paternam, aut larem familiarem vsquam habet? sed pro alieno luxu [illegible] alienis opibus [illegible] vitamque prodigit Romanus ille populus, quem [illegible] rarum dominum magnifico sed inani titulo vocant, omnium egenum, & [illegible] bam quidem agri, paucis exceptis, possidentem.*

CAP. XVI. Hæc ab ingenti [illegible] [illegible] dolore non minori librata fulmina nemo aduersariorum sustinere [illegible] terat. quare ad M. Octauium conuersi, collega is in Tribunatu [illegible] que familiaris Graccho erat, auxilium implorabant. atque ille verecundia amicitiaque retinentibus cunctabatur. postremo magna virorum illustrium frequentia orante conuulsus intercedere legi, & collegæ obnunciare instituit.

M. Octauius Agrariæ legi intercedit.

Tum vero accensus ira Tiberius priore illa & leniore lege relicta, aliam ferre contendit maioris seueritatis, tantoque gratiorem in vulgus, quanto acerbior futura possessoribus erat: simpliciter *excedere* iubens *agris, quos contra leges quisque occupasset.*

CAP. XVII. Sic irritatis vtrinque animis quotidiana quum in Rostris tum Senatu oriri certamina: singuli, multi, vt locus tempusue tulerat, inter se iurgiis cominusque rem gerere: nihil vsquam [illegible] aut concors, sed velut in aduersis castris suspecta omnia & infensa esse.

Inde contentiones & iurgia.

Inter ipsa tamen factionum capita, licet sane studiis & æmulatione acriter contenderent, modestior, & contumeliarum expers rixa fuit: insigni documento quantum in animis hominum [illegible] indoles cum recta institutione valeat,

CAP. XIIX. cui vterq; horum a puero [illegible] adsueuerat. Rogabat Octauium Tiberius, quando & illum agri publici haud exiguam possidere partem compererat, *vt omissa contentione [illegible] [illegible] [illegible], & quamquam ipse haud sane abundaret opibus pretium ex suis bonis [illegible].* Immoto adhuc Octauio vetuit Tiberius *quidquam [illegible] publicæ rei agi, quam perlata lex esset.* etiam ærarium, ne adiri a Quæstoribus posset, annulo suo clausit, & Prætorum quosdam ius dicere pergentes, proposita mulcta coërcuit: tanta omnium trepidatione, vt possessores mutata veste sordidati & supplices in foro obuersarentur. etiam [illegible] Tiberio structas [illegible], [illegible]

Tib. vetat prius quidquam agi, quam lex lata esset.

CAP. XIX. in caput eius percussores [illegible]. Post hæc ipse quoque [illegible] [illegible] dissimulanter [illegible], in forum ventitabat, magna prosequentium [illegible] quum prodeuntem domo numquam minus terna aut quaterna [illegible] num millia superarent. Aderat interea dies, quam ferendæ legi [illegible] xerat.

Tumultu [illegible]

xerat. tum vero tumultu & ita feruere animi, nihilque ſatis ex præſcri- *pore legiſferen-*
pto legum aut ſanæ ciuitatis inſtitutis fieri. Poſt multa inuicem iur- *da.*
gia, quum iuſſu Tiberii ſcriba recitaret legem, ſilentium ei M. Octa-
uius iniunxit, multum conquerente Graccho, & quia nihil proficiebat,
in poſterum diem adeſſe concionem iubente, *tum enim ſe modu omnibus perla-*
turum legem eſſe. Quum ita maius etiam ſolito agmen, tamquam ad vl- CAP. XX.
timam dimicationem, in foro confluxiſſet, Tiberius *recitari legem* cum
minis imperat, intercedit Octauius: vetanti Tribuno, ſicuti oportebat,
contra iubentem paretur. ea res, & quia diuites vrnas ad ſuffragia col-
ligenda paratas abſtulerant, certamen ingens excitauit. ventumq; ad ſæ-
ua omnia foret, ni Conſularium quorumdam interuentu, animorum mo- *Conſulariū quo-*
tus paulisper conſediſſet. ii dextra Tiberii præhenſa cum precibus & *rumdam inter-*
lachrumis obteſtabantur, *ne miſceri omnia ſeditione & tumultu ſineret.* is- *uentu conſidet.*
que reuerentia virorum, & obuerſante iam animo malorum quæ immi-
nebant ſpecie, *quid igitur ſe facere vellent?* interrogabat; *aut quid adſer-*
rent ad rem exulceratam conſilii. Negantibus *ex ſe quidquam opus eſſe,* & CAP. XXI.
vt referri negotium ad Senatum pateretur, orantibus ad extremum adſen-
ſus eſt. nam & Patrum optimo cuique, & publicæ rei ſtudioſiſſimo
non ingratam fore legem confidebat. Sed quum in curiam veniſſet, *Tib. exagitatus*
ibique à pleriſque Senatorum, nam hi plurimum agri publici poſſide- *in curia.*
bant, conuiciis & iurgiis exagitatus eſt, vt inter paucos, & deſtituto
concione ſua Graccho liberius; in forum recurrens, orare collegam
ſupplicibus verbis inſtitit, *remitteret obſtinatum animi rigorem, plebemque*
commodis tantorum laborum periculorumque precio comparatis aliquando frui
ſineret. Nihil ad hæc moto collega, *nullum igitur*, inquit, *remedium vi-* CAP. XXII.
deo, quam vt alteruter noſtrum magiſtratu abeat. Tu M. Octaui, de me roga *Se aut Octauiū*
populum prior, is ſi iuſſerit, priuatus repetam domum. Atque hanc quoque *abdicare, neceſ-*
conditionem illo recuſante, *Quando nihil*, inquit, *æqui à ſuperbis & a-* *ſum autumat.*
uaris hominibus impetrari poteſt: in craſtinum adeſte Quirites. ille dies ſi viri
eſtis, hæc certamina finiet. nam & de lege, & de Tribuno vos in ſuffragia mit-
tam: vt intelligant homines, maiorne populi Romani auctoritas eſſe debeat, an
tua M. Octaui, qui Tribunitiæ poteſtatis telum, tuendæ plebi a maioribus com- CAP. XXIII.
paratum, ad opprimendam illam perdendamque intorſiſti. Poſtridie conſcen-
ſo ſuggeſtu *rogationem ſe de M. Octauio laturum* dixit, *ni incepto deſiſteret,*
eumque *vt iam ſibi quoque, non tantum populo parceret*, denuo accuratis *Octauius non*
precibus ſolicitauit. Sed Octauio generoſa mens erat, ceptique ad ex- *flectitur.*
tremum tenax: quam puderet fidem tot illuſtribus viris datam, & in ſe
vno ſpem poſſeſſorum recubantem deſtituere. Tum ad ſuffragia itum,

deos hominesque testante Tiberio, *inuitum se & vltima necessitate coactum, ad remedium tam tristis exempli descendere.* Iam sententia vnius tribus ademptа Octauio potestas erat: neq; ille, quanquam renouante preces Tiberio flectebatur: iam pluribus pluribusque auctoritatem prærogatiuæ sequentibus, de quinque & triginta tribubus septendecim, vti rogarunt iuerant & si vna præterea accederet confectum negotium erat: quum iterum inhibito paulisper suffragiorum ordine Tiberius tam propinquo periculo per vltimas obtestationes obfirmatum collegæ animum expugnare conatus, propalam complexu omnibusque blanditus orauit, *contra populi voluntatem niti, sibique ignominiam, amico & collegæ dura consilia non lubenter amplexo, inuidiam procurare desineret.*

CAP. XXIV. *Tribunatu abrogatur ... ...*

CAP. XXV. Versabat inter hæc ancipitem Octauium hinc periculi magnitudo, si persisteret in incepto, inde pudoris, si absterreri se pateretur. feruntque deliberantis animi haud dubia signa, inter diuturnum silentium lachrumas erupisse. Verum vbi ad possessorum agmen deflexit oculos apud quos existimationem partam amittere, eorumque commeatis pro... quorum ornari laudibus sueuerat, haud sustinens, id modo, *ageret sane Gracchus quod collubitum animo eius esset*, respondit. Hunc ad modum perrogato iussoque priuilegio, viatorem Gracchus mittit, *priuatumque detrahi de suggesto* iubet.

Octauius de Rostris detrahitur.

CAP. XXVI. Erat hæc quum sua sponte tristis & indigna species, egregium iuuenem paulo ante sacrosancta potestate præditum subito de Rostris deturbari: & augebat inuidiam, quod a liberto maxime Gracchi manus iniecta homini foret. Gracchus enim more cetera non improbabili apparitoribus libertinis suis vtebatur. Neque tamen Octauii fortuna populum commiseratione permouit, plus valebat in iratis animis recentis offensæ dolor: magnaque in illum manu coorta, nisi vim accursu suo locupletes auertissent, in foro esset discerptus. seruus tamen ex fidissimis, qui pro domino corpus opposuerat, oculis effossis cæcatus est. ipse quum ad tumultum etiam Tiberius accurrisset, suique reuerentia plebis impetum inhibuisset, ægre effugit.

Et à populo pene ... cerpitur.

CAP. XXVII. His ita gestis, neque vllo iam obsistere audente, lex agraria communi ... perfertur. Triumuiri diuidundis agris, colonisque deducendis, Tiberius ipse, cum socero Ap. Claudio & C. fratre qui tum admodum iuuenis ad Numantiam militabat, creantur. Neq; enim quemquam sibi satis fidum extra Gracchi domum, commodisq; suis propensius fauentem populus rebatur. Surrogatus etiam in locum Octauii tribunus plebis est, ex clientibus Gracchi: cuius ne nomen quidem satis constanter traditur, Q. Mucium aliis, aliis Minucium, aut Mummium tradentibus.

Triumuiri diuidundis agris.

CAP. XXIIX. Hæc victoria plebis animos vehementer sustulit, magnoque hominum concursu auctor tam gratæ legis, non tamquam vnius oppidi, sed

totius

totius Italiæ conditor parensque, domum reductus est. At Senatus & Equites Romani, quibus ex ordinibus plerique agros hac lege amittebant, palam indignati, quibus poterant modis dolorem suum vlciscebantur. & ingressus curiam Tiberius, quum ex more *tabernaculum diuisuris agrum dari solitum* peteret, cum conuiciis repulsam tulit. etiam in diurnum sumptum ex sententia P. Scipionis Nasicæ, haud amplius sestertios senos ei decreuerunt.

Senatus & Equites oderunt Tiberium.

CAP. XXIX.

Nasica enim, quod magnum agrorum modum possidebat, moleste ferens, auctore Graccho expelli, ad suscipiendas cum eo inimicitias cupide proruperat. Tanto auidius inceptum persequutus iuuenis, immensam multitudinem agros sperantium ab Vrbe secum eduxit. Quo liberius iram & minas spirantes ceteri, negabant *impune laturum, qui sacrosancta potestate violata, tantam in Italia seditionum tempestatem excitatum iret.* Neque inanem periculi metum ei quum alia indicia fecerant, tum vnius amicorum subito defuncti suspecta signa praeferens corpus, concursuque quum efferretur facto, *hominem veneno interiisse* creditum conclamatumque est, & *ob amicitiam Gracchi plebisque sublatum* interpretati, subierunt lectum, rogumque circumsteterunt.

Amicus quidam Tiberii veneno sublatus.

CAP. XXX.

Atque erat haud multum aberrans à similitudine veri suspicio. namque disruptum in igne corpus, tantam vim humoris effudit, vt flammam exstingueret, neque iterum igne accenso vri potuit, donec alium in locum translatum, sic quoque ægre, cremaretur. Ea res occasionem Graccho dedit, magna diuites inuidia onerandi, qui mutata veste, productisque in forum liberis, *horum, matrisque suæ curam* populo commendabat, quandoquidem *his moribus intelligeret vitam sibi minime tutam aut diuturnam fore.*

Vnde timens Tiberius suos commendat populo.

CAP. XXXI.

Sic indies magis magisque exacerbatis rebus, quum & possessoribus ægre facere, & populum demereri summopere studeret, aliam promulgauit agrariam legem, qua maiorem agri modum complecteretur, *vt iidem triumuiri qui diuidundis agris creati essent, qua publicus, qua priuatus ager esset, iudicarent.* Erat egenorum ingens in Vrbe multitudo: & repetiti à possessoribus agri, quum ad offensam diuitum satis valerent, necessitatibus speique plebis non sufficiebant.

Aliam legem agrariam promulgat.

CAP. XXXII.

Itaque iam vtrobique malam inire gratiam Tiberius ceperat, quum alteri *nimium ademptum sibi*, alteri *parum datum* quererentur. Hic velut ipsa fortuna munus hoc offerente, auide arripuit occasionem ex Attali Pergameni testamento pauperibus gratificandi. Nam Asiæ Rex Attalus, cui ab amore matris cognomentũ *Philometor* fuit, per eos dies herede populo Romano decesserat. Igitur Tiberius legem se promulgaturum ostendit, qua *iis, qui L. Sempronia agrum accipere deberent, pecunia quæ Regis Attali fuisset, diuideretur.*

Aliam item de Attali regis pecunia.

CAPVT XXXIII.

deretur. *De vrbibus autem quæ Attalo paruissent,* negabat *Senatum statuere posse, verum populi de iis cognitionem esse oportere.* Id vero longe omnium grauissime Senatus tulit: neque vmquam infensius aut plurium conuiciis laceratus Tiberius est, præter alia quæ certatim ingerebantur, surgente Q. Pompeio, *accusationem*que minitante, *quamprimum magistratu Gracchus abiuisset. Quod enim vicinus Gracchi esset, comperisse adseuerabat, ex instrumento Regio eum diadema & purpuram, quasi Romæ regnaturum, ab Eudemo Pergameno accepisse.*

Q. Pompeius Tiberio minatur.

CAPVT XXXIV.

Q. Metellus Tiberium obiurgat.

Q. autem Metellus, (cuius in C. Fannii Annalibus exposita est oratio) exprobrauit, *quod patre Tiberio Censore, quoties ille domum à cœna se conferret, extinguere lumina ciues sint soliti, ne tamquam præter iustum modum conuiuiis & vino indulgentes grauissimi viri opinione notarentur: eiusdem autem filio audacissimus quisq. & egentissimus de plebe prælucerent.* Sed acerbissima cum T. Annio Lusco contentio fuit, qui sponsione prouocare Gracchum ausus est, *ni sacrosanctæ potestatis violatæ reus esset.*

CAPVT XXXV.

Contentio Tiberii cum T. Annio.

Ibi multis adstrepentibus Tiberius in forum accurrens, conuocata concione præhendi Annium iussit. Is vbi adductus esset, videretque accusatum se iri ab homine, cui neque facundia, neque gratia par esse posset, ad suas artes conuersus, erat enim vt in dicendo minime copiosus, ita ad interrogandum acutissimus, petiit *vt pauca prius sciscitari liceret, quam concionari Gracchus inciperet*: neque abnuente illo, quum silentio ab omnibus audiretur: *quæro,* inquit, *Tiberi, siquidem à te exagitatus, quemlibet collegarum tuorum appellauero, isque auxilio mihi fuerit, ira commotus ei quoque magistratum abrogabis?* Ad hanc interrogationem ferunt ita perturbatum esse hominem alioquin ad dicendum iuxta audendumque paratissimum, vt prorsus obmutesceret, concionemque statim dimitteret.

CAPVT XXXVI.

Ad interrogationem Annii Tiberius obmutescit.

Inde haud obscure perspiciens, quantæ sibi inuidiæ abrogata Octauio potestas esset, neque iam diuites tantum, sed ipsam quoque plebem molestius ferre, magistratum ad eum vsque diem inuiolabilem habitum, nouo prorsus exemplo imminutum esse, referre ratus, de iure Tribunorum, & quam non inique depulsus potestate Octauius esset, populum edoceri: hunc in modum pro concione disseruit:

CAPVT XXXVII.

Tiberii concio de iure Tribunatus.

Intelligo, Quirites, passim in Vrbe sermones aduersos esse, quod abrogata M. Octauio lege mea potestas est. quæ res ad vestram potius quam meam accusationem pertinet: atque ideo qui priuatus iniurias contemnere quam vlcisci soleo, non possum pro meo erga plebem Romanam studio hac eius contumelia non grauiter commoueri. Ecquid enim esse caussæ potest, cur iudicium eius incusent, qui vestram scilicet vicem indignantur, vni Tribuno ius ademptum esse, homines, qui numquam illud natum, & nunc quoque, si qua possent, euersum exstinctumque modis omnibus mallent.

Digitized by Google

malleut. Non temere, neque feſtinanter tanta res acta eſt: atque vtinam alia tuendæ plebis ratio fuiſſet! neque auctoribus iſtis tantum ille iuuenis contumaciæ induiſſet, vt velut indicto ſine miſſione certamine, aut illi cadendum, aut vobis pereundum eſſet! Nec ignari quid ageretur ad ſuffragia veniſtis; multa in ea cauſſa vltro citroque dicta ſunt; quæ inuidia eſt, ſi tandem vtilior eademque iuſtior ſententia vicit? ſed quia de vtilitate minus dubitari video, quæ ſeſe vltro ingerit, omnemque criminandi anſam euidentia commodorum amputat; quo iure factum ſit, quamquam ignorare non deberent, qui legem ſciuerunt, tamen vt obuiam eatur eorum aſtutiæ, qui ſpem ſuam omnem in animis veſtris quacumque demum arte turbandis diſſociandisque poſuerunt, non modo quod factum eſt, quia factum eſt, ſinendum, ſed etiam, ſi res foret adhuc integra nunc quoque fuiſſe faciundum aio.

CAPVT XXXVIII.

Vtiliter iuſteque contendit Octauium remotum eſſe.

Non eſt profecto, vt iſti me doceant, ſacroſanctam Tribunorum plebis poteſtatem eſſe: ſcio enim meminique, neque vereri debent, ne aut ego obliuiſcar, aut quemquam obliuiſci patiar: ſed errat prorſus pueriliter, quicumque exiſtimat, tantam illam reuerentiam hominis eſſe, non populi, cuius ille commodis inſeruire debet, quoque fortius & ſecurius id faciat, eam nempe ob rem inuiolabilis & ſacroſancta poteſtatis iure munitur. Sic vtrimque veluti pacto quodam inter ſe deuincti Tribunus populo fidem, populus Tribuno honorem præſtat: vt tamen ſemper populi maior habenda ſit ratio, qui non propter Tribunum, ſed propter quem Tribunus eſt.

CAPVT XXXIX.

Tribunatus reuerentiam non eſſe hominis, ſed populi.

Quæ igitur maior vel noxa noceri, vel iniuria vobis inferri, Quirites, poteſt, quam ſi Tribuni poteſtas ſupra ius populi adeo extollitur: vt populi quidem voluntatem atque commoda negligere, quid negligere? ludificari, ſpernere, obterere Tribunus impune queat, populus de Tribuno ſtatuere nequeat. Sacroſanctus enim eſt: certe. ſi conditioni quam accepit paret, ſi non ſolo nomine Tribunum ſed fide operaque præſtat, ſacroſanctus eſto. at ſi hæc omnia pro nihilo habeat, ſic quoque ſacroſanctus erit? Quid ſi quem in hac poteſtate furor inuaſerit, vt Capitolium diruere, nauali a incendere velit, non coercebitur? ratio habebitur ſacroſanctæ poteſtatis? Et tamen qui hoc auderet facinus, malus ſane Tribunus, at tamen Tribunus foret: ſed qui M. Octauii exemplo hoc ageret, vt deleret ius populi, vim eriperet tribubus, libertatem opprimeret, is ne quidem Tribunus iam eſſe poſſet plebis, quam hoc vtique pacto funditus ſuſtuliſſet.

CAP. XL.

Tribunus quatenus ſacroſanctus.

CAP. XLI.

Tribunus plebis non eſt, qui plebem tollit.

Quid autem ſtultius quam poteſtatem æqui iuris tuendi cauſſa repertam, in tantum extollere, vt iam ipſis illis Conſulibus, quorum nimiæ potentiæ oppoſita fuit, ipſis Regibus maior atque intolerabilior ſiat? Conſules in carcerem a Tribuno duci vidimus: exactum a maioribus noſtris Regem ſcimus, eamque poteſtatem ob vnius hominis delictum ex Vrbe noſtra ſublatam eſſe, ſub qua & ceperat Vrbs ipſa & creuerat. Quid autem iure Regio, quod omnium & magiſtratuum poteſtatem, & ſacerdotiorum religionem vnum complectitur, reperiri potuit ſanctius? Etiam Veſtales, cuius ſacerdotii vel præcipua apud

CAP. XLII.

Etiam Reges exactos eſſe ob delictum.

nos [illegible] creatio est, quum cærimoniarum sanctimoniam in cœtu polluunt, vitia [illegible]mantur. neque enim sacro erat, cum ipsis præstari honorem laudentibus deos, quem colendorum eorum gratia accepissent.

CAP. XLIII. *Ergone Reges nullo plebiscito [illegible] exegit? à quolibet Tribuno in carcerem duci Consules iubentur? flagris cæsi Vestales Pontifices iussi sunt? Tribuno quem aliquot tribuum suffragia dare magistratum potuerunt, cum vniuersæ non poterunt abrogare? Egregium [illegible] plebicolæ, qui dum extulisse populi potestatem videri volunt, sustulere. Donaria diis dicata, transferri quo populo visum est, nemo vetat, magistratu se abdicare homines, translatitium est: siue cærimoniam in Tribunis, siue honorem esse volumus, quidni voluntate populi hæc religio, vt alia consecrata moueri queat? & hæc potestas exemplo ceterarum abdicari?*

Precarium esse magistratum populi voluntate omnia posse.

Hæc inter certamina quum æstas venisset, comitiis Tribunitiis instantibus,

CAP. XLIV. cura studiusque feruebant omnia. Quippe diuites omni ope adnitebantur, vt quam infestissimi Gracchο legibusque eius tribuni crearentur, eius rei caussâ quum palam coitiones fierent, amicos Tiberii metus incessit ni continuata illi potestas foret. Ab his inductus, vt populi studia recentibus meritis sibi pignoraret, omnia miscere legibus promulgandis cepit. minus iam boni decorisque publici, quam irarum & simultatis cum Senatu memor. nam & militibus stipendiorum minuebat tempora: & prouocationem à iudicibus ad populum dabat: & quum antiquitus ex Senatu lecti iudices essent, legem iudiciariam, quæ deinceps à Caio fratre perlata est, ferebat, *vt Senatores equitesque Romani pari numero iudicarent.*

Tiberius omnia miscet legibus promulgandis.

CAP. XLV. Etiam Italicis populis ne quid ad conciliandas modis omnibus vires intentatum sineret, ciuitatem Romanam pollicebatur. Circum hæc tempora nihil à Gracchο prætermissum ferunt, quo miserabilior populo fieret. cum atra veste prodire in publicum, supplicare, flere, commendare matrem populo, commendare paruos liberos, eum etiam quem virilis sexus habebat, producere vt conspectu eius magis etiam animi commouerentur. Agebat autem non modo vt ipse Tribunus reficeretur, sed Caio fratri eamdem potestatem, Appio socero Consulatum dari cupiebat. hanc vnam ad perpetranda cepta viam re-

[illegible]

CAP. XLVI. batur. Nitebantur aduersus hæc summa contentione locupletes, gratiaq; & clientum studiis effecerant, vt in ferendis suffragiis quum vinci partem suam Gracchus animaduerteret (plebis enim magna portio, intenta operi rustico aberat) commotus ira ac metu, iurgiis aduersum collegas, *qui commoda plebis ipsi diuitum satellites sui quæstus caussa proderent,* tempus eximere; deinde dimittere tribus cogeretur, edicto, *vt postridie vellent adesse.* Tum digressus à Rostris, & per forum obambulans, supplici voce lachrymisque manantibus populo se commendauit: periculo quod

quod illius vtilitatibus ſeruiendo ſubiiſſet, grauibus verbis exaggerato. quibus ita permouit homines, vt, quum inter alia forte iecisſet, *ſibi ab inſidiis inimicorum ne domi quidem ſuæ ſecuram noctem fore*, magna pars plebis circum fores eius cuſtodiæ cauſſa pernoctaret. Vbi dies adfuit, poſtrema vitæ eius futura, non iam magnitudine modo ſuſcepti negotii, & imminentis certaminis obuerſante ſpecie tardior, ſed etiam prodigiis quæ aduerſa multa euenerant turbatus, quid capiendum conſilii foret, addubitabat. Quum enim auſpicia prima luce peteret, neque pulli ad paſtum prodire voluerant, neque vnus qui prodierat paſci, ſed ala ſiniſtra ſublata, extenſoque pede rurſus in caueam refugerat. Sic aliud quoque recordatus omen, eo impenſius cohorruit. quippe quum haberet galeam, qua ſolebat in prœliis vti, eximie comptam ornatamque, in eam clam omnibus irrepſerant angues, ibique poſuerant & excluſerant oua. id tanquam fatale ſuæ familiæ prodigium timuit: quum & Graccho qui in Lucanis interfectus eſt, & patri ſuo Tiberio, paria ſerpentum omen interitus feciſſent. Qui tamen *in Capitolio iam conueniſſe populum* nunciatum erat, ſpem ſuorum prodere non ſuſtinens, domo profectus eſt. Ibi eum alia exceperunt terrueruntque portenta: nam in ipſo ſtatim egreſſu ſiniſtrum pedem tanta vi impegit limini, vt pollicis vngue perfracto, ſanguis per calceum emicaret. Neque longe proceſſerat, quum in ſiniſtro domus ſtillicidio coruos conſpexit pugnantes; deinde in aduerſum ipſum occurrentes, etiam fragmento tegulæ ante pedes eius proiecto. Id vero non ipſum modo Tiberium, ſed totam illam qua ſtipatus ibat multitudinem conterruit: neque erat tam obfirmata mente quiſquam: quin magnum aliquod inſtare malum ominaretur. Vnus C. Bloſius, perpetuus Tiberio comes, & conſiliorum ſocius, negabat *decorum fore, ſi Gracchi bis Conſulis & Cenſoris filius, P. Africani nepos, idemque plebis Romanæ patronus, coruis metu deterritus eſſe dicatur, ne ciuibus tanto ſtudio vocantibus ſe præberet.* & aderant eodem tempore frequentes, ab amicis nuncii, *properare iubentes, omnia qualia vellet reperturum.* Hoc inquiebat Bloſius, *non tacitum tibi abire probrum inimici ſinent, quum a te ludibrio haberi populum, ægro more tempus tibi commodum opperiente, vociferentur.* Ita quum in Capitolium adſcendiſſet, multo fauore plebis exceptus eſt, cingentibus eum notiſſimis quibuſque, quia periculum ab aduerſariis ei metuebant. Neque vrgebant illi ſegnius, turbæ immixti: quamquam agniti ſæpe repellerentur. Ita factum, vt iterum citante tribus Q. Mucio, nam is comitia, concedente Rubrio, cui ea ſors euenerat, habebat: nihil iam rite atque ordine fieret, tru-

Domi ſuæ cuſtoditur a plebe.

CAP. XLVII

Turbatur prodigiis.

CAPVT XLVIII.

In Capitolium pergit.

CAP. XLIX.

Confirmatur a C. Bloſio.

CAP. L.

Comitia turbulenta.

trudentibus inuicem hominibus, & strepitu impellentium impulsorumque crebrescente. Dum hæc in Capitolio geruntur, Senatus in ædem Fidei à P. Mucio Scæuula Consule vocatus, vt ex propinquo molitionibus tribunitiis resisteret, quid tali in tempore faciundum esset, consultabat.

CAP. LI.

Senatus arma parat inuito Consule.

Plerisque omnibus placuerat, *vt Consul armis rempublicam tueretur.* sed is, vt erat animo leni ac tranquillitatis studioso, *quidquam se vi acturum* pernegabat. Ergo segnitiem eius incusantes ceteri, *quando Rempublicam Consul timiditate proderet, alia capienda esse consilia* conclamantes,

CAP. LII.

negotium suis dederunt, vt seruos & clientes in armis haberent. Id ex amicis Tiberii Fuluius Flaccus Senator renunciaturus accurrit in concionem, & ex superiore loco innuens manu, *esse de quibus certiorem Tiberium faceret* significabat. Vix iubente Tiberio permissus ad eum aditus est.

Ea re cognita concio tumultuatur.

cognitoque quid attulisset, qui proxime Tiberium stabant, præcingunt togas, frangunt apparitorum hastilia, denique ad vim repellendam quibus modis possunt se comparant, diffugiunt è comitio Tribuni ceteri: templum à sacerdotibus clauditur. Ea species commouit longius remotos, vt *quid ageretur,* cum trepidatione sciscitantes, omnia clamore tumultuque confunderent.

CAP. LIII.

Ibi Tiberius, nam audiri non poterat, capitis instare discrimen indicans, admouit vertici manum. Hoc sic exceptum ab inimicis, tanquam diadema posceret: additumque, falso vt existumem, *palam dictitare eum, Senatu interempto omnia per plebem agi oportere.* Tum vero accensis omnibus, P. Scipio Nasica petit à Consule, *vt seruet rempublicam, & tollat tyrannum.*

Consultatio in Senatu.

Atque ille, *Video,* inquit, *Patres conscripti, plerosque magis ira, quam ratione permotos, egregium in Rempublicam animum, turbulentius agendo corrumpere.*

CAP. LIV.

Nam si de actionibus Tib. Gracchi quæritur, tam lenis profecto nemo erit, quin præferuidi spiritus iuuenem, ad fœda & flagitiosa prolapsum fateatur.

Iure agendum censet, non impetu.

Sed ideo nimirum leges feruntur, mores seruantur, & consilium publicum est, vt si quid peccatum in ciuitate fuerit, non impetu, qui plerumque cæcus est & improuidus, sed ratione & iure corrigatur. Interesse aliquid inter seditiosum tribunum, & populi Romani Senatum æquum est: vt in illo audacia reprehendatur: Curiam maturitas ornet, & numquam amica festinationi prudentia. Quod si subita nos indignatio præcipitet ad vindictam, quid deinde respondebimus caussæ nobis fuisse, cur Gracchum plecteremus. Allegabimus leges ab eo violatas, iura conuulsa ciuitatis? neque enim aliud quidquam crimini dabimus. Non igitur & quæ ciuem

CAP. LV.

Indemnatum necari nefas.

indemnatum necari vetant leges sunt: atque illæ tanto maiori cum periculo perrumpentur, quanto chariores populo Romano sunt, qui suæ libertatis illa maxime præsidia esse arbitratur. Sed fac, deum aliquem promittere nobis impune futurum quod agimus: hoc igitur in Rempublicam introducemus exemplum, vt simul

simul aliquid admissum esse à quopiam dicetur, is incognita caussa, inauditus, indemnatus opprimatur? Quid festinatione opus est, vbi contatoribus & consideratis esse licet? At vero Gracchum diadema poscere, Senatum tolli iubere dictitant. Oro vos, Patres Conscripti, quis vidit vestrum? quis audiuit? aut cui venire in mentem, dum sit adfectibus vacua, possit, quemquam haud extreme furiosum, nullis ad eam rem paratis præsidiis, hoc sedente consilio, hoc populo circumstante, tam auido libertatis, tam tenaci, tam etiam ab omni seruitutis mentione & vmbra abhorrentem, ea die claro, loco tam celebri postulaturum esse.

Calumniam de Graccho refellit.

CAP. LVI.

Scipionis Nasicæ sententiam refutat.

Scilicet inconditum hoc vulgus, & viatorum baculi rem tantam conficient: & hic, quemcunque tamdem videri fas est, homo certe non excors neque fatuus cogitabit? Certe, Scipio vir clarissimus patriæque amantissimus modo tolli eum continuo iubebat. Quod si integrum est facere, certe non ea potentia Gracchi est, vt periculum sit, ne Respublica per eum opprimatur. neque dubium, si possit armis opprimi, etiam ad caussam dicendam cogi, modisque aliis, quales iura ciuitatis patiuntur, coërceri posse.

CAP. LVII.

Exempla maiorum allegat.

Apud maiores nostros multæ à Tribunis seditiones motæ sunt: nec vmquam eo decursum, vt indicta caussa trucidarentur. Idcirco quod neque sapientissimis optimisque viris placuit, neque legibus permissum est, id ego me facturum nego. ceterum si quid contra leges Tiberius fecerit, id neque ratum habebo, & quod Senatus more ac lege censuerit, ita exsequar, vt omnes sentiant, Reipublicæ diligentem, atque etiam fortem Consulem minime defuisse.

CAP. LVIII.

Nasica priuatus Tiberium opprimit.

His auditis, exsiliens Nasica, dextramque tollens, *quoniam*, inquit, *Consul, dum iuris ordinem sequitur, id agit, vt cum omnibus legibus Romanum imperium corruat, qui Rempublicam saluam volunt, me sequantur.* His dictis lacinia caput obuoluens ibat, sequebatur optimatium agmen, togis sinistro brachio circumdatis, obuios quosque disiiciens: quippe dignitatem virorum reueriti homines non resistebant, sed qua quisque poterat, se proripientes, locum dabant ruentibus. At illi raptis subselliorum fragmentis, nam subsellia multa fugientis turbæ impetus ruperat, Tiberium petebant: clientum mancipiorumque multitudine, cum sudibus & clauis, quas domo attulerant, comitante, iamque cæde obuiorum cepta, tanto intentius ceteri fugere. quum in turba Tiberius, quum iam comprænderetur, dimissa toga tunicatus effuso cursu, per gradus, qui sunt super Calpurnium fornicem, abibat, ni corporibus iacentium retinentibus, oppressus necatusque esset.

CAP. LIX.

Cædes Tiberii, & eius auctor.

Haud equidem crediderim *Nasicæ manu cecidisse*, quamquam traditum à quibusdam est, qui forte, quod oppressum à P. Scipione Tiberium compererant, eius non consilio tantum & auctoritate, sed etiam vulnere patratam cædem esse putauerunt. Apud diligentiores inuenio, quum ex prolapsione se attolleret, pede subsellii à P. Satureio occupatum esse: altera

deinde plaga L. Rubrium gloriari solitum. ita à collegis suis interfectus est, neque Tribunitii iuris sanctitas ei profuit, qui prior illud in M. Octauio videbatur violasse. Obseruatum sane est, nemini vnquam, qui collegæ magistratum abrogasset, vitam ad alterum annum durasse.

CAP. LX. *Tiberii Elogiũ.*

Hoc exitu seque & Rempublicam turbandi finem fecit iuuenis, si pauca & postrema exceperis, innocentia vitæ, claritudine ingenii, sanctitate propositi nemini postferendus. Occubuerunt cum eo homines amplius trecentis, fustibus omnes & lapidibus interfecti, nam ferrum abfuerat. modestiore paulo principio futuris cladibus præludente discordia. Hactenus enim studiis tantum verbisq; certatum in Vrbe fuerat: ab illo primum exemplo, ciuilis sanguinis vilitas, & gladiorum impunitas cepit. Corpora sepultorum, adeo sepulturæ quoque odium inuaserat, in Tiberim proiecta: ipsius Gracchi cadauer, ab Ædile Lucretio in flumen præcipitatum, cognomen familiæ dedit, vt Vespillones vocarentur.

CAP. LXI. *Corpus eius fratri ad sepulturam petenti negatur.*

Hæc atrocitas, neque enim fratrem Caium *vt nocte sepelire liceret* supplicantem audiuerant, suspicionem apud multos excitauit, non tam amore patriæ, quamquam hic vbique prætexitur, quam odiis in Gracchum, & sui compendii gratia facinus hoc designatum à locupletibus esse. præsertim, quum numerus illorum qui iuuenem tum stipabant, tribus millibus haud amplior, facile mitioribus coërceri remediis potuisset. Laborabat interim seruili bello Respublica, quod vario euentu gerebatur: & qui ciuium suorum actiones tam hostiliter vsi erant, vicissim à mancipiis suis intoleranda patiebantur.

CAP. LXII. *Seruiles motus in Italia, & alibi.*

Nam præter fugatos cæsosq; in Sicilia exercitus, per Italiam quoque atque in ipsa Vrbe trepidatum est: vbi iam centum quinquaginta serui coniurauerant. quorum indiciis, compræhensi enim punitique fuerant, quum passim per Italiam coniuratum esse patuisset. Q. Metello, Cn. Seruilio Cæpioni datum negotium est, iique Sinuessæ ad quatuor millia seruorum oppresserunt, etiam Minturnis quadringenti quinquaginta in crucem acti sunt. Manauit prætereà in Asiam, in Græciam idem furor: & in metallis quidem Atheniensium ab Heraclito prætore, supra mille seruorum occisi: in Delo quoque insula quum eadem molirentur, præuenti à dominis, & supplicio affecti sunt.

CAP. LXIII. *Et maxime in Sicilia.*

Neque Macedonia malorum istorum exsors fuit, quam late depopulauere seruitia. Maxima tamen in Sicilia moles erat, vbi vrbes excidebantur à fugitiuis, cædebantur legiones, neque in pugnantes modo, sed atrocius in captiuos sæuiebatur: quorum manus non ad commissuras artuum, sed cum ipsis brachiis amputabantur. Sed vbi L. Piso Consul, nam is C. Fuluio successerat, exercitum accepit, seueritate ducis emendata disciplina res in meliorem statum reduxit. Nam ille

C. Ti-

C. Titium equitum præfectum, quod multitudine Syrorum circumuentus armis traditis salutem pactus fuerat, togæ laciniis abscisis, solutaque tunica, nudis pedibus, à mane in noctem vsque ad principia per omne tempus militiæ adesse iussit. præterea conuiuiis balneisque prohibuit hominem: & turmas equitum, quæ cum eo fuerant, ademptis equis in funditorum alas transscripsit. Adfuit ergo, vt plerumque, seueris imperiis fortuna: multisque locis bene gesta res, & magno ad Mamertinum oppidum prœlio, vrbs liberata est, fugitiuorum ad octo millia cæsi, quodque eorum capi potuerat, crucibus adfixum est. nam Mamertinos, qui soli seruos suos humaniter habitos in officio continuerant, infestius oderant Syri; neque ipsis modo, sed etiam seruis irati, à quibus sua caussa damnabatur, magno exercitu oppidum circumsederant. Tum quoque grauitas Consulis memorabili facto apparuit. quum enim pro concione donaret eos, quorum forti fidelique opera vsus fuerat, & in his filium suum, egregiæ virtutis iuuenem, præfatus *non oportere à magistratu de publico dari, quod in ipsius domum rediturum esset, titulum coronæ aureæ trium librarum filio* dedit: *tantumque ponderis se testamento legaturum ei* dixit: *vt honorem à duce, precium à parente haberet.* Hæc atque talia ob facta Frugi appellatus à populo, cum pulcherrimo cognomine memoriam virtutis & integritatis suæ posteris transmisit.

CAP. LXIV. *Vbi Piso Consul egregie se gerit.*

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER QVARTVS ET VICESIMVS.

In locum lib. LIX. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri LIX. Liuiani.

NVmantini fame coacti, ipsi se per vicem tradentes trucidauerunt. Captam vrbem Scipio Africanus deleuit, & de ea triumphauit, quartodecimo anno post Carthaginem deletam. P. Rupilius Consul in Sicilia cum fugitiuis debellauit. Aristonicus Regis Eumenis filius, Asiam occupauit. quum testamento Attali Regis legata populo Romano, libera esse deberet. aduersus eum P. Licinius Crassus Consul, quum idem Pontifex Maximus esset (quod nunquam antea factum erat) extra Italiam profectus, prælio victus & interemptus est. M. Perperna Consul victum Aristonicum in deditionem accepit. Q. Pompeius, & Q. Metellus, tunc primum vterq; ex plebe Censores facti, lustrum condiderunt. Censa sunt ciuium capita trecenta tredecim millia, octingenta viginta tria, præter pupillos & viduas. Q. Metellus Censor censuit, vt omnes cogerentur ducere vxores liberorum creandorum caussa. extat oratio eius, quam Augustus Cæsar, quum de maritandis ordinibus ageret, velut in hæc tempora scriptam in Senatu recitauit. C. Atinius Labeo Tribunus plebis Q. Metellum Censorem, a quo in Senatu legendo præteritus erat, de saxo deiici iussit. quod ne fieret, ceteri Tribuni plebis auxilio fuerunt. Quum Carbo Tribunus plebis rogationem tulisset, vt eumdem Tribunum plebis quoties vellet, reficere liceret. rogationem eius P. Africanus grauissima oratione dissuasit. in qua dixit, Tib. Gracchum iure cæsum videri. Gracchus contra suasit rogationem: sed Scipio tenuit. Bella inter Antiochum Syriæ & Phraatem Parthorum Regem gesta. nec magis quietæ res Ægypti referuntur. Ptolemæus Euergetes cognominatus, ob nimiam crudelitatem suis inuisus, incensa a populo regia, clam in Cyprum profugit. & quum sorori eius Cleopatræ, quam (filia eius virgine per vim compressa, atque in matrimonium ducta) repudiauerat, Regnum a populo datum esset, infensus, filium quem ex illa habebat, Cypri occidit, caputque eius, & manus, & pedes matri misit. Seditiones a triumuiris, Fuluio Flacco, & C. Graccho & C. Carbone, agro diuidendo creatis excitatæ. quibus quum P. Scipio Africanus aduersaretur, fortisque ac validus pridie domum se recepisset, mortuus in cubiculo inuentus est. Suspecta fuit, tamquam

quam ei venenum dedisset, Sempronia vxor: hinc maxime, quod soror esset Gracchorum cum quibus simultas Africano fuerat. de morte tamen eius nulla quæstio acta. Eo defuncto, seditiones triumuirales acrius exarserunt. C. Sempronius Consul contra Iapidas primo rem male gessit: mox victoria cladem acceptam emendauit, virtute D. Iunii Bruti, eius qui Lusitaniam subegerat.

PRemebantur inter hæc à P. Scipione magis fame quam armis Numantini; orantesque *aut pugnam & viris dignum exitum, aut tolerabiles libero populo conditiones*, neutrum impetrauerant: neque donare certam victoriam volente Africano; neque sanguine suorum emere. Igitur quum ex oppido quinque principes ad eum missi essent, Abarusque legationis caput, non pro fortuna præsente, sed ex instituto veteri gentis magnifice loquutus, petiuisset, *vt Scipio vir fortissimus, eiusdem indolis laudisque viros conseruaret: atque in eius tam esse potestate* dixisset, *vt vel deditione acciperet populum Numantinum, vel pugnando videret morientem*; nihil à Scipione responsum est, nisi *vrbem gentemque cum armis dedi oportere*. Quo enim in statu res Numantinorum essent, non ratione tantum & coniectura, sed etiam indiciis captiuorum cognouerat. Hoc vbi Numantiæ auditum, homines iam ante præ magnitudine calamitatum diis hominibusq; infensi, tum vero ad vltimam desperationis rabiem versi, quum non amplius incolumitatem, sed ex vindicta mortis solatium quærerent, legatos per iram, & quia forte de sua salute priuatim pactos credebant, interficiunt: erumpendi consilium, licet aliquoties infeliciter experti, resumunt, si nihil aliud, maturiorem vitæ exitum, vnicum malorum finem reperturi. Erat adhuc aliquantum in vrbe factitii vini, *Celiam* vocari diximus. eo diuiso quum paulum renouassent vires, duabus portis erumpunt. Concurritur subito ab omni parte, quemadmodum Imperator diu ante prouiderat, & vim ad opera facientibus strenue resistitur. Sed illi quum audacissime prœliarentur, vtpote qui non timerent mortem, sed quærerent; difficilem Romano licet rebus omnibus tanto superiori victoriam effecerunt. Tandem in vrbem seruatis ordinibus, nec fugientium in speciem redeunt: fortissimis suorum atque plurimis desideratis. quorum corpora, quum ad sepulturam offerrentur, accipere noluerunt: nulla iam cura aut religione tumulorum, quos & ipsos paulo post cernebant in arbitrio hostium fore. neque in vrbe defuncti humabantur vulgo; sed consumptis omnibus quibus ali humana corpora solent, vt non pomum, non pecus, non herbam

Numantini premuntur à Scipione.

CAP. II.

Desperatio Numantinorum.

CAP. III.

Eorum eruptio.

vilam reperire esset, carnes humanæ minutatim concisæ in cibum
tebantur. vnde tanta vultuum morumque feritas facta, vt non
do aspectu diro, situque corporum squalore & pilis horrentium bel
referrent sed etiam alios alii deuorandos occiderent. neque iam
gros tantum, quod fiebat vulgo, verum etiam fastidio morbidæ car
sani appetebantur, & infirmiorem quemque, qui plus viribus poter
CAP. IV. *Fames horribilis.*
tamquam pecudem mactabat. Quin & vrbe capta visas esse matres, q
semesa liberorum corpora tenerent in sinu, proditum est. Non deera
tamen, qui adhuc de vita cum libertate seruanda cogitarent, adeo ne
ipsa quidem desperatione humanum ingenium se deserit. porro
quoque vanum ipsis consilium fuit. Placuerat tentare fugam, vt p
se quisque perrumpendi locum quæreret. Sed vxoribus eorum inte
lectum ruptumque propositum est, quæ nolentes relinqui, cingula
quorum sciderunt. Tum demum permisere se victori, à quo *arma ce*
tum in locum comportare, ipsi postridie conuenire, vbi esset imperatum, iuss
prorogari diem petierunt, *intra quam, qui superstites esse libertati noller*
CAP. V. *Numantinorum plerique sibi consciscunt necem.*
arbitrio suo morerentur. Neque enim idem mortis genus omnes opt
uerunt: sed erant qui præfixis ædium suarum foribus, fame qua c
perant, mori mallent. Rhetogenes, de cuius virtute supra diximus, v
cum suum, qui erat tota vrbe pulcherrimus, incendit, gladioqu
in medio posito dimicare iussit binos. victus incisa ceruice cor
iiciebatur in flammam. sic absumptis omnibus ipse postremus vltro
immisit incendio. Biduum pereuntibus datum. tertio die conuene
runt prædicto loco qui supererant, fœdum spectaculum, monstris quan
hominibus similiores formæ, tetri, horridi, olentes, quippe qui à longo
tempore corporis omni cultu caruerant. Sæuumque & horribile in
tuebantur, animos ira malisque & inhumani alimenti conscientia effe
CAP. VI. *Numantia deletur.*
ratos ipso adspectu prodente. Quinquaginta sunt delecti, vt in tri
umpho ducerentur, ceteri sub corona venditi. vrbs Imperatoris iussu
deleta. Hæc tradentibus, quod similiora vero videbantur, creden-
dum existimaui. licet nonnulli scriptores, quibus Hispaniensis origo
est, rem per se atrocem magis etiam exaggerando, negent *vnum virum*
Numantinum deuenisse in potestatem victoris: sed omnibus voluntaria morte
consumptis; vrbe ab ipsis incensa; neque duci in triumphum, neque ferri quid-
quam potuisse. Ceterum vbi Romam hæc victoria nunciata est, decre-
tis, quæ secundis rebus solent etiam legati decem lecti, quorum de
sententia P. Scipio & D. Brutus, hic vlteriorem Hispaniam, ille citerio-
CAP. VII.
rem, ordinarent. Eo tempore, quum Celtiberiam obiens Scipio, quem-

dam

dam ex principibus Tiresum nomine interrogasset, *quibus maxime caussis factum esse putaret, vt & tam diu resisteret Numantia, & postremo victa succumberet?* responsum ab illo ferunt; *concordiam saluti, discordiam exitio fuisse.*

Concordia & discordia vitem.

eoque dicto magnopere & Scipionis & legatorum fuisse commotos animos, velut ad omen domesticæ calamitatis horrentium: quia tum recens ingenti seditione Roma laborauerat. Eam seditionem adeo auersatus Africanus erat, vt accepto Tiberianæ necis nuncio, nihil motus, quod sororis suæ filium, eumdemque vxoris fratrem amiserat, Græci poëtæ versu, cuilibet talia mouenti, similem exitum imprecaretur.

CAP. VIII.

Interea Consularibus comitiis, quum Ap. Claudius hoc rerum statu parum validus esset, P. Popillius C. F. P. N. Lænas Consul factus est. datus ei collega P. Rupilius P. F. P. N. magnis Africani studiis productus.

A. V. C. DCXXI.

In socios Tiberii crudeliter animaduertitur.

His datum ab Senatu negotium est, in seditionis Gracchanæ satellites more maiorum animaduertendi. In ea cognitione acerbior, pro familiæ suæ vehementia fuisse P. Popillius fertur, qui collega ad expeditionem Siculam se parante, deinde profecto, quæstionem ferme solus exercuit.

CAP. IX.

Ergo quibusdam amicorum Gracchi inauditis indefensisque exsilium esse iussum tradunt: alios à carnifice necatos. Inter quos C. Villii supplicium insigni fœditate fuit: quem in vas quoddam serpentibus atque viperis repletum coniecerunt.

C. Blosii pertinacia.

Sed non minus miraculo hominibus quam indignationi C. Blosii pertinacia fuit, qui ad Lælium (nam & hic Consulibus in consilio aderat) deprecatum quum venisset, amicitiaque adferret excusationem, *per quam nihil negare Tiberio potuisset:* quærenti Lælio, *quid si Capitolium iussisset incendere paruisses?* respondit, *hoc quidem Gracchum imperaturum non fuisse.* Vrgenti autem, dicentique, *at si imperasset? fecissem,* inquit.

CAP. X.

Sed ille quidem ad hostes fuga elapsus, & crimen suum & dictum in præsentia impunitum habuit.

Legem agrariam mitiganda plebi ratam habet Senatus.

Sed vt tristitia temporum aliquo opportuno remedio leniretur, legem agrariam ratam Senatus habuit: auctorque populo factus est, alterius in Gracchi locum triumuiri creandi: creatus est P. Crassus, cuius filiam Liciniam in matrimonio C. Gracchi fuisse multi tradiderunt: quum Cornelius Nepos Bruti Callaici generum eum faciat. Neque tamen in patres mitigata hominum ira est, præcipuo Nasicæ odio, quod Tribunum plebis delicias populi, iuuenem egregium, eumdemque adfinem suum interemisset. nam in connubio Nasicæ Gracchorum matertera egerat.

CAP. XI.

Nasica per speciem legationis

Quum appareret, vindictæ tempus & occasionem quæri, non aliter seruari posse visus est, quam si per speciem legationis aliquo emitteretur. Commodum Asiæ res postulare magna auctoritate virum vi-

deban-

[illegible] ex Vrbe.

debaretur: quas post Philometoris Attali mortem, audacia cuiusdam Aristonici turbauerat. Sed eius negotii caussas originemque plenius exponi res desiderat: quia tum Pergamenorum in Asia Regum opes extincta, Regnumque eorum Romana prouincia facta.

CAP. XII.

Pergamenorũ Regum successiones.

Eumenes Attalo conditore Regni genitus, multiplicatam à se potentiam Attalo fratri reliquerat, tutelamque filii, cui & ipsi nomen Attalus fuit. Sub hoc quoque non conseruatum modo egregie Regnum est, verum etiam opibus & gloria creuit. Sed iunior Attalus, qui post annos viginti Regiam potestatem adhuc penes patruum esse dolebat, ad ius suum scelere patefecit aditum: veneno senem interemisse creditus. Neque iustior in administrando Regno fuit, quam in quærendo fuerat.

CAP. XIII.

Postremi Attali mores & fortuna.

Vnde sicuti maiorum suorum mores minime imitabatur, ita neque felicitatem illorum, neque ætatem consequi potuit. Nam illis eximia humanitas, mirus populi amor, etiam apud externos pace belloque plurimum auctoritatis: præterea diuturnum regnandi tempus contigerat. Hunc sæuientem in amicos, quorum etiam coniuges & genus totum solebat tollere: non suorum modo, sed etiam vicinorum, ingens odium excepit. Cuius dolore magis etiam efferatus, postremo in eam intemperiem incidit, vt vix compos mentis haberetur.

CAP. XIV.

Hic igitur, post quintum regni annum, dum matris sepulchrum suarum manuum operibus ornat, morbo ex feruore solis contracto, septimum intra diem obierat, testamento condito, quo populum Romanum heredem faciebat.

Is herede populo Romano moritur.

Id ab Eudemo Pergameno quum perlatum in Vrbem esset, *adiri hereditatem oportere* Senatus censuit: missique haud cunctanter, qui populi nomine possiderent. Omnis, vt opinor, publici status mutatio periculi plena est: & vbi res ad externos deferuntur, magis. quorum odio aut contemptu popularium animos haud difficulter implent, quicumq; quamlibet ob caussam recentibus dominis iniquiores sunt.

CAP. XV.

Igitur licet ad comparanda ciuitatum studia, nomen ostentatum libertatis esset; deleri tamen inuidia non potuit, quod nullo ad eam diem exemplo, ignotus heres præscriptione testamenti Regnum alienum occuparet. Hæc haudquaquam segnis obseruabat Aristonicus, quem mater Ephesia citharœdi cuiusdam filia, *susceptum ex Eumene Rege* dictitabat.

Sed Aristonicus Regnum sibi vindicat.

is igitur quum *se verum Regni heredem, & contra prædones vindicem* ferret, vrbes imperio Regum adsuetas solicitare adgressus, principium spei conatuumque Leucas habuit: quod oppidum situ, quam magnitudine aut potentia robustius, Tachos Persa, Phocæam inter Smyrnamq; in rupe mari imminente posuerat: quo tempore Regis Artaxerxis obsequio proiecto, proprias in Asia opes stabilire satage-

satagebat. Occupatione Leucarum quum patefacta Aristonici consilia essent, varie commotis animis, tamen apud plerosque Romani nominis timor, Regisque testamenti auctoritas valebat: etenim multi qui Romanos grauabantur dominos, Aristonicum nolebant, aut mentientem Regium genus, aut maternæ originis fœdantem sordibus. Igitur passim in conciliis fremebant principes, *quid sibi cum hoc iuuene esset, quem ne ii quidem, a quibus se diceret ortum, agnouissent? Nam ab Eumene fuisse præteritum, & duos deinceps Attalos nullam eius rationem habuisse: postremum etiam, velut haud dubie extincta Regia domo, populum Romanum heredem instituisse. Tantum præiudicii præmentibus, ne quidem si potentiam tantis cogitationibus parem habuisset, Regem adsciscendum honesta & iusta sequentibus. multo minus habendum cum periculo, qui etiamsi tutos præstare omnes posset, non sine pudore haberetur. Eam esse conditionem Asiæ, vt vbertate soli & humanitate incolentium plus alimento diuitiis, & pacis artibus, quam armorum studio valeat. Vicinos autem habere feroces & ad bella prædamque semper paratos. Hinc Gallogræcos accolere, a prima statim origine transmissa disciplina prædones. inde Bithynos & Cappadoces esse Reges, numquam non limis contuentes Asiam, & inuasuros quamprimum occasio placuisset. Quid si iam Romanos sibi hostes Aristonicus concitet, iure potiores, armis intolerandos? Quis enim credat Asiam neglecturos, pulcherrimam partem terrarum, & præcipua opulentiæ, quum præsertim Macedoniæ Regnum teneant, in Græciam mittant Prætores, pro cuius libertate arma se aduersus Philippum, arma aduersus Antiochum sumpsisse, erant gloriati. Iam Eumene viuo sæpe in Senatu iactatum, quid ita florentissimas prouincias vnius hominis modico ante Regno adiecissent. Pudor tamen, & regnante mox Attalo amicitia quas potentes multasque habebat, continuisse cupidas manus: sed obsequio, sumptibusque immensis & summa contumeliarum patientia fuit emenda securitas. Nunc autem vbi notæ hominum auaritiæ & ambitioni testamentum nouissimi Regis obtentui, & immensi potentia ad manus est, ecquis ambigat, paruo post tempore pedestres equestresque Romanorum copias, validamque præterea classem in media Asia fore? Meminerint igitur, quicumque de iure Aristonici disceptant, se eadem opera de bello Romano decernere. Illud sane sumerent, quos neque maximi olim Reges, Philippus Antiochusque domiti, neque tot à Romanis subactæ gentes, ne recentia quidem exempla moueant; notis Asdrubalis, notis Critolai Diæique nuper euentibus, qui istud incendium belli Romani sua quisque domi excitasset, donec Punicum imperium, & Achaica libertas concideret, pulcherrimaque & maximæ vrbium Corinthus & Carthago delerentur.* Hi multorum vbique sermones erant: sed Ephesii, primaria Asiæ ciuitas, vires etiam ad verba adferebant.

CAP. XVI. *[illegible]*

CAP. XVII. *Qui iure & potentia esset inferior.*

CAP. XVIII. *Neque Romanos id laturos.*

CAP. XIX. *Auaros, ambitiosos, testamento & armis nixos.*

CAP. XX.

Ephesii Aristonicum vincunt.

bant. horum præcipue opibus educta classis, Aristonicum occurrere haud procul Cymis ausum, nauali pugna profligauit, Leucasque recepit. At ille in mediterranea delatus, quum rebus semel motis nullum nisi in audacia præsidium esset, egenis seruisque concitatis, manu ex quam maxime auxerat, copias breui contraxit. Nam & iis locis dominorum asperitas tædium seruitutis, & finiendæ quouis modo cupiditatem fecerat. His quoque nouum nomen impositum. *Heliopolitæ* appellati. Cum his Aristonicus multa aduersus ciuitates secunda prœlia fecit, occupatisque fraude Thyatiris, mox Apollonidem Pergamo proximam, cum aliis aliquot oppidis in potestatem redegit. tantumque fortunæ fauorem expertus est, vt quamquam ciuitatibus Bithyniæ & Cappadociæ Reges suppetias mitterent, nobilissimis vrbibus Myndo, Samo, Colophone vi receptis, iustus iam Asiæ Rex esse videretur. Quapropter & præsenti successu elatus, & Romanos internis discordiis laborantes contemnens (nam & Blosius Cumanus ex Vrbe profugus spes eius exaggerauerat) magna cum fiducia non occupata modo retinebat, sed & plura quotidie adiiciebat ante partis. Placuit ergo legatos quinque mitti, qui res Asiæ quantum auctoritate consilioque, & sociorum viribus posset, componerent. Princeps legationis eius P. Scipio Nasica fuit: quo ciuium inuidiæ subduceretur. Etiam in Siciliam decreta est legatio, quod ob tumultum Gracchanum inspectis Sibyllinis carminibus, *vetustissimam Cererem placandam esse* Decemuiri retulerant. Igitur quamquam in Vrbe templum eius deæ magnificentissimum esset; *Ennam mittendum* censuerunt Patres. *vbi & nata esse, frugesque primum reperisse* credebatur. Sed hactenus eo per fugitiuorum arma penetrari nequiuerat: tum, vt posset, victoria P. Rupilii Consulis erat effectum. Nam ille magna cura complexus bellum, facile præclaram spem sociis, terroremque fugitiuis iniecit: quum & in reliqua omni administratione seuerum intentumque ducem ageret; generum quoque suum Q. Fabium, quod eius negligentia Tauromenitanam arcem amissam cognouerat, prouincia decedere coëgisset. Erant multa fugitiuorum præsidia, sed omnis eorum potentia maxime constabat duarum vrbium viribus, Ennæ & Tauromenii: quas si recipere potuisset pro confecto sibi bellum futurum Imperator haud iniuria existimabat. Prior obsidio Tauromenitana fuit. quam vrbem acerrime oppugnatam, ante tamen capere non potuit, quam diram ad famem obsessos adegisset. Neque erat hoc difficile classem habenti, qua mercatores aut etiam prædones lucri caussa frumentum importaturos submoueret. Igitur obsessi nullam in victoris clementia sibi spem esse reponendam certi, necessitatem præsentem

CAP. XXI. Sed ille reparat vires cum ac cop...

CAP. XXII.

Legatio Senatus in Asiam.

CAP. XXIII.

P. Rupilius seruos in Sicilia vincit.

CAP. XXIV.

Tauromenium obsidet.

vti

vti poterant sustinebant, non liberorum corporibus, non vxorum abstinente famis rabie; postremo se quoque inuicem lacerantes. Cleonis ibi frater nomine Comanus præerat. qui fugam ex vrbe circumsessa molitus, incidit in vigilum manus, & in custodiam traditus est. donec proditione Sarapionis cuiusdam arce capta, fugitiuos, quotquot reperti sunt, excruciatos Consul in præceps iaci iussit. Tauromenio recepto, Ennam processit: parique conatu obsidionem vrgens, ibi quoque rerum ad vitam necessariarum ingentem penuriam breui effecit. Magnæ enim fugitiuorum copiæ inerant: adeoque hic & Tauromenii ad viginti eorum millia esse interfecta produntur. Ad Ennam semel eruptione magnis viribus certatum est. Cleone cum delectis suorum vrbe egresso: qui etiam fortissime prœliatus, tamen in potestatem hostium venit. neque multo post ex vulneribus obiit. Hoc quoque spectaculum, nam cognoscendum obsessis corpus Consul obiecerat, animos eorum fregit: & reperti sunt, qui priuatæ salutis pactione traderent vrbem, natura atque opere ita permunitam, vt armis inexpugnabilis haberetur. Eunus præstigiator, idemque Rex imaginarius, dum vrbs capitur, cum sexcentis ferme stipatoribus in loca prærupta effugit. ceteri comprehensi catenisq; religati sunt, vt seruili supplicio crucis consumerentur. His Romæ auditis, delecti ex collegio Decemuirorum in Siciliam venerunt, sacrisque Ennensi Cereri factis, cuius simulacrum antiquissimum ne fugitiui quidem & barbari violauerant: vniuersam deinde insulam obiuerunt, vt aras Ætnæo Ioui dicatas, postquam ad eas sacrificassent, circumdatis maceriis clauderent, interdicto aditu, nisi quibus ad eas aras publica & solemnia sacra essent. Hoc anno duo triumphi celebres ex Hispania ducti. de Gallæcis & Lusitanis D.Brutus, de Numantinis P. Scipio Africanus triumpharunt. Vtrique Imperatori à deuictis gentibus vocabulum inditum: Brutus *Callaici* cognomentum retinuit; in Scipione maioris gloriæ appellatio, *Numantini* nomen, quamquam vsurpari ceptum, obsolescit. De manubiis templum Brutus Callaicus struxit, aditum L.Accii poetæ familiaris sui carminibus exornauit. Scipionis triumphus priori quidem, quem annos ante quatuordecim egerat, vti haud multo inferior gloria, ita specie ornamentisq; minime comparandus fuit. Pauci ante currum Numantini ducti: militibus argenti septemdecim millia pondo distributa: iique tam exiguo fuere contenti. Hispania Siciliaq; fere perpacatis, nulla de rebus externis magna Senatui cura, præterquam de Asia, & bello Aristonici fuit. Nam & P.Nasica, quum aliquamdiu per Asiæ ciuitates oberrasset, fato functus Pergami fuerat. Igitur quum de prouinciis noui Consules, P.Licinius P.F.P.N.Crassus, L.Valerius C.

CAP. XXV.

Et eo recepto, Ennam.

CAP. XXVI.

Enna traditur.

CAP. XXVII.

D.Brutus. P. Scipio triumphant.

CAP. XXIIX.

L.Accius poeta.

CAP. XXIX.

Nasica moritur.

A. V. C. DCXXII.

Contentio consulum de prouincia Asia.

F. P. N. Flaccus retulissent atque vterque habere Asiam vellent, magna contentione res acta est. Pontifex Maximus Crassus erat, nuper in P. Nasicæ locum factus: ideo collegæ mulctam dixit, si à sacris discessisset: erat enim flaminio Martiali præditus. Neque finis certaminum factus, donec ad populum ferri placuit, quem id bellum gerere iuberet.

CAP. XXX.

Nam & de Crasso dubitabatur, ne Pontificem Maximum abire ex Italia contra religiones foret: dictæque sententiæ erant, *vt potius Proconsule aliquis mitteretur, quum præsertim nuper clarissimi essent imperatores ex prouinciis reuersi.* Populus remissa Flamini mulcta, *dicto* tamen *audientem Pontifici esse* iussit: priuatum ei bello præfici non placuit, duasque tantum tribus quum Africanus tulisset, Consuli P. Licinio prouincia decreta est.

P. Crassi auctoritas.

Magna enim eius viri auctoritas, magnaque in vulgus veneratio fuit: quod opes ac genus eloquentiæ iurisque studio perornasset.

CAP. XXXI.

Et profectio in Asiam.

Profectus igitur cum instructissimo exercitu, quia sibi magno vsui futuram esse sociorum beneuolentiam cernebat, neque gratius quidquam vulgo, quam suo quemque sermone compellari, Græcæ linguæ tantum impendit operæ, vt quinque illa genera in quæ distinguitur, penitus perdisceret: proque tribunali, qua quisque dialecto postulasset, eadem decreta redderet. idque ei plurimum ad sociorum amorem profuit. Maximis igitur adiutus auxiliis, nam & à vicinis Regibus, Mithridate Ponti, Ariarathe Cappadoce, Nicomede Bithyno, itemque Paphlagone Pylæmene missæ copiæ fuerant: bellum impigre orsus est: nec minori in eo seueritate vsus, quam aliis in negotiis lenitatem prætulerat.

CAP. XXXII.

Eiusdem seueritas.

Vnum eius factum memorabo, vnde, qualis in cetero imperio fuerit, promptum sit cognoscere. Leucas, id enim oppidum Aristonicus prosperiore fortuna vsus receperat, quum oppugnare pararet, scripsit ad magistrum architectum Eleatensium, qui eo bello socii amicique populi Romani erant, *vt ex malis duobus, quos apud eos vidisset, maiorē mitteret.* Magister cognito, arietem ex eo malo fieri oportere, minorem quem ei instituto commodiorē iudicabat, misit. Vocatum igitur, frustraq; excusantem, quod *obsequium ab ipso, nō consilium petitum fuisse* Consul diceret, nudari, virgisq; multum cædi iussit.

CAPVT XXXIII.

Ceterum nulla ad memoriam satis insigni re, pro tanta exspectatione gesta, annus ille præteriit. Nam & Aristonici magnæ vires erant, non ex Asia tantum: sed etiam Thracum & Achaiæ studiis auxiliisque vtebatur.

Censores duo de plebe primum creati.

In Vrbe Q. Cæcilius Macedonicus, Q. Pompeius A. F. Censores creati, tum primum exemplo dato, Censorem vtrumque de plebe creandi. quum à C. Marcio, qui primus è plebe fuit, per annos ducentos viginti, semper patricius alter creatus esset.

CAPVT XXXIV.

Negligentia prisci moris id factum, an vt hoc quoque modo populi nondum placatos ob interitum Gracchi animos nobilitas

bilitas mitigaret, non traditur. Suspiciones certe eo anno, & tantum non motus atroces fuerunt: incitantibus maxime plebem triumuiris agro diuidundo, & C. Papirio Carbone Tribuno plebis, qui sæpe Tib. Gracchi mortem deplorando, semel etiam quum de reficiendis Tribunis ferret, P. Africanum in concionem productum interrogauit, *quid de nece Tiberii sentiret?* eius enim viri vocem, quæ proposito suo plurimum additura momenti esset, expectabat: quia ob adfinitatem, & populi præsens studium, putabat pro Gracchi caussa loquuturum esse.

Carbo Tribunus Tiberii mortem deplorat.

CAP. XXXV.

Scip onu grauitas & constantia.

At Scipio nihil à solita magnitudine animi deflectens, *iure cæsum videri* respondit. Tum primum obstrepere & acclamare populus cepit, qui summo hactenus opere virum coluerat. Nec ipse cessit; rerum gestarum conscientia præfidens, quin silentium indignanti imponeret populo, conuicium quoque præcepto addens: *Taceant*, inquit, *quorum nouerca est Italia.* Orto deinde murmure, *Non efficietis*, ait, *vt solutos timeam, quos vinctos adduxi.* tantusque omnium mentes adspectu ac oratione grauissimi viri stupor inuasit, vt omnis concio repente conticeret.

CAPVT XXXVI.

Ab eo tamen tempore relanguit, quam ante obtinuerat, populi beneuolentia: remque potius eam salutarem L. Aurelio Cottæ fuisse putem, vt accusante P. Africano absolueretur: quam quod dict. talle quosdam supra tradidimus, eximiam accusatoris dignitatem reo profuisse. Turbulentũ hoc Tribunitiis actionibus tempus fuit.

Carbonis actiones turbulentæ.

Q. Carbo perlata lege, qua *tabellam ad iubendas vetandasue leges* populo dabat, maiora orsus, rogationem *de iisdem Tribunis plebis quoties populo videretur reficiendis*, promulgauit.

CAPVT XXXVII.

Non erat obscurum, quibus consiliis via hoc principio muniretur: igitur principes ciuitatis dissuaserunt legem, C. Lælius, & grauissima oratione P. Africanus. Itaque lex tam popularis, suffragiis populi repudiata est. licet disertissimi gratiosissimique homines in diuersum niterentur. nam & ipsius Tribuni blanda cum re, tum facundiæ viribus erat oratio: & C. Gracchus temporum eorum vberrimus orator, plebique longe acceptissimus, legem diligenter magnaque animi atque etiam doloris contentione suadebat, his ferme verbis vsus:

C. Gracchus legem de reficiendis Tribunis suadet.

Si fieri posset, Quirites, vt maiores vestri, qui tam necessariam libertatis potestatem, veluti per manus ad hæc tempora transmiserunt, præsentibus comitiis interessent, ante omnia, credo, mirarentur, ecquid opus esset ferri, vt populo faciundi, quod vellet, ius esset: quum omnia ciuilia iura non aliunde, quam a voluntate populi proficiscantur, cuius summum in ciuitate ius est. Deinde si quis doceret hoc ideo agi, quod legibus aut moribus aliis vterc. mur. tamen vix intelligent, quemadmodum aut plebiscito populi ius abrogari, aut obliterari consuetudine posset. Quin remotis hu ludibriis, agi de vtilitate

CAPVT XXXIIX.

publica iuberet, vt tandem explosa iniqua & contumeliosa inquisitione [illegible] decerni à populo posset, id potius requireretur quantum oporteret. In [illegible] tem consultatione, vtrumne potius ad illos respicietis, Quirites, quibus [illegible] miserias lætitiæ, & libertatem dolori esse cognouistis: an vero valere [illegible] dis, vestra commoda ponetis ob oculos, vobisque consuletis. Totum hoc [illegible] præsentia agimus, populare est.

Populum ad suā vtilitatem respicere iubet.

CAPVT XXXIX.

Plebis esse constituere Tribunos, cuius & à qua sit ipse Tribunatus.

Tribunorum enim plebis creandorum [illegible] ius quemque morem esse oporteat, quæritur. quam potestatem non [illegible] tus introduxit in Rempublicam: res quum per se æquissima, tum ad tuendam vestram libertatem pernecessaria, secessione plebis & contentione summa extorqueri debuit. Eam igitur nos & retinere & ornare ex vestra potius voluntate æquum est: quam eorum, qui hanc aut nunquam natam, aut certe quantocyus abolitam, cum omnibus qui hanc defendant, cupiunt.

CAP. XL.

Quid vero ad hos attinet, quos vobis Tribunos, quum vestra sint comitia, & quoties præficiatis? sed præclari illi, si diis placet, iuris publici custodes, eumdem Tribunum plebis resici fas esse negant: & C. Papirio rogationem eam ferenti obstrigillant.

Antiquitus licuisse Tribunos eosdem resici.

An igitur rem nouam fert Papirius, an quod antiquitus obseruatum, semper licitum fuit, temporibus Reipublicæ sic exigentibus, refert? Hodiene primum, an vero post annos quadringentos potestatis hanc vestræ partem vsurpabitis? Quod pati iis temporibus Cincinnati, & Cossi & Camilli potuerunt, id nimirum præsens ætas ferre non poterit?

CAP. XLI.

Id præsenti tēpore magis esse necessarium.

An forte illo quidem æuo necessaria hæc plebi cautio fuit, hodie seruari nihil attinet? Immo vero, si vlla vmquam fuere tempora, quæ libertatis vestræ bonos fidosq; desiderarent propugnatores & constantes, hoc illud est, Quirites. Quum inter maximarum rerum disceptationes, iidem perpetuo homines consilii publici auctoritatem habeant, vestris patronis annuo spacio satagunt finire libere pro vobis, & aliquanto efficacius, quam fieri à priuato possit, agendi potestatē. Hunc deinde annum ad magna negotia breue & velox tempus, variis artibus coarctant. nonnumquam, vbi acres sibi viros opponi sentiunt, differentes impetum: sæpe per aliquem ex collegio, quod plerumque non est difficile, præsertim enixe dantibus operam, vt in tanto numero vnum aliquod mancipium suum habeant, optimas leges impediunt: interdum vi & armis, quum aliæ artes infeliciter tentatæ fuerunt, iure nostro depellimur.

CAP. XLII.

Strenuis opus esse defensoribus, qui sint pauci.

Aduersus hos tam infensos & perpetuos & instantes aduersarios, strenuis vos opus habere defensoribus, rebus ipsis admonemini. quos si tanto numero vobis præsto futuros putatis, vt quotannis alios aliosque possitis deligere, vereor ne valde fallamini, Quirites. Multa sunt atque magna, quæ pro populi iure propugnaturum habere necessum est, Quirites. Iam primum ingenium tantarum rerum capax, notitia Reipublicæ, tolerantia laboris, contemptus periculorum. Atque hæc omnia frustra [illegible] si [illegible] animus omnia pro vobis paratus pati, blanditiis minisque iuxta inexpugnabilis.

auari-

auaritia & ambitione vacuus. *Hic quoque sine facultate aliqua dicendi, sæpe fructu contentionis suæ frustrabitur. Tales equid[em] perpauci sunt in ciuitate, & pars eorum aliis caussis a commodorum vestrorum cura abstrahuntur. Quum igitur aliquem quandoq; nactum ex voto fueritis, non fruemini huius opera, non tenebitis atque amplectemini, donec aliquod operæ precium efficiatis? An vero nequidquam apud vos hæc iacimus, fatali hac populi Romani simplicitate, vt illudi sibi facile ferat, nec pro magnitudine rei ad sua pericula moueatur. Atque eam vel maximam caussam esse reor, cur prodi libertatem vestram necessum sit, quos neque inimicorum conatibus mature itis obuiam, neque defenditis, à quibus defendimini. Iampridem me reuolui ad domesticas lachrumas intelligitis, neque mehercule mirandum est, in tanto & Reipublicæ, & nostræ domus vulnere, me non posse querimoniarum & doloris obliuisci. Te te, optime animoque meo charissime frater desidero, quem illi quum iure essent impares, per seditionem crudeliter occiderunt mitissimum virum, & ne quidem in vltimo periculo ad ciuile certamen adduci gnarum. Igitur ille, ne cuius alterius sanguinem funderet, suum dedit. aliis reliquit exemplum, vt easdem actiones aggressi, sibi non alium exitum destinatum esse meminerint, donec & vobis hæc socordia manebit, & illis hæc tam impunita superbia.*

CAP. XLIII.

Tenendos igitur, si quos habeat populus.

CAP. XLIV.

Tiberii fratris exitum deplorat.

Multis deinde tum in auctores Tiberianæ cædis acerbe & vehementer inuectus est, tum in Africanum, qui non timuerat dicere, *Tiberium iure cæsum videri.* Dum in his rebus spes animique diffidentium Romæ iactantur, P. Rupilius Proconsulari imperio Siciliam obtinens, quum nihil ad pacandam omnino prouinciam, præter ipsius falsi Regis captiuitatem superesset, ad comprehendendum eum expedito cum milite processit. Tum vero desperata penitus salute, qui cum Euno fugerant, mutuis vulneribus suppliciorum crudelitati se exemerunt. Eunus, homo timidus & socors, quum in speluncis aliquamdiu latuisset, repertus extractusque est, cum comitibus omnino quatuor: ex quibus ipsis æstimari stoliditas ac mollities væsani præstigiatoris poterat: coquus enim pistorque ac balneator, cum scurra qui potantem exhilarare sueuerat, extremi solique ministrorum ei superfuere. Coniectus ipse in Morgantinum carcerem, fœdo morbo, quum ex corrupto corpore pediculorum vis immensa pullularet, periit. Proconsul ne quid reliquiarum vsquam se conderet, totam insulam cum expeditis percucurrit: penitusque repurgatam ab omni non modo materia, sed etiam suspicione belli, ordinauit; legibus de sententia decem legatorum datis. *Rupiliæ* ab auctore vocatæ: diuque deinceps in vsu atque honore apud Siculos fuere. Præcipue de iudiciis cauebatur: *vt qui eiusdem ciuitatis essent Siculi, domi certarent suis legibus: qui diuersarum, inter eos Prætor Romanus iudicaret.* Admirationi res ea haud immerito Siculis fuit, quod quem aliquan-

CAP. XLV.

P. Rupilius Siciliam pacat.

CAP. XLVI.

Euni captiuitas & mors.

CAP. XLVII

Rupiliæ leges in Sicilia.

aliquando publicanis opera danda tueri se viderant, eumdem [illegible] leges, insulæ pacem, fugitiuis & prædonibus supplicia reddentem viderent. Constitutis in Sicilia rebus, exercituque deportat[illegible] quamquam res triumpho dignissimas gesserat, ouatione contentus fuit, ne summum in hac ciuitate virtutis præmium serulli videretur inscriptione fecisse.

CAPVT XLVIII. A. V. C. DCXXIII.

Quum deinde C. Claudius C. F. Ap. N. Pulcher, M. Perperna M. F. Consules essent, C. Claudio de seditiosis C. Papirii actionibus referente, quum illius culpa quidquam factum negaretur, Senatus decreuit, *eo inuito, qui cum populo ageret, seditionem fieri non posse: quippe cui liceat concionem, simul atque turbari ceptum sit dimittere.*

P. Crassi Iurisprudentia, & exitus.

Idque P. Crasso absenti placuerat, qui iuris omnis consultissimus habebatur. Sed non veti ciuilium artium, ita bellicarum prosper ei successus mansit. ex prouincia decedentem insidiæ hostium circa Leucas oppresserunt: non calamitoso tantum ob cladem exitu, sed etiam adsperso auaritiæ labe.

CAP. XLIX.

Prædæ conseruandæ studium, calamitatis caussa.

Opulentam enim prædam trahens, dum conseruandæ ei studet, minus expeditas ad prœlium copias habuit: aciemq; inordinatam tempore & loco alieno obiecit hostibus. Nam regionem situ interruptam & asperam, tempestatibus maxime obnoxia pars anni difficiliorem solito fecerat. Collatis igitur signis, licet aliquamdiu fortissime Romani restitissent, magna tamen cum clade fusi fugatique sunt. Imperator in fuga inter Eleam & Myrinam exceptus à Thracum auxiliis, quæ permagna Aristonicus habebat, ne in potestatem hominis abiecti Proconsul Romanus veniret, in Thracis vnius oculum, quam ad equum regendum forte gerebat, virgam direxit.

CAP. L.

Barbarus quum dolore & ira exarsisset, sica transuerberatum, quum vlcisci putaret, à captiuitate, quam quærebat effugere, liberauit. Caput ad Aristonicum relatum est, relictum corpus Myrinenses humauerunt. Harum rerum fama Consulem M. Perpernam, cui Asiæ sors euenerat, incitauit, vt contentiore studio in prouinciam veniret, ne spatium Aristonico daret, ad labefactandos sociorum animos victoria vtendi.

Aristonici securitas & victoria.

Multum celeritas illa ad summam rei profuit. quippe Aristonicus quasi non prœlio, sed bello vicisset, in securitatem & festas epulas resolutus, faciliorem de se, quam sperare quisquam potuisset, victoriam præbuit.

CAP. LI.

Et ex securitate clades.

Nam ex improuiso Consul eum adortus, acie victum, exercituque omni exutum, fuga se ab instanti exitio eripere coegit. Sic effectum est, vt ortum in Vrbe propter aduersam pugnam luctum, cito fama victoriæ consolaretur. Vtriusq; euentus præsagia diuinitus ostensa fuisse putantur. Lupus & canis quum inter se pugnarent Hostiæ, fulmine examinati fuerant. quo ducum vtriusque partis interitus haud obscure significatus videbatur. Nam *Cumani Apollinis per quadriduum fletus,*

fletus, Aſiæ Græciæque ſuæ timentis eſſe, vatum interpretata ſolertia eſt: dierum etiam numero reſpondentibus annis, quibus bellum durauit. Terruerat ab initio prodigium hoc haruſpices, eorumque monitu *frangi ſimulacrum, & in mare proiici* Senatus iuſſerat. Sed Cumani ſenes docuerunt, *bello Perſico, itemque Antiochi, proſperum id Romanis oſtentum fuiſſe.* Igitur re iterum ad hauruſpices relata, quum acciti conſultique peritiſſimi quique fuiſſent, reſponſum eſt, *quod Græcorum colonia Cumæ eſſet, Apollinem plorantem mala terris, vnde eſſet aduectus, portendere. Sacrificiis igitur placari eum oportere: donaque in ædem eius mittenda.*

CAP. LII. *Cumani Apollinis fletus.*

Cenſus eodem anno actus eſt, luſtrumque vndeſexageſimum conditum. Cenſa ſunt ciuium capita trecenta tredecim millia, octingenta viginti tria, præter pupillos & viduas. Q. Metellus Cenſor cenſuit, *vt omnes cogerentur ducere vxores liberorum cauſſa.* Exſtat oratio eius, quam Auguſtus Cæſar, quum de maritandis ordinibus ageret, velut in hæc tempora ſcriptam, in Senatu recitauit, & per edictum notam populo fecit. Senatum quoque Cenſores hi legerunt; quumque in legendo Senatu præteritus à Metello C. Atinius Labeo fuiſſet, quod Tribunus plebis eſſet; maxime ſunt à Labeone turbæ excitatæ.

CAP. LIII. *Cenſus Romæ actus.*

Nam & plebiſcitum factum, *vti Tribuni plebis Senatores eſſent*: & Cenſorem, è Campo reuertentem, quum vacuum, vt meridie ſolet, forum atque Capitolium eſſet, Tribunus ad ſaxum Tarpeium obtorto collo rapuit, vt præcipitaretur. Conuolauerunt ad periculum tanti ciuis filii ac propinqui, ſerum pæne auxilium, quum neque vi repellendi ſacroſanctam poteſtatem ius eſſet: neque Tribuni qui intercederent, ob tempus diei præſto erant, multoque labore primum vnus repertus inhibuit collegam, ceteri deinde ſuperuenientes, Metello, ne quid amplius tum pateretur, auxilio fuerunt.

CAP. LIV. *Cenſoris & Tribuni plebis certamen.*

Tribunus furorem à corpore Cenſoris, in bona vertit, eaque palam inſpectante populo, foculo poſito in Roſtris, adhibitoque tibicine, conſecrauit. Ea res tamen neque fraudi Metello, & Atinio impunita manſit: quum tot haberet vir ille liberos, ſummis in ciuitate vſos honoribus.

CAP. LV.

Sed hanc properantis ad finem libertatis intemperantius luxuriantem licentiam, non ita multo poſt Sullæ & Marii, & ciuilia bella, Tribunis ante, mox populo ius quo vti neſciebat adimendo, vindicarunt.

Libertatis intemperantia.

Interea turbulenta in Vrbe tempora, bello bene geſta Reſpublica compenſabat. Nam Conſul Perperna inſiſtendum hoſti iam fracto ratus, Ariſtonicum nuſquam conſiſtere patiebatur, donec mœnibus Stratonicenſium ſe includeret. Ibi circumſeſſus, acriterque armis, ſed magis fame oppugnatus, quum ſpe omni conſumpta, vrbem ſeque mox in poteſtate victoris fore videret, extremam neceſſitatem ſpontanea deditione præuenit. C. Bloſius perditis

CAP. LVI. *Perperna Ariſtonicum redigit in poteſtatem.*

CAP. LVII. Aristonici rebus, sibi consciuit necem. Consul, coniecto in vincula Aristonico, deinde Asiam peragrando, ciuitatibus iura sua, vt meritæ videbantur, minuit, auxitue: prouinciamque populo Romano tributariam fecit. *Antiochi casus ab ambitione.* Per eadem tempora Syria quoque Regem Antiochum amisit, quem Parthicum animo bellum voluere dicebamus. Nam ille, siue Phrahatis præuenire consilia studens; siue fratris repetendi cura, siue quod magis credas, florentissimis Regni rebus, quum præter Syriam Babyloniæ Mediæque imperaret, minime contentus, veteres Macedonum fines, & possessam Arsacidis imperii partem armis repetiturus, ingentem exercitum collegerat: CAP. LVIII. Centum ad summum millia bellatorum fuisse creditur: egregiam iuuentutem, & multis finitimorum bellis duratam. Iudæorum etiam adfuerunt auxilia, ipso ducente principe eorum Hyrcano. *Eius virtutes & vitia.* Sed in Antiocho, vt magna vis animi, multaque ad virtutem eximia, ita non minus luxuriæ temulentiæque inerat: quibus ne bello quidem omissis, vigorem exercitus, & spes ipse suas corrupit. Trahebat enim calonum & lixarum, permixtis etiam scortis atque histrionibus, tantum agmen, vt iste numerus, duplo quam armantorum maior haberetur. CAP. LIX. *Luxus in castris & exercitu.* Sequebatur copiosa conuiuiorum supellex, non ad vsum modo, sed etiam ostentationem luxus, quum culinaria quoque vasa ex argento portarentur. Eadem manipulorum species: tamquam ad pompam exornatis omnibus, adeo vt gregarii quoque milites fibulis aureis caligas stringerent. *Omen expeditionis infaustæ hirundines fuisse* aiunt, *quæ nidum in tabernaculo Regio fecerant.* Initia tamen læta & magnifica fuerunt, multis obuiam procedentibus Regulis, quos Parthicæ superbiæ odium, ad alias respicere spes coëgerat. CAP. LX. *Victoria de Parthis.* Inde viribus animisque auctior, vt primum copia pugnæ data, strenue congressus, magno prœlio victor fuit: Indate Parthorum duce profligato, qui ad transitum Lyci fluminis occurrerat. Iterum deinde tertiumque similis fortunæ successum expertus, quum passim ad eum ciuitates nationesque deficerent, omni præter veteres Parthorum fines imperio Phrahatem exuit. Phrahates vi aperta inferior, totus ad alia consilia se conuertit: & quia Demetrius Antiochi frater, non alium forte ad vsum seruatus, apud ipsum erat; eum addito præsidio ad recuperandum Regnum misit. vt ita hostem suarum rerum periculo amoliretur. CAP. LXI. *Ciuitates ab Antiocho deficiunt.* Neque hac spe contentus, ciuitates, maxime quas Antiochi præsidia, ob insolentiam, vt fit, militarem, grauate pati cognouerat, spe impunitatis & præmiorum ante solicitare non destitit, quam communicatis inter se consiliis, ad oppugnanda eodem tempore omnium præsidia induxisset. Postquam prædicta dies adfuit, passimque per ciuitates turbari nunciatum Antiocho esset, cum ea manu, quæ præsto erat,

Digitized by Google

erat, impigre ad auxilium proximis ferendum accurrit. Sed obiecit ſe CAP. LXII.
ei magno cum exercitu Parthus. Ibi quum acriter Antiochus pugna- *Antiochi mors.*
ret, metu ſuorum proditus, incertum an ſua manu periit. Princeps fu-
gientium Athenæus fuerat, vt idem cædis Regiæ culpam ſuſtineret, qui
rebellandi cauſſam ciuitatibus vnus maxime præbuiſſet. Sed vtrumque
ſcelus matura vindicta punitum. Nam per loca, vbi rapinis iniuriisq;
notiſſimum ſe effecerat, oberrantem, neque tecto recepit quisquam, ne-
que cibo impertitus eſt, donec fame ac miſeriis contabeſcens, & ſpolia-
tis inops, & deſerto derelictus ab omnibus, pœnas daret. Phrahates ma- CAP. LXIII.
gno captiuorum numero potitus, quod audita morte Antiochi, diſper-
ſæ paſſim eius copiæ cupide ſe dediderant; & filia Demetrii, quam An-
tiochus adduxerat; forma virginis victus, in matrimonium eam acce-
pit, hoſtique cæſo exſequias regio more fecit. Poſidonius Apamenus
hiſtoriarum ſcriptor refert, ſuprema perſoluentem Antiocho Parthum *Phrahatis dictũ*
dixiſſe: *duæ te res feſellerunt Antioche, audacia, & temulentia. credebas enim* *de Antiocho.*
ingentibus iſtis poculis imperium Arſacidarum te exhauſturum eſſe. Grauis & CAP. LXIV.
luctuoſa Syris ea fortuna fuit, qui licet Demetrium recepiſſent, haud eo
minus Antiochum requirebant. Regem enim, ſi ebrietas abfuiſſet,
commodum ac benignum, neque vlli temere poſtponendum geſſerat.
Non erit alienum, vnum eius dictum ponere, dignum ſane memoratu, *Hiſtoriola de*
& ad æſtimandos eius mores vehementer pertinens. Inter venandum *Antiocho.*
à ſuis & via quum aberrauiſſet, ad ſilueſtre tectum hominesque egenos
ignotus venit, ſuperque cœnam de induſtria mentionem Regis intulit, vt
quid de eo ſentirent homines, incorrupta fide comperiret. Reſponſum CAP. LXV.
eſt, *principem cetera bonum, nimium amicis quos haberet non probatiſſimos cre-*
dere: ſæpe etiam res neceſſarias negligere præ venandi ſtudio. Immotus ad- *Eius vox egre-*
hæc, vbi cum luce ſatellites adfuerunt, purpura & diademate reſumptis, *gia.*
ex quo vos primum accepi, inquit, *veros de me ſermones heri demum audiui.*
Quum hæc in Aſia Syriaque fortuna Regum eſſet, etiam Ægyptus haud
leuioribus concuſſa turbis, ſimiles mutationes pertulit: Ptolemæi maxi-
me furiis, qui neque finem ſceleribus & flagitiis, neque modum faciebat.
Ob eas res quum *Euergetes* appellari ipſe vellet, Alexandrini populari- CAP. LXVI.
bus facetiis *Cacergeten* dictitabant; olimque excuſſerant Regno, ni prin- *Ptolemæus A-*
ceps purpuratorum Hierax, inſigni gloria belli & comitate charus o- *lexandria pro-*
mnibus, ruentem ſuſtineret. nam etiam ex ſua pecunia perſolutis mili- *fugit.*
tum ſtipendiis, defectionem certiſſimam aliquando præuenerat. Neque
tamen moribus ſuis moderari homo profligatæ mentis potuit, donec
cum inceſta coniuge, adſumpto etiam, quem ex matre vxoris, eademque

sorore sua susceperat filio, Cyprum insulam clandestina fuga petere co-

CAP. LXVII

Propter summã crudelitatem expulsus.

geretur. Quippe super alia adsiduæ sæuitiæ documenta, quum in summo populi odio se esse videret, gymnasium, frequentissima iuuentute repletum nactus, circumdederat armatis, & igne immisso, qui flammæ vim effugissent, eos ferro conciderat. eamque cladem coorta insano dolore plebes, incensa vicissim Regia vindicarat. Igitur Ptolemæus contractis mercede copiis, bellum sorori patriæque illaturus, maximum natu filium Cyrenis arcessit, veritus ne ad eum populus Alexandrinus Regnum deferret: iuuenemque patris imperio pie obsequutum, fa-

CAP. LXIIX

cinorosus & impius tyrannus, solita crudelitate & amentia necat. Hac re cognita, statuæ ipsius & imagines Alexandriæ detrahuntur: Regnum Cleopatræ traditur. Ipse vti vicissim illis ægre faciat, horrendum fu-

Filii occisi mẽbra ad matrem mittit.

rore & impietate facinus patrat. Communi enim filio, *Memphites* vocabatur, qui, etiamsi pater non esset, forma, & ætate, & indole miserabilis esse cuiuis potuisset: hoc inquam filio, in conspectu suo iugulato, præcidi caput pedesque & manus iubet: deinde in cistam hæc condit, chlamydeque iniecta operit. Forte natalis instabat Cleopatræ, pro more Regum festis epulis lætitiaque publica celebrandus. id quum ignotum Physconi non esset, satelliti cuidam suo dedit negotium, vt cistam curaret Alexandriæ in vestibulo Regiæ proponendam, ea ipsa nocte, quæ diem Reginæ præcederet: quasi natalitium in ea munus mittere-

CAP. LXIX.

tur. Ita factum est, vt cum aliis quæ oblata Reginæ ob celebritatem temporis fuerant, illa etiam cista inter epulas illata aperiretur. Nemo præsentium ignorare, quam belluina feritate Physcon esset, tam multis

Vnde summa omnium indignatio.

ab eo iam ante crudelissime designatis poterat: obstupuerunt tamen ad conspectum hoc nefas: quo non modo omnis æui sæuitiam, sed sua ipse exempla vicerat. Conuersi deinde ad questum & iras, *quid aliud igitur restaret, quam vt talia aut vindicarent aut paterentur?* inuicem interrogabant. *cui enim mortalium deinceps charitatem aut misericordiam sperari posse apud eum, qui in puerum innocentem, eumdemque filium suum tot modis scelestus fuisset?* Hic ergo dolor & Reginam & populum Alexandrinum iustis stimulis aduersus Physconem adeo exulcerauit, vt nihil ad sum-

CAP. LXX.
A. V. C.
DCXXIV.

Aquillius Consul contra Aristonicum proficiscitur.

mam acerbitatem odiorum addi posse videretur. At Romæ quum iam C. Sempronius C. F. C. N. Tuditanus, qui Prætor P. Popillio P. Rupillio Coss. fuerat, Consulatum cum M. Aquillio M. F. M. N. iniisset: Aquillius cui Asiæ sors euenerat, nondum audita deditione Aristonici, vt illum quasi suo triumpho debitum, Perpernæ eriperet, magnis itineribus in prouinciam festinabat. neque Perperna rem prope confectam videbatur

Digitized by Google

batur dimissurus: exspectabaturque aliqua inter duces Romanos discordia, sed fortuna composuit litem, alteri gloriæ indebitum fructum, alteri vitam extorquendo. Nam & ad Aristonicum ferus Consul venit: quem cum Attalicis thesauris Romam Perperna præmiserat: & hic, prouincia decedens, quum Pergamum venisset, morbo correptus viuere desiit. maturauitq; eius mors & Aristonici fatum, quod enim alium de eo triumphare iniquum videretur, iussu Senatus in carcere strangulatus est. Non desunt tamen, qui triumphasse Perpernam velint: sed quoniam facilius hi errare potuerunt, plus habere fidei accuratiora tradentibus debui. Quod satis constat, reliquias Asiatici belli M. Aquillius confecit: aliquanto minori laude, quod ad deditionem quarumdam ciuitatum maturandam, fontibus venenum miscuerat. In Vrbe res adhuc turbulentæ erant, gliscentibus indies Tribuniciæ seditionis fomitibus. Cum his C. Gracchus, C. Carbo triumuiri diuidundis agris consilia communicabant, quibus nuper lectus in locum P. Crassi, M. Fuluius Flaccus accesserat. Hi quum negotium sua natura difficile ac inuidiosum, animis dolore aut nouarum rerum studio ardentibus suscepissent, omnia mox querelis ac contentionibus efferuescere ceperunt. Quum enim possessores modum situmque latifundiorum suorum indicare nollent, edicto triumuirali excitati indices, falsis verisque delationibus plurimorum iura conuellebant. Nam promotis agri publici terminis, vt quæq; vicina erant, turbabantur, incertis iam omnium finibus, & neque contractu priuatorum vllo, neq; diuisione veteri publica obtinente. Ita fiebat, vt motis vbique limitibus transferrentur mutarenturque agri; & sæpe inculta pro cultis, & pro fructuosis vligines aut arentia redderentur. eratque plerumque cæca in distinguendis publicis priuatisque agris æstimatio: quum etiam antiquitus haud accurata captorum ab hostibus facta distributio esset: permissumque fuisset, indiuisa cuilibet volenti, sub certo vectigali colere. sic enim vicinam suis prædiis partem arantes, omne discrimen confuderant. & hæc longo tempore factitata, locupletum iniuriam, licet magnam esse constaret, obscuram tamen efficiebant, tegebantque intricato, & ad arguendum haud facili errore. Iamque nihil propemodum tota Italia satis certum tutumue cuiquam habebatur: quum socii præsentem rerum statum moleste ferentes ad Scipionem Africanum confugerunt: aduersus iniqua triumuirorum iudicia fidem eius inuocantes. Ille quum æquitate caussæ, tum gratia orantium permotus, erant enim magnæ auctoritatis virtutisque homines, strenuamque ei superioribus bellis operam nauauerant;

CAP. LXXI.

Aristonici supplicium.

CAP. LXXII.

Vrbana turba ob diuisionem agrorum.

CAP. LXXIII.

Et eius rei difficultas.

CAPVT LXXIV.

Africanus defensionem possessoris suscipit.

rant; defensionem eorum non recusauit. multaque in Senatu, non contra legem Gracchanam, ne populum irritaret, sed *de incommodis exercendæ* loquutus, impulit Patres Conscriptos, *vt caussam agrorum iudicandam à Triumuiris, quos vt suspectos plerique grauarentur, ad quoscumque videretur, transferrent.* Nec iniqua Patribus, neque tempori parum conueniens oratio visa; *Consul*que C. *Sempronius cognoscere caussas possessorum* iussus est. Sed imbecillum hoc remedium, & minime diuturni vsus, tergiuersatio Consulis fecit. qui primis statim experimentis intellecta difficultate rei, prætextu Illyrici belli, quod sibi decretum ab Senatu fuerat, paludatus ab Vrbe profectus est. Quum ita tota res agraria refrixisse videretur, quia Triumuiri foro se abstinebant, Consul, cuius ea cognitio esse debebat, aberat: murmurare contra Scipionem plebs cepit, *quod à se ornatus bis oblato contra leges Consulatu, magis tamen sociorum quam ciuium vtilitati studeret.* Non omiserunt eam turbandi occasionem Triumuiri, quin nunc spargendis in vulgum rumoribus, *hoc agi, vt armis atq; vi lex abrogetur*; nunc contentionibus in Senatu, in foro, Scipioni quantam possent, inuidiam odiumque conflarent: eo acerbitatis prouecto certamine, vt palam exclamarit Gracchus, *tolli tyrannum oportere.* quum Scipio, *Recte hoc quidem*, inquit. *nam hostes patriæ, optare mortem meam debent: quia sciunt neque me viuere, nisi Republica incolumi posse, neque me viuo Rempublicam defensore carituram.* Quod non magnificentius ab eo, quam verius dictum putant: quum tantus eius viri & vigor esset, & moderatio ac lenitas, vt illo sospite neque Sociale bellum, neque Ciuile timendum fuisse existimetur. At quo magis furor inimicorum inflammabatur, eo validior fiebat acriorque apud reliquos fauor: neque dubium habebatur, quin Dictator constituendæ Reipublicæ caussa creandus Scipio foret. Sed his consiliis nouemdiale sacrum interuenit, quia multis locis lapidatum de cœlo fuerat, templaque percussa deorum, & homines quidam exanimati. Soles etiam gemini simul visi prodigio accesserant. Peractis feriis certamina resumpta: non iam occulte vitæ Scipionis insidias struentibus Triumuiris, perisse consilia sua, nisi hic periret, ratis. Neque ignarus ipse periculi, quum pridie mortis suæ à M. Fuluio multis conuiciis petitus esset, *malam sibi rependi gratiam laborum pro Republica susceptorum ab improbis & ingratis ciuibus* questus est: non dissimulato, *quanta in solicitudine versaretur.* Quo maiore studio hominum, dimisso sub vesperam Senatu, domum reductus est, plerisque Patrum, & sociorum Latinorumque maximo agmine prosequentibus. Ita quum se domum fortis atque validus recepisset,

CAP. LXXV

Murmurante plebe.

CAPVT LXXVI.

Et acriter expostulante C. Graccho.

CAPVT LXXVII.

Nouemdiale sacrũ ob prodigia.

CAPVT LXXVIII.

P. Africani interitus.

Digitized by Google

ſet, poſtridie, in cubiculo ſuo exanimis eſt repertus. Creditum eſt *fraude proximorum illatam ei mortem*: & ſuſpecta vehementer vxor Sempronia fuit: *quæ deformis & ſterilis, quum nec amaret maritum, nec ab eo amaretur, facile paruerit Corneliæ & Triumuiris, vt ſiue venenum viro propinaret*; *ſiue* (nam & iſtud traditur) *noctu apertis foribus intromitteret homines, virum eliſis faucibus oppreſſuros. idque ſeruos in tormentis eſſe confeſſos* ferunt: *at qui hoc reſciuerint, efferre non auſos, propterea quod infenſum populum Scipioni gaudere interitu eius viderent. Repertæ quidem* feruntur *in ceruice eius notæ*; *neque aliam ob cauſſam capite velato elatum, quam vt illæ tegerentur.* At inimici *ſponte ſumptum exitum* vulgabant, *quod quæ pollicitus Agrariis fuerat, præſtare poſſe diffideret.* quo minus credas auctoribus, qui *fato functum* tradiderunt. Ita ſextus & quinquageſimus ætatis annus viuendi finem attulit viro ſæculi ſui longe principi, de quo veriſſime pronunciare viſus eſt, quum mortuum laudaret, Q. Fabius Maximus, fratris eius filius. *gratias* namque *diis immortalibus* egit, *quod ille vir in hac Republica potiſſimum natus eſſet. neceſſe enim fuiſſe, ibi eſſe terrarum imperium, vbi ille eſſet.* Atque hæc ipſi quoque eius inimici, æquis accipiebant auribus. Neminem enim temere niſi pro Republica offenderat, & quia de cetero nihil ſibi tribuebat immodice, his quoque non poterat eſſe ſupra modum exoſus. Ergo licet ſuperſtitem in multis experti grauem aduerſarium fuerant, extinctum tamen deſiderabant: vt publice vtiliſſimum; ſibi non vltra, quam ratio pateretur, infeſtum. Die funeris eius, Q. Metellus Macedonicus, cui ſimultas cum Scipione magna interceſſerat, liberis ſuis dixit. *Ite filii exequias. numquam ciuis maioris funus videbitis* Ita quamquam publico funere priuaſſent eum offenſiones, efficere tamen, quin omnium ordinum de eo iudicium admiratioque multitudine proſequentium teſtata fieret, non potuerant. Iidemque motus animorum intellecti poſtea ſunt, quum Africani nomine epulum populo Q. Maximus filius in Capitolio daret. ab eo enim Q. Tubero, quod eſſet eiuſdem Africani ſororis filius, triclinium ſternere rogatus, quia lectis ligneis pelliculas hœdinas pro ſtragulis iniecerat, & fictilia Samia pro vaſis argenteis expoſuerat; intempeſtiua frugalitate adeo hominibus diſplicuit, vt Præturam deinde petens, vir alias integerrimus, ciuis optimus, adhæc Aimiliorum & Africanorum decora præferens, non alia de cauſſa repulſam ferret. Quæſtio tamen de morte tam inſignis viri non eſt habita: non ſine rubore bonorum, quibus apparebat, quum maximum dedecus ciuitatis interfectus Africanus videri poſſet, maius multo fore, non vindicatum. *Populi ſtudiis factum id* putant

CAPVT LXXIX.

De eo vox Q. Fabii Maximi.

CAPVT LXXX.

Itemque Q. Metelli Macedonici.

CAPVT LXXXI.

Quæſtio de morte Africani nulla habita.

CAPVT LXXXII.

Dig

putant, *C. Graccho metuentis, ne ille adfinis culpæ reperiretur: eaq; de cau-sa etiam suppressa, quæ diximus, seruorum indicia.* nam collegas eius in Tri-umuiratu Fuluium quidem magna suspicio, Carbonem opinio pæne certa onerabat. Nec prætermiserim, in bonis Africani haud amplius triginta duas libras argenti, duas & selibram auri fuisse; hodiernos mo-res euidenter arguente testimonio, posse viros ex se magnos, altissimum ciuitatis gradum, etiam sine opum lenocinio parare & obtinere. Ce-terum remoto à rebus humanis Scipione, tamquam vinculis exsoluta Triumuirorum temeritas exsultare ferocius cepit: non sine maximo de-trimento, & tantumnon vastatione totius propemodum Italiæ.

Modica Scipionis opes.

CAPVT LXXXIII.

C. Sempronius Iapodas debellat.

Modi-cum inter has molestias gaudium C. Sempronius, quem profectum in Il-lyricum diximus, quum Iapodum gentem debellasset, A. D. Kal. Octo-breis triumphans in Vrbem inuectus est. Mista ex Illyriis Gallisque Iapodum natio, inter Istrum & Adriam incolit. quæ omnis ora stadio-rum mille nauigatione circumitur. caput gentis Metulum vocatur, vrbs Cæsaris Augusti bello nobilitata. Cum his commisso certamine, quod & locorum & hominum magna asperitas erat, nonnihil offendit Con-sul, detrimento haud leui accepto. Sed emendauit hanc fortunam D. Bruti virtus, eius, qui Lusitaniam subegerat. Victi igitur magna pugna Iapodes, pacem ac fœdus impetrauerunt: *ne quis suæ gen-tis in ciuitatem Romanam reciperetur* pacti. C. Sempronius erecta iis in lo-cis statua quæ victoriæ suæ monumentum esset, in eadem situm quoque gentium & interualla locorum adscripsit.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER QVINTVS ET VICESIMVS.

In locum lib. LX. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri LX. Liuiani.

L. Aurelius Consul rebellantes Sardos subegit. M. Fuluius Flaccus primus omnium Transalpinos Ligures bello domuit: missus in auxilium Massiliensibus aduersus Saluios Gallos, qui populabantur fines Massiliensium. L. Opimius Prætor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit: Fregellas diruit. Pestilentia in Africa ab ingenti multitudine locustarum, & deinde necatarum strage, fuisse traditur. Lustrum à Censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita trecenta nonaginta millia septingenta triginta sex. C. Gracchus, Tiberii frater, Tribunus plebis eloquentior quam frater, perniciosas aliquot leges tulit: inter quas frumentariam, vt semisse & triente frumentum plebi daretur: alteram legem agrariam, quam & frater eius tulerat: tertiam, qua equestrem ordinem tunc cum Senatu consentientem corrumperet: vt sexcenti ex equitibus in curiam sublegerentur & quia illis temporibus trecenti tantum Senatores erant, sexcenti equites trecentis Senatoribus, admiscerentur. id est, vt equester ordo bis tantum virium in Senatu haberet. & continuato in alterum annum Tribunatu, legibus agrariis latis effecit, vt complures coloniæ in Italia deducerentur, & vna in solo dirutæ Carthaginis, quo ipse Triumuir creatus, coloniam deduxit. Præterea res à Q. Metello Consule aduersus Baleares gestas continet quas Græci Gymnesias appellant; quia æstatem nudi exigant. Baleares à teli missu appellati: vel à Baleo Herculis comite ibi relicto tunc, quum Hercules ad Geryonem nauigaret. Motus quoque Syriæ referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum suum, & Seleucum filium, indignata, quod occiso patre eius à se, iniussu suo diadema sumpsisset, interemit.

CVm Africano iuniore, tamquam non rei modo, sed etiam *Historia defe-*
historiæ Romanæ extinctum lumen esset, ita proximorum *ctus.*
aliquot Consulum neque multa admodum, neque illustria
gesta conspiciuntur. Cn. Octauii Cn. F. Cn. N. T. Annii A. V. C.
Lusci Consulatus nihil ferme insigne habet, præter incrementum DCXXV.
luxuriæ, quia tum ex Attalica hereditate Regium instrumentum ha- *Attalica here-*

ditas iuuenesta-tur. stæ auctionum subiectum est: nulla iam verecundia emendi habendique, quod populus ipse diuenderet. A Massiliensibus legati venerunt, pro Phocæensium populo deprecatum, quorum vrbs propinqua Leucis,

CAP. II. in partibus Aristonici fuerat. Id quum ex odio populi Romani fecisse viderentur, nam & Antiochi bello pertinaces hostes egerant, Senatus *vrbem nomenque omne Phocæensium deleri* iubebat. Massilienses igitur, quod inde profecti conditores suæ vrbis essent, haud secus quam pro

Phocæensibus in honorē Massiliæ parcitur. parentibus soliciti accuratissimis precibus impetrauerunt, vt in gratiam amicissimæ fidissimæque ciuitatis, sæpius hostili, semper infidæ parceretur. Regibus deinde amicis, qui auxilia nostris Imperatoribus tulerant, quæ præmia persoluerentur, quum mature deliberatum esset, adnitente M. Aquillio Proconsule, quem Mithridates Ponticus muneribus suum fecerat, illi Phrygia maior, filiis Ariathis, qui eodem bello

CAP. III. occiderat, Lycaonia & Cilicia concessæ. Hæc partim eum in annum

A. V. C. DCXXVI. inciderunt, qui L. Cassium Q. F. L. N. Longinum L. Cornelium. L. F. Cinnam Consules habuit. Tum quoque solicita ciuitas agrariis actio-

C. Gracchi florens adolescentia. nibus erat; & aliorum metu, aliorum exspectatione; quorsum C. Gracchi multis bonis artibus efflorescens adolescentia eruptura esset. Quum enim impigrum sese incorruptumque supra ætatem ostenderet, ac magno populi fauore vteretur, qui pro Vectio disertissime dicentem incredibili alacritate, multisque summæ beneuolentiæ testimoniis exceperat; inimicos Tiberii inuasit timor, ne hic multo acerbior ipsis aduersarius atque formidabilior excresceret, quam quem sustulissent.

CAP. IV. Nec enim obscurum erat, quieturum sperari non posse: idque iam satis patefactum nonnullis eius actionibus contentionibusque fuerat. Quare hæc consilia tum sua optimates conferebant, ne acerrimi iuuenis vigorem armari Tribunicio iure paterentur. Nihil igitur euenire,

Quæstor sortitur Sardiniam. vt putabant, felicius potuit, quam quod designatus Quæstor, dimitti aliquo posse videbatur, donec ipsi res Vrbanas per commodum ordina-

A. V. C. XXVII. CAP. V. rent. Sors etiam fauere, huic proposito visa, quæ M. Aimilio M.F.M. N. Lepido, L. Aurelio L. F. L. N. Oreste Consulibus, prouinciam ei Sardiniam dedit. Sardi enim quum sub hæc tempora rebellassent, caussam dederunt Patribus alterum eo Consulum cum exercitu mittendi. missus est L. Aurelius: Quæstor additus C. Gracchus. Aiunt negotium istud haudquaquam ingratum adolescenti fuisse: quod bellicæ laudis haud minus quam togatæ studiosus, neque militiæ detrectaret labo-

Varia de eo iudicia. res, & solui se ciuilium certaminum necessitate lætus lubensque pateretur. plerique contra credunt, ingenio turbidum, ac factionum appe-

tentem

tentem fuisse. In confesso tamen est, quæcunque ab initio illi ratio
mensque fuerit, alias etiam caussas, & nescio quam vim occultam, siue
renitentis traxisse animum, siue vltro mentem magis etiam validiusque
impulisse. Sane Cælius Antipater, qui temporibus illis vixit, C. *Grac-* CAP. VI.
chum scribit, *priusquam Tribunus plebis periret, multis narrare solitum, sibi quo* *Eius somnium.*
tempore Quæsturam petebat, Tiberium fratrem per quietem esse visum hæc ver-
ba dicere: Nihil agis Cai. quantumlibet contantem, idem meum exitus manet.
Hoc anno sæculares ludos quartos celebratos esse quidam voluerunt:
nam, quod mireris, in re tam illustri, & quæ nota temporum insignis
esse debuerat, multum opinionibus dissidetur. Neque certior est de
Censura suspicio: quamquam hoc quidem anno Q. Fabius Maximus
Seruilianus, L. Cæcilius Metellus gerere potuerunt. quos quia Cen-
sores fuisse certum est, neque magistratus illorum tempus aliud reperi-
tur; hoc anno creatos putare possis; & quoniam Censores alios se-
quens annus habuit, ob vitium aliquod abdicasse: tanto procliuioribus
ad religionem animis, quanto plura & fœdiora nunciata tum prodigia
fuerunt. Ex quibus terræmotus & fulmina, quamquam illo templa a- CAP. VII.
liquot in Capitolio tremuerant, his Romæ & circa percussa disiectaque *Prodigia.*
passim multa erant: tamen quia frequentior horum auditio est, haud ita
commouit homines: atrocius visum, quod circa solstitium æstiuum,
non solum Ætna mons ingentibus flammis colluxit; sed etiam mare ad
insulas Liparæorum sic efferbuit, vt quibusdam ambustis nauibus, socii
nauales exanimarentur. Multis postea diebus, intermicantibus sæpe
flammis, limum ebulliit mare: qui postremo speciem molarium lapi-
dum concretus prætulit. Hæc quum ex Sicilia T. Quintius Flaminius CAP. VIII.
Prætor ad Senatum perscripsisset, consulti haruspices *seditiones portendi*
dixerunt: iis auertendis legati missi, qui & Liparæ & in parua insula quam
Hieram Vulcani vocant, diis manibus atque marinis sacra facerent. Nec
ideo mitior circum eas insulas grassata mox pestilentia est: contracto, *Pestilentia cir-*
vt creditur, morbo per corruptos adflatu mortifero pisces, quia ma- *cum insulas.*
gnam eorum vim quaquauersum ardens mare tostam expulerat, & mul-
titudo incauta & auida, tamquam munere deorum oblatam in cibum
verterat. Interim lex de peregrinis Vrbe pellendis à M. Iunio Penno CAP. IX.
Tribuno plebis, cuius pater cum Q. Ælio Consul fuit, perlata est: quam-
quam eam C. Gracchus, priusquam ex Vrbe proficisceretur, dissuaserat. *Gracchus dis-*
Humanissimus adolescens, *Vrbis vsu prohiberi peregrinos durum profecto &* *suadet legem*
immane arbitrabatur. *Ideo quo minus quorumdam pro ciuibus se gerentium au-* *de peregrinis*
dacia prohiberetur, non repugnabat: temperamentum requirebat. quo nec ma- *Vrbe pellendis.*

lis impunita delicta essent, nec boni læderentur. Esse ex dignitate vrbis Romanæ, vt quæ caput orbis terrarum esset, eadem gentium omnium velut communis patria haberetur. Sic etiam Iouem deorum principem, eumdem & Regem omnium & Patrem celebrari.

CAP. X. *Deos & naturã hoc prohibere.*

Neque enim alienum est, inquit, imitari numina quæ colimus, & quorum beneficio ad summum in terris imperium peruenimus, etiam benignitatem exprimere. Ipsa quoque natura sic coniunctum est vniuersum genus hominum, vt in illius leges peccare videantur, qui vllam eius partem tam superbe fastidiunt. Corpora similia omnibus, animos quoque virtutis atque rationis capaces dedit; cœlum, terram, maria publicauit: quæ igitur tanta voluit omnibus esse communia, noluit profecto, noluit, quosdam, non ob aliud, quam quod certis locis non sint nati pro impuris atque contaminatis ab attactu nostro conspectuque submoueri.

CAP. XI.

Atque hæc ita honesta sunt, vt nulla tanta esse vtilitas queat, propter quam tolli debeant aut abrogari.

Etiam damnosam Reipublicæ legem esse.

Ego vero legem tuam, M. Penne, haud minus damnosam Reipublicæ, quam indecoram esse iudico. Næ si tu illis temporibus vixisses, quum conditor vrbis Romulus tanti mox futuri imperii valida fundamenta iecit, peregrinos exesse iuberes, suasque res sibi habere. At ille longe sapientior non in Vrbem modo, sed etiam in ciuitatem, atque adeo societatem Regni, peregrinos accepit. quod ita probatum vsu atque auctoritate exemplum est, vt numquam a maioribus ea deinde sit intermissa largitio.

CAP. XII. *Vires ita minui: odia augeri.*

Ex quo igitur hominum genere illi ad tot grauia bella fortium fideliumque virorum infinita millia parauerunt, quod nisi factum esset, veteres Romani vix libertatem tueri, nedum quærere imperium potuissent: id tu vniuersum vna rogatione ex oculis nostris, & pene ex animis atque memoria remouere conabere? vt quemadmodum ea humanitate populorum omnium amorem olim conciliauimus, ita his nouis consiliis acerbissima commoueamus odia, quæ summo studio vitanda essent quantumuis potentibus. Semel iterumq; factum est, vt exire Vrbe socii iuberentur. neq; temere quidquam vmquam ægrius sunt passi, quum tamen ob maximas suspiciones, nec in perpetuum emitterentur.

CAP. XIII. *Maiorũ exempla & consilia sequi iubet.*

At nobis egregius orator, peregrina exempla commendas, qui homines indidem negas admitti oportere. Quasi vero nobis, aut cuiquam sani capitis sit necessum, alia quam maiorum facta consultaque sequi, quorum virtute atque sapientia tantas opes adepti sumus. At illi maluerunt in consortium cuiuslibet fortunæ vocare quoslibet idoneos, quam vt vecordi cupiditate, qua nunc magna ratio multitudinem imperitam stimulat, plura se habituros commoda putarent, si qui in Vrbe essent, soli haberent, neq; partem vllam decerpi a peregrinis paterentur. Quasi vero illi hac conditione nobiscum degant, vt plus percipiant vtilitatis, quam adferant.

CAP. XIV. *Inuidiam & a-*

Sed ea in parte stoliditate aliorum inuidia aliorũ libido est, vt quia cœnaturos minoris, & habitaturos largius putent, æquum iudicent, quidlibet contra decus imperii

imperii & humanæ societatis iura delinqui. Sed qui præcipui rerum harum machinatores sunt, magnam sibi paratam esse prædam intelligunt, si commotis tot millium fortunis, in se suaque auctoritate vel leuamentum trepidantibus, vel nouum iniuriæ auctarium esse positum ostenderint. Quibus enim harum rerum committetur curatio, quanti vendent vnam forte dieculam, vt in Vrbe maneant diutius quam permissum lege sit, quibus vel parua mora magnam allatura vtilitatem videbitur.

auaritiam caussa legis huius arguit.

Nam aut negotiis, aut quia morbo grauatis incommoda migratio erit, aut charitate Vrbis in qua nati quidam sunt, alii lubenter & diu vixerunt, ne festinare cogantur, magna pars pecunia volet depacisci. Neque deerunt, qui neque dictam intra diem exportare res suas queant: neque apud hospites, a quibus tractati tam hostiliter fuerint, ausint relinquere. Quid autem de iis loquar, si a lege nominatim excipientur, vt audio? quos vtique neque pauperrimos omnium, neque parcissimos esse necessum est. Tales potius homines, qui huiusmodi ob caussas pudendis rogationibus hanc Vrbem infamant, quum sint ab honestate & fide & amore ciuitatis alieni, quam qui apud nos non censentur, exigendi erant. quibus ego similes omnino fuisse puto multos in iis nationibus, quæ quum aliis rebus florerent, per auaritiam atque stultitiam Respublicas suas amiserunt.

CAP. XV. Praua occasionem in ea lege ostendit.

Hæc & alia quum dixisset Gracchus, nihilosecius legem populus sciuit. Credo ad seditiones minuendas pertinere visum, turba hominum ignotorum atque alienorum ciuitatem exonerari. Nam vt quisque horum improbissimus erat, turbulente plebi tribuumque sæpe comitiis gaudebat immisceri: & hoc genus hominum plus etiam quam ingenui ciues tumultuabatur. Hac lege patrem M. Perpernæ, eius qui Aristonicum ceperat, in peregrinitatem esse redactum, non futilis coniectura est: is enim post filii mortem, repetentibus eum Sabellis, ciuitate Romana tamquam nihil ad se pertinente caruit. memorabili casu, vt qui Consul populi Romani fuisset, ciuis Romanus non fuisse iudicaretur.

CAP. XVI. Lex tamen perfertur.

Eodem anno triumphatum ex Asia reperio. M. Aquillius A. D. III. Idus Nouembr. triumphauit. Ductum ab hoc in triumpho Aristonicum sunt qui putent: mihi verior ea opinio visa est, quam superiore libro retuli. Honorem istum haudquaquam sine multorum indignatione decretum ei fuisse argumento est; quod paulo post à P. Lentulo principe Senatus, subscriptore C. Rutilio Rufo, repetundarum postulatus fuit: & absolutus magna cum infamia iudicum, sic quoque manifestum fecit, quibus artibus, qualiumque hominum studiis triumphum esset adeptus.

CAP. XVII. M. Aquillii Triumphus: deinde iudicium.

Proximus deinde annus M. Plautium L. F. Hupsæum, M. Fuluium M. F. Q. N. Flaccum Consules vidit. Tum quoque non leuiora prioribus prodigia nunciata. *fruges in arboribus natæ: lactis &*

CAP. XIIX. A. V. C. DCXXVIII. Prodigia.

olei pluuiæ in Veienti agro, lapidum Arpis. bubo etiam in Capitolio visus: & ambigui sexus homo repertus Romæ. ob quod decemviri libros adire iussi, magna imperio pericula, & incertos bellorum motus instare retulerunt. Africæ quoque vastatio horribilis ad instar prodigii accepta est: cuius omnes in agris fruges herbasque cum ipsis arborum foliis, postquam immensa locustarum nubes exederat; deinde vento depulsa in pelagus fuerat, duplicata calamitas est; iisdem bestiolis, quæ viuendo famem fecerant, morte sua pestilentiam atrocem excitantibus. Stabant immensi in littoribus acerui vndis eo propellentibus, mortiferamq; tabem cum tetertimo fætore exhalabat, donec vulgato per omne genus animalium morbo, cadaueribus passim omnia complerentur. Nam & in Micipsæ Regno ad octingenta millia hominum tum interiisse: & in prouincia Carthaginensi supra ducenta millia traditur. Etiam Vticæ, vbi circiter triginta millia militum castra habebant, ad totius Africæ præsidium, eadem die per vnam portam mille quingenta elata funera sunt: non remittente malo, donec totus ille exercitus tamquã internicione deleretur. Hæc tam tristia non maiore tamen cura Senatum, quam propior in Vrbe timor, affecerunt: M. Fuluio Triumuiralem licentiam in Consulatu potentius exercente. Vir enim inquieti præfractiq; spiritus, legibus perniciosis tranquillitatem pacemque publicam solicitare videbatur. *Sociis* enim, qui *se pelli agro* querebantur, *ciuitatem Romanam* solatii caussa dabat: ipsis quoque hanc mercedem, vt ampliorem amissis, cupide amplectentibus. Ferebat prætetea, *vt prouocare liceret ad populum, iis, qui lege Penni postulati ciuitatem mutare grauarentur.* tantaque hæc contumacia agebat vt multis Patrum precibus minisque venire in Curiam vix compulsus, partim monenti, partim oranti Senatui, *desisteret incepto*, responsum non dederit. Neque tamen perlatæ leges sunt, bona quadam fortuna Massiliensium intercidente necessitatem, qui ab accolentibus Gallis pressi, ad auxilium populi Romani denuo confugerant. Neque Consuli res illa, neque Senatui ingrata accidit: illo triumphi spem agitante animo; Patribus importunum Consulem probabili aliquo prætextu extrudere cupientibus. Quare non difficulter obtinuit, *vt ipse sociis auxilio mitteretur.* Censores his Consulibus Cn. Seruilius Cn. F. Cn. N. Cæpio, L. Cassius Q. F. L. N. Longinus produntur. Hi aquam, *Tepula* vocatur, Romam & in Capitolium adducendam curauerunt: Legibus veteribus Censoriis quædam addiderunt: Æmilium Lepidum Augurem, *quod sex millibus ædes conduxisset, quodque villam in Alsiensi agro nimis sublime exstructam haberet*; adesse iusserunt. adeo tum adhuc luxus hic videbatur Censoria animaduersio-

CAP. XIX. *Horrenda pestilentia.*

CAP. XX. *M. Fuluius Consul turbulentus.*

CAP. XXI. *Massiliensium necessitatibus ex Vrbe auocatur.*

CAP. XXII. *Cn. Seruilii L. Cassii seuera Censura.*

uersione coërcendus, quod si quis non multis post annis fecisset, *cum sordidius quam Senatorem deceret habitare*, dicturi homines erant. Princeps Senatus ab iisdem Censoribus lectus est P. Lentulus. Hisdem temporibus diu iam quasi sub cineribus gliscens ignis, coniuratione Fregellana emicuit, aliquanto immaturius, eoque reprimentibus facilior. Nec dubitabatur, si diutius tegi consilia defectorum potuissent, quin bellum sociale, quod post aliquot annos violentissimum exarsit, eo potius tempore fuerit erupturum. Nunc priusquam latius contagio serperet, Fregellanam vrbem L. Opimius Prætor obsidione cinctam, quum ad bellum tolerandum nullis rebus satis instructa esset, haud difficulter in potestatem redegit: prodente insuper patriam Q. Numitorio Pullo. CAP. XXIII. *Fregellana rebellio.*

Captam vrbem dirui oportere nō dubitatum. de principum pœna quum in consilio deliberaretur, plerorumque haud ambigua condemnatione, diu agitata Numitorii caussa est; quum recens meritum, prioribus quibusdam dictis eius factisque, quibus auersum à populo R. animum aperuerat, leuius videretur. ad extremum tamen deprecanti venia data: plusque valuit, quod rei Romanæ profuerat, quam quod nocere voluisse arguebatur. Ita bello feliciter gesto, maximisque periculis liberata Republica, quoniam hoc terrore compressa inhibitaque sociorum Latini nominis conspiratio fuerat, L. Opimius triumphum petiit, nec impetrauit. non quin res triumpho dignæ viderentur, sed quia *de receptis populis triumphari solere* Senatus negabat; *augentibus imperium, non recuperantibus amissa, honorem istum antiquitus decretum* dictitando. CAP. XXIV. *L. Opimio triumphus negatur.*

Ceterum ille tumultus, tumultus enim verius quam bellum fuerat, ægros multorum animos magis etiam suspicionibus & cura macerauit: non sine inuidia M. Fuluii Consulis, Caiique Gracchi, *quo præcipuo incentore socii ad res nouas consurrexisse* dicebantur. Igitur neque tum æquis auribus Senatus accepit, quod vrbes Sardiniæ, quum in prætura & insalubri hieme *tunicas ad exercitum mitti* L. Aurelius iussisset, detrectauerant imperium, & Romæ, per legatos, gratiam mittendi obtinuerant: deinde C. Graccho Quæstore circumeunte roganteque, alacriter & prompte præbuerant. vnde *pluris apud Sardos auctoritatem adolescentuli, quam imperium Consulis, quam nomen populi Romani fuisse*, obtrectatores eius fremebant. CAP. XXV. *Inuidia C. Gracchi ex negotio Fregellano, & aliis caussis.*

Ab eodem deinde animo, quum prorogata L. Aurelio prouincia fuisset, legatique Regis Micipsæ Romam venissent, nunciantes *Regem C. Gracchi honoris caussa frumentum in Sardiniam Imperatori misisse*, magna Patrum coorta indignatione, legatio reiecta est. Quibus rebus, sicut ira Senatus, ita populi fauor in Gracchum indies augebatur. cui vt se præberet, quamprimum in Vrbem reuerti desiderabat. Contra molie- CAP. XXVI. *Gracchus in Vrbem redire cupit.*

ban-

bantur ciuitatis principes, vt eum, quam possent diutissime in exteris nationibus detinerent: donec prouidere quæ in vsum erant, aut auertere ab eo populi amorem, senescentibus, vt fit, per absentiam studiis potuissent. Igitur C. Cassio Longino, C. Sextio Caluino Consulibus, quum de prouinciis ornandis ageretur, M. Fuluio in Gallia, L. Aurelio in Sardinia prorogatum imperium est, haud minus, vt Proquæstorem Gracchum retineret, quam quia bellum grauiter administrauerat. Nam & M. Fuluium abesse potissimum simili de caussa voluerunt. Et hic quidem rebus gerendis gaudens, prorogatum sibi prouinciam æquiore animo tulit; Caius intellecto Patrum consilio, tanto minus vtilem sibi moram in Sardinia ratus, quanto diligentius optimates eam procurabant, confestim ex prouincia abnauigauit: & quum famam præuenisset, non modo magnis inimicorum querelis, sed etiam non sine plebis ipsius admiratione ac sermonibus, subito Romæ conspectus est. Ceterum quum adesse iussus apud Censores, caussam suam ingenti facundia, magnisque rationum ponderibus egisset, statim ei non restitutam modo populi voluntatem, sed etiam auctam esse apparuit: quum iniuria facta innocenti videretur. *Stipendia* enim *se fecisse duodecim* ostenderat, *quum à ceteris haud amplius dena poscerentur: in tertium vsque annum in prouincia fuisse, quum alios exactus Quæstura annus in Vrbem remitteret.* Alia deinde de moribus abstinentiaque sua loquutus, addidit *se loculos pecunia onustos portasse in Sardiniam, vacuos reportasse: alios amphoras quas onustas vino detulissent, auro atque argento refertas domum remisisse.* Neque infelicius deinde suspicionem Fregellanæ rebellionis, sociorumque in praua consilia clam impulsorum diluit. Quibus actionibus tum apud omnes clarior, tum incitatior ipse (nam frequenti contentione animus incaluerat) Tribunatum plebis, matre plurimum dehortante, instituit petere. Hoc aliud maximi motus initium fuit, toto virium suarum pondere resistentibus, quotquot vel Tiberio fuerunt inimici, vel illius legibus similes alias metuebant. Sed horum pugnacitas incitamento plebi fuit, quo cupidius contenderet. tantusq; die comitiorum confluxus ex vniuersa Italia, tantum hominum studium fuit, vt infinitam multitudinem non caperet campo, magna pars ex tectis & fastigiis ædificiorum acclamaret. Spem enim agrorum varie partim ipsius rei difficultatibus impeditam, partim locupletum artibus extractam iniquissimo animo ferentes, hunc sibi virum diuinitus missum credebant, qui fraternarum legum, suarumque ipse in triumuiratu actionum acerrimus vindex, & quod intricatum esset, explicare ingenio, & quod conuulsum restituere animo ac sapientia.

CAP. XXVII. A. V. C. DCXXIX. Iniustis Patribus.

CAP. XXVIII. Eius defensio apud Censores.

CAP. XXIX. C. Gracchus Tribunatum plebis petit.

CAP. XXX.

ritate posset. Igitur quin Tribunus fieret, haud magna dubitatio fuit. *Et consequutus.*
in hoc tantum feliciter obnisi Patres sunt, vti non pro expectatione sua
primus, sed omnino quartus renunciaretur. ipse tamen paulo post vi-
gore actionum & eloquentia constituit se omnium facile principem.
Interim colonia deducta est, in Volscis Fabrateria: Lustrumque in Vr- CAP. XXXI.
be sexagesimum Cn. Seruilio, L. Cassio Censoribus conditum. ciuium
Romanorum capita trecenta nonaginta millia septingenta triginta sex *Census actus*
censa fuerunt. Sequens annus Q. Cæcilio Metello, T. Quinctio Flami- A. V. C.
nio Consulibus, & belli foris, & plus ex vrbanis contentionibus terro- DCXXX.
ris domi habuit. Baleares ignobilis antea natio, nec temere nisi inter *Balearicum bellum.*
Punicos auxiliares cognita, tum Consularis prouincia facti, Q. Metello
obuenerunt. Piraticam faciebant audacius iam crebriusque: vt solet, CAPVT
vbi primi conatus impune, & cum præmio fuerunt. Hominum ad XXXII.
triginta millia insulas incolunt duas potissimum (nam Ebusus, quam- *Balearium descriptio.*
quam vicina, perperam à quibusdam adiicitur) quarum quæ Maior vo-
catur & est, ab Hispaniæ Tarraconensi littore, vbi Dianium est, spatio
mille quadringentorum stadiorum disiungitur. centum millia passuum
longitudine, trecentorum octoginta milium ambitu patens. Huic
deinde interuallo stadiorum septuaginta Minor adiacet, quæ sexaginta
millia passuum longa, centum quinquaginta in circuitu numerat. Græci
Gymnesias vocauerunt, quia per æstatem præter sisynnam nullis vesti- CAPVT
bus operiuntur. Nobis *Balearium* recepta est appellatio; siue & ipsa XXXIII.
Græcæ originis ad iactum fundarum, quibus præcipue valent, respicit: *Cur vocatæ Gymnesiæ, & Baleares.*
siue antiquis Hispanis credendum est, nomen a *Baleo* quodam arcessenti-
bus, *quem Herculis Thebani comitem, & ab eo relictum iis locis narrant, quo
tempore ad Geryonis abigenda armenta heros ille properabat.* Vtraque in-
sula diues habet solum, omniumque rerum, præterquam vini & olei, fe-
rax: portus sunt commodi, nisi quod saxoso plerumque ore, curam at-
que peritiam gubernatorum introitus desiderat: Absurda quædam, vt CAPVT
barbaris, instituta sunt, quæ referri non attinet: illud etiam sapienti- XXXIV.
bus haud spernendum crediderim, quod aurum & argentum neque *Aurum & argentum signatū non habent.*
signant, neque alibi signatum importari sinunt: *edocti*, vt aiunt, *Geryo-
nis calamitate, cui propter magnitudinem pecuniæ bellum illatum ab Hercule
fuerit.* Ergo qui mercede apud Carthaginenses militabant, pecuniam
non reportabant domum: sed vinum emebant, cuius cupidissimi sunt,
& mulieres, in hanc quoque voluptatem adeo proiectum genus, vt cum
piratis vnam mulierem quatuor permutare viris consueuerint. Discincti CAPVT
in bellum eunt, scutum ex corio manu gestantes, & iaculum præusta ple- XXXV.

rumque cuspide, non sæpe ferro eoque exiguo præfixum. Maxima vis in fundis est: quas ex melancranide (iunci genus est) scite confectas, in prœliis ternas ferunt, vna caput vincientes, altera ventrem, dum tertia in manu est. nec ad idem spatium omnibus promiscue vtuntur. aliæ enim ad longiores iactus sunt commodiores; aliæ propiore meta certius validiusque feriunt. Hoc solo genere armorum metuendi sunt, tribuente illis vigorem ac peritiam vsu, quem à teneris adhibent; neque matres panem ante dare dicuntur infantibus, quam scopi vicem propositum funda deiecerint. Pacificum alias hominum genus, cum studio pecuniæ plerasque bellorum caussas abiecerant, paucorum temeritas in calumniam, & ex calumnia in calamitatem traxit. nec enim publico consilio mare infestum habuerunt, sed cupidus triumphi Consul, noxiam videri gentem, quam ipse esse innocens maluerat. Hoc ita traditum à ratione non abhorret, nec enim duas istas insulas consentaneum est, arma Romana, quorum non ignorabant potentiam, in se concitare voluisse. Illud etiam incredibilius, venienti ab alto Romanæ classi, quod prædam putarent, vltro occurrisse. Quod satis certum est, vim propulsare conati prœlium acre fecerunt, terrore tamen maiore, quam damno: quia Metellus super tabulata nauium pelles extenderat, quibus excepta hostium missilia innoxia caderent. Igitur simul cominus ventum, & aduersus nudos pila conici cœpere, pecudum in morem sublato clamore dilapsi, sparsique in proximos tumulos, maiore deinde labore inueniendi, quam vincendi fuerunt. vnde infestior miles, plurimum vbique sanguinis fudit. Consul facile pacatis Balearibus, reliquum imperii tempus vrbibus condendis consumpsit. Palma orientem versus, in occidua parte insulæ Pollentia est posita. In has ex coloniis ciuium Romanorum, quæ in Hispania erant, tria virorum millia scripta. Romæ triumphum hoc anno M. Fuluius proconsule duxit: quem Massiliensibus sociis aduersum infestos & præpotentes accolas auxilio profectum fuisse in Consulatu diximus. Salluuii præcipue Massiliam vrgebant, quorum in agro condita, nunc inuidia finitimorum, nunc metu, numquam non odio premebatur. Fuluius tamen res haud sane magnas ibi gesserat, magisque ominis caussa triumphus ei datus videri potest, quod ea prima trans Alpes expeditio Romana fuit. Adiuuerunt haud dubie spes plebis, erectæ iam C. Gracchi Tribunatu, patronisque suis hanc dare gratiam studente, non magis præmium prioribus actionibus, quam incitamentum futuris. & Senatus, quem adimi posse honorem desperabat, per se potius tribuere maluit. Triumphauit non de Salluuiis modo, sed etiam de Liguribus atque Vocontiis, qui forte per agrum

Funda Balearium.

CAPVT XXXVI. *Belli cum Romanis caussa.*

CAPVT XXXVII. *Metellus Baleares vincit.*

CAPVT XXXIIX. *Triumphus M. Fuluii de Salluuiis.*

CAPVT XXXIX. *Itemque Ligu-*

tribus & Vocentiis.

agrum suum ducenti occurrerant. Secundæ M. Fuluii res, momentum C. Graccho cum ad voluntatem ferendi leges, tum ad fiduciam pertendendi attulerunt.

CAP. XL.

C. Gracchi actiones contra Senatum.

Ergo omnia subito nouis contentionibus feruere ceperunt, grauiter accusante potentes Caio, paratamque & popularem ex nece fratris materiam miris artibus ad inflammandos hominum animos versante. Præcipuum ad hæc telum habebat, violatæ sacrosanctæ potestatis inuidiam, quam ita miscebat omnibus actionibus suis, vt non magis interitum Tiberii, quam populo factam iniuriam deplorare videretur. *At vero maiores nostri,* inquiebat, *Faliscis bellum intulerunt, quia Tribunum plebis Genucium contumeliose habuerant. C. Veturium damnauerunt capitis, quod incedenti per forum Tribuno vnus via non decessisset. At vobis inspectantibus Tib. Gracchum isti fragmentis subselliorum occiderunt: vobis inspectantibus mediam per Vrbem traxerunt, ne quis locus crudelitatis eorum nota vacaret, & cuius in Capitolio erepta vita fuerat, eius exanime cadauer in amnem proiiceretur.*

CAP. XLI.

Tiberii cædem inuidiose exaggerat.

Quid iam de amicis eius querar, qui indefensi indemnatique supplicio affecti sunt? idque in ea ciuitate factitatum est, in qua capitalis noxæ reos, si forte lateant, ante suarum ædium fores occinente tubicine vocari in iudicium mos est, neque prius in suffragia iudices mitti. Tam illi religiose, tamque circumspecte, vbi de capite ciuis quæstio esset, agendum esse censuerunt.

CAP. XLII.

Hæc atque talia, quum præter proprii doloris stimulos, etiam oratoris arte, eoque vocis sono dicerentur, qui rebus ipsis mire congruebat, totius populi Romani lachrumæ concitabantur. Ergo Caius, vbi satis accensos multitudinis animos vidit, leges initio duas promulgat, quarum altera vetabat *honores petere eum, cui a populo abrogatus magistratus esset*: altera *dicere caussam in iudicio populi* iubebat *eum, qui indemnatum in magistratu suo ciuitate expulisset.*

Leges fert in M. Octauium, & P. Popillium.

Hæ leges aperte M. Octauium & P. Popillium petebant: quorum ille Tribunatu se coactus abdicauerat; Popillius amicos Tiberii quosdam in exsilium eiecisse dicebatur.

CAP. XLIII.

Octauium Cornelia seruat, Gracchorum mater.

Ex his Popillius, non exspectato populi iudicio, solum vertit: Octauium Cornelia seruauit, Caiusque *matris se dare hoc precibus* dicens, ipse antiquauit legem suam: non renitente populo, qui & pietatem filii laudabat, & mulierem non ob liberos modo, sed etiam patrem Africanum magnopere suspiciebat. cuius rei indicium statua quoque præfert ei nomine populi posita, cum hoc titulo, *Cornelia mater Gracchorum.* Sed & Caius minime ignarus quanti eam ciues facerent, eius mentione nonnumquam ad exagitandos aduersarios abusus est: vt quum conuiciatorem quemdam increpans, *Tune Corneliæ,* inquit, *ausis maledicere, quæ Tiberium peperit? qua porro fronte Corneliæ te comparas, quæ se diutius mulier, quam tu vir, a viro abstinuisti?*

CAP. XLIV.

Atque huiusmodi dictorum frequens amarulentia nunc

etiam in orationibus eius comparet. Ceterum modis omnibus & bis extollere potentiam, & Senatus auctoritatem deprimere cupie ra maioraque quam frater Tiberius audebat. Principium ab agra fuit, qua acrius atque plenius cauit, *ne quis contra legem Liciniam plu gentis iugeribus haberet: vtq; ager publicus pauperibus diuideretur*. Triu agris diuidundis seq; & M. Fuluium denuo creauit, C. etiam Crasso cietatem curæ adsumpto. Portoria quoque & vectigalia noua con ex Asia & Attali Regis hereditate: quo Respublica tantis largition sufficeret. Nam & militari lege, qua *minorem annis septemdeci sacramento* vetuit, *vestem gratuitam militi* dabat; & annonaria *pauper frumentum menstruum diuidere semisse & triente instituerat*. quæ largi quum esset nimia, exhauriretque ærarium, & plebem ad desidiam auo ret, boni repugnabant; sed à pluribus vincebantur. Sumptum præter incredibilem munitio viarum suscepta absorbebat, non ad vtilitatem gis quam gratiam & decorem omnibus exacte dispositis. Ducebantur rectissimæ per agros viæ, partim saxo quadrato, alibi glarea stratæ. vbi torrens aut cauernæ ruperat iter, pontes imponebantur, aut comple bantur depressa, donec totum opus æqualem vbiuis faciem præferre. Id deinde milliaribus distinguebatur. quarum notas & numerum iust interuallis positæ ex lapide columnæ indicabant. paulo minus octo sta diis in singula milliaria tribuebatur. Ad hoc frequentes secundum viam erectæ erant pilæ, quarum ope qui iter facerent, commodius inscender in equos, vsu ita ferente, possent. Hæc aliaque per se curabat, mire suf ficiente vigore corporis ad omnia quæ animus imperasset. mirabantur eum homines, cum legatorum, magistratuū, eruditorum, militum, opi cum caterua incedentem, sufficientemque vnum omnibus, & amorem v niuersorum ita tuentem humanitate, vt tamen grauitatem eius cuncti uererentur. Sed ista maiorem iuueni inuidiam excitabant, quum nihil in tactum inque tentatum relinquere videretur, quo sibi magnas opes. Re giæq; parem potentiam, auxilio plebis, rogationum talium inescatæ dul cedine compararet. Idq; atrocius metui ceptum, vbi tempore magistrat eius ferme consumpto, M. Fuluius haud obscure disserebat, *altero ei Tribu natu ad perferenda quæ instituisset, opus esse*. neq; dubius erat populi fauor; & ne prohiberi omnino posset, lege iuuabatur, per quam Tribuniciis comi tiis si ad numerum Tribuni non essent, ius erat populo ex omnibus que vellet adlegendi. Iam ergo minus de Tribunatu, sed aliquid nouum at que timebatur, & erant qui suspicarentur, simplici potestate non conten tum, Tribuni simul Consulisque nomen ac imperium inuadere statui

Te

Margin notes:

Gracchi lex Agraria.

CAP. XLV. *Leges de portoriis, Militaris, Frumentaria.*

CAP. XLVI. *Viæ munitæ Caio.*

CAP. XLVII *Eius vigor & humanitas.*

CAP. XLIIX *Vnde maior optimatibus metus.*

CAP. XLIX.

Terruerat eos vox, quam inter applausum populi & flagrantium studiorum testificationem iecerat: *se aliquid in beneficii loco a plebe petiturum, quod si adeptus foret, habere instar omnium, sin vero, nihil tamen queri decreuisset.* Comitiorum tamen Consularium adueniens tempus ostendit frustra eum suspectum hoc nomine fuisse: quippe cum amicis C. Fannium C. F. deduxit in campum, petentique suffragator gratiosus & efficax extitit. ipse autem Tribunus plebis, quamquam id quidem non peteret, refectus est.

Caius reficitur Tribunus.

CAP. L.

Dum ita Romæ dissidetur, etiam Orientis regna multas calamitates discordiis mutationibusque Regum pertulerunt. Demetrius iterum Rex Syriæ, prauitate morum populi & militum odium meruerat; vxoremque Cleopatram, ob superinductam apud Parthos Rhodogunen, infensam habebat. His quasi parum negotii haberet, bellum Ægyptium adiunxit, socru Cleopatra auxilium aduersus fratrem Phisconem orante, & auxilii precium ostentante Ptolemæorum opes. Acciderat enim, vt Hegelochus Ptolemæi dux, exercitu Alexandrinorum internecione deleto, & prætore Marsya capto, Cleopatram rerum suarum desperatione confugere in Syriam cum thesauris Regiis compelleret: à filio generoque subsidium fortunæ præsentis petituram.

Demetrius Syria Rex Ægyptum bello petit.

CAP. LI.

Interim ab eo desciunt Syri.

Sed Demetrium aliena solicitantem regna, defectio Antiochensium, qui duce Tryphone rebellabant, de suo coëgit dimicare. Mox enim Apameni ceteræque nonnullæ ciuitates, per absentiam Regis, qui iam ad Pelusium admouerat copias, exemplum Antiochensium sequutæ sunt: & à Ptolemæo, tamquam aduersus communem hostem auxilia, Seleucidarumque aliquem, quem sibi Regem constituerent, petierunt. Ptolemæus iuuenem quemdam Ægyptium cum ingentibus auxiliis misit: vt tamquam Antiochi familiæ per adoptionem insertus, deiecto Demetrio Syriam sibi quasi iure vindicaret.

CAP. LII.

Neque Syri aspernati sunt: quemlibet potius habituri Regem, quam prioris vltra passuri superbiam, quæ Parthicæ arrogantiæ conuersatione, facta prorsus intolerabilis fuerat. *Alexandri* nomen impositum est nouo Regi, quibusdam *Alexandri Regis filium* dicentibus; quum Protarchus ei pater esset, mercibus permutandis tolerare se solitus, vnde *Zabinæ* cognomentum Alexandro à Syris est inditum.

Alexandro quodam Rege constituto.

Forte sub idem tempus à Rege Parthorum in argenteo loculo remissum Antiochi corpus, magni fauoris occasionem nouo Regi attulit: quum reliquias non ineptus histrio maxima cum reuerentia, lachrimisque vbertim manantibus excipiendo, stultæ plebeculæ pietatis opinionem, tamquam domestici funeris dolorem non ferens, iniecisset.

CAP. LIII.

His auditis Demetrius à Pelusio cum exercitu redit: nec segnius ab Ale-

Demetrii clades & mors.

xandro occurritur. haud procul Damasco quum signa contulisset, vincitur Demetrius. Tum vero concepta olim odia, postquam ex re- bus aduersis contemptus accesserat, nemine dissimulante, quum Cleopatram, quæ tum Ptolemaide cum liberis communibus degeba- ex fuga se reciperet, clausæ aduenienti portæ sunt. Sic ab vxore fili- que desertum se videns, Tyrum nauigio petiit, vt saltem sanctitat- teris templi se defenderet. Sed ibi quoque eum inimica sors, & infe-

CAP. LIV. coniugis fraude comparatum exitium expectabat. Ita Rex paulo an- te potentissimus, nunc famulorum suorum supplex, dum exscensionem facit, præfecti iussu corripitur, & paulo post non sine cruciatu & conti- melia occiditur. Nec mora, quemadmodum in sceleribus facile pro- ficitur, & primum quodque facinus ad maiora fere & caussam & aud-

Cleopatra Seleucum filium interficit.

ciam præstat, viri necem Cleopatra maioris filii morte cumulat. Sele- co nomen erat: qui audita morte patris, de iure suo nihil dubitan- quum diadema sumpsisset; Cleopatra mater, iniussu id suo factum fren- dens, arrepto arcu iuuenem sagitta transfixit. iam non modo voluntate & voce ad iubendum parricidium, sed etiam ad patrandum manu certa.

CAP. LV. Sic amoto Seleuco, frater eius Antiochus, cui à nasi magnitudine cog- nomen *Grypo* fuit, hactenus à matre Rex constituitur, vt ille quidem nomen principis, ipsa potestatem obtineret. Inter hos Syriæ motus, quum nec tum satis quieta Ægyptus foret, cetera quoque regna multis

Cappadociæ calamitates.

calamitatibus vexata sunt. Cappadociam morte Regis destitutam Nico- medes Bithynus affectabat: Ariarathis domum adfinitatis iure Mithri- dates Ponticus tuebatur. Neque magis inter hos apud Cappadociam bello, quam Romæ largitione certabatur: legatis Regum, quia lex Au- feia de rebus istis promulgata erat (vt in oratione C. Gracchi, qui legem dissuasit, scriptum est) aliorum vocem, aliorum etiam silentium impen-

CAP. LVI. *Itemque Babyloniæ.*

so precio redimentibus. Babylonios & Seleucenses vicaria potestate quidam Himerus obtinebat, à Phrahate impositus, cuius gratiam per turpia obsequia promeruerat. Is quum ad suum patriæque genium, Hyrcanus enim erat natione, Parthicæ etiam educationis vitia adiunxis- set, tantæ crudelitatis fuit, vt omnium qui vsquam fuerunt tyrannorum supergredi feritatem videretur. neque enim aut occasionem, aut ge- nus vllum sæuitiæ prætermittebat. multosque Babyloniorum ob leues plerumque caussas, cum omni familia in seruitutem redegit, misitque

CAP. LVII. in Mediam, vt pro mancipiis venirent. Ne monumentis quidem ædi- ficiisque vel sacris vel profanis pepercit: forum Babylonis & templa quædam incendit: pulcherrimam partem vrbis perdidit. His eius fœ-

fed.

leribus licentiam & impunitatem dabat, implicitus bello Scytharum, deinde à suis militibus interfectus Phrahates. Vtriusque initium ei victoria de Antiocho dedit. adeo plerumque nesciunt homines quid aut quorsum cupiant. sæpiusque, sub alia specie ac nomine, malorum suorum origine caussisque delectantur. Scythas Phrahates cum Antiocho bellans exciuerat. & post victoriam venientibus mercedem pernegabat.

Etiam Phrahaten Parthorum Regem.

CAP. LVIII. *Scytharum oratio ad Phrahatem.*

Igitur illorum legatus, pro more gentis horrida & truci oratione, *Venimus ad te*, inquit, *Rex Phrahates, tuis promissis exciti, pactoque stipendio, quod negari conditionem, quantum in nobis est implentibus, non debet. Si citius quam speraueras bellum confecisti: non ideo minus delectum habuerunt Scythæ, suisque finibus vt tibi militarent, sunt egressi. Tanta iuuentus neque cogi sine spe præmiorum, neque contineri sine præstatione potest. Nihil præter arma quæ numquam nobis deerunt attulimus, quo pecuniam, quæ deerat reportaremus. Non ita facilis auctoranti exauctorantique turba sumus, vt quoties alicuius necessitas & negotia poscant, accurramus acciti, & quum illa præterierit, remittamur inanes.*

CAP. LIX. *Etiam sero venientibus stipendiũ deberi pugnat.*

Plus daturus Antiochus erat, sed Parthicum nomen, & cognatio gentis effecerunt, vt tuam caussam præferremus. Ne igitur iniuria dignos existimes, qui tam impigre accurrerunt, vt te ab iniuriis hostium vindicarent. At sero venistis, inquies. an igitur postulandum erat, vt alas aptaremus pedibus aut currum Solis conscenderemus? si citius existimatione tua vicisti, fortunæ tuæ age gratias, & tanto liberaliorem te exhibe, quanto factus es potentior. Nec in vno Antiocho cecidisse omnes Parthorum hostes credas. magna imperia non patitur Deus diu sine æmulo consistere. Segniores ad stipendia tua venient: qui meminerint nulla mercede venisse. ac semel elusi, semper eamdem fraudem timebunt.

CAP. LX. *Famam venientium profuisse Parthis.*

Sicut operam à nobis, sic à te præstari stipendia oportuit: ne illa nauaretur, per nos non stetit. per te stare non debet, ne stipendia repræsententur. Si corporibus non pugnauimus, quid refert? si tantumdem fama Scythicorum armorum effecit, quantum vix aliorum arma potuissent. Non ante defecerunt ab Antiocho ciuitates, quam de Scythicis auxiliis auditum est. nec ille tam festinanter commisisset pugnam, nisi occupare aduentum nostrum studuisset. Denique ne quid postulare indebitum videamur, da alium hostem. & videbis, non accipere Scythas stipendia cupidius, quam mereri.

CAP. LXI. *Scythæ Parthorum agros vastant.*

Si vero nulla te ad æquitatem ratio flectit, hoc à nobis non ferociter, sed libere dictum accipe. pauci vt de iure ageremus missi sumus. si non erit impetratum, iam omnes illi ad exigendum stipendium aderunt, qui ad merendum venerunt. Nec dictis defuit fides, versisque in eos armis, pro quibus illa domo extulerant, vastare Parthorum agros Scythæ ceperunt. Occurrit cum suis Phrahates, Græcosque milites Antiochi bello captos, quamquam ea cum ipsis ratio & caussa non erat, vt magnopere deberet atrociter habitis confidere, tamen

CAP. LXII. re, tamen aduersum hostes secum rapit. At illi tum pristinorum odiorum, tum recentis iniuriæ memores postquam prœlio commisso laborare senserunt Parthos, translatis ad hostem signis, internecione copiarum

Copiæ Regemq; cadunt. Parthicarum ipsiusq; Regis cæde captiuitatis suæ mala vindicarunt Scythæ depopulata Parthia, nec vltra fortunæ insistentes, ad sua reuersi sunt. Neque multo post Laudice, quæ Cappadociam post mortem mariti cum liberis sex virilis sexus acceperat, auida regnandi, quum reliquis veneno interceptis, numerum ad vnum paruulum, cui & ipsi nomen

CAP. LXIII. Ariarathes fuit, deduxisset; vicissim à populo occisa est. Mithridates quoque cognomento *Euergetes*, qui primus Ponticorum Regum amicus populi Romani appellatus fuerat, eumque bello Punico prius, deinde Asiatico nauibus & copiis iuuerat, Regnum vxori liberisque in-

Miseratio tot tantarumq; casuum. fantibus reliquit, insidiis amicorum interfectus. Sed me tot Regum vno tempore flebiles exitus, tam fœde & quæsita & amissa Regna, scelerumque ac pœnarum multiplices vices reputantem, generis humani miseret pudetque. Quæ enim, malum, amentia est, vel opibus iniuste partis securam possessionem, vel in ea inquietudine animi, felicitatis par-

CAP. LXIV. tem vllam quærere? Nisi forte se quisque nequissimum mortalium credit: ceteris neque cupiditatem eamdem, neque malitiam fore arbitratur, quasi vero maxima maleficia plurimo ingenio egeant: aut fidum sibi quemquam sperare possit, qui perfidus in coniunctissimos ipse exstitis-

Caussarumque detestatio. set! Verum enim vero malis libidinibus excæcatæ mentes, inemendabili pertinacia in exitium præcipitant: non sapientiæ monitis, non experientiæ documentis coërcita temeritate: sed argumentis vtrinque rerum nequidquam circumstrepentibus, rationi non relinquunt locum, exempla

CAP. LXV. horrent & imitantur. Neque enim cessatum ab his artibus postea est: donec pleræque omnes illæ Regum familiæ stirpitus cum Regnis ipsis interirent. Sed ab externorum contemplatione malorum ad res Vrba-

C.Gracchi Tribunatus alter truculentus. nas reflectendus est animus, quæ & ipsæ C.Gracchi altero iam Tribunatu maiorem in modum turbabantur. Sic enim iam declarauerat animum suum Caius, vt certum aduersarium Senatum ei fore dubitare nemo posset. Ergo ad huius infringendam auctoritatem, conferre consilia sua opesque omnes instituit. & quia honestissimus quisque de populo atque locupletissimus partes Senatus tuebatur, ipse quoque sibi displicebat, nullam actionibus suis dignitatem ab infimæ tantum plebis

CAP. LXVI. adsensu constare arbitratus. Quo igitur Senatum illa parte virium priuaret, & consentientes hactenus cum illo populi primores auelleret ve-

Eius Iudiciaria leges. stigia fratris sequutus, quod ille concupiuerat, perfecit, vt appellatione iudicum Equites à reliquis ciuibus separarentur. Prius tamen maius

adhuc

adhuc auſum tentauerat, *vt trecentis Senatoribus Equites ſexcenti adderentur*, ferendo: quo illi pacto duplicem in Senatu partem virium erant habituri. Deinde, quum hoc atrocius, quam vt obtineri poſſet, videretur: id omnino, contra Patrum obnixam dimicationem tenuit, *vt non ex Senatu, ſicut factum antiquitus fuerat, ſed ex ſolis decuriis Equitum ſorte iudices ducerentur.*

CAP. LXVII

Propter nocentes quoſdā recẽ abſolutos, facicilius recepta.

Orationem Tribuni reliquis etiam rebus omnibus popularem, allata poſtremorum aliquot iudiciorum exempla iuuerunt, quum *dedecus ac periculum ciuitatis*, inuidioſe deploraret, *in qua nemo tam eſſet nocens, quin abſolui pecunia data poſſet; ſic enim Aurelium Cottam ac Salinatorem nuper; ſic modo Man. Aquillium vindictam legum effugiſſe.* Accendebatur populus re nota ac recenti, quum adhuc in Vrbe legati ſociorum eſſent, de ſuis iniuriis & abſolutione reorum multa paſſim quiritantes. Hic maxime pudor cohibuit Senatum, ne ad extremum obniteretur. Perlata lege Gracchus exultans, *nunc vero ſe dominationem Senatus à culmine ſubruiſſe* iactauit.

CAP. LXIIX

Caius inſultat Senatui.

Atque hæc actio quum ad contumeliam Patrum tota pertineret; addidit ei quoq; ex re non ita magna magnum ſane momentum. Nam ad ea vſque tempora, qui cum populo agebant, ad Comitium Curiamque reſpicere erant ſoliti: Caius ad forum obuertit ſeſe, poſteaque morem illum tenuit, quod verbis non audebat dicere, facto ſignificans, in iis quæ ad Rempublicam pertinerent, plebem potius quam Senatum intuendum, atque illius quam huius ad voluntatem componendum ſermonem eſſe.

CAP. LXIX.

Cui multum roboris eo modo detraxit.

Hac iudiciaria lege Caius multum & Senatui ademit roboris, & ſibi adiecit. præſertim, quia populus ei decurias inſtituendi deſcribendique in eas ad numerum Equites poteſtatem permiſerat. Sed ipſe quidem haud diuturnum victoriæ ſuæ fructum percipere potuit: Senatui quantum inflictum vulnus eſſet, paucis deinde annis apparuit, quum Equites Romani, quibus ſubnixis iudiciorum poteſtate, vexare quemlibet ex principibus facilimum erat, occaſione abutentes, quandoq; accuſatores ſubornarent inimicis, ipſi vero Rempublicam impune pecularentur, quod neque in prouinciis Prætores obuiam audebant ire, nec in Vrbe leges poterant; quorum alteros terror iudiciorū cohibebat, alteras iudicantium circumueniebat improbitas.

CAP. LXX.

Sed hæc deinceps acciderunt: tum autem perurgens cepta Gracchus legem *de Coloniis* ferebat, nominatim *Tarento & Capua.* eodemque tempore, ſociorum etiam beneuolentiam captans, pæne ad Alpes vſq; populis Italicis, ſub nomine Latinorum *ciuitatem Romanam cum ſuffragii iure* permittebat: quo paratam ad omnia quæ cuperet ſciſcenda concionem haberet.

Senatus Graccho aduerſariū parat M. Liuiū Druſum.

Senatus propemodum Regali licentia, cuncta quæ collibita animo forent Gracchum facere facturumque eſſe proſpiciens, ne-

que sese ius suum obtinere posse, donec Tribuno studia plebis integra & illibata manerent, aduersarium illi collegam eius M. Liuium Drusum noua ratione comparat, non qui leges eius intercedendo moraretur, sed qui Senatus nomine maioribus largitionibus antiquaret: vt quibus artibus inualuerat Gracchus; iisdem subuerteretur.

CAP. LXXI. Non ingenium ad hæc Druso, non facundia deerat. auctoritatis vero, quantum aliis vix prouecta ætas conciliat, seueritate morum & incorrupta iuuenta quæsiuerat.

Hic auctore Senatu plura largitur populo quam Caius.

Hoc igitur leges promulgare aggresso, statim patuit, non tam actionibus Gracchi, quam opibus infensos Patres esse. nam qui *duas ab illo colonias constitui non ferendum* conclamauerant; iidem nunc ferri à Druso *de duodecim, & in eas terna hominum millia scribi* facile patiebantur. quique pauperibus agrum tributo imposito diuiserat, Latinis ciuitatem cum suffragio dare studebat, *cum largitionibus plebē socios, corrumpere* criminabantur: hunc summa ope adiuuabant, tributum remittentem plebi, & socios, militiæ quoque, virgis cædi vetantem.

CAP. LXXII. Igitur in legibus Reipublicæ perniciosis, hæc tamen nō contemnenda vtilitas inerat, quod populus Senatui, quo auctore hæc se facere Drusus dictitabat, conciliatus, Caii conata sensim destituebat.

Drusi modestia & iustitia.

Multum ad hæc modestia Drusi iustitiaq; valebat, dissimilis superioribus fere latoribus legum. Nam & Caius pleraq; rogationibus suis iussa per se exsequebatur, pecuniasq; maximas tractabat: ea res tametsi animum eius non corrumperet, suspicionem tamen aliquam afferebat. Drusus ab omni calumnia liber alios creauit coloniis deducendis triumuiros, pecuniamq; populi iussit ab aliis administrari.

CAP. LXXIII Deductæ sunt eodem anno Scylacium, Mineruium, Tarentum, Neptunia. Interea Caius siue sponte sua, siue quod minui sibi vires sentiebat, Senatum lege de Prouinciis lata delinire studuit; quas per illum constitui decerniq; iubebat, in Consularibus etiam intercedendi iure Tribunis negato. Dum hæc aguntur, Q. Rubrius Tribunus plebis, ne inter illustres collegarum actiones ipse inglorius otiosum magistratum ageret, legem tulerat, vt in solum Carthaginis à Scipione dirutæ, colonia deduceretur.

Rubrius de colonia fert in solū Carthaginis deducenda.

CAPVT LXXIV. Accepta lege, non ægre repertum, quibus cærimoniis deuotum ab Africano solum religione liberaretur. Triumuiros deducendæ coloniæ C. Gracchum apud omnes, M. Fuluium apud quosdam inuenio: tertium ipsum legis auctorem Q. Rubrium fuisse credibile est. Prima coloniarum Romanarum extra Italiam hæc fuit: multisque res exempli formidabilis videbatur, complures colonias opportunis locis positas intuentibus, quæ progressu temporis originum suarum splendorem, nonnullæ & imperium, subitis potentiæ incrementis exstinxerunt

Coloniæ multæ suis originibus exitiosæ.

runt. Parum proſpera hæc curatio Caio fuit. quippe domi M. Druſus contra abſentem inualeſcebat, maxime M. Fuluii temeritatem in odium adducendo, cuius verba factaque ob conſiliorum communicationem etiam Graccho imputabantur. In ipſa Africa ceptum opus prodigia turbabant. Nam & valido ſpirante vento, quum ſignifer ſumma ope ſignum retineret, confractum eſt: & victimæ quæ aris impoſitæ erant, eodem turbine raptæ. Sed & in Vrbe dimetienda defixos ſtipites, qui terminorum indices eſſent, lupi noctu euulſerunt, corroſoſque longe à locis vbi poſiti fuerant tranſtulerunt. Quæ nunciata Romam, quum auguribus haud obſcura vetantium numinum ſigna viderentur, mouerunt Patres, vt *ea de colonia iterum referendum eſſe* arbitrarentur. Et erant ob alia quoque nunciata prodigia trepidi. Vitulus bipes natus fuerat: & in Gallia tres Soles, totidemque Lunæ viſi. androgynus etiam ex haruſpicum reſponſo in mare deportatus eſt. At Triumuiri nihilo ſegnius perfecto negocio, coloniaque *Iunonia* appellata, quod in eius diuæ tutela antiquitus Carthago fuerat, intra diem ſeptuageſimum conſtitutis quæ viſus poſtulauerat, Romam recurrerunt. In Carthaginenſem coloniam ſex millia ciuium Romanorum ſcripta: quamquam pauciores compræhenſi lege fuerant, ſed Senatus ipſe inquietum egenæ plebis numerum lubens exhauriebat. Feſtinare cogebant Caium tum cetera, tum ex L. Opimio metus, qui ſe in Prætura aduerſarium ei intenderat, Fregellanę rebellionis culpa inuoluere iuuenem conatus. Hunc proximis comitiis commendato C. Fannio depulerat: nunc iterum petentem aut ſubmouendum ſibi aliqua ratione videbat; aut grauiorem in Conſulatu inimicum ſuſtinendum. Sentiebat & vetuſteſcere potentiam ſuam, populumque tædere iam & aliis, Senatuque adeo ipſo largientibus, delinitum præſentium fructu ad reliqua actionum relenteſcere. Hortatus igitur ad conſtantiam, *ignominioſum fore & indignum populo Romano* dixit, *ſi qua per illos annos cupide appetiſſent, eadem magno labore parata nunc temere repudiarent.* & ne vllum prætermitteret lenocinii genus, ex Palatio demigrauit in forum: magis hanc popularem habitationem fore ratus, quia frequentes inopes humileſque ea parte Vrbis incolebant. Exhinc reliquas promulgauit leges, tribuſque de iis oſtendit miſſurum in ſuffragia. Quum maximus in Vrbem concurſus hominum fieret, Senatusconſulto iuſſi Conſules edicere, *ne quis, præter ciues Romanos, qui ſuffragii ius haberent, per eos dies Romæ, aut intra quintum ab Vrbe lapidem eſſe vellet.* Hoc edicto à Fannio Conſule propoſito, C. enim Fannio, Cn. Domitio Ahenobarbo Conſulibus iſta geſta ſunt, tanto impatientior

CAP. LXXV *Prodigia inter Carthaginenſis coloniæ initia.*

CAPVT LXXVI.

Colonia nihilominus deducitur.

CAPVT LXXVII. *Caius L. Opimium metuit.*

CAPVT LXXVIII.

Nouas leges promulgat.

CAPVT LXXIX.

A. V. C. DCXXXI.

Eius contentio cum C. Fannio Conſule.

Gracchus, quod quem ipſe Conſulem feciſſet, is ſuis conſiliis tantopere noceret, contrarium Conſulis edicto edictum propoſuit, *ſi qui ſociorum manere Romæ vellent, ſe auxilio ſe futurum.* Neque tamen ſteterat promiſſis: ſed quum vnum notorum atque familiarium præter ora ſua trahi videret à Fannii lictoribus, tacitus tulit. ſiue vim ſuam flacceſcentem impari contentione prodere veritus; ſiue, vt dicebat ipſe, *non præbiturus anſam certaminis quærentibus inimicis.*

CAPVT LXXX.

Alia cum collegis ſuis.

Sed & cum ſuis ipſe collegis per eos dies offenſione quadam & diſcordia commiſſus ex tali cauſſa eſt. Dabantur in foro gladiatores, & plerique magiſtratuum cuneos in orbem ad ſpectandum inſtruxerant, quos pecunia locarent. Iuſſit eos tolli Caius, quo ſpectare pauperes iiſdem ex locis ſine mercede poſſent. Id quum à nemine fieret, expectans noctem quæ munus anteibat, adſumptis quotquot habebat conductos fabris, omnem illum apparatum amolitus, in ſpectaculi diem populo locum vacuum exhibuit.

CAPVT LXXXI.

Caii ardor obtinendo propoſito.

Hoc facto ſicut apud multitudinem magni & conſtantis viri laudem meruit; ita tamquam nimius & præferocis animi collegarum commouit odia. Erat enim in eo mirus ad res quas animo propoſuiſſet, obtinendas ardor, quem etiam in dicendo quum temperandum eſſe ſciret, temperare ipſe non poſſet, nouo inuento ſeruum muſicum cum eburnea fiſtula poſt ſe collocauit in roſtris, quoties verba ad populum faceret: vt qui modus vocis vbique tenendus eſſet, leui indicio ſubmoneret.

CAPVT LXXXII.

Ab eodem ardore fuiſſe obſeruant, quod præter morem omnium ad eam ætatem oratorum, inter concionandum nudato brachio ambulauit.

Multas Reipub. partes egregie conſtituit.

Cum iſta tamen violentia multas ab eo Reipublicæ partes egregie conſtitutas fatendum eſt: eoque auctore ſubinde quædam Senatus, maieſtate ampliſſimi ordinis digna decreuit. Inter quæ, quum à Proprætore Q. Fabio miſſum Romam frumentum ex Hiſpania eſſet, frumento vendito ciuitatibus, vnde ſumptum fuerat, reſtituta pecunia eſt: Proprætor increpitus, *qui prouinciis imperium Romani populi durum ingratumque efficere inſtituiſſet.*

CAPVT LXXXIII.

Horrea ædificat.

Ipſe legem *de horreis ædificandis* tulit, *in quibus ad vſum Vrbis recondi annona poſſet.* Sed & in Senatores atque Magiſtratus pœnam ſanxit, *ſi quis eorum conueniſſet, coiſſetq., quo quis iudicio publico condemnaretur. & de capite ciuis Romani iniuſſu populi iudicari vetuit.* Sed me iam Vrbanis turbis tradendis fatigatum, ipſa temporum ſeries ad alia vocans, grato munere afficit, vt aliarum commemoratione rerum tam ſæuæ diſcordiæ faſtidium interpoletur.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER SEXTVS ET VICESIMVS.

In locum lib. LXI. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri LXI. Liuiani.

C. Sextius Proconsul, victa Saluiorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam, & calidis & frigidis fontibus, atque à nomine suo ita appellatas. Cn. Domitius Proconsul contra Allobroges ad oppidum Vindalium feliciter pugnauit. Quibus bellum inferendi caussa fuit, quod Teutomalium Saluiorum Regem fugientem recepissent, & omni ope iuuissent: quodque Æduorum agros, sociorum populi Romani vastauissent. C. Gracchus seditioso Tribunatu acto, quum Auentinum quoque armata multitudine occupauisset, à L. Opimio Consule, ex Senatusconsulto vocato ad arma populo, pulsus, interemptus est: & cum eo Fuluius Flaccus Consularis, socius eiusdem furoris. Q. Fabius Maximus Consul, Paulli nepos, aduersus Allobroges, & Bituitum Aruernorum Regem, feliciter pugnauit. Ex Bituiti exercitu cæsa millia hominum centum viginti. & quum ipse ad satisfaciendum Senatui Romam profectus esset, Albæ custodiendus datus est; quia contra pacem videbatur, vt in Galliam remitteretur. Decretum quoque est, vt Congentiatus, filius eius, comprahensus, Romam mitteretur. Allobroges in deditionem accepti. L. Opimius accusatus apud populum à Q. Decio Tribuno plebis, quod indemnatos ciues in carcerem coniecisset, absolutus est.

QVum Italiam C. Fannius Consul prouinciam haberet; collega eius Cn. Domitius in Galliam (Gallia enim huic euenerat) profectus est. Magni iam tum in ea motus erant, & maiores quotidie sperabantur. Salluuiorum potens & bellicosa natio, tentata magis à M. Fuluio, quam victa, suis & accolarum copiis exercitum haud ægre reparauerat. Non igitur leuius C. Sextio, qui Proconsule prouinciam acceperat, quam aduersus integros bellum fuit. *C. Sextii bellum in Gallia.* Præter immanitatem gentium, locorum obstabat asperitas, eoque multis, sed munitis prœliis pulsi, ex facili instaurabant bellum, donec virtute simul & humanitate ducis Romani mitigata nonnihil agrestium hominum feritas cessit. Locus erat calidis & frigidis **CAP. II.**

Eius victoria, & clementia.

fontibus irriguis, vbi collato pede dimicatum, & maior quam antea Salluuiorum strages fuit. Vsus fortuna Romanus, ad oppidum hostium duxit, quod frequens propugnatoribus, quum in potestatem redactum esset, & captiui sub corona venderentur; vnus eorum, Crantor nomine, Proconsulem edocet, *semper se partium Romanarum fuisse, eaque caussa multas à ciuibus suis contumelias, & detrimenta magna passum*, & constabat veram allegationem esse. Tum Proconsul alliciendos magnis præmiis duros animos ratus, non modo Crantorem cum propinquis omnibus libertati restitui, bonaque iis reddi iubet; sed insuper potestatem homini facit, ex omni numero captiuorum capita nongenta liberandi. Hiberna deinde in loco vbi pugnauerat habuit, & quia otium ab hoste erat,

CAP. III.

Aquæ Sextiæ conditæ.

mœnibus excitatis vrbem instituit condere, vocauitque *Aquas Sextias*: quæ hodie manent, quamquam minore fontium fama, quorum magna pars, calidas olim aquas fundere solita, refrixit. Valido deinde præsidio nouæ vrbi imposito, quum litus à Massilia Italiam versus, remotis ad passus mille quingentos, vbi iniquiora loca erant, ad mille passus barbaris, agrum illum Massiliensium ciuitati dono dedit, Romamque profectus, de Liguribus Vocontiis Salluuiisque impetrauit triumphum.

CAP. IV.

L. Aurelius Orestes triumphat ex Sardinia.

Neque multo post L. Aurelius Orestes triumphauit ex Sardinia, quum eam prouinciam quintum in annum obtinuisset, euidenti argumento, haud paruum ibi laborem fuisse, cui conficiundo quinquennium necessarium fuerit, & confecto præmium triumphus. Splendidiores in Gallia Cn. Domitii, qui Consul prouinciam à C. Sextio acceperat, res gestæ fuerunt: quanto cum fortioribus populis, & in nobiliore solo bellatum est. Salluuiorum mala, gentes asperrimas Allobrogum Aruerno-

CAP. V.

Bituiti Regis Aruernorum legatio ad Cn. Domitium.

rumque conciuerant. Allobroges Salluuiorum Regem Teutomalium patria profugum benigne exceperant, omnique ope iuuabant. Miscuerunt cum his Aruerni caussam, quorum Rex Bituitus missa legatione veniam Salluuiorum Regulis postulans, nihil à Domitio impetrauerat. Legationis noua forma fuit, quod hominem præclare vestitum, non modo satellitum, sed etiam canum custodia sequebatur. Aderat & barbarus vates, bardos patria lingua vocant, quo genere magnopere delectantur, qui gentili carmine Regem gentemque & legatum celebra-

CAP. VI.

Ædui Romanorum socii primi trans Alpes.

ret. Quum ab his caussis omnia iam satis ad bellum spectarent, etiam Æduorum querelæ Domitium attraxerunt, quæ prima trans Alpes natio societatem, & amicitiam Romanam concupiuit: auide & nostris ansam distinendi Gallias arripientibus; quarum concordiam, experti ferociam singulatim nationum, haud iniuria metuebant. Quum igitur summa in hoc populo auctoritas esset, præ cæteris gentibus omnibus honorifice ab

Romanis habiti, multisque Senatusconſultis *fratres ac conſanguinei populi*
Romani ſunt appellati. Quo infeſtius à gentibus, quæ nihil æque ac Ro- CAP. VII.
manum nomen oderant, premebantur: Aruernis etiam æmulatione
principatus ſtudioſius in id bellum incumbentibus. Quorum tantæ per
id tempus opes fuerunt, vt ſupra ducenta armatorum millia in aciem poſ- *Aruernorum*
ſent educere: pecuniæ ita copioſi, vt Luerius Rex per campos patentes *opes.*
carpento inuectus, nummos aureos & argenteos, colligendos populari-
bus, per luxum & oſtentationem opulentiæ ſparſerit: ſepto deinde qua-
drato effecto, quod omnem in partem ſpatii paſſus mille quingentos
amplecteretur, lacus in eo precioſa potione repletos dederit, cum tanta
eſculentorum abundantia, vt vnicuique volenti per multos dies comeſ-
ſandi copia fieret, adſtantibus perpetuo qui miniſtrarent. Huius filius CAP. VIII.
Bituitus tum Aruernis imperabat, patre ſuo non opibus, non animo mi-
nor. Ita quum hinc Allobroges, inde Aruerni crebras & validas in
agrum Æduorum incurſiones facerent, villas vaſtarent, oppida expugna- *Domitius Al-*
rent, excitatus ſociorum precibus Domitius exercitum finibus Allobro- *lobroges bello*
gum admouet. Inter hæc L. Opimius, Q. Fabius Maximus Æmiliani fi- *petit.* A. V. C.
lius, Conſulatum inierunt. quo anno circa Solem arcus apparuit: maxi- DCXXXII.
mo optimi vini prouentu, quod Opimiani nomine nobilitatum, in mul- *Vinum Opimianum.*
tos deinceps annos incorrupta bonitate durauit. Conſulibus prouin- CAP. IX.
ciæ Italia & Gallia decretæ, hæc obuenit Q. Fabio: Italiam obtinuit L.
Opimius, *Cn. Domitius exercitum ſuum Proconſulari imperio retinere* iube-
tur: nec enim auocari eum à legionibus ratio belli ſinebat, quum inſta-
re conflictus videretur, priuſquam ſucceſſor proficiſci in prouinciam
poſſet: & eſſe duos in Gallia duces totidemque exercitus ex vſu & ne-
ceſſitate temporum videbatur. Neque falſi opinione ſua Patres ſunt. *Prælium committitur.*
Domitio quum hoſtes occurriſſent, neutra parte pugnam detrectante,
quia Romanus viribus ac disciplina valebat, Allobrogum ingentes copiæ
maximis Aruernorum auxiliis auctæ erant, ad confluentes Sulgæ flumi-
nis & Rhodani, iuxta Vindalium, id oppido nomen traditur, acri prœ-
lio concurſum eſt. Ibi victoriæ magnum momentum elephanti attu- CAP. X.
lerunt, rarum in Romana acie præſidium. horum inſolita forma ac ſtri- *Victoria Romanorum.*
dore hoſtium agmen exterritum, iumentis maxime per conſternationem
& tumultum ſoluentibus ordines fuſum fugatumque eſt. captiuorum
millia tria fuerunt. cæſorum maior numerus, *ad viginti millia cecidiſſe* re-
feruntur. Dum hæc trans Alpes geruntur, fœdius in Vrbe certamen
inter ciues, & occiſis inſignibus viris funeſta victoria fuit. iam enim
Gracchanorum motuum euentus exſequi tempus monet. Profeſſas in-
uicem inimicitias L. Opimius & C. Gracchus proximis aliquot annis
alue-

aluerunt, non ſine mutuis contumeliis ac periculis, vtrisque vt fit, aduerſarium quouis modo deprimere ſtudentibus.

CAP. XI. *Opimius curat, ne Tribunus reficiatur Caius.*

Opimius per factionem Caii ſerius Conſulatum adeptus, vicem ei reddiderat, curato, ne Tribunicius Comitiis ſuffragia quæ plurima tulerat, ex fide renunciarentur. id quamquã controuerſia nõ caret, probabilius effecit inimicorum inſultatio, qua & ipſe commotior, *riſum eos ridere Sardonium* dixit, *ignaros, quantũ ipſis tenebrarum actionibus ſuis offudiſſet.* At L. Opimius omnia ſibi Conſuli contra priuatum proniora videns, nullum non lapidem mouebat, vt contumeliis iniuriisque irritatum iuuenem ad violentius aliquod factum impelleret, quo fratris exemplo perderetur.

CAP. XII. *Leges eius ſubuertere conatur.*

Igitur dum ille cum M. Fuluio Flacco, conquirendis per Italiam colonis occupatur, qui Carthaginem deueherentur, Conſul omnes ſuas artes viresque ad ſubuertendas eius leges, tollenda acta explicat. Præcipue *terminorum à lupis motorum prodigium* celebratur. *tantum non voce miſſa monere Martium animal, non eſſe diis cordi eam inſtaurari vrbem, quæ de imperio terrarum orbis cum populo Romano dimicaſſet. eo iam progreſſos amentiæ homines, vt non ſolum conſulta Patrum pro nihilo ducerent, ſed neque deorum cærimoniis, & formidabili religione mouerentur.*

CAP. XIII. *Coloniam Carthaginenſem impugnat.*

Plane de ruinis Carthaginis ædificandis cogitationem vllam ſuſcipiendam non fuiſſe: nunc autem, quia quod factum eſſet, mutari nequiret, prouidendum ne in pernicioſo incepto pergeretur; orandosq́ deos, vt quidquid his auſis contractum piaculi eſſet, id omne ſalua Republica ſuis periculis auctores luerent. His ſermonibus quum acceſſiſſent augurum reſponſa, motus eſt Senatus, vt *cum populo ea de re agi* iuberet. Promulgauit legem ex Senatusconſulto M. Minucius Rufus Tribunus plebis. Id quidem haud citra magnum dolorem, ſed tamen ciuiliter laturus Caius videbatur, ſiue magnitudine periculi appropinquantis ſegnior; ſiue damnata ſpe curandi ciuitatem, tot vitiis ægram, & aliorum improbitate, aliorum ſtultitia, quotidie in maiora mala præcipitem.

CAP. XIV. *Caius reſiſtit, auctore & ſocio M. Fuluio.*

Sed deſidentem eius impetum amici, & princeps omnium M. Fuluius exſtimulauit, prouecta iam ætate ſed iuuenili temeritati propior. Surgit de integro acerbior quam antea vnquam contentio Triumuiri furentibus ſimiles in forum prouolant: Senatui conuicium ingens faciunt: *nihil in Africa triſte viſum: artes has locupletium eſſe, qui defenſores plebis, actaque Reipublicæ ſalutaria vt euerrant, conſumptis fruſtra machinationibus aliis, ad ficta prodigia ſe receperint.* leuiſſimus quisque de plebe criminationibus eorum facile credit, magna hominum multitudo agglomerata impellit vltro ruentes, ſocietatemque laborum ac periculorum pollicetur.

CAP. XV. *An etiam matre Cornelia?*

Aiunt & matrem Caii Corneliam, conductos clam mercenarios, ſpecie meſſorum, à Miſeno in Vrbem miſiſſe: idque ex epiſtolis eius intelligi poſſe, quibus per verbo-

verborum ambages consilium suum filio significasset. Sed incerta ea fama est, & ex diuerso asseritur, inuitissima matre postremas actiones Caium suscepisse. Die comitiorum quum populus prima luce Capitolium impleuisset, iamque M. Flaccus cum eo agere exorsus esset, magno stipatus agmine Caius eodem contendit: sed impeditus inimicorum occursu, declinato comitio in porticum secessit, donec quid agendum pro tempore esset, consideraret.

CAP. XVI. *Consulis præco à Gracchana turba interficitur.*

Interim Q. Antyllius Opimii præco, quum à sacrificio Consulis exta deportaret, turbam Triumuiralem findens, *date locum*, exclamat, *bonis ciuibus improbi*! Simul nudatum brachium turpiter commotum exporrigit. in contumeliam id acceptum, stylisque longioribus, qui de industria præparati cædis caussa dicebantur, confestim homo confossus est. Qui Graccho iniquiores sunt, *nihil contumeliose dictum factumque ab Antyllio* tradiderunt, *sed hunc in porticu sacrificantem, quum præteriret Gracchus, iniecta manu rogauisse, patriæ parceret.*

CAP. XVII.

Tum Graccho tamquam ad cogitati sceleris exprobrationem toruum intuente, clientium aliquem, nec voce vlla, nec signo exspectato, sed ex vultu mentem perspexisse ratum, districto pugione cædem patrauisse.

Rem ægerrime ferente Caio.

Vtcumque res gesta est, ægerrimo animo tulit eam Caius: quumque se purgaturus in forum descendisset, nec audire quisquam sustineret, cæde enim cognita, nescii vbi constitutum id exemplum esset, templo diffugerant, & tentantem dicere, tamquam ciuili sanguine pollutum auersabantur; magno dolore correptus, turbam suam increpuit, *quod inimicis iampridem hoc quærentibus, colorem aduersus sese præbuissent.*

CAP. XVIII. *Cui tamen magnam inuidiam conflat Consul.*

Neque defuit Consul occasioni, quin magnam Caio inuidiam conflaret, quasi ciue interfecto, concionem etiam à Tribuno plebis auocare ausus esset. Dato deinde certis hominibus negotio, vt ante lucem armatos in Capitolium adducerent, dimissis præconibus Senatum indicit. ipse æde Castorum occupata, occasionem suam operitur. Irritatis omnium animis, non tamen vlterius ea die processum: & imbre coorto Caius atque Fuluius rebus præsentibus mœsti, sua quemque manu comitante, domos discesserunt. cetera plebs, vt in magno discrimine ciuitatis, forum de media nocte occupauit.

CAP. XIX. *Etiam corpore Antyllii ad Curiam delato.*

Vbi diluxit, & Senatus conuenerat, nudum Antyllii corpus cum gemitibus & ploratu portantium per forum defertur ad Curiam; conscio omnium Consule sed per dissimulationem mirabundo, quæ caussa luctum istum excitaret? procurrentibus ad visendum Senatoribus, quum depositus in foro lectus esset, varii animorum motus fuerunt. Patres velut sæuum ac triste facinus impense miserabantur; vulgus ira & indignatione fremebat, *quanam illa prauitas animorum esset, vt qui Tib. Gracchum Tribunum plebis in Capitolio interfecissent, insepultumque abiecissent; iidem nunc ap-*

paritoris Antyllii non iustissimam forte necem, sed cuius ipse caussam præbuisset, CAP. XX. *tanta cum doloris demonstratione deplorarent. propositum in foro cadauer esse mercenarii hominis, circumstare Senatum, tamquam in magna Reipublicæ calamitate tristem: at hos tam bonos ac misericordes animos, eo ipso tempore nihil aliud agitare, quam quibus modis vnum reliquum Romanæ plebis adsertorem circumueniant.* Non obstiterunt hæ querelæ quo minus in Curiam regressi Patres, M. Æmilii Scauri sententiam sequuti, Senatusconsultum, quale in extremo metu solet, facerent: *Quod L. Opimius Consul verba fecit de Republica, de ea re ita censuerunt, Vti L. Opimius Consul Rempublicam defenderet.*

Senatusconsulto Respubl. Consuli commendatur.

CAP. XXI. *Consul arma parat contra Caium, & Flaccum.*

Hoc accepto Senatusconsulto L. Opimius *Senatu in armis adesse, equitibus præterea binos seruos armatos adducere* iussis, Caium & Flaccum ad rationem actorum reddendam in Curiam arcessit. Vicissim & Flaccus præsidium quantum potest cogit, certus vitam atque dignitatem, si iure non liceat, armis defendere. Longe alia Graccho mens erat. solus & inermis perire malebat, quam cum periculo & clade ciuium vincere. Sed foro digrediens quum forte præter statuam patris via duceret, diutule ad eam substitit, nullaque voce edita, tantum lacrumis & gemitu prorumpentibus, discessit.

CAP. XXII. *Caius quiescit: Flaccus tumultuatur.*

Id conspectum incitamento multis fuit, vt *sine summo suo scelere deseri posse* negantes domum eius contenderent, eumque actis tota nocte excubiis custodirent. Et hi quidem ceteroquin quieti, suum ac Reipublicæ tempus mente solicita metiebantur: ad Flaccianas ædes non eadem modestia erat, quum ipse inter primos multo mero inebriatus, pleraque præter ætatem indecore iactaret ageretque, & ducis exemplo factio ex fæce plebis collecta, cum multis in primores Patrum liberis dictis, vsque ad diluculum vino ac clamoribus omnia replerent.

CAP. XXIII. Luce orta M. Fuluius ægre à somno excitatus, spoliis Gallicis, quæ domi à triumpho habebat, armat suos, & ad collem Auentinum occupandum proficiscitur. Armauit & Caius familiam, ipse breuem pugionem sumpsit, inermis cetera, togatusque tamquam ad forensem actionem exiuit domo.

Caium vxor detinet.

Ibi coniunx occurrit Licinia, unaque manu filium communem, altera virum tenens, *quo ruis*, inquit, *Cai? non ad Rostra te, vt olim, dimitto legulatorem sacrosancta potestate præditum, quamquam & hæc in fratre tuo violata est. ne aduersus hostem quidem dimicaturus egrederis, vt si quid humanitus contigisset, luctum liceat consolari. acerbissimis inimicis Semproniæ domus, Tiberii Gracchi interfectoribus temet obiicis, nudum quidem recte, nam in ciuilibus discordiis perire quam perdere viro bono conuenientius: sed in nullum patriæ vsum debitam illi vitam profusum ire, cum nulla officii laude, crimen habet temeritatis.* Non es nescius *regnare vim in foro & comitiis: ferro, non iure, controuersias transigi: etiam vltra mor-*

CAP. XXIV. *Tiberii fatum ob oculos ei ponit.*

tra mortem extendi odia, & amisso spiritu, corpus exanime ludibrio & pœnis destinari. si ad Carthaginem aut Numantiam Tiberius cecidisset, indiciis factis ad sepulturam repeti cadauer potuit: nec enim vel infensissimi hostes funeribus occisorum inuident. sed in hac Vrbe quo euaserit improbitas vides. me miseram! quid ego scio, si non flumini aut mari mox supplicandum erit, vt corpus con- CAP. XXV.
tumulandum restituant: nam quid vsquam sanctum intemeratumq́; esse queat, vbi Tiberius occidi potuit? quid vero posthac aut legibus credas, aut quam vltra spem habeas in tutela deorum? Inter hæc lamenta Gracchus clementer laxatis mulieris amplexibus, tacitus cum amicis digredi cepit. mulier togam abeuntis præhendere conata, procidit humi: quumque diu sine voce iacuisset, tollitur à seruis, & in ædes fratris Crassi deportatur. Caius atq; *Caius & Fuluius ædem Dianæ muniunt.*
Fuluius sociatis in Auentino consiliis ædem Dianæ muniunt, *etiam seruos ad pileum vocatos, quamquam sine successu*, quidam auctores prodiderunt: quod placidis Caii moribus parum congruit, nisi forte in extremo periculo nullum esse contemnendum auxilium existimauit. Ne tamen quid- CAP. XXVI.
quam retinendæ concordiæ intentatum relinqueret, Fuluio persuasit, vt *Fuluius tamen filium de pace legatum mittit.*
Quintum filium minorem cum infulis mitteret in forum, existimans, ob innocentiam adolescentiæ, gratiosum hunc & vtilem impetrandæ paci legatum fore: namque annum duodeuicesimum necdum transgressus, ingenua formæ pulcritudine excellebat. Atque hic vbi vultum verecundia & lacrumis perfusus, mandata modeste ac decenter exposuit; haud pauci præsentium ad conditiones inclinabant. quum Opimius Consul, *ipsos*, inquit, *venire positis armis oportuit, seque Senatus arbitrio permittere. tu igitur hac nunciaturus abito, & nisi acceptæ conditiones erunt, ne reuertitor.* Aiunt his renunciatis paratum fuisse Gracchum descendere CAP. XXVII
& reliquis omnibus reclamitantibus retentum. Ita remittitur cum prioribus mandatis adolescens, & à cupido pugnandi Consule in vincula coniicitur. continuo valida manus cum iustis armis, & Cretenses sagittarii multi in Auentinum mittuntur. Hos D. Brutus vir Consularis, qui *Pugnatur in Auentino.*
socer Caii fuerat, per Cliuum publicum ductos, adoriri iudicatos hostes iubet. Fit acris pugna, ferociter dimicante Flacco. P. Lentulus princeps Senatus graue vulnus accipit, donec amissis hominibus ferme ducentis quinquaginta, qui maxime sagittis eminus confixi fuerant; & diffugientibus reliquis, M. Fuluius vna cum maiore filio, per ædem Lunæ, in cuiusdam noti domum perfugit. Ibi quum in balneum quod- CAP. XXIIX.
dam neglectum olim se abdidisset, & inimici latebras eius ignorantes, toti vico incendium minitarentur; territus qui receperat, quum indicium facere verecundaretur, subornauit proditorem. ita reperti, tamen obie- *M. Fuluius cum filio interficitur.*
ctis foribus se defendebant, donec rescisso cratitio pariete iugulati sunt.

Caium manus conserere cum ciuibus nolentem, in Dianæ fanum abstulit prima fuga. Vbi præ dolore manus sibi inferre parantem fidissimi amicorum Pomponius & P. Lætorius attinuerunt: quamquam alii pro

CAP. XXIX. Caius fugit.

Lætorio Licinium nomen ponunt. Sic extortus iuueni pugio, ac ipse in fugam abreptus est. Ibi genu posito tetendisse ad simulacrum deæ manus dicitur, cum imprecatione in Romanam plebem, *faceret dea, vt ingratus & desertor suorum populus, perpetuam nobilitati seruiret seruitutem.* Subito enim, quum promissa voce præconis impunitas arma ponentibus esset; ab vniuersis se relictum animaduerterat. Familiares tamen aliquot amicique pro eo adhuc propugnabant: quorum ope vix ad portam Trigeminam & Sublicium pontem peruenire potuit. ibi Pomponius Eques Romanus & Licinius (siue is Lætorius fuit) more Coclitis pontem obiectu corporum suorum clauserunt irruentibus. postremo his quoque, dubium suo an hostili ferro interemptis, parum, ne comprænderetur

CAP. XXX.

Gracchus, aberat. Plurimi enim eum, nec ab odio magis, quam auaritia persequebantur; quia Consul *caput eius auro pensaturum* edixerat. Igitur perterritæ multitudine, cui eousque charissimus fuerat, nemo aut defensor capitis eius, aut adiutor fugæ exstitit: tantum, velut ludicri certaminis spectatores, properare eum hortabantur; adeo non ferentes opem, vt equum petenti nemo sustinuerit adducere (nam à templo Dianæ desiliens talum intorserat) hactenus omnium animi perculsi victoria Senatus erant. Iam in lucum Furinæ, qui trans Tiberim est, peruenerat; quum propinquis admodum Opimii satellitibus, occupandum fati arbitrium ratus, iugulum seruo præbuit; qui dominum & mox se-

Iugulum seruo præbet.

CAP. XXXI.

metipsum super domini corpus interfecit. manauit tamen & hæc fama, *viuum vtrumque depræhensum à percussoribus esse: atque ab his seruum primo, qui Gracchum suo corpore tegebat, deinde Caium obtruncatum esse.* De fide hominis consentitur: auctor mortis & nomen in incerto est. quidam *Philocratem*, plures *Euporum* prodiderunt. Capita Flaccorum & Gracchi relata sunt ad Consulem: haud pari crudelitatis præmio. nam tenuiorum gratuita opera fuit: L. Septimuleio Anagnino, qui lancea præfixum

Capita occisorum ad Consulem referuntur.

CAPVT XXXII.

Septimuleius ceruici Gracchi plumbum infundit.

Caii caput attulerat, æquale auri pondus persolutum est. eademque res & Consulis capita ciuium licitantis, & Septimuleii multa sugillatione non caruit; qui quum inter familiares Gracchi fuisset, non modo casum amici non est miseratus, sed etiam *caput sua manu præcisum, aut obscuro cuidam homini, qui amputauerat, quæstus caussa ereptum, in ædes suas detulisse* dicitur: *ibiq. ceruice perforata cerebroque exempto, plumbum infudisse.* certe quum appensum caput fuisset pondo septemdecim cum besse pependisse adnotatum est. Atque hic merito deinceps in odio & contemptu

omnium

omnium exegit vitam, etiam Prætoris Q. Mucii faceto dicto notatus. nam
petenti, *vt ſe præfectum in Aſiam duceret, quid tibi vis*, inquit, *inſane? tanta*
malorum eſt multitudo ciuium, vt tibi ego confirmem, ſi Romæ manſeris, te pau-
cis annis ad maximas pecunias eſſe venturum. Hunc ad modum peremptis CAPVT
ducibus, Conſul in ceteros tam acerbe quæſtionem eius criminis exer- XXXIII.
cuit, vt *ſupra tria millia hominum plerumque indicta cauſſa, in carcere Trium-* *Conſul acerbe*
uirali ſupplicio necata referantur, *bonis publicatis, corporibus in profluentem* *querit in Gracchanos.*
abiectis. Gracchi tamen truncus, miſericordia quorundam, an ſpe
præmiorum, nec enim memoriæ proditum eſt, extractus aquis, &
Miſenum ad matrem Corneliam deportatus. Flaccus adoleſcens,
quod accepto mortis arbitrio non vteretur, in robore necatus eſt.
Huic etiam, quemadmodum C. Graccho, fides amicorum, quum ſalutem CAPVT
dare non poſſet, ſocietatem mortis præſtitit, haruſpex Tuſcus, flentem XXXIV.
in vincula publica duci videns, *Quin tu hoc potius*, inquit, *facis*: & cum *Haruſpicis Tuſci*
dicto caput illiſit in poſtem lapideum ianuæ carceris, effuſoque cerebro *factum, fatumque.*
exanimis corruit. Memoria quoque occiſorum damnata, viduis luctu
interdictum: Licinia Caii dote inſuper ſpoliata eſt: M. Fuluii diruta
domus, *area Flacciana* appellatur. Omnis iſta ſeueritas, quum à priua-
to magis odio, quam publici boni cogitatione profecta videretur, ma-
gis ad inuidiam Conſulis, quam ad auctoritatem valuit. vtique poſt- CAPVT
quam Vrbe luſtrata, Concordiæ fanum ex Senatusconſulto L. Opi- XXXV.
mius in foro poſuit. tamquam enim de ciuibus interfectis tropæum *Concordiæ fanum*
frementes intuebantur, noctuque titulis dedicatæ ædis interpoſi- *in foro ponit*
tum carmen eſt, quo *templum iſtud Concordiæ opus eſſe vecordiæ* ſignifica- *Conſul.*
retur. Hunc curſum exitumque vitæ nobile par fratrum habuit: quaſi
quibus natura & educatio ingenium & alia præclara ſimiliter contule-
rant, eos etiam germanis, vt ita dicam, caſibus fatorum induſtria damna-
uiſſet. Vterque inſignis animo, & par cuilibet ducum futurus: tum CAPVT
abſtinentia & facundia inter præcipuos fuit. vterque amore Reipubli- XXXVI.
cæ, quam oppreſſa plebe ingenua, ſenſim robore virorum ſubducto la- *Gracchorum*
befactari per auaritiam principum intelligebant, arduum opus, & ad ex- *elogium.*
tremum infelix moliti, quorum conſulere commodis ſtuduerant, eo-
rum metu proditi, haudquaquam dignam ſanctiſſimi propoſiti merce-
dem retulerunt. Poſtea tamen, vt vera rerum precia mortales ſero in-
telligunt, reuixit ipſorum in mentibus ciuium amor, vt & effigies ha-
berent propatulo, & primitias fructuum locis, vbi interfecti illi fuerant,
libarent: quibusdam etiam quotidiana ibi ſacra facientibus, adoranti-
busque tamquam ad puluinaria deorum. Paulatim enim, quidquid a- CAPVT
XXXVII.

Libertas interitu plebis libertas occidit.

ctionibus Gracchorum partum fuerat, quum plebi detraheretur, tum demum vidit cum his fratribus libertatem suam interisse. Neque multo post lege lata permissum, litigiosos agros possessoribus accepta pecunia relinqui, quod superior Gracchus vetuerat. patefactaque diuitibus via est, partim precio, partim calumniis aut vi extrusis pauperibus, fundos suos in immensum amplificandi. Quod vbi continuis querelis molestum & infame fuit, Sp. Thorius in totum abrogauit agrarias leges, instituto *vt agris penes pristinos possessores manentibus, vectigal divideretur plebi.*

CAPVT XXXIIX.

Sic egestati ciuium nonnihil consultum, frequentiæ detractum est: & circumscriptis semel hac astutia legibus, vt nihil improbæ cupiditati satis est, diuites haud ægre Tribunum alium repererunt, qui etiam vectigal tolleret. ita seruilem in modum oppressa plebe rata Caii morientis imprecatio fuit. Quin & publicæ mox calamitates ab hoc initio prodierunt. ciuium ac militum infrequentia orta. ærarium populi Romani defraudatum. legum etiam Gracchanarum velut obliuio & interitus sequutus, quum per annos ferme quindecim ex iis iudicia nulla aut rara agerentur.

Publicæ calamitates inuectæ sunt.

CAPVT XXXIX.

Corneliæ matris Gracchorum constantia.

Non omittenda mihi videtur hoc loco Corneliæ constantia, quæ vitam vltra hæc tempora produxit in Miseno, quo post Tiberii necem, Vrbem perosa, secesserat. Magnifica mulier & erudita, doctorum hominum, etiam è Græcia, conuersatione dolorem animi leniebat: sociorum Regum omnium amicitias retinens, muneribusque colere ac coli solita. Frequentes igitur domi illius hospitum aduentus erant, quoties acta dictaque & interiorem vitam patris Africani referret, cum voluptate auscultantium: iidem stupebant, quum audirent fata filiorum eo vultu ac voce narrantem, tamquam aliena ac vetera mala exponeret.

CAPVT CAP. XL.

Eius dictum de locis vbi filii ceciderant.

Nam & ad cetera omnia nullum mœroris signum edebat, & quum *in locis sacris occisos diceret*, amabat addere, *dignos esse illos eiusmodi defunctis tumulos.* Vnde quidam senio & calamitate emotam ipsi mentem indicarunt: amentes ipsi, quos falleret, quantum etiam in muliebribus animis, ad humana bene ferenda valeat recta indoles, cum bona educatione, & iis studiis, quæ omnia mortalium caduca & fluxa esse docent, neque secundis rebus abuti ad superbiam, neque ad vilitatem aduersis compelli patiuntur.

CAP. XLI.

P. Popilius ab exsilio redit.

Sub idem tempus, quod interfectis inimicis res matura videbatur, *de P. Popilli reditu*, quem priore Tribunatu suo C. Gracchus expulerat, L. Calpurnius Bestia Tribunus plebis ad populum tulit. multisq; vt pro nobilissimo homine, cognatis adfinibusque, sed maxime filiis adolescentibus deprecantibus, populus reditum iussit. Idem annus sicuti Romam Vrbem discordia, ita Siciliam

pariter

partem incendiis & ruinis lacerauit. auditaque Catanensium legatio est, *sibi Ætnæ montis viciniam, sæpe & antea grauem, tum propemodum exitiosam fuisse. Nam ab eo monte torrentibus ignium profusis, fines suos omni hostili impressione fœdius vastatos. vrbis quoque tecta mole cinerum oppressa, ardore exusta passim concidisse.* Senatus leuamen malorum, immunitatem tributorum atque vectigalium omnium in annos decem dedit. Dum ista Romæ geruntur, Q. Fabius Consul, quum in prouinciam venisset, aduersus Bituitum Aruernorum Regem, qui à priori clade, ex Allobrogibus, Ruthenisque,& sua ciuitate, haud minorem pristino exercitum conflauerat, versus Isaram flumen, haud procul Rhodani confluentibus progreditur. Hostes, etiam paucitate Romanorum animosi, quam *vix canibus,quos haberet in agmine,suffecturam* Bituitus iactitabat, primo quoque tempore cupiebant confligere: nihil aliud metuentes, quam ne paratam è manibus elabi victoriam finerent. quod intra hominum millia triginta Consul adduxisset. Ab hac fiducia quum multa negligenter & temere fierent, ea Consuli patefacta occasio est, vt quamquam febri quartana, seu quemadmodum alii scripserunt, recenti vulnere debilis, suo tempore locoque vtendum iudicaret. Namque Bituitus, licet Rhodanum ponte iunxisset, transferendis celerius copiis tumultuarium alterum ex lintribus struxit, quos, imposito ex asseribus tabulato, catenis ferreis reuinxerat. Regio ob viciniam montium, partim aspera collibus, partim aquis interrupta, mediocribus quam magnis exercitibus instruendis habilior erat. accedebat tempus anni, magnis caloribus, quorum impatientes Galli sunt, momentum allaturis victoriæ. nam A.D. VI. Id. August. dimicatum est. Igitur curru circumuectus agmen, aut si in pedes se demisisset, proximis ægrum sustentantibus, ordinabat aciem, milites cohortabatur, quid fieri in pugna vellet, edocebat. Diligentiam consiliumque Consulis ingens victoria, & quanta ex eo hoste parta numquam fuerat, approbauit. Ad ducenta millia Gallorum fuisse referuntur. Ex his qui minimum, *centum viginti millia cæsa*; qui plurimum, *centum quinquaginta interempta armis, aut aquis suffocata* prodiderunt. nec insignior victoria clade hostium, quam victoris exercitus incolumitate fuit: *ex quo milites omnino quindecim amissi* referuntur. Satis apparet, subito inuadentium impetu perterrefactum hostem, quum & multitudine sua, & transeundi studio præpediretur, neque explicatam aciem, neque omnino prouisi paratiue quidquam ad prœlium habuisse. Igitur pugna cadentium magis numero, quam pugnantium robore, satis diu sustentata, postquam perditas esse res apparuit,

CAP. XLII. *Ætna horribile incendium.*

CAP. XLIII. *Bituiti Regis Aruernorum bellum cum Q. Fabio.*

CAP. XLIV.

Prælii tempus.

CAP. XLV. *Aruernorum clades.*

ruit, ad pontem confusis ordinibus multitudo ingens properauit. qui
mole pressas, dissolutis vinculis, multa hominum millia medus in flu-
CAP. XLVI. ctibus rapidissimi amnis exposuit. Consul rebus ex animi sententia pro-
Victoria pra- cedentibus, etiam corporis sanitatem ex ista acie retulit, siue animi in-
mia. tentio & labor hortantis suos dispulit febrim; siue lætitia victoriæ ex-
cussit. Res enim sane magna gesta erat: potentissimæque ciuitates,
non tentandam vltra fortunam belli ratæ bonis conditionibus in fidem
acceptæ. ex vnius nomine Fabius *Allobrogicus* appellatus. Populos i-
stos reperio, quum duplici clade perculsi, non tam de pace petenda,
quam ab vtro Imperatore peteretur, agitarent (nam adhuc proconsule
imperium in eadem prouincia Cn. Domitius obtinebat) tandem ob
maioris potestatis nomen, & quod verum rebantur, ei se finiti belli glo-
riam dare, cui illustriorem de se victoriam dii dedissent, ad Consulis
CAP. XLVII dextram confugisse. Quod quia Bituiti Regis auctoritate factum dice-
Bituitus fraude batur, Cn. Domitius, qui pacatæ Galliæ titulum ardenter concupiue-
Cn. Domitii rat, vlcisci dolorem suum minime commendabili arte statuit. Quip-
capitur. pe Bituitum, quasi de maximis rebus colloqui cum eo cuperet, in sua
præsidia euocauit. qui vbi positis iam armis nihil vltra metuens, Gal-
lica simplicitate venisset, hospitio exceptum hortari cepit, *vt ad satisfa-
ciendum Senatui Romam proficisceretur*: deinde recusantem in vinculis im-
posuit naui, deportandumque in Vrbem curauit. Senatus, quamquam
Domitii factum probare non posset, quieti tamen pacique dandum pu-
CAP. XLIIX tauit, ne hac iniuria exacerbatum in patriam remitteret. Sed & *filium*
Cogentiatus Bi- *eius Cogentiatum comprahendi, Romamq; mitti: ipsum Albæ in custodia haberi*
tuiti filius Ro- placuit. Adolescens Romæ liberaliter educatus, quum beneficio Se-
ma educatur. natus in Regnum postea reuertisset, amicitiam Romanam constanter re-
tinuit. Allobroges Senatusconsulto in deditionem accepti sunt; Ar-
uernis etiam & Ruthenis pax data: stipendium neutris impositum. In-
terea Q. Cæcilius Metellus Balearicus, pacatis insulis istis, coloniisque
CAP. XLIX. tamquam fræno impositis, Vrbem triumphans ingressus est. Magistra-
A. V. C. tum deinde noui Consules inierunt P. Manilius, C. Papirius Carbo.
DCXXXIII. His Consulibus L. Calpurnius Piso, Q. Cæcilius Metellus, qui paulo an-
te triumphauerat, Senatu recensito principem legerunt Q. Metellum Ma-
cedonicum, Censoris patrem. Magna tum omnium exspectatione iudi-
L. Opimius ob cium L. Opimii agitatum est; quem simul abiisset magistratu, P. Decius
cædem Gracchi Tribunus plebis die ad populum dicta, corripuerat. *Violatas ab eo leges*
accusatur. obiectabat, *quæ ciuem Romanum indemnatum necari vetuissent.* at reus au-
ctoritate Senatusconsulti se defendebat. Id ipsum arguebat accusator,
CAP. L. simul Senatui creans inuidiam. *Quid enim posthac*, inquit, *certi vobis fi-
dique*

dique iuris erit, Quirites, si leges pro salute vestra, & quod saluti anteponitis, pro libertate, sanctissimis carimoniis latas, vbi factioni paucorũ, qui regnum in curia obtinent, visum fuerit, quolibet Senatus nutu tollentur? Ad triam illia, horresco referens, ad tria millia ciuium Romanorum in carcere necata sunt: neque miseris aut innocentia sua, aut ad populum Romanum respectus; ne Porciæ quidem Semproniæque leges profuerunt.

Accusatoris oratio.

CAP. LI.

Gracchum suæ leges non defenderunt.

Quamquam quid ego Sempronias leges aduoco, quæ in ipso auctore violatæ sunt? C. Gracchum, Tib. Gracchi filium, P. Africani nepotem, iterum Tribunum plebis, suæ leges defendere non potuerunt, quo minus inauditus, indefensus, sine iudicio, sine iure, sine more mactaretur! His enim hostiis superbissimorum hominum crudelitas gaudet: neque gratior cadere victima vestræ libertatis hostibus potuit, quam qui eam aduersus impotentiam illorum constantissime adseruerat. Atque huius quidem viri vitam defendi omni ope oportuerat, sed id quidem quia fatali quadam consternatione prætermissum est; saltem vlcisci, non magis ipsius, quem qualiscunque exitus simul malis omnibus liberauit, quam vestra liberorumque vestrorum interest.

CAP. LII.

In Opimium inuehitur.

quis enim posthac deorum hominumue, quemquam Quiritium C. Gracchi leges inuocantem feret; nisi C. Gracchum sua lege hoc tempore, & in hoc reo vindicatis? Cuius ego rei frontem audaciamque miror, qui non vt biennio ante P. Popillius, vltrò cessit Vrbe, conspectumq; vestrum reueritus est, quo ille pudore misericordiam vestram recte meruit: sed offert se, adsistit, adspicit adspiciturque, vix molliore vultu, quam nuper fuit, quum iuuenem Tribunicium, quum senem triumphalem, quum deinceps ex vestro numero cohortes innocentium interfici iuberet. Responde L. Opimi, quæ tibi mens eo tempore, quod consilium fuit, vt inauditi exempli auctor, precium in caput, non dicam C. Gracchi, sed omnino ciuis Romani constitueres?

CAP. LIII.

Etiam in Senatum, sex obliquum.

Quid vmquam tam nefarie vel acerbitas Regum, vel libido decemuirorum prodidit? Hoc vtique non iussit Senatus in quem transferre criminum tuorum inuidiam soles. ex Senatusconsulto feci. Tune tibi, si maxime Senatus auctor fieret, ius & fas omne conculcandum, populi libertatem obterendam, legum reuerentiam abiiciendam putes? Miseram vero ciuium Romanorum conditionem, quorum terga ceruicesque non diutius tutæ erunt, quam donec infestus plebi Consul, sui similium conspiratione, Senatusconsultum ad occidendos sine iudicio ciues fecerit! Sed alia nunc non exsequar.

CAP. LIV.

Leges Senatusconsultis tolli posse negat.

id dii ne sirint, vt quod post longum & accuratum examen vniuersus populus Romanus iusserit, hoc pars aliqua, nec maxima, ciuitatis, possit vno tumultuario decreto tollere! nam hæc quidem si inualuerit consuetudo, actum est, Quirites. quis enim præstabit, ne quotidie deinceps aduersus leges Senatusconsulta fiant, & facultates nostræ, corpora, liberi, coniuges, quidquid charum vnicuique sanctumque est, quotidie ex paucorum dominorum arbitratu pendeat?

CAP. LV.

Quæ enim tam atrox caussa extremæ necessitatis Senatusconsultum extorsit? An ad portas Hannibal

Nullum periculum a Gracchis fuisse. *erat, aut Capitolium Herdonius aliquis occupauerat? Aduersus inermem adolescentem armanda seruitia, ducenda peregrina auxilia erant, vt Cretensium sagittis, in ipsa Roma ciuium Romanorum corpora velut per ludibrium figerentur. At horrenda res inciderat, Q. Antyllius praeco interfectus. Fateor id quidem non oportuit: sed quo merito C. Gracchus inuidiam facti tulit, quod constat neminem omnium accidisse acerbius? Scilicet hic Senatum accendit dolor, & ad vlciscendam ciuis Romani necem iusta indignatione commotus est!*

CAP. LVI. *O misericordes Patres! Quis tam nesciat, quanto plebis amore teneamini, qui propter libertinum hominem, Sempronios & Flaccos: propter unum, aliquot millia ciuium occidistis? an & M. Fuluius Antyllium interfecit? Sed altera scilicet fax seditionis extinguenda fuit: esto: quid vero filius? pugnauit enim in Auentino: id quoque demus, iure interfectum videri, quia non libenter interfectus est. sed quid filiorum minor? quem pæne puerum, tantummodo quod patris imperio, cum precibus & lacrumis pacem ab hoc Consule orare sustinuit, in robore necauistis?* *De Fuluii & filiorum nece disputat.*

CAP. LVII. *Quid illa deinde ciuium Romanorum millia; quæ tam cupide sunt interfecti, vt ne spatium quidem cognoscendi caussæ relictum fuerit, etiamsi propositum adfuisset? Quæ omnia si iussu & voluntate Senatus gesta sunt, quid dicam nescio: sin & a natura hominum, & ab officio ciuium, & à dignitate amplissimi ordinis vehementer abhorrent, cur cognoscuntur: cur istorum inuidiam in se recipere, quam in L. Opimio hærere, ciuitatis principes malunt? cur tot egregii viri, maximis populi beneficiis vsi, adestis huic reo? fauetis? studium, gratiam, auctoritatem, vocem, accommodatis? Ad vos enim orationem meam conuerto, teque nominatim C. Carbo, quem e iisdem in istis subselliis conspici miror: vt caussam populi Romani oppugnes, quam Tribunus acriter, nec sine gloria, defendisti.* *Opimii aduocatos incusat.*

CAP. LVIII. Quum hæc atque talia homo minime infans turbulenta oratione iecisset, C. Carbo Consul, optimus illis temporibus patronus, rei defensionem orsus, *Recte, inquit, P. Deci, Tribunatus me admonuisti. Nam & ego tum annis & iudicio infirmior, eodem pæne modo, quo tu nunc facere aggressus es, per caussam Gracchanæ necis, multa mihi in ciuitate turbanda esse existimabam. Sed vbi omnes nostros principes, qui domi forisque præstanti simam Reipublicæ operam nauauerant, ipsumque adeo P. Scipionem Africanum, in alia sententia esse cognoui, subiit animum meum dubitatio, numquam profecto eiusmodi viros inuitam clarissimi iuuenis cædem passuros fuisse, nisi publicæ quietis felicitatisque studium priuatis rationibus antepos suissent.* *Carbonis Consulis pro Opimio Oratio.*

CAP. LIX. *Tum vero refrixit inconsultus ardor, absurdusque mihi videri cepi, si me aut plus videre crederem, quam isti tot sapientissimi homines vidissent: aut plus amare Rempubl. quam quorum in hanc tanta exstarent merita: aut amicitia Gracchi permoueri, quum sororis suæ filium interfectum esse P. Africanus equo animo pateretur. Igitur quod ille olim de Tiberii nece, idem ego de Caii*

casu nunc interroganti respondeam, iure cæsum videri. Quod enim Senatu auctore factum sit, id iure factum esse; nemo negauerit, nisi cuius interest, hoc præsidio nudari Rempublicam, vt in ordinem coacto Senatu, improbis ciuibus omnia seditionibus miscendi impunita sit audacia. (Gracchum iure cæsum asserit.)

CAP. LX. *Senatus auctoritatem defendit.*

Neque sine publico consilio ciuitas stare potest, neque sine auctoritate consilii sua constare salubritas. Hoc maiores nostri, prudentissimi mortales, ius amplissimi ordinis semper sartum tectumque habere studuerunt, vt non modo quoties temporibus rectorum consiliorum maturitas esset, sed etiam dubiis, aduersum subita pericula non deesset salubrium extemporalis copia. Sacrosancta quidem legum potestas esse debet: neque ab earum voluntate vel latum vnguem recedi. sed ne ipsæ quidem leges velint, hac præscriptione fraudem fieri Republicæ, quam fraudem vti cauerent, & latæ a magistratibus, & à vobis acceptæ iussaque sunt.

CAP. LXI. *Leges ordinarias inter extraordinaria pericula non spectari.*

Pacata tempora, tranquillamque ciuitatem, exsequutio legum & requirit, & respicit: vbi tumultus & seditiones celerius minantur periculum, quam in legibus esse remedium queat; extra ordinem prouidendum, ne immedicabile vulnus accipiatur, per quod ne ipsis quidem legibus posthac in ciuitate locus esse possit. Quod si hoc animo aut M Brutus Regum tempore, aut in libertate C. Seruilius fuisset: non esset Tarquiniorum tyrannide exonerata Respublica, aut in fœdiorem Sp. Mælii dominatum recidisset: ne recentiora commemorem, quæ multo malim obliuione sepeliri.

CAP. LXII. *Salus publica suprema lex.*

Prohibere seditiones ac discordias, seruare patriam, occurrere conatibus impiorum, qui in perniciem eius conspirarunt, nulla lege vetitum: neque violatæ dici possunt, quidquid in speciem contra ipsas actum fuerit; si aliter teneri salus publica non potuit, ad quam omnia in ciuitate, & ante omnia leges ipsæ, referuntur. Quod si leges semel latas nusquam interruptis obsequiis seruari oportet, nullumque ob pretium necessitas ista remittitur: quid sibi volunt comitia vestra, Quirites, quibus toties solam hanc ob caussam coitis, vt prius constituta, propter spem aliquam maioris vtilitatis noua rogatione rebus præsentibus accommodentur.

CAP. LXIII.

Sin vero, temporibus Reipublicæ mutantibus, easdem perpetuo retinere leges, non solum incommodum, sed etiam insanum est: cur ægre fertis, non paucorum, aut improborum, aut saltem imperitorum hominum arbitratu, sed consilio ac prudentia Senatus: neq; leuibus de caussis, sed ne summa rerum in discrimen veniat, vnam aliquam legem, ne mutare quidem, aut infringere, verum quod illa vetare videatur, id eo tempore statuque ciuitatis facere, quem, si præuidere lex potuisset, ipsa haud dubie disertis verbis fuit acceptura. (*Mens legum spectanda.*) *adeo mentem magis, quam orationem, legum adspicere prudentium est.*

CAP. LXIV. *Verba non possunt occurrere omnibus calumniis.*

verba enim infirma sunt, & quamlibet diligenter scripta lege nec dubitationibus omnibus occurrere, nec effugere calumnias possunt. vnum in omni lege certum perpetuo explanatumq; est, nolle, in verborum suorum sinu periculum Reip. &

improbitati latebras esse. Hæc enim non scripta, sed nata nobiscum lex est, quam non solum homines, verum etiam omne animantium genus natura magistra tenet, extraordinaria pericula extraordinariis rationibus depellere, neque segnia opponere remedia acerbis malis. Scipionum fratrum cladibus amissa iam Hispanias; retinuit L. Marcius: non facturus, si leges & comitia magistratuum exspectare voluisset.

CAP. LXV. *Eodem bello, quum Hannibal copias admouisset Vrbi, & pauens multitudo pluribus locis tumultuaretur; omnes qui dictaturam, consulatumue, aut censuram gessissent, donec Pœnus absciederet, cum imperio esse placuit. Qualia commemorare ex omni ætate plurima possem: nam eiusmodi exempla & in nostra ciuitate, & in aliis omnibus exigente vsu frequentata sunt.*

Ad exempla prouocat.

Si igitur, quod talibus temporibus fieri solet debetque, a L. Opimio factum est; cur L. Opimius, tamquam fœdi facinoris auctor accusatur? cur inuidiæ crimini que cedit, quod honori dari oportebat? In Thebana ciuitate aliquando longe principem virtute & moribus Epaminondam fuisse accepimus.

CAP. LXVI. *Epaminonda factum cum Opimiano confert.*

Is quum supra præstitutum legibus tempus continuata Pratura, res maximas patriaque vtilissimas gessisset, quarum occasio præteritura fuerat, si legitimo tempore imperium deposuisset; pœnam non deprecatus adscribi petiit decreto, Epaminondam à ciuibus morte multatum esse, quod eos superatis apud Leuctra Spartanis, quorum conspectum in acie Bœotii aut se imperatorem ferre nequiuissent, coëgerit Thebas ab interitu, Græciam in libertatem vindicare. *Vos damnationi L. Opimii quem titulum præscribere iustiorem poteritis, quam, quod impiorum supplicio seruata ciuitate, hæc omnia, vosque ipsos, quantumlibet inuitos atque repugnantes, saluos esse coëgerit? Ciues armati, ducibus*

CAP. LXVII *Rem narrat ea quæ pro Opimio erant, præcipue.*

viris nobilissimis Auentinum insederant: non caussa, non proposito, ne specie quidem eadem, qua olim nostri milites eumdem collem occuparunt. vis illos & libido decemuirorum concuerat: neque vt aliis iniuriam facerent, sed vt à se suisque liberis arcerent, satagebant. vtque animi ciuiles, sic etiam arma signaque Romana noscebantur. nunc homines seditiosi, bonis omnibus inimici, triumphata nuper arma & Transalpinum ornatum ostentabant, vt Vrbs iterum à Gallis capta videretur. Capita factionis, quum in Senatum vocarentur, venire detrectabant: quia quod per vim iniuriamque fecerant, non audebant iure defendere. In eo rerum articulo, quid aliud agere Consul, quam referre ad

CAP. LXIIX *Senatus esse caussam ait.*

Senatum poterat? quid aliud Senatus, quam mandare Consuli tutelam ciuitatis? Nec ego iam L. Opimium defendo: totius Senatus ago caussam. Senatus, si vera vultis, hoc iudicio reus est. per L. Opimii latus legum violatarum Senatus insimulatur. Atque earumdem legum assertor & vindex, si diis placet, P. Decius est: quem ego idoneis eisque multis testibus pecuniam

contra

contra leges cepisse conuincam. Atque hic accusare L. Opimium audet, quod in caput C. Gracchi constituerit præmium. quid enim est simile? tu pecuniam accipis, vt bonis ciuibus periculum crees; ille dedit, vt improbos tolleret. factum tuum infamiæ plenum, & auaritiæ sordibus inquinatum est: ille suas opes non auxit; publicas non profudit, sed impendit. Atque vtinam fas esset, omnium malorum interitu quietem Vrbis atque securitatem comparare. nullum in vsum rectius æraria nostra aperirentur! Neque mihi magistratus ac triumphos Semproniosque ac Africanos ingesseris: onerant hæc, non excusant, amentiam hominum, qui neque honoribus, quos acceperunt à Republica; neque genere, quo procreati sunt, dignos se præstiterunt.

CAP. LXIX. *Accusatorem confert cum Opimio.*

CAP. LXX. *Flacci & Gracchos sua culpa interfectos monuit.*

Nam quid ego de M. Flacco loquar, cuius arrogantiam contumaciamque nemo vmquam probare potuit? de Gracchis tacere malim: quorum ego dilexi Tiberium, Caium non odi: atque vtinam egregius alia iuuenis, saltem fraterno casu monitus ad saniora consilia se retulisset! Nam quod etiam adolescentes Flacci, aliorum aliquis numerus, armis aut suppliciis interiit, habeat sane crimen, si in hostes & proditores patriæ nefas est animaduertere. Sed hoc videlicet, hoc ipsum est, quod iam dudum à perditis hominibus quæritur. impunita scelera sua, atque etiam honorata esse cupiunt, eoque nituntur; vt seditiosorum quidem ciuium etiam infelicia ausa vindictæ solatium habeant: bonis, si quiescant, à vi improborum: sin restiterint, à iudiciis periculum proponatur.

CAP. LXXI.

Quod quia vobis obscurum esse non potest, Quirites, per omnia quæ cordi curæque sunt, per & communia ciuitatis iura, & suos quemque liberos oro, vt euntes in suffragia non de L. Opimio quæri hoc iudicio, sed de summa Reipublicæ, deque Vrbis & vestra securitate existimetis. Tibi vero Tribune denuncio, vt prauis actionibus turbare ciuitatem desinas: quod si ruere perrexeris, quidquid de L. Opimio fiet, neque Senatus Reipublicæ, neque Senatui Consul deerit. Missis in suffragia tribubus, qualem optauerant Patres euentus fuit; quum hortando docendoque populum, vt quisque gratia facundiaque apud singulos vniuersosue pollebat, euicissent; vt contra suum ipse studium, plerisque suffragiis reum absoluerit.

Opimius absoluitur.

CAP. LXXII. *Cn. Domitii acta in Gallia.*

Interea in Gallis res ab Imperatoribus nostris constitutæ. Cn. Domitius viam muniuit, quæ ab auctore Domitia est appellata. Tropæum, rem insuetatam antea Romanis moribus, ex saxo struxit, hostiumque spoliis exornauit. Et ne vno tantum insolenti facto morbum impotentis animi proderet; elephanto per prouinciam inuectus est, militibus quasi triumphantem prosequutis. Q. Fabius ipse quoque in loco pugnæ tropæum ex lapide albo constituit: templaq; duo, Marti alterum, alterum Herculi, ædificauit. Notabilis in hoc Fabio morum varietas, & raro alias exemplo, post luxuriosam adolescentiam, ætate matura in melius profectus, fuit: bello-

que ac pace insignis, egregiis laudibus, & *Allobrogici* cognomento gentis Fabiæ veterem gloriam auxit, etiam opibus virtute amplificatis, vt primus omnium argenti mille pondo possideret.

CAP. LXXIII

Ab hoc igitur & Cn. Domitio decedentibus quum prouinciam P. Manilius Consul accepisset, duo splendidi triumphi Romæ ex transalpina Gallia spectati sunt.

Triumphi de Gallis Q. Fabii, & Cn. Domitii.

Prior Q. Fabius Maximus de Allobrogibus & Rege Aruernorum Bituito triumphauit. Multa vt ex ditissimis gentibus transuecta spolia, signa militaria, currus, torques aurei: multi insignes captiui ante currum ducti. Sed omnium in se auertit oculos ipse Bituitus, præstantia formæ habituque conspicuus: quum discoloribus in armis, argenteoque carpento, qualis pugnauerat, transduceretur.

CAPVT LXXIV. A. V. C. DCXXXIV.

Segestani Carni veniunt in fidē.

P. Manilium, C. Carbonem Consules L. Cæcilius Metellus, L. Aurelius Cotta sequuntur. Annus solito quietior foris fuit, pacata recens Gallia, nec vllo alibi memorabili bello. Tantum Segestanos his Consulibus in fidem venisse, incertum quibus caussis auctoribusue, reperio. Carnorum Segeste est, opportuno contra vicinas gentes situ, ad confluentes multorum amnium nauigabilium, quarum nobilissimi Sauus & Noarus, qui deinde in Istrum exeunt. Oppidum in planicie iacet, quam Alpes finiunt, ad gentem Iapodum longo tractu pertinentes.

CAP. LXXV

Sed in Vrbe nondum satis res consederant, feruentibus iudiciis. & solicitabat homines religio, quod in agro Romano repertus esset octo annorum androgynus, fœdum ac turpe prodigium. Repetitum igitur ex haruspicum responsis est, vt illo in altum demerso, virgines ter nouenæ per Vrbem euntes solenne carmen canerent.

C. Carbonis iudicium.

Procuratorum prodigiorum cura leuati animi in iudicium C. Carbonis se intenderunt: quem Consulatu abeuntem L. Crassus perculit vnius & viginti annorum adolescens. Sed ab hoc exordio summam forensis eloquentiæ gloriam consequutus.

CAPVT LXXVI.

Eius accusator L. Crassus.

Extat eius oratio, qua inimicum insectatus est, & nunc quoque non sine admiratione legitur, quam tum audita est: quum pro tirocinio cepisset accusationem nobilissimi eloquentissimique hominis, qui modo Consul fuisset, & antea gratus plebi, L. Opimii defensione Patres quoque sibi conciliasset. *Id ipsum non ex animi sententia, sed per simulationem factum, aliudque sub ea specie quæsitum* Crassus arguens, effecit, vt ne reditus quidem ad optimatium caussam, reo apud ipsos optimates prodesset. Aderat adolescentulo mirificus pudor, & ætate fauorabilem etiam commendatione probitatis adiuuabat.

CAPVT LXXVII

L. Crassi pudor, & iustitia.

Initio accusationis ita commotus est, vt Q. Maximus, qui iudicium exercebat, quod fractum ac debilitatum metu videret, consilium dimiserit. Neque minorem à moribus animoque laudem, quam ab ingenii excellentia, eo iudicio meruit. Nam seruum inimici, qui scrinium domini

mini ad se detulerat, vnde accusationem multis instruere argumentis posset, cum scrinio sicut erat obsignato, vinctum hero remisit. Vnde maiorem reo simul metum, simul verecundiam iniectam esse crediderim; qui ab adolescentulo non magis caussa, quam animo, consilioque, & dicendi arte vinceretur. Igitur damnationem timens, ne solum verteret, sumpto, vt existimatum est, cantharidum veneno, seueritatem iudicum spontaneo exitu præuenit. Hic annus C.Marii Arpinatis nomen, eousque humile, nobilibus in Tribunatu actis extulit. Homo etiam in municipio suo exclusus ab honoribus, Romæ petiit: fauentibusque Metellis, Tribunatum adeptus est. Erant iam tum in iuuene spiritus, quales rebus gerendis postea emicuerunt. igitur iudiciorum & campi perfidiam perosus, quam pluribus in Quæsturæ Tribunatusque petitione repulsis, quum industria confideret, aduersam senserat, ambitum coërcere lege promulgata instituit. In ea nouum hoc & singulare fuit, quod *pontes fieri* iussit *angustiores*: ne quum ad suffragia transiretur, inspici tabellæ, rogatiue aut appellari homines clanculum possent. Id quum ad minuendam principum potentiam pertineret, L. Cotta Consule hortante Patres, & legem impedire placuit, & ad reddendam incepti rationem, C.Marium in Curiam accersi. Venit ille, non tamquam ignobilis & adolescens solicito animo, sed imperiosus & minax: *Consulemque, ni sententiam mutaret, in carcerem abduci iussurum* denunciat. Consul nihil territus, rogare Senatum incipit, Metellus cuius prima sententia fuerat, *Senatusconsulto parendum esse* censet. tum vero Consule dimisso, hunc præhendi per viatorem Marius iubet: neque prius abstitit, quum Metello ceteros Tribunos appellante, auxilio nemo esset, quam Senatu cedente legem perferret. Inclutus ab hoc facto apud multitudinem Marius esse: quæ oppressum ab se Carbonem, dimissum Opimium mirabatur ac dolebat. *Patrum nimirum artibus atque clientelis effectum, vt etiam in populi iudiciis nomen potestatis penes ipsum, vis ac robur penes optimates esset. Auctoritate, gratia, pecunia, plurimorum studia peruertere facile illis: nisi contra corruptionum fraudes consilio & audacia pugnetur. In hoc, munere deum, obtigisse Tribunum vnicum, qui & ipse non animo tantum, sed genere totus plebeius, satis & ad excogitanda salubria ingenii, & ad perficienda virtutis adferret, blanditiis incorruptus, contra metum imperterritus.* Verumtamen haud diuturnam de se hanc opinionem esse passus est, mutauitque meliore fama, quum collegæ frumentariam legem ferenti, ad extremum restitisset: vt iam neutrarum partium spectare gratiam, sed quod factu æquum, & vsu salutare esset, intueri putaretur.

CAPVT LXXVIII.

C.Marii Tribunatus.

CAPVT LXXIX.

Eius certamen cum Patribus.

CAPVT LXXX.

Senatu cedente legem perfert.

CAPVT LXXXI.

Collegæ Frumentariam ferenti resistit.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM
LIVIANORVM

LIBER SEPTIMVS ET VICESIMVS.

In locum lib. LXII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Libri LXII. Liuiani.

Q. Marcius Consul Stonos, gentem Alpinam, expugnauit. Micipsa Numidarum Rex mortuus, regnum tribus filiis reliquit, Atherbali, Hiempsali, & Iugurthæ fratris filio, quem adoptauerat. L. Cæcilius Metellus Dalmatas subegit. Iugurtha Hiempsalem fratrem bello petiit, quem victum interemit: Atherbalem Regno expulit, qui à Senatu restitutus est. L. Cæcilius Metellus, Cn. Domitius Ahenobarbus, Censores, duos & triginta Senatu mouerunt. Præterea motus Syriæ Regum continet.

A. V. C. DCXXXV. *Prodigia.* ANno ab Vrbe condita sexcentesimo tricesimo quinto, quum M. Porcius Cato, Q. Marcius Rex Consulatum iniuissent; tres Soles conspecti sunt. ob hoc, & examen apum in foro visum, lactisque pluuiam, & quod terra cum mugitu tremuerat, libri Sibyllini aditi, & ex iis sacrificatum. Quum de prouinciis Consularibus ageretur, Galliæ numquam satis quietæ, Africam comparari placuit: in qua nouarum rerum initia morte Micipsæ Regis erumpebant. Is Masinissa patre genitus, Manastabale & Gulussa fratribus morbo absumptis Regnum per multos annos solus possederat: quietus ingenio, humanitatisque ac sapientiæ studiis

CAP. II. deditus. Quamquam autem, more Numidarum ex multis mulieribus liberos, sed præcipuæ dignationis Atherbalem & Hiempsalem haberet, Iugurtham fratris Manastabalis, sed ex concubina filium adoptauit, & testamento pariter cum suis heredem instituit. Sic enim optime se consulturum familiæ suæ existimabat, si virum acrem, & Numantino bello multas apud Romanos insignes amicitias nactum, quia per insidias tollere non erat ausus, beneficio sibi liberisque suis obstringeret. Haud

Micipsa liberos hortatur ad concordiam: multis ante mortem diebus, conuocatos omnes, cognatis ac amicis adhibitis, graui oratione admonuit, *concordiam inter se colerent: id si fecissent, inuictas eorum opes; sin vero, fluxas & ad interitum pronas fore.* Veriorem

fuisse

fuisse vatem, quam feliciorem consiliarium, sequentia docuerunt. Quamprimum enim iusta mortuo exsoluta fuerant, congressi in vnum Reguli, vt de constituendis rebus deliberarent; illud discordiarum incendium excitauerunt, quo paucis deinde annis Masinissæ domus, Regnumque Numidiæ conflagrauit. Ambitioso ac perfido Iugurthæ animo stimulum admouerat importuna Hiempsalis ferocia, qui fratrum natu minimus, quum iam Iugurtha & Atherbal consedissent, ad latus Atherbalis cepit locum, vt Iugurtham medio, qui honestissimus apud Numidas est, depulsum, in postremam sedem detruderet: quia non solum, vt consortem Regni, oderat; sed etiam, vt materno genere imparem, despiciebat. Adnitente tamen Atherbale fratre, & *ætatis habendam esse rationem* præcipiente, vix in alteram partem concessit. Mox, vbi de negotiis disseri ceptū, & Iugurtha forte dixerat, *quinquennii consulta & decreta omnia rescindi oportere, quod per ea tempora confectus annis Micipsa parū animo valuisset: id vero magnopere sibi placere*, Hiempsal respondit; *nam & Iugurtham proximum intra triennium adoptatum esse.* Satis apparebat, non posse in tam discordibus animis sperari societatem Regni, qualem inter Masinissæ totidem numero filios P. Scipio Africanus feliciter instituerat. igitur ad postremum eo deuentum est, vt constitui certum diem placeret, quo imperium thesaurique diuiderentur. Ex hac dissensione Regulorum, quia cura patribus iniecta erat, ne in Africa bellum fieret, alteri Consulum prouinciam Africam decreuerunt. Neutri læta sortitio fuit. M. Cato, cui Africa obuenerat, quum in prouinciam peruenisset; fato ibi functus est: Q. Marcius Galliam sortitus, inter adornandam profectionem, domesticum graue vulnus accepit, amisso vnico filio, summæ pietatis & magnæ spei iuuene. Sed hanc familiæ calamitatem in augmentum laudis conuertit, constanter atque fortiter casus acerbitatem ferendo. nam protinus à rogo filii curiam petens, quia Senatus ea die legitimum tempus erat, quasi nihil triste passus esset, Reipublicæ negotiis animo imperturbato vacauit. Neque mirari conuenit, virum hoc animi robore præditum, etiam in prouincia belloque strenue feliciterque res gessisse; quamquam labore maiori, quam gloria; quanto plus illis gentibus ferociæ, quam nobilitatis erat. Cum Stœnis præcipua dimicatio fuit, quæ Ligurum Inalpinarum natio est, fœda feritate, sicut eo bello est cognitum. Quum enim à Romanis circumuenti, timere libertati cepissent; vxoribus cum prole interfectis, ignibus in ædificia coniectis, perire maluerunt. ne ex iis quidem, qui capti ab Romanis fuerant, seruari quisquam potuit: etiam pueris vario mortis genere in

CAP. III. *Sed illi mature dissentiunt.*

CAP. IV.

Agunt de diuidendo Regno. CAP. V.

Q. Marcii constantia in filii morte.

CAP. VI. *Eius bellum cum Liguribus Stœnis.*

CAP. VII. corpora sua sæuientibus. Ea quum renunciata Senatui essent, quo ad-
uersus tam intractabile hominum genus, quod in Gallus partum fue-
rat, firmius contineretur amicisque populi Romani gentibus propici-
spes, & ambiguis terror esset nouam deduci in ea loca coloniam placuit.
Colonia deducitur in Galliam Narbo Marcius Deducti sunt ex Senatusconsulto ciues Romani. Inter Triumuiros de-
ducendæ coloniæ L. Crassus adolescens fuit: qui rogationem eam, quæ
contra coloniam Narbonensem ferebatur, vt se populo nonnihil vendi-
taret, etiam Senatus auctoritati detrahendo, acerrime dissuaserat. Co-
CAP. VIII. lonia deducta est. *Narbo Marcius* à nomine Consulis appellatus. Interea
L. Metellus Dalmaticus. L.Cæcilius Metellus de Dalmatis triumphum, & *Dalmatici* cognomen-
tum retulit: templumque Castoris de manubiis struxit. Auctores ha-
beo, *neque caussam eius belli vllam; neque gesta memoratu digna fuisse: tan-*
tum improbitate Metelli, qui triumphandi cupiditate gentem quietam bello
petere gestiret, Senatus decretum extortum. ex quo arma inferentem, quum
benigne & in speciem pacis à Dalmatis exceptus esset, Salone hiberna tranquil-
CAP. IX. *la exegisse, postea que Romam reuersum, nulla maiore re gesta triumphasse.* Ne-
que me fugit, declinantibus sub ea tempora moribus, haud minus non-
numquam ambitioni, quam virtuti dari cepisse: nondum tamen depudu-
erat, vt sine maxima contentione, cuius vestigium nusquam vllum de-
præhendo, triumphus tam nulla, aut leui caussa decerneretur. & in me-
lioribus annalibus Dalmatas à L.Cæcilio Metello subactos inuenio. Sed
Iugurtha fratres bello petit. in Africa post mortem M. Catonis, tamquam remoto custode liberior
Iugurtha, non amplius distulit, quin animo cupiditate imperii & acce-
pta contumelia saucio morem gereret. donec in bellum erupit res, fra-
trumque alter ferro cæsus occubuit: alter, exactus Regno, Romam con-
CAP. X. fugere coactus est. Eo quum venisset, L. Cæcilius Q. F. Metellus, Q. Mu-
A. V. C. cius Scæuula Consules erant. quo anno Saturniæ androgynus annorum
DCXXXVI. decem inuentus. *Præneste* quoque *lacte pluisse* renunciatum; *hastamque*
Martis in Regia motam; Priuerni terram septem iugerum in cauernam desedis-
se; fulmine quoque circa Vrbem & in ipsa pleraque icta sunt. Vrbe vir-
ginum cantu lustrata, res quietæ manserunt: externorumque Regum
Numidici motus. atque populorum negotiis transactus annus est; inter quæ Numidici mo-
tus magnitudine ac periculo eminebant: quos licet paulo ante indigi-
CAP. XI. tatos, operæ precium est vberius exponere. Iugurtha fratrem Hiempsa-
Iugurtha Hiempsalem occidit: Atherbalem expellit. lem, seu bello aperto, seu insidiis captum (nam quod mireris in re non
admodum antiqua, dissensus est) quum occidisset; vindicem fraternæ cæ-
dis & sui periculi Atherbalem armis petiit. Atherbal quamquam lega-
tis missis, Senatus populique Romani, cuius in fide atque clientela Re-
gnum

gnum erat, opem consiliumq; in hac fortuna sua expetisset, tamen quod magna ad eum confluente hominum multitudine, placere vires ceperant, pugnandi copiam nihil aliud quærenti Iugurthæ facit. Imperitus adolescens ab exercitatissimo & acerrimo viro, qui sicut pauciores numero, ita bello meliores sub signis habebat, haud ægre victus, ex mala pugna protinus in prouinciam, & exinde Romam proficiscitur. Id vbi Iugurtha cognouit, haud magis prospero prælio lætus, quod paucis diebus totius Numidiæ dominum effecerat; quam anxius cura, ne miserabilis fortuna Regis socii & amici Romana in se arma concitaret: propere legatos Romam cum multa pecunia mittit. Quod enim & potentiam populi Romani, & auaritiam nobilitatis perspectam atque cognitam haberet; nihil in viribus, plurimum in largitione spei ponens, auro quam ferro fortunam experiri malebat. Igitur dat negotium suis, *ne vsquam muneribus parcant, sed vbi veteres amicos expleuissent, quemcunque posint, concilient: neque, dum caussa suæ defensores adquirant, quidquam nimium ad largiendum putent.* Quod vbi strenue per aliquot dies, nec absque successu, à legatis factitatum est, Senatus ipsis & Regulo datur. Atherbal quum ipso adspectu per squallorem & lachrumas misericordiam multorum permouisset; conuenientem his orationem habuit. *Venerabilis iste conspectus vester, Patres Conscripti, atque ipsa loci religio, magnopere me consolantur, vt in simillimo diis consessu non timeam, qua homines precaturo solicitudinem curamque iniecissent. Vt enim quoque alienæ opis maxime indiget, plerumque potitur egrius: auersante tamquam contagio transituras miserias, qui rogatur: maxime vbi nullo ante officio deuinctus, denegare sine rubore auxilium potest. Sed dii immortales, quorum vos imitatores esse decet, neque beneficia cuiusquam desiderant, & in maximis calamitatibus gaudent approbare benignitatis suæ potestatiuque magnitudinem. Ne vsui vobis esse possem, opum vestrarum firmitudo, & breue Regni mei tempus effecit. sed pater Micipsa, sed Masinissa auus, quum adhuc fide & opera sociorum fortuna imperii vestri egeret, quidquid à fortissimis viris, nominique Romano amicissimis postulari debuit, enixe præstiterunt. Idem propositum in me fratremq; non exemplo magis maiorum, quam consilio & institutione patris ita propagatum est; vt quemadmodum Regnum vitamque, ita vestram amicitiam seruandam retinendamque esse, semper existimaremus. Atque vtinam per Iugurtham & fratri meo diuturnior vitæ vsus, & mihi otium mansisset, nullam occasionem præterire passi essemus, quo fieri quidquam potuisset, quod ad cultum vestrum obsequiumque nostrum pertinere videretur. Sed ille fera & inhumana natura præditus, cuius beneficio liberorum in ius receptus est, eius liberos pluquam hostili odio prosequitur: alterum cum diris cruciatibus occidit, me nisi*

CAP. XII.

Legatos cum muneribus mittit ad Senatũ.

CAP. XIII.

Atherbalis Oratio in Senatu.

CAP. XIV.

Patris & aui allegat merita.

CAP. XV.

Iugurthæ immanitatẽ accusat.

euasissem eadem passurum, hactenus fuga seruauit, postea quoque aut inopem so- lustamque ducturum vitam, aut acerbam subiturum mortem, nisi vestra mihi

CAP. XVI.

misericordia succurrerit. *Per igitur vestram istam potentiam atque gloriam, quas consulendo miseris præcipue auxistis, per auitæ mei memoriam, patrisque Micipsæ nuper amicissimum vobis nomen, oro obtestorque, vt iniurias meas meorumque vindicetis; ita perpetuo florentes, æmulam diis obtineatis magnitudinem, vt semper perfugio inique oppressis esse possitis omnibus, ipsi nullius auxilio egeatis.*

Iugurthæ legatorum Responsio.

Ad hæc legati Iugurthæ paucis responderunt: *Hiempsalem iniussu eius, ob sæuitiam suam, ab Numidis interfectum; Atherbalem vltro*

CAP. XVII.

bellum inferentem, bello repulsum esse, quod iure gentium liceat. Numantino bello cognitam Iugurthæ virtutem ac fidem esse: neque vllum exuendi eas, & mutandi, precium. petere igitur, eumdem adhuc putarent Patres Conscripti, neque plus verbis inimici, quam factis suis crederent. His vltro citroq; dictis,

Disceptatio inter Patres.

quum Curia egressi vtriq; essent, longa in Senatu disceptatio tenuit. magna pars Senatus palam Iugurthę erat, & ad eamdem caussam propinquos amicosque gratia pertrahebat: aliis nec contemnenda auctoritate, acriter repugnantibus, qui *de vindicanda Hiempsalis nece, reducendo Atherbale, deque pœna Iugurthæ* seueras sententias dicebant.

CAP XVIII.

Scauri Oratio contra Iugurtham.

Præ ceteris M. Æmilius Scaurus, qui iam tum plurimum in Senatu facundia & auctoritate poterat, *Longam nobis,* inquit, *& ambiguam disceptationem non tam difficultas caussæ, Iugurthæq; facinus, sed nostra vitia faciunt, Patres Conscripti. Scelus per se atrox, in nos contumeliosum, socio & amico nostro Rege altero pulso, altero etiam occiso esse non dubitatur; quod neque sine culpa nostra defendi, nec sine turpitudine dissimulari possit: & adhuc consultamus, id ne vindicari oporteat! Censeamus ergo iure cæsos, qui non præuenerint inimicum: introducamus hanc in sociorum animos opinionē. vt maximis sceleribus potentissimos in hoc consilio defensores paratos esse putent: nihil amplius in sua probitate, nihil in fide nostra existiment repositum: audacia domi, apud nos pecunia confici omnia posse!*

CAP. XIX.

Secto[rum] negle- ctorum dedecus exaggerat.

Quæ deinde piacula huius imperii dedecora satis eluent: aut quis adeo paulo humanior nostrā vltra appetendam amicitiam putabit, si conuersis nunc vicibus pro pristina nostra iustitia & æquitate hunc inualuisse morem crediderint, vt iniurias sociorum non iam per obliuionem aut alia negotia, sed quod omnium est fœdissimum, prudentes scientesque ob mercedem negligamus? *Annon venit in mentem aliquando cogitare, quibus artibus ad hanc potentiam & gloriam, res Romana ex parua & tenui adoleuerit? aliudne a maioribus accepimus, quam quum propter virtutem illorum, multi ad societatem nostram accesserint, propter fidem & hos mansisse in fœdere, & alios vltro vt reciperentur ambisse.*

CAP. XX.

Quos igitur ea ratio nobis adiunxit, quod in fide nostra dubia suæ fortunæ firmum crediderant præsi-

dium

dium fore; annon eos inde deducet cognitus error, si semel in hanc opinionem venerint, alium nunc Senatum, alium populum Romanum esse, quam quorum illi mores tanti fieri oportere indicassent. Dicant nunc qui muneribus aut gratia expugnati, contra fas & fidem, contraque dignitatem populi Romani, parricidiale facinus importuni mortales defendunt: quid responsuri sint maioribus suis, si qua possint ab iis rationem noui corruptique moris repetere? quid posteris? quibus nescio an potentiam eamdem, famam certe minime relicturi sunt, quales ipsi a parentibus acceperunt. Multa deinde de Masinissa, multa de Micipsa loquutus acerrime Iugurtham oppugnauit. Neque iis, quos accusabat, melior ille; sed occultior erat: alioquin ex paterna inopia pecuniæ auidus, quia Regis largitionem notam vulgo infamemque esse senserat; non amore virtutis, aut sanctitate morum, quamquam egregius simulandi eam artifex, sed inuidiæ metu se cohibebat. His nequidquam resistentibus, quum numero vincerent, qui vero vincebantur: Senatusconsultum fit: vti decem legati crearentur, qui Regnum, quod Micipsa obtinuerat, inter Iugurtham & Atherbalem diuiderent. Qui vbi venerunt, iisdem artibus aggressus Iugurtha, pleramque partem magnitudine largitionum promissorumque suam fecit. inter quos & L. Opimius fuit, C. Gracchi interfector & tum legationis princeps. Diuiditur ex voluntate & vsu Iugurthæ Numidia: ipse partem Mauritaniæ finitimam occupat, agro virisque potiorem; alteram, haudquaquam opibus parem, tamen quia portuosior, ædificiisque pulchrioribus erat, Atherbali imputauerunt. Ita compositis vtcumque rebus, & auctoritate Senatus Atherbale restituto, species, sed infida quietis per aliquod tempus tenuit: mox reuersus ad ingenium Iugurtha, non ante destitit, quam æmulum, seque perderet, vt suo vnumquodque loco narrabitur. Non prætermiserim geminam hoc anno C. Marii repulsam in petitione Ædilitatis, vnde & animus viri, & fortuna plenius cognoscatur. Candidatum comitiis Ædilium curulium professus, quum frustra se niti animaduertisset, repente plebeiam Ædilitatem petere instituit. hic quoque repulsus, eadem die, quod antehac acciderat nemini, duplicem campi notam passus est. Cuiusuis alterius spem alacritatemque tam grauis ignominia fregisset. C. Marius hoc magis excitauit intenditque animum, vt honores, quos nec omittere per ambitionem nec obtinere per gratiam poterat, labore & virtute extorqueret. Fine anni Q. Marcius Q. F. Q. N. Rex Procos. de Liguribus Stœnis triumphauit, III. Non. Decemb. Idibus deinde, quia in Liguribus semina bellorum omnia solicite extinguenda videbantur, Q. & M. Minucii Rufi, quum in re præsenti fuissent, inter Genuates & Veturios, qui de finibus dissidebant, Romæ sententiam ex Senatus-

Aduersus munera & gratiā dat sonat.

CAP. XXI.

Regnum diuiditur.

CAP. XXII.

Iugurtha melior portio datur.

CAP. XXIII.

C. Marii duplex repulsa vno die.

CAP. XXIV.

Q. Marcii triūphus de Stœnis.

A. V. C. DCXXXVII. rusconsulto dixerunt. Anno sequenti C. Licinius Geta, collega Q. Fabio Maximo Eburno, qui contra opinionem plurimorum in petitione M. Scaurum superauerat, Consulatum gessit. nulla re memorabili ad famam posteritatis insignem, nisi quod eius anni Prætoria comitia iudicium ambitus pepererunt, C. Mario reo, qui quum vix & ægre postremo loco renunciatus esset; haud minus negotii in retinenda salute habuit, quam in obtinendo magistratu habuerat. Suspicionem haud vanam conspectus intra Septa Cassii Sabaconis seruus, permixtusque suffragia ferentibus fecerat, magnam inter dominum eius Mariumque necessitudinem non ignorantibus. Et acrior inuidia cooriebatur, quasi non veteres modo leges, sed à se quoque nuper latas primus infregisset. Ita per aliquot dies periculose iactatus, & propemodum damnationis certus, postremo pari vtrimque sententiarum numero, vix ambustus euasit. In eo iudicio, testis in eum citatus C. Herennius, excepit, *patronis testimonii dicendi aduersus clientes remissam moribus esse necessitatem, porro C. Marium eiusque parentes semper in Herenniorum clientela fuisse*: quum ea excusatio à iudicibus acciperetur; Marius ipse reclamauit *magistratu capto ius patronorum tolli* testificatus. Vnde cognoscere spiritus viri licet, etiam salubris tum humilitatis ita pertæsi, vt productum ab accusatoribus, à se irritatum testem audiri mallet, quam se clientem cuiusquam confiteri. quum præsertim ne vera quidem ratione vteretur. nec enim quilibet magistratus, sed curulis tantum, clientela liberat. M. Æmilius Scaurus, M. Cæcilius Metellus Consules sequuntur. quo anno C. Marius Præturam gessit cum mediocri laude: & sequentium temporum honoribus fere obliteratam. Collegam eius in Prætura P. Decium, quod se transeunte sederet, assurgere Consul Scaurus iussit, eique vestem scidit, sellam concidit, *ne quis ad eum in ius iret*, edixit. Eadem grauitate sumptuariam legem tulit; eadem, aliam de libertinorum suffragiis. Neq; minori seueritate censuram L. Cæcilius Metellus Dalmaticus, Cn Domitius Ahenobarb⁹ exercuerunt, duobus & triginta Senatu motis: quo in numero & Licinius Geta prioris anni Consul fuit. ipse post aliquot annos Censoriam potestatem adeptus. Nota Cassii Sabaconis ad C. Marii Prætoris infamiã pertinuit. iudicio Mariano interrogatus à iudicibus, *ecquid seruus eius in Septis egisset? sitienti sibi frigidam attulisse. deinde poculo recepto statim digressum* respondit. Censores siue falsa respondisset, ob mendacium; siue vera, ob intemperantiam, dignum animaduersione sua factum habuerunt. Senatu deinde recensito principem legerunt M. Æmilium Scaurum Consulem: quia Consulis alterius pater Q. Metellus Macedonicus, qui superioribus lustris legi consueuerat, fato erat functus. Ra-

Margin notes:
- *C. Marius de ambitu postulatur.* — CAP. XXV.
- *Vix euadit ambustus.*
- CAP. XXVI. *C. Marii spiritus.*
- A. V. C. DCXXXIIX
- *Prætor à Consule coercetur.* — CAP. XXVII.
- *L. Metelli Cn. Domitii Censura.*
- CAP. XXIIX.

ram

ram huius Metelli felicitatem multi scriptores concelebrant, *cuius post longam vitam splendide peractam, lectum pro Rostris quatuor filii sustulerint, vnus Consularis & Triumphalis, & Censorius, alter Consularis, tertius Consul, quartus Prætorius, candidatus Consulatus, quem mox adsequutus est.* Aderant & generi, (tres enim filias, & ex omnibus nepotes reliquerat) quorum duo paulo post Consules & ipsi facti. Iidem Censores artem ludicram ex Vrbe remouerunt, præter tibicinem cum cantore, & ludum talorum. Agri quoque publici, de quo tam acriter certatum fuerat, vectigalia fruenda locauerunt. Iam in Vrbe satis omnia pacata erant; Regna sociorum motibus consuetis quatiebantur; quum non modo inter æmulos Reges, sed etiam in earumdem Regiarum penetralibus, bella ex bellis, scelera ex sceleribus gignerentur. Syriæ partem potissimum victo Demetrio Alexander obtinebat, pars filio Demetrii Grypo adhæserat, & aduersus robustiorem & auidum ægre defendebatur. quum vtrique ex præsenti statu commutatio fortunæ nata est. Nam Alexander successu elatus, Ptolemæum Ægypti Regem, cui fastigium suum debebat, superbia abalienauit; eumdem conciliauit sibi Grypus, pro rerum præsentium modulo humilis, & potentiori blandus. & ne deforme obsequium esset, necessitudine sanguinis opportune tegebatur: quod filia Ptolemæi Grypus erat editus. Ex eo tempore Rex Ægyptius nihil non meditari ac facere, quod ad destruendas Alexandri opes, augendumque Grypum pertineret. quumque sciret magni eam rem ad omnia momenti fore, cum ingentibus auxiliis filiam Tryphenam Grypo nupturam mittit: vt omnes intelligerent, non solum amicitia Ptolemæi, sed etiam adfinitate hunc validum esse. Nec id consilium sperato exitu caruit: Syris alioquin haud tenacissimæ fidei populo, postquam instructum Ægypti viribus Grypum viderunt, non grauatim ab Alexandro deficientibus. Ille tamen imperterritus, eductis impigre copiis, Laodiceam oppugnat; vt priusquam à Grypo venire auxilia possent recuperaret; simul defectoribus Antipatro, Clonioque & Æropo, nam vrbem hi abalienauerant, in potestatem redactis, maiorum motuum materiem præcideret, quum in oppugnanda Vrbe singularem animi magnitudinem adhibuisset; non minorem in capta ostendisse dicitur. quippe veniam delicti omnibus dedit: natura mitis ac placidus, & in congressu ac sermonibus comis, eoque multitudini percharus: nisi quod inclinante fortuna apud leues animos omnia præsenti vtilitati postponuntur. Igitur quum aliquanto post collatis cum Grypo signis, magna pugna victus esset, statim de fuga in Græciam cogitare cepit, quod imbelli simul infidoque populo salutem suam credere non audebat. Hæc agitanti, quum

Q. Metelli Macedonici felicitas.

CAP. XXIX.

Regnorum sociorum calamitates.

CAP. XXX.

Alexander Syria Rex Ptolemæum offendit.

CAP. XXXI.

Eius virtutes.

CAPVT XXXII.

quum nihil magnopere aliud propositum esset, quam quomodo plurimum pecuniæ deportare secum posset, compilatis Regiis thesauris, etiam deorum donariis adiecit manus.

Sacrilegia.

In templo Iouis Antiocheni, quam in vrbem ex aduersa pugna se receperat, signum erat Victoriæ ex auro solidum. id per caussam stipendiorum quæ militibus aliunde persoluere nequiret, tolli iussit, *Victoriam sibi ab Ioue commodari* dictitans.

CAPVT XXXIII.

Stabat & ipse Iupiter aureus, magnitudine cubitorum quindecim: & hinc quoque, vt fit, maiore vulgi cultu celebratus. quare metuens, ne Græci milites religione deterrerentur; cum externis quibusdam (Iudæos fuisse verosimile est, quorum princeps Alexandro socius & amicus erat, contemptu & odio peregrinorum sacrorum omnium præ ceteris ad sacrilegii ministerium idoneos) silentio noctis amouere simulacrum aggressus est.

Periculum in sacrilegio.

Sed re patefacta, in conatu depræhensus, concursu multitudinis fere cum omni exercitu internecione cæsus esset.

CAPVT XXXIV.

Fuga, & exitium.

Elapsus tamen cum modica manu, contendit Seleuciam; quo iam fama eorum, quæ erant Antiochiæ gesta, præuenerat. Igitur exclusus à Seleucensibus, Posidium petit: nusquam à maritima ora recedens. Sed infelix misero fuga fuit: non hominibus modo, verum etiam, vt creditum est, diis aduersantibus. Plane quasi Ioue iniurias suas persequente, magna vi tempestatis oppressus, deinde à suis desertus; dum in locis solitariis occursum hominum vitabundus oberrat, à latronibus capitur: agnitusque, & ad Grypum perductus, interficitur.

CAPVT XXXV.

Hæc mihi verior narratio visa; quamquam alii auctores sunt, tædio malæ pugnæ mortem sibi veneno consciuisse. Defunctus ingenti periculo Grypus videbatur, quod æmulo sublato, solus vniuersa Syria sine metu potiretur. quum inter blandientis fortunæ delicias, longe præsentius, vnde non timebatur, oblatum periculũ est.

Grypo venenatũ poculum offert mater.

Mater Regis Cleopatra, mulier omnes adfect⁹ cupiditati dominationis posthabere solita, vbi victoria excitatum adolescentem, non iam nomine tantum, sed etiam animo Regio, capessere Rempublicam videt; venenatum poculum ab exercitatone sitienti offert.

CAPVT XXXVI.

Ille bibere priorem iubet.

Ille, quamquam prodita res à conscio fuerat, ignorantiam simulans, quasi honoris caussa, bibere illam priorem iubet. Recusante muliere, quum hoc ipsum pro manifesto sceleris argumento accepisset; acrius instat: pernegante illa, postremo producit indicem, &, *hic me*, inquit, *oblatam à te potionem accipere vetat. nihil malim, quam innocentem te reperiri.* neque *ambagibus opus. vnica eademque æquissima defensio est; si, quod obtulisti bibas. quod ego citra periculum sumpturus eram, etiam tibi non oberit. sin vero non innocentius poculo quam arcu vteris; recusare non potes, quo minus, quod filio miscuisti, mater haurias.*

CAPVT XXXVII.

Ita factum vindictæ instrumentum est, quod

est, quod facinoris esse debuerat: extinctaque Regina, *Philometoris* agnomen filio, apud dicacis ingenii populum dedit. Post hæc per aliquot annos quieta Syria fuit: donec matre Regis & patruo genitus Antiochus felicia illi familiæ certamina instauraret. Iisdem temporibus Mithridates, qui Magni cognomen factorum & imperii amplitudine meruit, post necem patris perfidos tutores nactus, eorumque vitandis insidiis prudentiam ac virtutem coactus intendere maior atq; melior euasit, quam si à beneuolentissimis fuisset educatus. Quamquam enim honestæ blanditiæ, & tempestiua hortamenta plurimum apud egregios valent: potentiores tamen stimuli à periculis & metu adhibentur. Puerum adhuc, nam patrem natus annos vndecim amiserat; equo fero impositum exerceri iaculando coegerunt: ita effectum, vt quamlibet feroces equos viribus & peritia domaret. Veneno aggressi sunt tollere: adegerunt non ad sumenda tantum, sed etiam excogitanda remedia, quibus firmatus, tum quoque, quum mori veneno vellet, non potuit. quæ adhuc ipsius nomine memoriaque celebrantur. Ferro mandare scelus instituerunt: necessitatem imposuerunt adolescentulo non vrbana tantum, sed etiam rustica tecta vitandi. vagatus per syluas & montes sæpe mutabat cubilia, ignaris omnibus vbi pernoctaret. quibus laboribus non modo admirabile corporis animique robur comparauit, quod ne senem quidem reliquit; sed etiam plurimarum linguarum cognitionem, rem minime inutilem imperanti, adeptus est. vt ad hæc tempora solus mortalium repertus sit, qui linguas supra viginti callens, annis LVI. quibus regnauit, subiectarum gentium legatos omnes, nullo adhibito interprete audiuerit. *Magnitudinem huius Regis cometarum apparitionibus prædictam fuisse* aiunt; *qui per dies septuaginta & quo natus est anno, & quo imperare cepit, cum ingenti luce deflagrarunt. Solis fulgorem ab iis victum* narrant: *quum cœli partem adeo magnam tegerent, vt donec toti orirentur aut occiderent, spatio quatuor horarum indigerent.* Ingentis eiusdemque diuturnæ fortunæ præsagium fuisse, postquam vtrumque euenit, creditum. Minime ab instituto alienum reor, & hæc, & aliorum populorum res quales ea tempestate fuerunt, attingere. quia enim opes Romanæ iam eo magnitudinis creuerant, vt omnia ferme Regna nationesque cognitas bello aut fœderibus amplecterentur; ad externa nonnumquam deflectendum est: vt animaduerso, quæ quoque tempore Regna ciuitatesque, & sub qualibus fuerint; non solum nexus euentuum, sed etiam caussarum series, quibus excitatum adiutumque hoc imperium pleraque alia absorbuit, deprædendatur. Igitur tali Syriaci Ponticique Regnorum statu, Cappadociam Ariarathes, Bithyniam Nicomedes obtinebat, quieti ex

Mithridatis pueritia.

CAPVT XXXIIX. *Tutorum insidiæ puero.*

CAPVT XXXIX.

Ad corporis animique robur proficit.

CAP. XL. *Cometæ maximi.*

CAP. XLI. *Regnorum eo tempore status.*

tempore, aut nullo inſigni ad noſtram cognitionem motu. Parthorum opes maximis deinde bellis cognitæ, nihil tum ad Romanum pertinere putabantur. In Africa ſuſpecta magis inter Reges omnia, quam mota erant: nondum audente Iugurtha, Senatus auctoritate recens reſtitutum fratrem aperta vi laceſſere. Sed Ægyptum mors Ptolemæi, qui *Phyſcon* appellatus eſt, nouis tumultibus aperuerat; filiis duobus ex Cleopatra relictis: quorum vterque more gentili Ptolemæus quum vocaretur, cognominibus *Soteris* & *Alexandri* diſtinguebantur.

CAP. XLII. *Turba in Ægypto.*

Imperium vxoris eſſe, & filiorum alterius, quem mater elegiſſet, moriens Ptolemæus iuſſerat. ea res iam tum ab initio turbas in Regia, & paulo poſt crudelia fratrum aduerſus matrem & inter ſe bella conciuit. Ipſa viuo adhuc marito, ne Soterem Regem appellaret, obſtiterat: perfeceratque, vt à patre in Cyprum ablegaretur: minoris filii ſtudioſa, quem imperii ſui patientiorem fore ſperabat. Igitur alteri nedum vt Regnum daret, vxorem, eamdemque ſororem ſuam, eripuit; compulitque minorem natu Selenen ducere, dimiſſa cuius amore flagrabat, Cleopatra: quæ mox Antiocho Cyziceno nupta, cognatum quoque Syriæ Regnum magnis calamitatibus inuoluit.

CAP. XLIII. *In Rege conſtituendo voluntas populi valet.*

In Rege tamen Ægypti conſtituendo, plus voluntas populi, quam inclinatio matris potuit. quæ quum Alexandrum fruſtra commendaſſet, poſtremo maiorem filium Regem dixit. Alexandrum Cypro præfecit, vt opulentæ inſulæ vires per illum retinens, Regi formidoloſior eſſet. Breui tamen maior Ptolemæus obſequiis ſuis ſtudia beneuolentiamque matris promeruit: ſi quibus artibus parata erant, tueri voluiſſet. Tam varia rerum vtique facies, tamen in ſumma fere ad incrementum Romanæ potentiæ ſpectabat. quæ opportunitate temporum vſa, cuncta quæ modo memorauimus Regna, excepto Parthico, in ditionem poteſtatemque redegit.

CAP. XLIV. *Auctoris in hoc opere conſilium mutatum.*

Sed ego quidem hactenus, vt licuit, hiſtoriæ Liuianæ detrimenta, quamquam eloquentia copiaque longe impari, conquiſitis vndique ſupplementis, ita reſarcire ſtudui: vt nullum poſterioris ætatis veſtigium notaretur. gratiora ſtudioſis rerum Romanarum, quæ componebam, fore arbitratus, ſi ſub qualicumque colore magni nominis, & tamquam antiquis temporibus ſcripta legerentur. Illud autem propoſitum diutius retinere difficultas tradendarum rerum vetat. nam penuria ſcriptorum plurima ignorare, de pleriſque dubitare cogor, quæ quum viueret Liuius, recentis adhuc memoriæ, publicisque ac priuatis monumentis plurimis & certiſſimis compertiſſima fuerunt.

CAP. XLV. *Mutandi ratio.*

Quis enim ferat, quando ad M. Scauri Conſulatum, ſeriem annalium ſequuti, peruenimus; de huius clariſſimis eo tempore geſtis, pauca & incerta ſub eius præſcriptione Liuiani nominis conſarcinare ſatagentem;

quum

Digitized by Google

quum vt cetera tam multa silentio prætercam, tres fuisse libros sciamus, quos ipse Scaurus de vita sua ad Fufidium scripserat: qui etiam post Liuium adhuc in manibus hominum versarentur? Igitur persona, quam sustinere nequeo, deposita; neque meam ætatem vltra, neque Ioannis Freinshemii nomen dissimulabo: sed Deo bene iuuante, quidquid Liuianis annalibus tractatum periit, Epitomarum vestigia legens, ita pertexere conabor, vt opinioni CHRISTINÆ Reginæ, quæ mihi titulum Historiographi sui non rogata, sed tamquam merituro, tribuit; si non facundia, diligentia certe & fide respondeam. Quod vt pro virili contendam adsequi, moueor quidem maiestate florentissimum imperium regentis, imo facientis: sed plus adhuc iudicium illius, vt doctissimæ Principis, & hæc lecturæ, reuereor. Quæ vtraque licet clarissima vbique fama orbi innotuerunt; mihi lubentius credo: qui studiis eius supra triennium quotidianus administer aderam, quo tempore (quamquam grauissimo bello implicata, nihil negotiis detraheret) incredibili ardore & felicitate ingenii eruditionem rapuit, Latinosque & Græcos scriptores celebriores, qui nostram ad ætatem peruenire potuerunt, plerosque omnes euoluit.

CAP. XLVI. *CHRISTINÆ maiestate & iudicio ad diligentiam incitatur.*

Ceterum, tamquam in principio operis, testificari licebit, eo me animo ad historiam scribendam accedere, vt nemini legisse eam aliquando fraudi noxæque, sed vtilitati potius atque emolumento fore confidam. Temporum enim eorum scriptores omnes, ceteris fortasse rebus quolibet antiquorum inferior, vna illa, sed eadem sane maximi momenti re superaturum esse ominor, quod Christianæ philosophiæ præceptis institutus inhærensque, nullas illorum more, sub blandæ eloquentiæ inuolucris, exitiosas moribus insidias struam.

CAP. XLVII. *Eius in Historia scribenda propositum.*

Mihi enim, Romanam historiam varie sparsam, atque sæpe in minutissimas particulas dissectam redintegranti, quum Hippolyti & Osiridis fabulæ obuersentur animo: similitudinem Osiridis prætulerim, *cuius quum lacerata & disiecta membra colligerentur, pudendas partes nusquam comparuisse* memorant. Eadem mihi opera sedulo dabitur, ne quid superstitione spurcum, aut adulatione fœdum, aut qualibet vitiorum labe pudendum, etiamsi vt ab aliis dicta factaue referri necessum erit, me auctore quisquam amet probetue.

CAP. XLIIX. *Non laudare vituperanda.*

Quum enim historiarum cognitione, quanto vnumquodque ingenium generosius est, tanto vehementius adficiatur: fieri potest, soletque, vt beneuolis magis quam cautis lectoribus hic obrepat error, vt iudicium scriptoris sequantur, priusquam ipsi de scriptore iudicauerint; appetendaque aut euitanda singula arbitrentur, prout ab illo laudata aut reprehensa esse compererunt. Quem

CAP. XLIX. *Quod id esse perniciosum intelligat.*

Digitized by Google

errorem sæpe magnis suppliciis luere cogitur humanum genus. quum enim plerique scriptores historiarum ambitiosa & violenta modestiæ recteque multum anteponant, eaque mirificis præconiis efferant, ad quæ alioquin humanum ingenium, si potentiam adiicias, nimis procliue est; quid miramur si ea facta cum mercede fiunt, quæ pœna quoque grauissima prædicta, vix & ægre omitterentur? Atqui nō potior alius Historiæ fructus erat, quam vt propositis bonis malisq. exemplis, homines naturam vtrorumque, caussasque, & præmia intuendo, non solum à confessis vitiis, sed etiam à falsis virtutibus abducerentur. Fieri enim non potest, quin qui variarum gentium gesta casusque prudenter recogitant, ea quæ sæpe à magnis Regibus populisque committuntur, quam inania & incerta sint, deprǣhendant, quamque falso & perniciose bona appellentur. Id quoque consideratu dignum, & aduersus vanam gloriæ cupiditatem efficax est: non opera tantum, modo hominum, sed ipsam eorum memoriam plerumque & cito intercidere, & in ipsa Historia frequentes de Historiarum interitu querelas esse.

CAP. L.

Non solum à confessis vitiis, sed etiam à falsis virtutibus homines abducere.

CAP. LI.

Quæ omnia qui plane pleneque perspexerint, abesse non poterit, quin quocunque inter homines in loco sint, quidquid agant, Rectorem omnium DEVM cogitent, nihilque sibi vel ad laudem magnificum, vel ad felicitatem vtile sciant, nisi ad officium, obsequiumque DEI referatur. Sed ego quidem hæc, vt spero, non alieno loco, nec frustra interfatus, ad institutum reuertor. M. Æmilium M. F. M. N. Scaurum in Consulatu de Gallis Karnis triumphasse, Capitolina Marmora, quorum haud leuis auctoritas est, testatum faciunt. neque de rebus eo bello gestis quidquam præterea inuenio; nisi quod Ligurum ignobilem nationem Gantiscos domuisse dicitur: hoc enim credibilius, quam quod, per errorem puto, exaratum est, *Ligures & Gantiscos*, tamquam diuersum genus, *domuisse*. Fuisse sicut fama obscuram, sic etiam rebus gerendis haud difficilem expeditionem opinari licet, quia tempus ei superfuit, à Placentia Parmam vsque fossas nauigabiles ducendi, exsiccandis paludibus, quas iuxta Placentiam Pado incidens Trebia aliique supra eum amnes, incommodas, præsertim cum exercitu transeuntibus efficiebant. quæ res etiam Hannibalem olim, magna cum vexatione copiarum iis locis iter facientem, præter iumenta & milites amissos, altero oculi damno mulctauerat. Prætermissa hactenus illa cura non tam Imperatorum ignauia fuerat; quam quia munimentum Italiæ aduersus Gallos in difficultate viarum putabatur: tum autem prosperis trans Alpes rebus, quum appareret duces exercitusque Romanos sæpe ea transituros esse, diligentia Scauri via opportune permunita est.

Historia continuatio.

CAP. LII.

M. Scaurus ad Placentiam & Parmam vias munit.

CAP. LIII.

Vir

Digitized by Google

Vir enim impiger, & magna per omnem vitam grauitate, militem optime laboribus contineri ſciebat: tam largiter voto potitus, vt ipſe diſciplinam exercitus ſui, certe admiratione dignam, prædicans, memoriæ prodiderit; *pomiferam arborem, quam in pede caſtrorum fuerat complexa metatio, poſtero die, abeunte exercitu, intactis fructibus relictam.* M. Acilio Balbo, C. Porcio Catone Conſulibus, Infamis ſæuitia prodigiorum annus fuit. Nam & circa Solem orbis apparuit: & *lacte & ſanguine pluiſſe* in monumenta relatum eſt. Sed præ ceteris fœdum ac terribile videbatur, quod equitis Romani L. Heluii filia virgo, quum à ludis Romanis in Apuliam cum patre reuerteretur, fulmine icta eſt: non magis morte puellæ miſerabili, quam minarum plenis, quæ circa euenerant. Oborta tempeſtate quum exanimatam metu pater vidiſſet, quo citius propioribus tectis ſuccederent, relictis vehiculis conſcendit equum: ipſamque, itidem equo impoſitam, in medium agmen accepit. Ibi fulmine ſic percuſſa eſt Heluia, vt equus fræno cingulisque & ornamentis omnibus nudatus, exanimis procumberet; procul inde puella iaceret, partibus quas tegi pudor iubet, ita retectis, tamquam dedita opera reducta veſtimenta fuiſſent. pectoris etiam ac pedum diſſoluta vincula, annulique & capitis redimiculum & monilia hinc inde diſperſa ſunt: illæſo cetera corpore, niſi quod lingua exſerta cernebatur. Conſulti aruſpices *ingentem infamiam Veſtalibus & Equeſtri ordini portendi, quod virginis & equi, diſcuſſis ornamentis omnibus, nudata corpora fuerant*, reſponderunt. Huic prædictioni detecta mox Veſtalium flagitia fidem fecerunt: magnopere confirmata auctoritate artis, cuius vanitas & alias ſæpe, & nuper M. Scauro Conſule, tacta Iunonis æde, deprehenſa fuerat. Quum de prouinciis ageretur, *alteri Conſulum decerni Macedoniam* placuit *ob T[illegible]ſicos tumultus*, C. Marius ex Prætura Hiſpaniam vlteriorem ſortitus prouinciam à latrociniis repurgauit: quæ nondum ſatis pacata gentium immanitate, extra infamiam, & vltro glorioſa ducebantur. Nam Luſitani, quamquam Viriatho interfecto, ſatis amplos ad cultum agros acceperant; ſiue aucto numero, quod ſatis antea fuerat, amplius non ſufficiebat, ſiue quod ex rapto quam laboribus viuere, præferocibus ingeniis dulcius & honeſtius videbatur, finitimis moleſti erant. Hos igitur in deditionem redegit Marius, quum exiles Romanas copias haberet, Celtiberorum vſus opera, qui ſponte ad eum ex ciuitatibus ſuis confluxerant. quibus deinde in præmium nauatæ operæ ſedes apud oppidum nomine Colendam attribuit: Romamque reuerſus, vt ratum Senatui haberetur, perfecit, quum rem ita geſſiſſet, vt maioribus etiam honoribus, quam obtinuerat, dignus videretur. Sed poſtquam ad ea tempora peruentum eſt, qui-

Diſciplina militaris exemplum.

CAP. LIV. A. V. C. DCXXXIX.

Prodigia.

CAP. LV.

Heluia virgo fulmine percuſſa.

CAP. LVI.

Marius Luſitanos pacat.

CAP. LVII.

CAP. LIIX.

Digitized by Google

bus in Macedonia Thraciaque & vicinis gentibus ſæpe & acriter pugnatum eſt: minime ab inſtituto alienum fuerit, ſitum illarum, & quemadmodum hodiernis nominibus antiqua reſpondeant, tamquam in tabella

CAP. LIX. *Macedonia deſcriptio.*

ſpectanda proponere. Macedonia quam L. Paullus Perſe victo, quatuor in regiones diuiſerat, à Borea Thraciæ coniungitur, qua Neſſus amnis per Abderitarum fines in Ægeum mare decurrit. Inde iam terrarum ampliſſima ſpatia Thraces tenent, quos à meridie mare quod diximus claudit, ad Cherſoneſum vsque, cui hodie *Bracchium S. Georgii* nomen ab Italis eſt impoſitum. inde ab ortu Propontis eſt, Byzantium pertinens, diu Romani imperii, nunc Turcici præcipuam ſedem. vbi deinceps Pontus Euxinus incipit, ab Oriente is quoque Thraciam alluens. hoc latus Meſembria finit, haud procul iugis, quæ cum Æmo continuantur,

CAP. LX. *Mœſia duplex.*

& in Septentriones vergunt. Trans Æmum montem duplex Mœſia eſt, ſuperior, inferiorque, à præterfluentis Danubii curſu nominantur. illam Seruii, hanc Bulgari poſtea poſſederunt: quibus adhuc nominibus notæ, Turcarum imperio parent. Tum Triballi intra Danubium & Thraciam colebant: ſupra Triballos inter idem flumen & Macedoniam, aliæ gentes, ſed celebrior ceteris Dardani: quas regiones à Dacis, qui hodie Transſyluani ſunt, Danubius diſterminat: à Dardania per Scordiſcos & Dalmatas ad mare Adriaticum & Italiam perueniri poterat: vnde facile intellectu eſt, quam & ob locorum viciniam, & bellicoſiſſimarum gentium multitudinem arma Thracica magnis viribus magnaque cura

CAP. LXI.

Romanis ſuſtinenda fuerint. Nec ſum ignarus ab aliis omnes iſtos populos, tractu terrarum ampliſſimo Thracibus contribui, vt Æmi montibus mediam diuidi Thraciam autument: nec immerito, nam omnes iſtæ nationes v[illegible]uſtimi præſtantiſſimique auctores narrant, vnius origi-

CAP. LXII. *Danubius accola.*

nis erant, ling[illegible]que & moribus iiſdem vtebantur. Danubius autem Germaniam Hungariamque permeans, qua olim Rhæti ac Vindelici, Noricique & bipartiti Pannones tenuerunt; vbi Sauum amnem recipit, mutatoque nomine *Iſter* antiquis vocabatur, Taurunum fuit, quo ſitu

CAP. LXIII.

hodie Belgradum eſſe conſtat. Ab his confluentibus deinde Scordiſci habitabant; poſtea Mœſi, de quibus expoſuimus. infra Mœſiam & Triballos, vbi nunc Valachi Raſcique nominantur; vetuſtis temporibus ad oſtia vsque Iſtri variæ gentes tenuere: alias Getæ quos Romani *Dacos* frequentius vocant, mox Sarmatæ: poſtea Scythæ. quæ res vti confundit regionum terminos ac vocabula, difficilemque earum deſcriptionem efficit; ita haudquaquam ambiguis argumentis docet, non eſſe quidquam in rebus humanis ſtabile, nec ſingulos modo breuis æui, ſed etiam populos Regnaque ac Imperia, mutationibus & interitui obnoxia haberi.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER OCTAVVS ET VICESIMVS.

In locum lib. LXIII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Lib. LXIII. Liuiani.

C. Porcius Consul in Thracia male aduersus Scordiscos pugnauit. Lustrum à Censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita trecenta nonaginta quatuor millia, trecenta triginta sex. Æmilia, Licinia, Marcia, virgines Vestales incesti damnatæ sunt: idque incestum quemadmodum & commissum, & depræhensum, & vindicatum sit, refertur. Cimbri, gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt: ab iis Papirius Carbo Consul cum exercitu fusus est. Liuius Drusus Consul aduersus Scordiscos, gentem à Gallis oriundam, in Thracia feliter pugnauit, magnumque honorem tulit.

Scordiscorum origo, sedes, ac mores.

SCordiscorum hoc tempore terribile nomen vicinis, atque etiam longe dissitis gentibus esse cepit. Quæ Thraciæ natio, Gallicam originem à tempore Brenni repetebat. nam *amisso apud Delphos Imperatore, reliquas copias qua poterant rediisse domum: suos maiores duce Bathanato, cuius tum adhuc sub eodem vocabulo manebat genus, ad confluentes Danubii & Saui sedibus captis, Scordiscos appellari cepisse.* Ab hoc initio, paulatim submotis accolis, regionem satis amplam occuparunt, vt finitimi Pannoniis, adeoque Pannoniæ pars, à Tauriscis monte Claudio disiuncti, vsq; Thraciam ditione prolata, illius populis accenserentur: quibus etiam moribus & feritate persimiles euaserant, qua antiquitus infames Thraciæ cultores fuerunt. neque minus auaritiæ dediti, quamquam ob mala quæ sacri auri caussa progenitores ipsorum perpessi fuerant, eius metalli vsum damnauissent, neque inter diripiendum res alienas auro abstinebant: & ob argenti studium haud minus scelesta perpetrabant. nec enim proderat, quum improbitatem animo retinerent, rem externam & innoxiam stolide abiecisse. Præter insitam genti ferociam & cupiditatem prædæ, caussam belli Romanos quoque dedisse crediderim: qui proximis annis ad finitimos illis Carnos porrigere manus ceperant. Quum ergo Macedoniam aliasque prouincias frequentibus incursionibus vexarent, neque capti-

CAP. II. Belli cum Romanis caussa.

captiuos modo abducerent homines, sed plerosque crudelissime excruciatos necarent, graues vndique ad Senatum querelæ peruenerunt. *Non tam solita bellorum mala, quæ quodam quasi iure gentium tolerentur, iam vm bere: sed adesse gentem maxime sæuitia; quæ litare Bellonæ Martique sanguinem humanum, bibere in ossibus capitum, igni fumoque permixta captos grauidarum etiam partus extundere tormentis pro ludo ac ioco duceret.*

CAP. III. Aduersus hos populos, quum iussum bellum, & C. Porcius Cato Consul, cui Macedonia prouincia euenerat, cum exercitu profectus esset, infeliciter & ignominiose pugnatum.

Scorduscorum victoria, & progressus. Hostis enim callidissimus locorumque peritus, Romanorum copias, in syluarum & montium impedita temere coniectas ita circumuenit, vt vniuersus vna cum duce exercitus amitteretur. Hæc victoria Macedoniam Thessaliamq; & quidquid Danubium & Adriam interiacet, barbarorum populationibus late aperuit: nullis paratis ad prohibendum viribus, & præsidiis Romanorum, vix ad vrbes quas insederant, tuendas validis.

CAP. IV. Quorum quod Heracleæ fuit, arte interceptum est; militesque octingenti cum præfecto Lucullo cæsi. Alam enim equitum, velut ad pecora abigenda, Scordisci succedere mœnibus iusserant; quæ erumpentem Lucullum simulata fuga in collocatas prius insidias deduxit. Hinc prouinciis Romanis longe lateque peruastatis, per Dalmatiam ad mare Adriaticum penetratum est: vbi velut obex à natura positus esset, barbarorum impetus substitit: telisque in ipsas vndas coniectis recesserunt.

Lustrum conditum. Hoc anno lustrum à Censoribus conditum est, censa sunt ciuium Romanorum capita trecenta nonaginta quatuor millia, trecenta triginta sex.

CAP. V. *Vestalium incestus.* Per idem tempus incesto Vestalium patefacto, maximus Romanam vrbem ex religione terror inuasit. quod enim non modo legum rupta repagula, sed etiam religionis horrorem, & atrocissimæ pœnæ metum victa videbant: *tam nihil cogitari posse tam flagitiosum aut horrendum autumabant, quod a tali temporum corruptela non esset pertimescendum. Vnam quoque virginem damnatam, quod tamen raro accidisset, Vrbem in luctu atque gemitu ponere. tum obuios quosque de via mœstos tacitosque decedere, aut cum silentio & gemitu comitari: neque tristiorem vllum ciuitati [illegible]*

CAP. VI. *Nunc tres simul Vestales, dimidiam totius sacerdotii partem, summo loco natas; præterea equitum Romanorum agmen, eodem furore correptum, pollutis cærimoniis, corruptis ad extremam turpitudinem moribus, omnia sæua infestaque & inferre, & portendere. Non iam esse quærendum, cur ab ignobili hoste, tantus exercitus vna cum Consule sit interceptus. Offensos auersosque deos rem Romanam premere: pressurosque, ni suppplicationibus & sacrificiis, & ante omnia pœnis nocentum placentur.* Ceterum

cum

eius incesti indicium seruus L. Butetii Barri equitis Romani detulerat. Barrus libidinosæ admodum vitæ homo, quum formæ illecebris multarum matronarum pudicitiam expugnasset, nouissime, vt perditis ingeniis seuerissime vetita maxime expetuntur, Vestalis virginis consuetudinem concupiuit, Æmilia corrupta. per hanc deinde Licinia atque Marcia, ipsæ quoque Vestæ sacerdotes, solicitatæ, in consortium criminis suppliciique venerant. Sed Marcia cum vno tantum equite consuetudinem stupri secreto habuerat: Æmilia & Licinia, quum subinde eos à quibus rem detegi posse putabant, societate culpæ illigarent, turbam habebant, non recusantibus primis corruptoribus; quippe riuales ferre quam indices tacere, leuius incommodum videbatur. Ita modo cum singulis & secreto, modo palam cum pluribus volutabantur. in quibus & fratres illarum erant: quorum Licinius cum Æmilia, Æmilius cum Licinia solebat. CAP. VII. *Æmilia, Licinia, Marcia Vestales corruptæ.*

CAP. VIII. Hæc sacra castissimum, vt putabatur, Vestæ numen in penetralibus suis diu passum est. quamquam virorum feminarumque, liberorum & seruorum magna multitudine conscia: donec Manius (id ei mancipio nomen fuit) neque libertatem sibi, neque alia ab hero promissa præstari indignatus, rem omnem aperuit, irrefragabilis index, vt qui totius fabulæ ipse administer actorque primus fuisset. *Incestus indicio serui patefact⁹.* In pari tamen culpa, sententiis Pontificum, ad quod collegium ea cognitio ex lege Numæ pertinebat; Æmilia damnata, Marcia & Licinia absolutæ sunt. credo quia secretius peccauerit Marcia: Liciniam gentilis sui L. Crassi eloquentia eripuerat: qui tum septimum & vicesimum ætatis annum agens, admirabilem pro ea orationem habuisse dicitur. Æmiliam A. D. XV. Kalend. Ianuar. damnatam reperio: postero die fuerunt Saturnalia. deinde A. D. XIII. Kalend. Ianuar. Licinia caussam dicere iussa est.

CAP. IX. A. V. C. DCXL. *Prodigia.* Interea C. Cæcilius Metellus, Cn. Papirius Carbo Consules facti. Multa tum prodigia nunciata. *clarum diei lumen nocte visum: Ædiculam & signum de cœlo tacta: aram salutis interruptam: in Lucanis & Priuernati agrum late hiasse. montem Albanum, & in Gallia cœlum arsisse.* Quibus in vulgum deditis, quum aucta cœlestis iræ formido esset; iudicium Liciniæ multis sermonibus agitari cepit: *à pontificibus illam, non à diis absolutam esse. hos quia negligi se videant, contemptæ maiestatis vltionem manifesto sumere decreuisse, id non modo frequentibus & sæuis prodigiis minari, sed crudelissimarum gentium bellis atque populationibus ostendere: Scordiscos, Cimbrosque, & inaudita patrum ætate nomina, ne longe quidem abesse: iam in proximis prouinciis, in ipsis Italiæ finibus conspici. Manentibus malorum caussis finem frustra exspectari: liberandam ocyus religione ciuitatem, & nocentium* CAP. X. *Homines agre*

Seruat Vestales iudicatas. *supplicio redimendam deorum pacem esse. Neque referre, quod semel decreuisset collegium dicatur: etiam in sacris, populi quam Pontificum maiorem potestatem esse. idque Pontifices ipsos agnouisse. Sic C. Cassium Censorem, signum Concordiæ dedicare cupientem, à collegio ad populi voluntatem reiectum: sic decimo ante anno ædiculam sub saxo sacro, ex Pontificum responso sublatam esse, quod eam iniussu populi Licinia Vestalis dedicasset.* Hæc non iam priuatim, sed à Sex. Peduceio Tribuno plebis pro Rostris iactabantur, qui *L. Metellum Pontificem maximum, totumque collegium Pontificum male iudicasse* criminatus, postremo rogationem tulit, *vt extra ordinem populus Prætorem faceret, qui de incesto quæstionẽ exerceret.* Creatus est L. Cassius, qui Consul & Censor fuerat. tristis enim & incorruptus iudex quærebatur, qualem eum fore populus Romanus existimabat. Neque conceptam de se opinionem fefellit.

CAP. XI.

Iterum de illa caussa cognoscitur.

CAP. XII.

Non enim duas modo virgines, sed adeo præterea multos condemnauit, vt tribunal eius scopulus reorum diceretur, ob nimiam, vt plerique existimabant, asperitatem. Populus tamen ea seueritate gaudebat; volentique erat, supplicium non de conuictis modo, sed etiam de nominatis omnibus sumi. Ego autem L. Cassium ea grauitate virum, neque misericordia reorum molliorem; neque in populi gratiam crudelem factum existimo: sed condemnatis sontibus, innoxios absoluisse.

M. Antonius absoluitur.

Nam & M. Antonius, par L. Crassi eloquentiæ orator habitus, eo iudicio euasit: quum innocentiam suam non modo caussa egregie dicta, sed etiam hoc ipso, quod dicere non recusauerat, approbasset.

CAP. XIII.

Quæstor Asiam sortitus, iam Brundusium peruenerat, quum incesti se quoque postulatum esse cognouit. Licebat differre caussæ dictionem, & lucri facere tempus, donec, vt adsolet, tepesceret quæstionis feruor, aut saltem mitiorem pro Cassio quæsitorem dies offerret. hoc enim beneficium Reipublicæ caussa absentibus lex Memmia dabat. Sed ille subire formidabilis iudicii aleam, quam alere suspicionum ac sermonum malignitatem maluit. Neque etiam leue periculum ei creatum ab accusatoribus est: quum præter alia *seruum, à quo prælatam ad stuprum eunti laternam* contendebant *ad tormenta* poscerent.

Serui eius fides & constantia.

Perturbatum vehementer Antonium, neque enim sciebat, quantum vel patientiæ serui, vel etiam ætati, quod imberbis adhuc erat, confidere posset; ipse, cuius ad cruciatum res pertinebat, hortatus esse dicitur: *ne dubitaret se ad quæstionem tradere, nullum tam acerbum dolorem fore, qui ex ore suo verbum heri caussam læsurum posset extorquere*, & præstitit promissa: dominoque celerem absolutionem, & honestiorem in prouinciam profectionem comparauit.

CAP. XIV.

Digressio de Orationibus illorum.

Quum igitur eodem tempore duo nobilissimi oratores, M. Antonius pro se, L. Crassus pro Licinia dixerit; commemorare paucis lubet, quæ tum

tum eloquentiæ ratio præmiumque Romæ, quique habiti oratores fue- *rum tempor.* rint: quando iidem principes plerumque ciuitatis exstiterunt. neque minus facundia, quam eorundem temporum Imperatores armis, aut compositam turbauerunt, aut turbatam composuere. Sicut enim armorum, sic orationis anceps vsus est: qui cum virtute publice priuatimq. celeberrimus, quoties in prauum corruptumque ingenium incidit, quanto potior cuiusque facultas est, tanto vehementius nocet. neque deerunt clara vtriusque euentus exempla, postquam paucorum adhuc annorum gesta emensi erimus. Sed in eo tractu temporum, in quo adhuc versa- CAP. XV. mur, princeps Senatus M. Scaurus magna grauitate tum defendendis *M. Scaurus.* quibusdam reis, tum maxime dicundis in Senatu sententiis valuit: quam laudem sequutis quoque temporibus retinuit, quum partam sua ætate ab eloquentia gloriam, magnitudine recentiorum præumbrante perdidisset. Etiam familiaris Scauri L. Fufidius in aliquo patronorum numero fuit: & inimicus P. Rutilius, qui plus adsequi potuisset, nisi Stoicæ sapientiæ addictus, lenocinia verborum etiam in periculo suo repudiasset. & eiusdem sectæ C. Fannius, Q. Tubero, mediocres in dicendo fuerunt. C. Scribonius Curio, qui velut hereditariam eloquentiæ pos- CAP. XVI. sessionem in filium ac nepotem transmisit, de incestu pro Ser. Fuluio *Curiones* dixit: quæ oratio temporibus illis omnium optima est habita. Sed horum gloriam C. Gracchus, quamquam in flore iuuentæ peremptus, vicit: plenior prioribus & vberior, quem passim vt egregium oratorem Cicero nominat, Romani eloquii parens. Etiam C. Sulpicius Galba, & L. Calpurnius Bestia lege Mamilia damnati, non indiserti fuerunt: Bestiæque in Consulatu collega P. Scipio, & Ser. Galbæ M. Scaurus. Sed CAP. XVII. & Q. Metellum Numidicum, A. Albinum, C. Carbonem, idem temporum tractus habuit: Quintumque Cæpionem, & Memmios. Horum ferme ingeniis vocibusque illo tractu temporum curia & forum feruebant. Inter quæ Senatus ob incestum Vestalium libros Sibyllinos inspici quum censuisset: *prædicta in illis quæ euenissent* decemuiri retulerunt: *magnasque sequuturas clades, nisi his auerruncandis, geniisque, nescio quibus, placandis, in foro boario Gallus & Calla, itemque Græcus & Græca, viui defode-* *Homines viui* *rentur.* factum est. adeo nimirum fraudes malorum dæmonum animos *defodiuntur.* superstitione captos omni & ratione & humanitate spoliant, vt peccata maioribus maleficiis deleri posse putantes, immanissima quæque facta pro piis exerceant, ipsique ea committant, quæ vbi ad se redierunt, in aliis indubitanter damnant & vlciscuntur. Nam & idem ille Sena- CAP. XVIII. tus, qui hæc iusserat, paucos post annos barbaræ cuiusdam ciuitatis principes euocauit, pœnas daturos, quod humanas victimas diis immolassent.

sent. quod, vbi ex lege factum esse apparuit, missos quidem fecerunt homines, sed edixerunt *ne posthac ita sacrificarent*. Nisi forte, quod parum pro philosopho Plutarchus iudicabat, homines immolari gentis fas est, diis nefas.

Venus Verticordia.

Ex iisdem libris etiam Veneris templa in Vrbe numero aucta sunt, non alio tum reperto numine, quod melius mulierum virginumque mentes ad pudicitiam à libidine conuerteret. ab hoc officio *Verticordiam* appellarunt. Eius simulacrum, quum à castissima muliere dedicari vellent, ex omnibus matronis centum; deinde ex his decem sorte ductæ sunt, quarum iudicio crederetur. eæ Sulpiciam legerunt, Paterculi filiam, Q. Fuluio Flacco nuptam.

CAP. XIX.

His ita procuratis, non ideo minus Cimbri Teutonique, gentes Germanicæ, fœdam sociorum primo, mox ciuium Romanorum stragem ediderunt: tum primum auditis illarum gentium armis. Quæ quia deinceps tantis Romanum imperium cladibus concusserunt, vt omnino euersuri viderentur, vnde, & quibus caussis hoc ad bellum profecti sint, operæ precium est cognoscere.

Cimbrorum origo.

Cimmeriorum antiquissima mentio temporibus Crœsi superior est: nam apud Homerum reperitur; cuius ætate, aut paulo supra, vsque in Ioniam populabundi venerunt. Longa post ætate, Scytharum Nomadum armis in Asiam pulsi, ab Alyatte canum auxilio Asia eiecti, quum diu incertis sedibus vagarentur, postremo in extremis Germaniæ finibus, qua Oceanum respicit, constitisse existimantur: vbi nunc Cimbrica Chersonnesus est, vocabulo gentis leuiter immutato.

CAP. XX.

Quod etiamsi refellere non est animus, quis enim de rebus tam vetustis compertum adferre queat? magis tamen adducor, vt non vnius gentis, sed ex variis nationibus collectæ multitudinis eam appellationem fuisse putem, quales iisdem postea locis Vitaliani, & in Gallia aliquando Bagaudæ fuerunt.

Multitudo ex variis nationibus collecta.

Nam & mores hominum, vagabundi enim & prædones erant; & nominis significatio congruit: quo lingua Celtica latrones appellatos fuisse, bonis auctoribus credendum est. Præterea maiores illorum exercitus fuisse traduntur, quam vt ab illa Chersonneso educi potuerint: Sed ex Dania Suetiaque & finitimis late gentibus, quæ tum perpetuum inter se & contra vicinos bellis agitabantur, magnum adfluxisse numerum simile vero est.

CAP. XXI.

Imo Posidonius non contemnendus auctor, qui tractu illo temporum vixit, non à Cimmeriis, Cimbros vocatos, sed hos prædabundos ad Mœotin penetrasse, nomenque locis istis imposuisse credit. Nec ab alia caussa, quam prædandi consuetudine & studio vagatos esse, scriptor quartiuis precii Strabo suspicatur, vltro deridens eos, qui *Oceani æstibus ad nouas sedes quærendas compulsos* tradiderunt.

Teutonorũ antiquæ sedes.

Teutonorum porro antiquas sedes cognitu faciles Pytheas Massiliensis efficit,

cit, qui *Guttonibus proximos esse* ait, *æstuarium maris, vbi succinum colligitur accolentibus*: & Pomponius Mela, cuius æuo Codanoniam insulam, magnitudine & fœcunditate aliis circa potiorem obtinebant. Horũ deinde nomen toti Germaniæ commune factum manet: Borealium forte Regnorum incolis, proximæ sibi ciuitatis nomen, vt solet, genti vniuersæ imponentibus.

CAP. XXII. *Cimbrorum & Teutonorum expeditiones.*

Ex iis igitur terris quomodocumque in vnum contractæ copiæ, quum in Hercynia sylua sedes figere conarentur, à Boiis qui ea loca incolebant (vnde *Boiohemum* appellatum, quasi Boiorum patria) pulsæ, ad Istrum & Scordiscos Gallos descenderunt. inde ad Teuristas Tauriscosque, quæ & ipsæ Gallicæ originis nationes, vicinam Danubio Illyrici partem tenent. traiectoque flumine, prædas ex agro Norico agebant. Quod vbi Cn. Papirius Carbo Consul accepit, Italiæ timens, à qua haud procul aberant, Alpes, ubi maxime traiectui opportunas cognorat, cum exercitu insedit. deinde postquam illos alia omnia cogitare videt, vltro procedit obuiam, minitabundus, *quod amicos & hospites populi Romani Noricos popularentur*. quamlibet ius hospitii, quale populo Romano cum gentibus quibusdam erat; armis eos defendendi necessitatem non imponebat.

CAP. XXIII. *Quæ excusans Consuli Carboni.*

Illi fama aduentantis exercitus Romani audita, missis legatis excusare, *quod ignari quidquam illis gentibus cum populo Romano esse, molesti Norico fuissent. Ignoscere Consulem debere, si homines ab vltimo Aquilone profecti; quo iure regiones ad Danubium essent, parum calleant. Vnam se naturæ, comprobatam omnium gentium consensu legem scire, vt potentiorum sint omnia: neque suum quis esse putet, quod nesciat armis defendere. Neque aliter existimare populum Romanum ad tantam peruenisse amplitudinem, quam quod iis quibuscum negotium habuisset, armis fuisset præstantior. Inde nimirum factum, vt clarissima eius imperii fama, quum terrarum orbem peruaserit, nemini possit esse ignota.*

CAP. XXIV. *Romani nominis reuerentia.*

Se quoque auditis, quæ de illius potentia & pugnacitate vbique prædicentur, Romani nominis reuerentiam, admiratione virtutis eius, olim induisse. Æquum enim existimare, vt quod summum in humanis rebus esse censeant, id in illis qui maxime compotes eius facti videantur, honorent colantque. Idcirco neque antea inuasuros fuisse Noricum, si sciuissent eius tuitionem ad populi Romani curam pertinere, & nunc quoque illius honoris caussa facturos, vt quamprimum ex iis regionibus discedant.

CAP. XXV. *Eius amicitiã plurimi æstimare Cimbros Teutonosque.*

Nullius quidem se vim ac arma pertimescere: sed amicitiam fortissimi potentissimique populi longe pluris, quam totum agrum Noricum facere. Late patere terrarum orbem: neque sibi molestam peregrinationem esse, vagari a pueritia adsuetis; & sedes considere paraturos vbicumque libuisset. Quod tamen in præsentia facerent, idem institutum postea seruaturos

turos. vt temperarent a populis, qui in fide aut amicitia Romanorum e[ssent.] Pro ea sua voluntate sperare bona gratia populi Romani facturos, vt cum [...] bus alijs populis vellent, cum iis bellum pacemue suo arbitratu habeant

CAP. XXVI.

præsentiaredituros ad Tauriscorum fines, vnde nuper exissent. Vlterius [...] tas colere nationes, quæ neque societate iunctæ Romanis, & vltro ob fe[rocitatem] inuisæ essent. his se non modo sine iniuria populi Romani, sed etiam in gratiam illius arma illaturos.

Consulis infelix astutia.

Consul astuto consilio, quod ipsi postea in [...] vertit, laudata Teutonorum voluntate, benigne respondet. cæterum ducibus itineris, quos addiderat, clam imperat *circumitu eos ducerent, quo sibi ad ea quæ meditabatur, plus spatii foret.* Ipse vero cum expeditis copiis breuiore itinere legatos antegressus, Teutonis improuisus super-uenit: qui iam vti facturos legati receperant, Norico decedentes, ad

CAP. XXVII

Ad Goriciam Carinthiorum à Teutonis vincitur.

Noreiam oppidum castra posuerant. Tauriscorum antiquitus Noreia fuit, vbi nunc Goricia Carinthiorum est, quod nauigatio ad Aquileiam secundo Natisone, & distantia locorum ostendit. Teutoni, licet in re subita, nam somno adhuc quiescentes Romanus inuaserat; tamen animi magnitudine & rei militaris peritia freti, celeriter arma capiunt: Consulemque magna cum clade reiiciunt funduntque. & nisi ingens vis imbrium coorta, duos exercitus, tamquam cœlo se interponente diremisset, occidione cæsæ Romanorum copiæ forent. Tantus enim terror fuit, vt passim per syluas palantes, quo quemque fuga abripuerat,

CAP. XXIIX.

vix tertio post die colligerentur. Teutonis quoque persequendi victos voluntas abfuit; & quibus caussis incertum, in Galliam & Heluetios deflexerunt. Idque Romæ quum esset nunciatum, vehementi metu leuauit ciuitatem: penfato etiam dolore cladis & damno, Consulis alterius rebus, quæ Macedoniam prouinciam habenti satis feliciter

Duorum Metellorum vna die Triumphi.

succedebant. quibus & in Thracia nomen Imperatorium, & mox domi triumphum meruit: singulari domus Cæciliæ lætitia gloriaque, quod eodem die frater eius germanus, M. Cæcilius Q. F. Q. N. Metellus, ex

CAP. XXIX.

Eius familiæ dignitas & fortuna.

Sardinia triumphauit: quum etiam Corsos rebellantes vicisset. Plane iis temporibus hæc familia magistratibus & honoribus incredibiliter effloruit. quum intra annos XII. totidem aut vltra Consulatus, Triumphosque aut Censuras, numeraret: vt iam ignoscere Næuio poetæ Metelli debuerint, si *fato eos Romæ fieri Consules* existimauit. Ex eadem deinde Thracia, & T. Didius T. F. proprætore triumphauit, quia Scordiscos victo Catone incautius exsultantes, & libera populatione diffusos, intra Thraciam suam repulerat. Quo notabilius C. Catonis dedecus fuit: quem nescio quo pacto, Romam reuersum duo ex [...]

gentı

gentibus triumphi arguebant, sua magis culpa, quam hostium virtute, exercitum perdidisse. Vnde hanc quoque caussam haud leuissimam damnationis eius fuisse putem: quamquam iudicio repetundarum ex Macedonia ceciderit. Neque enim alias caussa satis grauis videbatur, cur homo Consularis, L. Paulli & M. Catonis nepos, & P. Africani sororis filius, propter octodecim millia, hæc enim litis æstimatio fuit, tantam ignominiam pateretur. Sed hæc in eum annum egressa videntur, qui M. Liuium Drusum, L. Calpurnium Pisonem, Consules habuit. Horum Druso Macedoniam prouinciam euenisse constat: alteram Consularem sortem Italiam fuisse vt credam, clades recens Carbonis, & periculum ne victores ad priora consilia redirent, facit. etiamsi profecto, Cimbris atque Teutonis alio vertentibus, plus timoris eo anno, quam periculi fuit. In Macedoniam Thraciamque conuersa hominum cura est, lætis subinde nunciis leuior, quia M. Drusus Consul in Thracia contra Scordiscos prospere pugnauerat: hostemque submotum in vlteriorem Danubii ripam, suos intra fines continebat. Hæc sua sponte satis gloriosa ac splendida; in maius etiam Catonianæ cladis comparatione fauentes interpretabantur. & quia moderato imperio exercitum habuerat, vberiorem quam pro gestorum portione gloriam tulit. Dum hæc in prouinciis & vrbe Romana geruntur, iterum concussa fratrum armis Syria est. Antiochus vterque vocabatur: de Grypo supra memorauimus; iuniori cognomentum Cyricus dedit, nobilissimum Propontidis oppidum: vbi apud Craterum eunuchum metu patrui, eiusdemque vitrici educatus fuerat. At quum se nihilominus dolo fratris veneno appetitum cognouisset, comparato exercitu in Syriam venit, pœnas exacturus à Grypo, aut si fortuna contra daret, honestius bello quam insidiis casurus. Neque defuit ei Syriacæ gentis mobilitas, quin multis ad eum deficientibus, etiam capite Regni Antiochia potiretur. Commodum sub eadem tempora soror Ægypti Regis Cleopatra, fratris pulsa matrimonio, in Syriam se contulerat. La res caussam sermonibus præbuit, *non sine numine diuum ista fieri, sed plane mirifica opportunitate temporum atque rerum dignam offerri nouo Regi conditionem. Genus vtriusque, ætatem, formam congruere: fortunam quoque haud multo disparem, siue calamitatem amborum respicias, siue initium & spem resurgendi. Antiocho patrem fuisse Syriæ Regem, sed tantam natalium claritudinem diu nihil ei præcipuum nisi pericula tulisse. Educatum peregre ne exilium quidem tutum habuisse, quo minus in caput eius insidiæ ab impio patre struerentur, Nunc eumdem hactenus vsum rebus prosperis, vt magnam*

Regni

CAP. XXX.
C. Cato damnatur repetundarum.

A. V. C. DCXLI.
Prouincia Consulum.

CAP. XXXI.
M. Drusus Consul contra Scordiscos prospere pugnat.

CAPVT XXXII.
Antiochi Cyriceni bellum cũ Grypo.

CAPVT XXXIII.
[illegible] inter Cyricenum & Cleopatram.

Regni partem, caputque omnium Antiochiam voluntate popularium receperit. Sed æque celeriter hanc felicitatem dilabi posse, quam acciderit: ni validiore aliquo firmamento muniatur. neque commodius aliud, quam decorum matrimonium esse. mansura melius hominum studia, quum suscipiendis liberis etiam post se relicturus videatur suis partibus maximum sacramentum seruandæ fidei, & remunerandæ pignus.

CAPVT XXXIV.
De varia fortuna Cleopatræ.

Vicissim Cleopatram paulo ante fraterno matrimonio florentem, tot Regum sobolem, Reginam amplissimi Regni, præter originis splendorem, quem vnum eripere fortuna nequiuisset, cetera perdidisse: Reginam primum, nunc omni Regno extorrem. Igitur nihil ei optabilius fore, quam si cum hoc iuuene iuncta, pari dignitate matrimonium, præterea non spernendas in præsentia opes, cum magna exspectatione ampliorum recuperasset. Neque tamen indotatam venire, quæ maximis vbique amicitiis atque clientelis polleat.

CAPVT XXXV.
Clientela eius & amicitia.

Nam in Cypro quidem qui sit exercitus, eum ab his hominibus regi, qui acceptis ab ea beneficiis quoquo modo relaturi videantur gratiam: præsertim vbi eo in loco illam viderint, vnde exspectari possit nouorum beneficiorum occasio. Neque Regem Ægypti moleste laturum, si tale quid accidisset. Constare enim non lubenter, sed quia matrem sit veritus, diuortium fecisse: ceterum bene illi cupere, & haud dubie quibus possit modis subleuatam adiutamque velle. Sed & cum Alexandro fratre æmulationem accedere. per quam vtrique potius cuilibet illa arma sit passurus accedere, quam vt in fratris potestate sint, cui mater Cleopatra, quum Regnum Ægypti non potuerit, Cyprum dederit, haud dubie maiori Ptolemæo hostem instructura.

CAPVT XXXVI.

Quum hæc populari sermone agitata, ne ipsis quidem displicuissent. coeunt nuptiæ, & ne nudum vxoris nomen adferre viro Cleopatra videretur, solicitatum qui in Cypro alebatur exercitum, mariti partibus adiungit.

Cyricenus à Grypo vincitur.

Cyricenus auctis hoc modo copiis, pugnam ausus, vincitur à fratre Grypo fugaturque. Protinus ad Antiochiam victor exercitus ducitur, quo Cyricenus post infelicem pugnam concesserat; Sed ille quidem depræhendi non potuit: vxor Cleopatra, quum capi vrbem videret, ad sanctissimum ibi templum confugit. Quod vbi Tryphænæ propere nunciatum, nam ante omnia sororem intentissima cura peruestigari iusserat; summa ope contendit à viro, *vt ne dubitet tollere Ægypti exulem, Syriæ pestem, nec nisi vtriusque Regiæ malo victuram. ab hac [illegible], ab hac armatum esse. nihil æquius, quam vt in sororis & affinis caput comparatum exitium, in ipsam turbarum auctorem recidat.*

CAPVT XXXVII.
Grypus necare Cleopatram grauatur.

lento adhæc marito, qui pudendum id *facinus, neque inter tot domus suæ discordias ab vllo maiorum vsurpatum; præterea sororis consobrinæque, & alia necessitudinum nomina, quibus sibi vxori, & liberis toties innexa Cleopatra esset* ingeminabat. mulieris sæuitia supra

conlue-

conſuetam pertinaciam etiam ſuſpicionibus accenditur, ne amantis potius iſta verba, quam miſericordia commoti forent. Neque ſatis efficax ad perſuadendum auctor cognatione parci iubebat; qui matre interfecta fratrem veneno necare ſtuduiſſet. Igitur nihil morata contationem viri, vocatos ad ſe milites *ire in templum, & vbicumque reperiſſent occidere Cleopatram* iubet. Atque illi ſimulacrum deæ complexu tenentem quum auellere non potuiſſent; magna crudelitate miſerrimæ mulieris manus amputarunt. ita extremis vocibus *vitrices parricidii diras ab eo quod violaſſent, numine* imprecata, moritur. Neque diu teterrimæ belluæ impunita immunitas fuit. Vulgato Cleopatræ caſu inflammatus ad vindictam Cyricenus, eo plures reperit, qui crudeliſſimi facti odio, illi ſe adiungerent. Fuit & fortuna in partibus: magnoque prœlio ſuperior & vniuerſo Regno Grypum expulit; & Tryphænam redegit in poteſtatem. neque dubitatum diu eſt, quin eius ſupplicio manibus interfectæ ſororis parentaretur. Exhinc quia Grypus ad Aſpendios ſe contulerat, pro eo Regnum in Syria Cyricenus obtinuit: incipiente apud Græcos Olympiade centeſima ſeptuageſima ſeptima, quum Romæ M. Liuius Druſus, L. Calpurnius Piſo Conſulatu fungerentur. Ceterum Rex nouus quum longe alia inſtituta tempus poſceret, luxui vinoque deditus, inter mimos & præſtigiatores, & earum ſordium artificia degebat, dictataque ab his excepta contento ſtudio meditabatur. ſed & animalium formas fabricabat, quæ in morem viuentium mouerentur, interdum quinque cubitorum magnitudine, quas aureis argenteiſue laminis operiebat. Præter hæc inſano venandi ſtudio ſæpe cum binis terniſue ſeruulis noctu clam amicis exibat. eratque proiectæ in eam rem audaciæ, vt cum leonibus, apris, pardis congrederetur, neque raro vitam ſuam in grauiſſima diſcrimina coniiceret. Interea belli apparatus iacebat, quos hic tam in ludicris machinationibus diligens, nulli curæ habebat. Hæc audita fratrem Grypum ad ſpem repetendi Regni excitarunt, ſtatim altero quam inde pulſus erat anno. Igitur adiutus ab Aſpendiis, Pamphyliæ vrbe ſatis populoſa, vnde & cognomen ei poſtea nouum fuit, quum in Syriam veniſſet; aliis ob veterem amicitiam, aliis quod noui Regis mores non probabant, ſtudia ſua certatim offerentibus, denuo par æmulo fuit: multiſque deinde annis certatum inter fratres eſt, transmiſſis etiam in filios odiis, donec & Regnum Syriæ, & Seleucidarum genus, funditus interiret. Sed aliam quidem Syriam Grypus; eam quæ *Cœle* vocatur, Cyricenus obtinebat. Sic diuiſa inter duos potentia quum minus à vicinis timeretur, Iudæorum reſpublica, Ioanne principe, magnis incrementis ad priſtinarum opum ſpeciem refloruit. Huic Ioanni cognomentum

CAPVT XXXVIII. *Igitur coniux eius, Cleopatra ſoror, eam interfici iubet.*

CAPVT XXXIX. *Victor iterum Cyricenus Cleopatra necem vlciſcitur.*

CAP. XL. *Cyriceni venationes.*

CAP. XL. *Syria diuiſa inter duos Antiochos.*

Hircano fuit; etiam ante populis illis non incognitum: ne quis à gente
victa vocabulum inditum inepte adfirmantibus credat. Ipſi quidem
Iudæi, quamquam gloriæ gentilis impotenter ſtudioſi, *fraternum id no-*
men fuiſſe referunt, *& poſt mortem illius ab adfine proditorie interfecti, decreto*
CAP. XLII. *Iudæorum res efflorescant.* *ſeniorum in hunc collatum; vt clariſſimi iuuenis quia vita ſalua eſſe nequiuerat,*
ſaltem ſuperſtes & honoratum nomen foret. Hic igitur quum Syriaci Re-
gni formidabilem antea potentiam, perpetua Regum inter ſe bella de-
bilitaſſent, iam à morte Antiochi, quo natus eſt Cyricenus, abiecit iu-
gum; neque poſtea quidquam pro obnoxio aut cliente facere voluit Sed
maximis pecuniis ex quieta fertiliſſimæ regionis poſſeſſione, maxime ex
opobalſami vectigalibus, paucos intra annos collectis, quum Romano
populo ſocio & amico vteretur, & amiſſas Antiochi bello vrbes recupe-
rauit, & vltro plures alias expugnauit armis, Quin & Idumæos bello
fatigatos in deditionem accepit, Iudaicoque populo, circumciſionis &
ſacrorum communione accenſuit. veſtigiis tamen ſeruitutis in iuris in-
CAP. XLIII. *Samaria obſidetur a Iudæis.* æqualitate exſtantibus. Mox & Samariam, alteram olim gentis Iudai-
cæ Regiam, ſed tum Syris parentem, foſſa & duplici muro circumda-
tam, ad inſolitos cibos adegit. Qua neceſſitate quum Cyricenum An-
tiochum ad opem ſibi ferendam permouiſſent, à filiis Hyrcani Ariſto-
bulo & Antigono ſuperatus fugit · Scythopolin vsque perſequentibus
cum Iudæis. Perferre tamen omnia prius Samaritæ maluerunt, quam
infeſtiſſimis hoſtibus ſe dederent. Igitur quamquam quotidie grauius
vrgebat fames, & vix ſperari poterat, Regem Antiochum rem ſemel in-
feliciter tentatam. præſertim qui minime copiis abundaret, iterum ag-
greſſurum: tamen oratores per cuſtodias hoſtium emiſerunt, qui *bene*
meritæ ciuitatis extrema pericula & vnam in ipſo reſiduam ſpem, nunciarent.
CAP. XLIV. *Fruſtra repugnante Cyriceno.* Antiochus precibus illorum, & ſuarum rerum damnis excitus, ſex mil-
lia militum à Ptolemæo Lathuro impetrat, quæ res nec ipſi magnæ vti-
litati, & amico propemodum exitio fuit. Nam mater Ptolemæi Cleo-
patra, quod ſe inuita traditi Antiocho milites erant, rem ita tulit indi-
gne, vt vix mitigari poſſet, quo minus quod poſtea fecit, filium Regno
depelleret. Antiochus autem accepta Ægyptiorum manu, quum ne ſic
quidem par Iudæis eſſet, in morem latrocinii magis quam belli agros ho-
ſtium vaſtabat. ad iſta prohibenda maleficia abſtracturum Iudæos ab ob-
CAP. XLV. ſidione Samariæ ratus Sed vbi rem parum procedere, ſuos paſſim exce-
pto sinſidiis multos interfici, nec ideo Iudæos ab incepto deterreri poſſe,
videt Callimandro & Epicrati bellum Iudaicum mandat, ipſe Tripolim
proficiſcitur. Ex his ducibus Callimander audacius quam perſeueran-
tius cum hoſtibus inito prœlio, victus fugatusque à perſequentibus oc-
ciditur.

ciditur. Epicrates neque obſidionem ſoluere Samariæ quiuit: & accepta pecunia palam Iudæis Scythopolim tradidit, cum finitimis oppidis vicisque. ita Samaria in poteſtatem Hyrcani venit, annum integrum obſidione toleratá. isque finis antiquo oppido fuit: nam ab Hyrcano non diruta modo, ſed ſuffoſſis ædificiis in torrentes præcipitata veluti diluuio ita interiit, vt vix veſtigia vrbis relinquerentur. Auguſti demum ætate ab Herode magno condita, honoris Cæſaris cauſſa *Sebaſte* nomen accepit.

Samaria capta deletur ab Hyrcano.

CAP. XLVI. *Pontica Regia tragicis caſus.*

Dum in Syria hunc in modum ſceleribus & armis certatur, etiam Ponti Regia tragicis exemplis non caruit: quum parricidia parricidiis punirentur. Qui Mithridatem cognomento *Euergeten* dolo interfecerant, à filio Mithridate, cui iam ætas ſua roburque ad capeſſendam adminiſtrationem Regni ſatis placebant, quum & ſe inſidiis eorumdem varie petitum meminiſſet, viciſſim ſunt interempti: etiam matre veneno necata, quod in ſuam patrisque perniciem cum ceteris conſpiraſſet.

CAP. XLVII *Mithridatis ſæuitia.*

Ab his auſpiciis ſæuitia eius, cui ex ſiluestri vita perpetuisque venationibus à puero adſueuerat, ad cetera deinceps crudelitatis opera proceſſit, quibus atrociora nemo vnus edidiſſe legitur; non alia parte morum deformior. De cetero ingentis animi adoleſcens, & inuſitatæ amplitudinis potentiam à principio ſtatim animo complexus, ſeque & copias, etiam quum procul hoſtis eſſet, indeſinenter exercebat. Spem eius inflabant veterum atque nouorum prodigiorum obſeruatio, vatumque vanitas, Regibus vtique haud facile alia, quam ipſos velle intelligunt, promittentium. Hi *per ſagittarios & leuem armaturam mirabilia ei portendi* reſponderant, quod fulmen quum in caſam, vbi ſomnum forte caperet, incidiſſet, tacta, quæ iuxta ſuſpenſa erat, pharetra, ſagittas ambuſſerat. ſed & prima ætate tam prope fulmen ceciderat, vt faſcias, quibus erat inuolutus accenderet, & cæſariem infantis lamberet, intacto alias corpore, niſi quod frons leuiter obuſta veſtigium caſus eius indiciumque retinebat.

CAP. XLIIX *Cur fuerit Bacchus cognominatus.*

Hinc ei *Bacchi cognomen inditum eſſe* quidam crediderunt, *quod illius quoque infantia tacta fulminibus, neque læſa eſſe ferebatur.* nam alii *ex bibacitate quæſitum* ferunt, *& quod edendi bibendique propoſito certamine, haud dubiam victoriam obtinuiſſet.* ſane multi eum cibi vinique fuiſſe conſtat: ſed magnitudini corporis atque virium congruebat, frequentibusque exercitationibus, quibus totum ſe dediderat, conuiuiis atque luxui minimum tribuens.

CAP. XLIX. *Regni eius incrementa.*

Neque ſane tam vaſta cogitanti remiſſiore cura opus erat, quod accolas omnium pugnaciſſimos habebat. Quippe ſupra Pontum Euxinum Scythicæ Sarmaticæque gentes late incolebant; quibus ad bella nihil vmquam fuit promptius. Hos

tamen partim ductu suo, partim auspiciis per Diophantum maxime & Neoptolemum præfectos, ita perdomuit, vt ad Mæotidem & Colchos vsque, immenso terrarum sinu, imperium extenderet. Adiuuit eum, quæ numquam potentiori deest, occasio. semper enim reperies, qui aliorum iniuriis exagitati, vltionem vel cum libertatis suæ periculo meditentur. Tum Cherronesus vrbs libera, ne Scytharum in manus incideret; itemque Bospori tyrannus Parisades, maius solito tributum ab his exigi indignatus, Mithridati se dediderunt. frustra prohibentibus Sciluri filiis, quos numero & paternis monitis notos, frequentibus prœliis subegit. *Quinquaginta fratres fuisse* Posidonius, *ectogınta* Apollonides memoriæ tradiderunt. His successibus animosior, totius orbis imperium improba spe sibi destinans, Asiam & Romanos æmulos cogitare cepit: subactis vsque ad mare Adriaticum populis, illa parte irrupturus Italiam, vnde maximum & longissimum postea bellum erupit, vt suo loco memorabitur. nunc Regni exordia signasse suffecerit, quæ in M. Liuium Drusum, L. Calpurnium Pisonem Consules, aut proximum ante, vel post eos, annum inciderunt. siquidem sex aut septem & quinquaginta imperii annis exactis, C. Antonio, M. Cicerone Consulibus decessit.

CAP. L. *Consilia de imperio orbis, & bello Romano.*

Et hæc quidem atque talia, latentibus inter primordia rerum Pontici Regis consiliis, Senatus negligebat: in Syriacum Regnum intentior, cuius opes defectione ciuitatum, aliisque damnis quæ bella ciuilia sequi solent, quotidie minui, non inuitus accipiebat. ne Africanas res eodem animo ferret, pudore & ira vetabatur: quum neque Regum amicissimorum progeniem indefensam relinqui decorum, neque suam à Iugurtha maiestatem contemni tolerabile iudicaret.

CAP. LI. *Iugurtha caussam belli aduersus Atherbalem quærit.*

Maiore igitur cura ac seueritate coërcere impotentem hominis audaciam cepit: tardius tamen, quam populi Romani dignitas, & salus Atherbalis requireret. Quippe Iugurtha fratris modestiam iniuriæ opportunam videns, summa ope caussam belli quærebat, etiam fines eius cum magna manu hostiliter populatus, vt hoc dolore commotum, ad arma contra se capienda compelleret: eaque res sibi deinceps ad ea, quæ animo destinauerat, peragenda obtentui esset. Atherbal neque armis confisus, quorum expertus infirmitatem fuerat, & populi Romani promiorem voluntatem sibi pollicitus, si eius reuerentia bello abstinuisse videretur; legatos ad Iugurtham de iniuriis questum mittit. ab hoc cum multa contumelia verborum remittuntur.

CAP. LII.

Ne sic quidem moto ad bellandum Atherbale, qui prius omnia pati decreuerat, ipse impatiens moræ, iustum exercitum in fines Atherbalis inducit: & palam totius Numidiæ imperium sibi asserens, quæcumque incederet, imperata facere recusantium vrbes, agrosque vastat.

ſtat. Tum demum neceſſitas expreſſit Atherbali, vt Regnum, niſi relinquere mallet, armis tueri ſtatueret. Igitur collecta quanta potuerat manu, prope Cirtam oppidum, quæ Numidiæ antiqua regia fuit, haud procul Iugurthæ caſtris cum exercitu conſedit: miſſiſque Romam legatis, *quo fortunæ ſuæ loco eſſent, edoceri Senatum* iuſſit.

Atherbal exercitum cogit.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER VNDETRICESIMVS.

In locum lib. LXIV. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Lib. LXIV. Liuiani.

Atherbal bello petitus à Iugurtha, & in oppido Cirta obſeſſus, contra denunciationem Senatus ab eo occiſus eſt. Ob hoc ipſi Iugurthæ bellum indictum: idque Calpurnius Beſtia Conſul gerere iuſſus; pacem cum Iugurtha iniuſſu populi & Senatus fecit. Iugurtha fide publica euocatus ad indicandos auctores conſiliorum ſuorum, quod multos pecunia in Senatu corrupiſſe dicebatur, Romam venit: & propter cædem admiſſam in Regulum quendam, nomine Maßiuam, qui Regnum eius populo Romano inuiſi appetebat, Romæ interfectum, quum periclitaretur, cauſſam capitis dicere iuſſus, clam profugit, & cedens vrbe fertur dixiſſe: O vrbem venalem, & cito perituram, ſi emptorem inuenerit! A. Poſthumius legatus infeliciter prælio aduerſus Iugurtham geſto conflixit. pacem quoque adiecit ignominioſam, quam non eſſe ſeruandam Senatus cenſuit.

COgnitis per legatos Numidiæ rebus, quum in Senatu vehementes & inimicos & propugnatores Iugurtha haberet; tandem eo peruentum: vt *tres legati in Africam* decernerentur, *verbis Senatus populique Romani Regulis denunciaturi; abſiſterent bello: & ſi quid controuerſiæ incidiſſet, id iure potius quam armis diſceptarent; ita maxime ex Senatus populique Romani & ſua dignitate facturos videri.*

Legatio in Numidiam decernitur.

videri. Quum legatio amplius impediri non posset, operam tamen amici Iugurthæ dederunt, ne insignis aliqua auctoritate præditi legarentur.

CAP. II.

Ita tres adolescentes nominati, dum itineri se parant, in Africa propemodum de Regno & vita Atherbalis transactum est. Eodem enim tempore, quo legati Numidæ ab illo missi discesserant, quum iam præcipiti in noctem die, prœlium amplius non speraretur, Atherbalis copiæ quieti se tradiderunt. At Iugurthini milites ante lucem signo dato irrumpunt hostium castra, imparatosque & ex somno trepide arma corripientes trucidant. multis interfectis, ceteris fuga palantibus, Atherbal cum parua manu equitum Cirtam profugit.

Atherbal a Iugurtha vincitur.

CAP. III.

Cirta Numidiæ Metropolis.

Cirtam vrbem situ loci munitissimam, etiam Græcis inquilinis allectis plurimus, in tantum Micipsa frequentauerat; vt decem equitum millia, duplicem peditum numerum emitteret: sed tum interfectis aut fuga dilapsis plerisque quos Atherbal eduxerat, ceteris metu exanimatis, peregrinæ virtutis indigebat. Multitudo Italicorum Cirtæ negotiabatur: ea Iugurtham, quum fugientem Atherbalem studio capiendi æmuli inflammatus insequeretur, non sine spe vrbem eodem victoriæ impetu in deditionem venturam, à mœnibus repulit. quod nisi esset factum, vna dies initium bellandi duobus Regibus finemque attulisset.

CAP. IV.

Ab Iugurtha oppugnatur.

Iugurtha vbi primus conatus frustra fuit, obsidione Cirtam claudit, operibusque excitatis summa vi expugnare contendit, priusquam Roma venire legati possent. nam ad solicitandum Senatum missos ab Atherbale certos homines esse cognouerat. Eo magis maturandam profectionem suam Romana legatio censuit. nam de prœlio & oppugnatione Cirtæ, dum iter adornant, quanquam molliori vero rumor attulerat. Neque tamen hæc diligentia quidquam ad liberandum Atherbalem valuit. cuius ne appellandi quidem potestate facta, responsum tale ab Iugurtha tulerunt: *sibi Senatus auctoritatem semper sanctam inuiolabilemque fuisse: neque aliud ab adolescentia studium, quam vt optimo cuique maxime probaretur.*

CAP. V.

Iugurtha legationem Senatus eludit.

His artibus & P. Africano summo viro placuisse; & Micipsæ: a quo licet ex se genitos haberet, ob virtutem & merita fuerit adoptatus. Sed eiusmodi rerum conscios animos plerumque iniuriarum impatientes fieri. Atherbalem vitæ suæ struxisse insidias: id scelus armis vlcisci certum sibi decretumque esse. orare ne populus Romanus se interponat iustissimæ vltioni, neue id vetet, quod iure gentium permissum sit Regibus. postremo de rebus omnibus propediem se legatos Romam missurum esse confirmat. Sic irrita & inanis ista legatio fuit.

CAP. VI.

Qua digressa, quum oppidum natura loci validum, vi expugnari non posset, vallo atque fossa circumdatur: turribusque in circuitu exstructis præsidia

dia imponuntur: nihil reliquum Iugurtha facit, quo minus confirmando ſuos, terrendo aut ſolicitando hoſtes, vi, dolo, diurnis nocturniſque conatibus, finis negotio imponatur.

Atherbal iterum mittit Romam.

Tanto vehementiori metu perculſus Atherbal, poſtquam inopia rerum neceſſariarum fatiſcere obſeſſos animaduertit, ex iis qui vna Cirtam profugerant, duos maxime impigros, promiſſis & miſeratione ſortis ſuæ permouet, vt permunitiones hoſtium ad mare, quod nec longe aberat, deinde Romam pergant.

CAP VII.

Eius miſerabiles literæ.

Ab his miſerabiles literæ Senatui redduntur, in hæc verba ſcriptæ: *Non mea culpa ſæpe ad vos oratum mitto, Patres conſcripti, ſed vis Iugurthæ ſubigit: quem tanta libido extinguendi me inuaſit, vt neque vos, neque deos immortales in animo habeat; ſanguinem meum, quam omnia, malit. Itaque quintum iam menſem ſocius & amicus populi Romani armis obſeſſus teneor: neque mihi Micipſæ patris beneficia, neque veſtra decreta auxiliantur: ferro, an fame acrius vrgear, incertus ſum. Plura de Iugurtha ſcribere dehortatur fortuna mea: etiam ante expertus ſum, parum fidei miſeris eſſe. niſi tamen intelligo illum, ſupra quam ego ſum, petere; neque ſimul amicitiam veſtram, & Regnum meum ſperare: vtrum grauius exiſtimet, nemini occultum eſt. nam initio occidit Hiempſalem fratrem meum: deinde patrio Regno me expulit, quæ ſane fuerint noſtræ iniuriæ, nihil ad vos. verum nunc Regnum veſtrum armis tenet: me, quem vos imperatorem Numidiæ poſuiſtis, clauſum obſidet: legatorum verba quanti fecerit, pericula mea declarant. quid eſt reliquum, niſi vis veſtra, qua moueri poſſit? nam ego quidem vellem, & hæc quæ ſcribo, & illa quæ antea in Senatu queſtus ſum, vana forent potius, quam miſeria mea fidem verbis faceret.*

CAP. VIII.

Sed quoniam eo natus ſum; vt Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem: non iam mortem, neque ærumnas, tantummodo inimici imperium, & cruciatus corporis deprecor. Regno Numidiæ quod veſtrum eſt, vti libet, conſulite: me ex manibus impiis eripite, per maieſtatem imperii, per amicitiæ fidem; ſi vlla apud vos memoria remanet aui mei Maſiniſſæ.

Diſſenſio Senatus.

His auditis pars Senatus incorrupta non dubitabat, quin *ante omnia ſubueniendum Atherbali* foret, *exercitu in Africam miſſo: de Iugurtha, quod ille verbis legatorum non paruiſſet, per otium ſtatui poſſe.* ceterum fautores Regis acerrime pugnarunt, ne tale quid decerneretur.

CAP. IX.

Fautorum Iugurthæ verba.

ſæpe multis magniſque iniuriis acceptis populum Romanum omnia tamen prius tentaſſe, quam bellum decerneret. Multa ab Hannibale, multa à Philippo paſſum, donec arma Pœnus aut Macedoniæ inferret. Nec enim pio iuſtoque bello certaturos putaſſe, niſi liqueret, aliter tueri ius ſuum nequiuiſſe. Inter ſocios deinde Reges, quamquam illa & patrum ætate, in Aegypto, in Syria, & apud cetera Aſiæ Regna multæ turbæ exſtitiſſent, auctoritatem ſuam prompte, arma raro &

contan-

contanter interposuisse: sic adsequutos, vt sociis integram permittere libertatem visi, laudibus ac fauore omnium celebrarentur: & inter externa populorum bella, mutuisque cladibus debilitatos Reges, imperium firmius retinerent.

CAP. X.

Nullas esse caussas bellandi cũ Iugurtha.

Nihil accidisse, quo minus eodem instituto vti pergerent. nullas aduersus Iugurtham bellandi proprias Romano caussas esse: fratrum inter se certamina nullo rei Romanæ damno exarsisse. non vtilitate vlla, non iure cogi Senatum, vt bello minime necessario implicet Rempublicam. Queri quidem inuidiose Atherbalem, sed prius etiam haud minus atrocia falso questum. atque ita iudicasse Patres, quum Hiempsale cæso Regnum inter fratrem eius & Iugurtham diuisissent. non enim profecto parricidæ præmium dedisse sceleris, sed non ideo damnandum putauisse, quod in depellendis insidiis ille felicior, quam in ponendis Hiempsal fuisset.

CAP. XI.

Frustra Masinissam aduocari, non minus Iugurthæ, quam Atherbalis auum. & similiorem quidem ei Iugurtham esse animo ingenioque, & declaratis in populum Romanum studiis. Illum acerrimo Hispaniensi bello, quum Romanorum plerique metu segniores ad militiæ munia essent, P. Africano præstantissimo Imperatori præ ceteris omnibus industriam suam fidemque probauisse. Ab Atherbale nihil vltra verba profectum, quæ cum factis alterius conferri non oporteat. Sane ne cui ius suum præter mentem voluntatemque Senatus eripiatur, neue præcipitanter aliquid durius decernendo sociorum alienentur animi; legatos in Africam mitti posse, qui res inspiciant, & Senatus verbis denuncient, amicissimi Regis nepotes armis potius quam iure contendere Senatui non placere: eumque per quem stetisset, ne arma ponerentur, Senatum pro hoste habiturum.

Legatos iterum mitti posse.

CAP. XII.

Hæc à Iugurthæ patronis, quum magis ob pecunias, quas acceperant aut sperabant, quam vlla alia idonea caussa dicerentur; factum est, quod sæpe euenit, vt priuatis rationibus egregium publicum cederet. Legantur tamen in Africam senes, summo loco nati, amplisque honoribus vsi: quorum & M. Æmilius Scaurus fuit, de quo supra memorauimus. Hi precibus Numidarum, & populi sermonibus moti, proximum intra triduum nauem conscenderunt: paucisque diebus transuecti Vticam, literas miserunt ad Iugurtham, petentes *vti quam celerrime in prouinciam accederet, se ad eum a Senatu missos esse.*

Legati Iugurthā arcessunt.

CAP. XIII.

Ille contanter paret.

Iugurtham pugnantes inuicem adfectus timor & cupiditas incertum consilii faciebant: vim Romanam metuebat, nisi legatis paruisset, vicissim inflammatus cupidine cuncta, dum animo obsequeretur, leuiora ducebat. Igitur si Atherbalem interfecisset, priusquam mandata Senatus exponerentur, veniam admissorum pecunia redimi posse sperans; corona vrbem circumdatam summis viribus oppugnat. sed virtute Italicorum reiectus, quum trahere tempus non auderet, ne moram legati, & quem præ omnibus metuebat, Scaurus pro contumacia interpretarentur; cum paucis equitibus in prouinciam venit.

venit. Poſt acrem contentionem verborum, quamquam graues minæ Senatus nomine, *ni omitteret Atherbalem*, denunciabantur; hæc quoque legatio ſine effectu digreſſa eſt. Sed vbi Cirtæ de iterata legatione auditum, & inde Senatui populoque Romano res Numidicas curæ cordique eſſe creditum eſt, Italici generis homines, quorum virtute defenſum adhuc oppidum fuerat, confiſi Romanum ſibi nomen præſidio aduerſus iniuriam fore; Atherbalem *ad deditionem* cohortantur. *neque aliud paciſci quam vitam incolumem* iubent: *cetera Senatus auctoritate facile recuperaturum*. Non erat ignarus Atherbal, quam parum fidei in pactionibus Iugurthæ eſſet: ſed quia videbat in illorum manu ſitum, vt ſe inuito vrbem hoſti tradant, cum infulis ad Iugurtham egreſſus, *permittere ſe Regnum meliori* au. *tantum orare, vt priuato viuere beneficio fratris liceat*. Ille vt qui numquam viuo Atherbale firmam ſibi Numidiæ poſſeſſionem fore olim iudicauiſſet, neque preces ipſius, fraternumque nomen, neque Senatus populique Romani denunciationem reueritus, excruciatum occidit: deinde puberes omnes Numidas interficit: ne Italicis quidem iram & crudelitatem abſtinens, quo minus quotquot comperti erant arma pro Atherbale tuliſſe, torti necarentur. Hæc Romæ cognita clariſſimo documento patefecerunt, quem ad finem lapſi mores, & ab innocentia & grauitate veterum receſſum eſſet. Tam atrocibus enim rebus in Senatu agitari ceptis, per multum tempus protracta diſceptatio eſt: mancipiis illis auri Regii nunc gratia, nunc de iure diſſerendo, interdū & iurgiis, quod aduerſus Iugurtham decretum fieret, intercedentibus. Putantque prolatandis conſultationibus futurum fuiſſe, vt eluſo primæ iræ impetu, vindictæ à ſceleratiſſimo mortalium expetendæ ſtudium euaneſceret: niſi C. Memmius, qui Tribunis plebis deſignatus erat, vir acer, & nimiam principum potentiam ſpeculari & carpere ſolitus, populum Romanum edocuiſſet, *id agi, vt per paucos factioſos ſcelus Iugurthæ condonaretur*. Hæc inuidia demum Senatui, ex delicti conſcientia populum timenti, expreſſit, *vt Iugurthæ bellum indiceretur*: *Lege Sempronia futuris Conſulibus Numidia atque Italia prouinciæ decernerentur*. P. Scipio Naſica. L. Calpurnius Beſtia Conſules facti. Hi, poſtquam maioribus hoſtiis procuratum prodigium fuit, quod lactis pluuiæ per triduum ceciderant, prouincias ſortiti, L. Calpurnius Numidiam, P Scipio Italiam obtinuerunt. Delectus deinde à Conſulibus habiti. quorum cauſſa quum indictum iuſtitium eſſet, populi Romani ſenſum præco Granius expreſſit, homo liberis neque vernilibus facetiis notus: qui roganti Naſicæ Conſuli, *ecquid triſtis eſſet, quod auctiones ceſſent*: *minime*, inquit, *ſed quod leges*. Sed nondum eo peruentum erat, vt vel auaritiæ ſuæ pude

CAP. XIV. *Re infecta diſcedunt.*

CAP. XV.

Atherbal cum cruciatu occiditur.

CAP. XVI.

Id facinus in Senatu à multis defenditur.

CAP. XVII. *Fit tamen SC. contra Iugurtham.*

A. V. C. DCXLII.

Granii præconis liberum reſponſum.

CAP. XVIII.

Digitized by Google

ret Rempublicam quæſtui habentes principes; vel ſatis virium ad hos reprimendos in publicis iudiciis eſſet. oportebatque multa præterea, & à magnis viris peccari, donec Patribus pudore aut conſcientia victis, ad

Calpurnii Conſulis virtutes & vitia.

vindicanda legibus ſcelera populi conſenſus euigilaret. Erant in Conſule Calpurnio multæ magnæque corporis & animi dotes; niſi auaritia corrumperentur. cetera patiens laborum, prouidus, impiger, bellum acriter parabat. iam ne Senatu quidem contante, exercitus qui in Africam portaretur, ſcribitur: ſtipendium, & alia quæ bello vſui forent, decernuntur.

CAP. XIX.

Iugurtha filium mittit Romam.

Hæc vbi Iugurthæ longe alia quam ſperauerat adlata ſunt, nam cuncta Romæ venalia eſſe pro comperto habuerat; maiori metu correptus, filium, & præterea duos amicorum ad Senatū mittit. His quoq; præcepta eadem data, quæ antea iis quos Hiempſale interfecto legauerat, *vt quibuscumque volentibus accipere pecuniam largirentur.* ſed irritas Iugurthæ inſidias diligentia Calpurnii Conſulis effecit: qui legatorum audito aduentu, conſuluit Senatum, *reciperéne mænibus legatos Iugurthæ placeret?*

CAP. XX.

Senatus decreuit, *niſi Regnum ipſumque deditum veniſſent, vti in diebus proximis decem Italia decederent.* Sic illi rebus infectis domum reuertuntur.

Conſul expeditionem Numidicam ſuſcipit.

Conſul exercitu commeatibusque paratis, legat ſibi homines nobiles, principes factionum, magna in Senatu auctoritate: quorum opibus, quæ deliquiſſet, defendi poſſe arbitrabatur. in his & M. Aemilius Scaurus fuit, vir eo ingenio, iisque moribus, qualem ſupra deſcripſimus. Ita legionibus per Italiam Rhegium deductis, inde in Siciliam, atque ex Sicilia in Africam tranſpoſitis, acriter Numidiam ingreſſus eſt, multosque captiuos, atque etiam vrbes aliquot in poteſtatem redegit.

CAP. XXI.

Iugurtha Conſulem & M. Scaurum pecunia corrumpit.

Iugurtha, vbi præter exſpectationem arma Romana in Regno, & ſerio bellum geri videt, ad ſolitas artes conuerſus legatos ad Conſulem mittit, *difficultatem ſuſcepti belli oſtendi, pecunias offerri* iubet. Quibus pro animi ſui vitio facile expugnatus Conſul, in ſocietatem conſiliorū Scaurum adſciſcit: atq; is, licet acerrimus antea Regis oppugnator fuiſſet, magnitudine mercedis ad obliuionem priſtinæ grauitatis adductus eſt. Nulla res maiores Numidæ animos facere potuiſſet, neminem iam Romanum auro inexpugnabilem eſſe rato, poſtquam ille victus eſſet, cuius tum probatiſſimi mores habebantur.

CAP. XXII.

Igitur qui antea pro magno ductus fuerat, ſi tantummodo tempus redimere potuiſſet, quo interim Romæ gratia aut precio res ſuas meliorem in locum reponeret: nunc, quia Scaurus in partibus eſſet, maxima pacis impetrandæ ſpe concepta, Conſuli ſignificandum curat, *ſi tuto venire in caſtra poſſet, coram de conditionibus acturum.*

In caſtra Romana venit.

Ita mittitur à Conſule Sextius Quæſtor in oppidum Iugurthæ Vaccam, ſpecie frumenti accipiendi, quod palam imperatum Regiis legatis fuerat.

CAP. XXIII. *Se ſuaque in fidē populi Rom. per ſimulationem dedit.*

rat: reuera, vt pro corpore Iugurthæ obſes eſſet. Rex in conſilio pauca de rebus ſuis loquutus, *ſe ſuaque in fidem populi Romani dedere paratum* fingit: cetera cum Scauro & Beſtia ſecreto tranſiguntur, poſtero die quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis, Rex pro conſilio in deditionem accipitur: elephanti triginta, pecus atque equi multi, cum paruo argenti pondere, vti erat imperatum, Quæſtori traduntur: denique iniuſſu populi & Senatus pax Numidæ pudendis nomini Romano conditionibus datur. His ita conſtitutis L. Calpurnius ad comitia Conſulum habenda Romam proficiſcitur: quia P. Naſica Conſul diem ſuum obierat, vir per omnia prauis collegæ moribus diſſimilis. tota vita firmus contra largitiones munerum, ſapientiæque deditus, quam non ſermonibus tantum, ſed magis vita exprimebat. de cetero non infacundus, hilaris, comis, & tamen auctoritatis ſuæ retinens: omnino dignus proauo, qui vir optimus iudicatus fuerat, & patre Naſica, domoque Cornelia, quæ ſummorum virorum ferax & pacis ornamenta multa tulit, & ex tribus orbis partibus partis virtute bellica cognomentis illuſtrata eſt.

CAP. XXIV. *Incendium ingens Romæ.*

Eodem anno incendium ingens Romæ fuit, magnaque pars Vrbis deflagrauit. Eo quum ædes Matris Deum in colle Palatino conſumpta fuiſſet, inuiolata Claudiæ ſtatua, quæ in veſtibulo ſtabat, tum quoque admirationi hominibus fuit: ſed maxime poſtquam Auguſti principatu, M. Seruilio, L. Lamia Conſulibus, alio incendio iterum intacta flammis ſtetit. Hæc illa Claudia Quinta eſt, ſiue Veſtalis virgo, vt multi putauerunt, ſiue matrona, vt Liuius memoriæ prodidit: quæ adhærentem in vado Tiberis nauem qua mater Idæa vehebatur, quum nulla iuuenum vi moueri poſſet: in patrocinium ſuſpectæ pudicitiæ cingulo traxiſſe dicitur: quo merito haud dubie ſtatua illi apud eamdem deam, cuius ſuffragio caſta iudicata fuerat, collocata eſt.

CAP. XXV. *C. Memmius Iugurthinam pacē refutat.*

His cladibus mœſtam ciuitatem acrius irritauit pactum cum Iugurtha fœdus, & dubitatio Senatus, qui neque probare fœdi & pernicioſi exempli rem poterat, neque reſcindere, magno ad potentiam Scauri reſpectu, audebat. Sed C. Memmius Tribunus plebis, frequentibus ad populum concionibus, *Romani nominis ignominiam, facinora nobilium audacia auaritiaque nihil non patrantium, Senatum conſcientia cunctantem,* arguens; acta Conſulis, quique in eadem cauſſa eſſent, vehementer impugnabat, ingenio & exercitatione acer & acerbus accuſator.

CAP. XXVI.

Cuius rei fidem facit vel vna ex quam multis oratio, cuius ipſa verba quia ſe referre Criſpus Salluſtius ait, ex eo Salluſtio referemus, quem non tantum vt optimum Iugurthini belli ſcriptorem, ſed etiam vt vnum de compluribus reliquum, ſequimur. Sed ille C. Memmium hunc in modum facientem verba inducit; *Multa me*

Rrr 2 *debor-*

[...] Oratio ad Quirites.

dehortantur à vobis, Quirites, ni ſtudium Reipublicæ omnia ſuperet, opes factionis, veſtra patientia, ius nullum; ac maxume, quod innocentiæ plus periculi, quam honoris eſt. nam illa quidem piget dicere, his annis quindecim, quam ludibrio fueritis ſuperbiæ paucorum; quam fœde, quamque inulti perierint veſtri defenſores; vt vobis animus ab ignauia, atque ſocordia corruptus ſit: qui ne nunc quidem, obnoxiis inimicis, exſurgitis; atque etiam nunc timetis eos, quibus vos decet terrori eſſe.

[CA]P. XXVII. [...]am in ad[...] [...]ure po[...]

Sed quamquam hæc talia ſunt: tamen, obuiam ire factionis potentiæ, animus ſubigit. certe ego libertatem, quæ mihi à parente meo tradita eſt, experiar: verum id fruſtra, an ob rem faciam, in veſtra manu ſitum eſt, Quirites. Neque ego vos hortor, quod ſæpe maiores veſtri fecere, vti contra iniurias armati eatis. nihil vi, nihil ſeceſſione opus eſt: neceſſe eſt, ſuomet ipſi more præcipites eant. Occiſo Tiberio Graccho, quem Regnum

CAP. XXIIX. Iniuriam Nobilitatis coarguit.

parare aiebant, in plebem Romanam quæſtiones habitæ ſunt. Poſt C. Gracchi, & M. Fuluii cædem, veſtri item ordinis multi mortales in carcere necati ſunt. vtriuſque cladis non lex, verum libido eorum finem fecit. Sed ſane fuerit Regni paratio, plebi ſua reſtituere: quidquid ſine ſanguine ciuium vlciſci nequitur, iure factum ſit. Superioribus annis taciti indignabamini ærarium expilari: Reges, & populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere; penes eoſdem & ſummam gloriam, & maximas diuitias eſſe. tamen hæc talia facinora impune ſuſcepiſſe, parum habuere: itaque poſtremo leges, maieſtas veſtra, diuina, & humana omnia hoſtibus tradita ſunt. neque eos, qui ea fecere, pudet, aut pœnitet: ſed incedunt per ora veſtra magnifici ſacerdotia, & Conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes: perinde quaſi ea honori, non prædæ, habeant. ſerui, ære parati, iniuſta imperia dominorum non perferunt. vos, Quirites, imperio

CAP. XXIX. Conuicia effundit.

nati, æquo animo ſeruitutem toleratis? At qui ſunt hi, qui Rempublicam occupauere? homines ſceleratiſſimi, cruentis manibus, immani auaritia, nocentiſſimi, iidemque ſuperbiſſimi, quibus fides, decus, pietas, poſtremo honeſta, atque inhoneſta omnia quæſtui ſunt. Pars eorum, occidiſſe Tribunos plebis, alii quæſtiones iniuſtas, plerique cædem in vos feciſſe, pro munimento habent. ita, quam quiſque peſſume fecit, tam maxime tutus eſt: metum à ſcelere ſuo ad ignauiam veſtram tranſtulere: quos omnis, eadem cupere, eadem odiſſe, eadem metuere

CAP. XXX. Plebis ignauiã vituperat.

in vnum coëgit. Sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio eſt. Quod ſi tam vos libertatis curam haberetis, quam illi ad dominationem accenſi ſunt; profecto neque Reſpublica, ſicuti nunc vaſtaretur: & beneficia veſtra penes optumos, non audaciſſumos, forent. Maiores veſtri parandi iuris, & maieſtatis conſtituendæ gratia, bis per ſeceſſionem armati Auentinum occupauere. vos pro libertate, quam ab illis accepiſtis, nonne ſumma ope nitemini? atque eo vehemen-

CAP. XXXI. Suum conſilium [...]

tius, quo maius dedecus eſt, parta amittere, quam omnino non parauiſſe? Dicet aliquis, quid igitur cenſes? Vindicandum in eos, qui hoſti prodidere Rempublicam,

cam, non manu, neque vi; quod magis, vos feciſſe, quam illis accidiſſe, indignum *expromit.*
eſt; verum quæſtionibus, & indicio ipſius Iugurthæ. qui ſi deditic ius eſt, profe-
cto iuſſu veſtris obediens erit. ſin ea contemnit, ſcilicet æſtimabitis, qualis illa
pax, aut deditio ſit, ex qua ad Iugurtham ſcelerum impunitas, ad paucos poten-
tis maximæ diuitiæ, in Rempublicam damna, atque dedecora peruenerint. CAPVT
Niſi forte nondum etiam vos dominationis eorum ſatietas tenet: & illa, quam XXXII.
hæc tempora, magis placent, cum Regna, prouinciæ, leges, iura, iudicia, bella, *Prioris ſtatus admonet.*
atque paces; poſtremo diuina, atque humana omnia penes paucos erant: vos au-
tem, hoc eſt populus Romanus, inuicti ab hoſtibus, imperatores omnium gentium,
ſatis habebatis animam retinere. nam ſeruitutem quidem quis veſtrum recu-
ſare audebat? Atque ego tametſi viro flagitioſiſſumum exiſtumo impune iniu-
riam accepiſſe; tamen, vos hominibus ſceleratiſſumis ignoſcere, quoniam ciues
ſunt, æquo animo paterer, niſi miſericordia in perniciem caſura eſſet. nam &
illis, quantum importunitatis habent, parum eſt impune male feciſſe, ſi deinde
faciundi licentia eripitur: & vobis æterna ſolicitudo remanebit, cum intellige- CAPVT
tis aut ſeruiendum eſſe, aut per manus libertatem retinendam. Nam fidei qui- XXXIII.
dem, aut concordiæ quæ ſpes eſt? Dominari illi volunt, vos liberi eſſe: facere illi
iniurias, vos prohibere: poſtremo ſociis veſtris veluti hoſtibus, hoſtibus pro ſociis
vtuntur. Poteſtne in tam diuerſis mentibus pax, aut amicitia eſſe? Quare moneo,
hortorq; vos, ne tantum ſcelus impunitum dimittatis. Non peculatus ærarii fa-
ctus eſt; neque per vim ſociis ereptæ pecuniæ: quæ quanquam grauia ſunt,
tamen conſuetudine iam pro nihilo habentur. hoſti acerrumo prodita Senati
autoritas, proditum imperium veſtrum: domi, militiæque Reſpublica venalis
fuit, quæ niſi quæſita erunt, niſi vindicatum in noxios, quid erit reliquum, niſi *Ad vindictam*
vt illis qui ea fecere, obedientes viuamus? nam impune quælibet facere, id eſt *contra noxios*
Regem eſſe. Neque ego vos, Quirites, hortor; vt malitis ciues veſtros perpe- *cohortatur.*
ram, quam recte, feciſſe; ſed ne, ignoſcendo malis, bonos perditum eatis. ad CAPVT
hoc in Republica multo præſtat, beneficii, quam maleficii, immemorem eſſe, bo- XXXIV.
nus tantummodo ſegnior fit, vbi negligas: at malus improbior. ad hoc, ſi iniu-
riæ non ſint, haud ſæpe auxilii egeas. Hæc atque talia ſæpe ingerendo, di- *L. Caſſius ad*
ligentia Memmii peruicit, vt L. Caſſius Prætor ad Iugurtham mittere- *Iugurtham ad-*
tur; eumque fide publica interpoſita Romam adduceret: quo Regis *ducendum mittitur.*
ipſius indubitabili indicio Scaurus, & ceteri, quos pecunia corruptos
autumabant, conuincerentur. quorum inuidiam relictus in Numidia
exercitus aggrauabat, plurimis & flagitioſiſſimis factis. Nam fuerunt, CAPVT
qui pecunia accepta elephantos à Iugurtha traditos; itemque perfugas XXXV.
ad ſupplicium reſtituerent: alii ex pacatis agris prædas agebant: ea
tum auaritia velut rabies animos hominum inuaſerat. Igitur Caſſius

Digitized by Google

Prætor ex rogatione C. Memmii ad Iugurtham proficiſcitur: eique *ni pareat, extrema pericula* demonſtrando, perſuadet, *ut ſemel in fidem populi Romani Regno ſeque dedito, miſericordiam eius quam iram prouocare malit.*
Iugurtha paret. tandem *futurum ſe in poteſtate* Numida reſpondet: quum præter publicam fidem Caſſius ſua quoque priuatim ſpopondiſſet, quam Iugurtha non minoris faciebat. tanta temporibus illis de ſanctitate iuſtitiaque
CAPVT XXXVI. *Qui ille Caſſius fuerit?* Caſſii fama erat. Quibus rebus adducor, ut hunc tam celebrati nominis Caſſium, non eum eſſe opiner, qui paucis poſt annis in prœlio aduerſus Cimbros occiſus eſt; ſed Cenſorium illum, quem quæſtionis inceſti cauſſa Prætorem creatum, refectum deinde puto, quamdiu id iudicium durauit: aut ab initio hac lege factum, ut donec ea peracta
A. V. C. DCXLII. quæſtio eſſet, Præturam obtineret. Interea Conſules Romæ M. Minucius Rufus, Sp. Poſthumius Albinus facti. Iugurtha humili cultu Romam adductus, quum factorum conſcientia trepidaret, confirmatus
Iugurtha C. Bæbium Trib. pl. corrumpit. ab his, quos conſiliorum ſuorum auctores habuerat, C. Bæbium Tribunum plebis magna mercede emit: cuius impudentia tutus contra
CAPVT XXXVII. ius pariter iniuriamque foret. Sic omnia iterum Romæ, ſecus atque exiſtimatum fuerat, ſeditionibus diſcordiiſque permiſceri cepere. Quum enim C. Memmius productum ad Roſtra Iugurtham *indicare* iuberet, *cuius ope conſilioque tam ſcelesta patrauiſſet*, iamque nemini du-
Ab hoc defens'. bium eſſet, quin multi Senatores non mererentur: C. Bæbius *tacere Iugurtham* iuſſit, & populo nequidquam tumultuante interceſſio valuit. Tum vero confirmatus animi Numida, quod nihil non pecuniæ cedere videret. adeo priorum facinorum pœnam non timuit: vt in ipſa Vrbe nouum parricidium committere non dubitaret, Maſſiua patruele tol-
CAPVT XXXIIX. *Maſsiuam patruelem in ipſa Vrbe occidit.* lendo. Hunc Guluſſa Maſiniſſæ filio procreatum (quippe dedita Cirta, quum in partibus Atherbalis fuiſſet. Romam profugerat) Sp. Albinus Conſul inſtigabat, *vt muſſo ac tacente Iugurtha, Regnum Numidiæ ab Senatu peteret*: non tam regulo conſulens, quam cupiditate belli concitandi; quod Iugurtha minime ceſſuro, ceterum, & ſe duce gerendum videbat. nam M. Minucio Macedonia, Sp. Albino Numidia prouincia euenerat. Iugurtha, poſtquam quid ageretur, animaduertit, haud cunctanter immiſſo percuſſore conficit æmulum. deprehenſus, qui cædem fecerat, multis hortantibus *indicium* profitetur. *Bomilcarem Iugurthæ familiarem facinus mandaſſe* oſtendit. nomen Bomilcaris, quamquam comes eius eſſet, qui Romam fide publica venerat, magis ex æquo & bono, quam ex iure gentium recipitur. vades ex amicis Regiis quin-
CAPVT XXXIX. quaginta dantur. Feruente iudicio, Iugurtha in maximis anguſtiis conſtitu-

ſtitutus, quod omnia expertus, gratiam atque pecuniam ſuam inferiorem inuidia facti ſentiebat; quum diu agitaſſet, vtrumne vades prodi, an vero Bomilcarem deſeri ſatius foret: poſtremo Bomilcarem clam in Numidiam dimittit, neminem poſthac iuſſis ſuis obtemperaturum ratus, ſi hic huiuſmodi ex cauſſa plecteretur. Ne ſic quidem ſatis extricatus (habent enim hoc ſcelera, vt facinoroſos magis magiſque terrore & incommodis implicent) quum ablegato Bomilcare in ſe recidiſſe periculum animaduerteret; capitis enim anquiri ceperat; ex Vrbe fuga ſibi conſulere coactus eſt.

Deinde profugit.

CAP. XL. *Fertur quum egreſſus Romæ eſſet, ſæpe eo reſpectaſſe tacitum: poſtremo hæc ipſa verba protuliſſe: O vrbem venalem! & cito perituram, ſi emptorem inuenerit!*

Eius vox notabilis.

Senatus comperto Regis abitu, *Italia eum decedere* iuſſit. Hæc altera bellandi cauſſa quum exſtitiſſet, fœdus Calpurnianum reſcinditur: Sp. Albinus paratis omnibus curſum adornat in Africam, eo diligentius, quod comitiorum tempus haud longe aberat, ad quæ redeundum ipſi Romam erat. Sed huic vti maturare bellum, ita Iugurthæ trahere conſilium erat, omnique modo properantiam Conſulis remorari, quapropter modo legatos *de deditione* mittebat: modo negabat *infeſtis ſibi Romanis ſalutem ſuam credere poſſe*: interdum cedebat quum hoſtis inſtaret, ducendi temporis gratia: mox vt ſuorum animos confirmaret, vltro inſtabat.

CAP. XLI.

Inter hæc ludibria quum dies comitiorum aduentarent, Albinus nulla re geſta, exercitum Aulo fratri quem ſibi legauerat tradit: deinde Romam proficiſcitur: non intactus ſuſpicionibus, quaſi & ipſe pecunia magis quam alia arte Regis otioſum imperium exegiſſet. Comitiorum tamen Tribuniciis ſeditionibus prolatum tempus eſt: quia P. Lucullo & L. Annio Tribunis plebis continuare magiſtratum cupientibus, collegæ acriter reſiſtebant.

A. Albini expeditio infelix.

Hanc inter moram A. Albinus, qui exercitui Numidico præerat, quum quadraginta millibus armatorum inſtructus, rei alicuius ad gloriam aut opes inſignis patrandæ occaſionem ſibi à fortuna patefactam arbitraretur; menſe Ianuario ex hibernis milites euocat: magniſque itineribus ad oppidum Suthul, in quo theſauri Regis adſeruabantur, ducit.

CAP. XLII.

Quod licet loco atque tempore anni tutum oppidum erat (nam in prærupti montis extremo ſitum limoſa planicies hiemantibus aquis effecta palude clauſerat) tamen operibus circumdare Aulus inſtituit: ſiue formidinem iniecturus Regi; ſiue, quod theſauros ibi conditos ſciret, cupidine obcæcatus, oppidi potiturum ſperabat.

Iugurtha aſtutia.

Hæc vbi Numidæ intellecta temeritatem imperitiamque hominis detexerunt; quo magis vanitatem aleret, mittit alios ſuper alios cum mandatis humilibus legatos: ipſe tamquam congreſſum metuens, per impedita loca cum exerci-

ercitu incedebat. poſtremo ſpe quæſtuoſiſſimæ pactionis Aulum inducit, *vt relicto Suthule, ſe veluti per formidinem in interiora Regni cedentem inſequatur: ita minus emanatura conſilia ſua & ſimulationem eſſe.* Interea per homines talium artifices, non die non noctu intermiſſis ſolicitationibus, magnam exercitus Romani partem ad proditionem emercatur: denique paratis, vt optauerat, omnibus, obſcura nocte caſtris legati multitudinem Numidarum ſubito circumfundit. Percellit inſolita res & inexſpectata animos omnium: diſcurritur; trepidatur: neque manere præſens periculum, neque fugere alterius periculi metus ſinit. Inter hæc ex iis, quos donis ac promiſſis Iugurthæ fidem, mutaſſe diximus, cohors vna Ligurum, turmæ duæ Thracum palam ad Regem ſigna transferunt: & à centurione primi pilæ tertiæ legionis, per munitionem, quam tuendam acceperat, locus introëundi hoſtibus datur. Ita captis caſtris, Romani milites, plerique abiectis armis, alii præ metu, nonnulli voluntaria fuga, proximum collem petunt: eo paucioribus deſideratis, quod inter tenebras tutius euadebant, Numidæque prædæ caſtrorum intenti erant. Infelici prœlio poſtridie turpior pax adiicitur. In colloquio Iugurtha, quum *in ſua manu eſſe dixiſſet, omnes ferro & fame conſicere*; adiecit, *caſuum humanorum memorem ſub iugum eos mittere velle, cetera incolumes, ſed hac lege, vt intra dies decem Numidia decedant.* Quæ tametſi turpitudinis & ignominiæ plena erant; ab hominibus nihil ante vitam ponentibus, accepta ſunt. Hæc Romam perlata, ciuitatem in mœrore atque metu poſuerunt: aliis dedecore imperii, pleriſque periculo anxiis. *Quid enim non auſurum Iugurtham, tanto animo virum, tanta militia & hoſtium peritia. nihil illi occultum eſſe, nihil impernium. aurum habere & artem vtendi: neque neſcire, cognitis & principum & populi Romani moribus ingeniiſque, aduerſus quos ferro melius, aduerſus quos pecunia pugnet.* Creſcebatque indies ſolicitudo, quod incrementa eius frequentibus nunciis, & ferme vt mos è longinquo, in maius audiebantur: *neque vnam aut alteram gentem, ſed vniuerſam pæne Africam à Romanis deficientem Regno ſuo iunxiſſe.* Ideo querelæ & conuicia omnium in A. Albinum ferebantur: præcipue [illegible]ertibus, qui bello res præclare geſſerant, *quod contra decus patrium [illegible] arma haberet, ignominioſis conditionibus quærendam ſalutem exiſtimaſſet.* His rebus impulſus Sp. Albinus, quo magis ab inuidia fraternæ culpæ ſe abiungeret, Senatum *de fœdere Numidico* conſulit: ipſe intenſiſſima cura ſupplementum exercitui parat: ab ſociis & nomine Latino auxilia euocat, in Africam ſecum portaturus. Ab Senatu, quemadmodum ſæpe alias, & nuper factum

CAP. XLIII.

Caſtra Romana capiuntur.

CAP. XLIV.

Turpis pax adiicitur.

CAP. XLV.

Inde Romæ mœror & metus.

CAP. XLVI.

Senatus de fœdere Numidico conſultus.

CAP. XLVII.

ctum fuerat; decernitur, *ſuo atque populi iniuſſu nullum potuiſſe fœdus fieri.* Spurius in Africam paucis diebus reuerſus, quamquam arderet cupiditate fraterna delicta per virtutem emendandi; tamen quia veteres copias non fuga tantum, ſed etiam corrupta diſciplina eneruauerat; nuper paratas Tribuni plebis deportari vetabant; nihil moliri auſus, in prouincia, quo ex fœdere Auli deductus exercitus fuerat, hibernauit. Interea Romæ à C. Mamilio Limetano Tribuno rogatio promulgatur, *vti quæratur in eos, quorum conſilio Iugurtha Senati decreta neglexiſſet: quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepiſſent: quique elephantos, quique transfugas tradidiſſent: poſtremo, qui de pace aut bello cum hoſtibus pactiones feciſſent.* Magnum ea promulgatio terrorem Patribus obiecit, quorum multi adfines illi culpæ erant; alii ne quam quam innocentes inuidia opprimeret, metuebant. Igitur ſummo omnium conatu præſidia contra parabantur: non palam, ne fœdiſſima delicta defendere viderentur; ſed diſſimulanter per homines maxime Latini nominis, & ſocios Italicos impedimenta ſtruendo legi, *quam* coram populo *placere ſibi* dictitabant. Sed incredibili ſtudio plebis perlata rogatio eſt: tres Quæſitores conſtituti. neque M. Scaurus, qui vt inter illos crearetur effecerat, licet eodem crimine contactus, obſtare potuit, quo minus aſpere violenterque ea quæſtio exerceretur. quin & ipſe, quamuis periculum effugerit, probra tamen audiit, ab inimicis contumelioſe exagitatus. Certe, quum ſub idem tempus nonnullam haberet inuidiam ex eo quoque, quod bona Pompeii Phrygionis, hominis locupletis, ſine teſtamento poſſederat; in iudicio L. Calpurnii Beſtiæ, quum inter aduocatos eius ſederet, & forte mortuus efferretur, accuſator Beſtiæ C. Memmius, *quid taces*, inquit, *Scaure? mortuus rapitur. vide ſi poſsis eſſe poſſeſſor.* Ceterum & L. Beſtia, & eodem crimine multi præterea clariſſimi viri ceciderunt. Iudices enim Gracchani erant: & inſtabat vrgebatque populus, lætus occaſionem ſibi premendæ nobilitatis præbitam: nam eo velut partium odia proceſſerant, vt maior ad illa plerumque, quam ad vtilitatem Reipublicæ reſpectus haberetur. Primus poſt Romam conditam eorum qui in collegio ſacerdotum eſſent, C. Sulpicius Ser. F. Galba, quum pro ſe ipſo dixiſſet, publico iudicio damnatus eſt. præterea Conſulares quatuor eadem tempeſtas oppreſſit. L. Calpurnius, Sp. Albinus, ex cauſſis, quas ante memorauimus, damnati ſunt. C. Catonem cum L. Opimio in legatione fuiſſe putem, tantoque cupidius condemnatum, quo ne L. Opimius, ſuper omnes ob C. Gracchi necem plebi inuiſus elaberetur. Neque dubitabatur, quin

Nullum eſſe decernit.

CAP. XLIIX

Mamilia rogatio.

CAP. XLIX.

Ex ea tres Quæſitores conſtituuntur.

CAP. L.

Multi nobiles viri damnantur.

CAP. LI.

Inter quos Conſulares quatuor.

pecuniam à Rege Iugurtha, ad quem legatus iuerat, accepisset. cetero-
rum quoque talia delicta erant, vt, si iustitia magis quam odio commo-
data tanta feueritas foret, ne ipsi quidem queri potuerint, quod bonis &
CAP. LII. ciuitate pellerentur. Opimius post senectam in contumeliis odioque
hominum exactam, in Dyrrhachino litore sepulchrum desertissimum
nactus: Cato, quum solum vertisset, Tarracone consedit, eiusque ci-
uitatis ciuis effectus est. magnum enim ibi Catonum nomen, iam à
Censorii Catonis Hispaniensi imperio, magnæque clientelæ erant.
Quum tot nobilium hominum clades profectæ ab auiditate opum es-
sent, cuius vtique rei minor fit æstimatio, si luxus, cui potissimum opes
inseruiunt, recidatur: motum sub eadem tempora P. Licinium Crassum
cognomento Diuitem apparet, de cœnis & sumptibus legem promulgas-
Lex Licinia sumptuaria. se. ea tanto optimatium applausu excepta est, vt licet nondum ex more
confirmata trinundino erat, Senatusconsulto *ab omnibus iuberetur haud se-*
CAP. LIII. *cus obseruari, quam si à populo iam probata iussaque esset.* Eadem propemo-
dum, quæ antiquiore, sed desueta, L. Fannia continebantur; cuius ple-
Eius aliquot capita. raque capita per omnes deinde leges ambularunt: *ne quid volucrum pone-*
retur præter vnam gallinam, quæ non esset altilis. Calendis, Nonis, nundinis
Romanis, cuique in dies singulos triginta duntaxat asses edundi caussa consumere
liceret. ceteris vero diebus, qui excepti non essent, ne amplius apponeretur, quam
carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum pondo libra, & quod ex terra, vite,
CAP. LIV. *arboreue natum esset. Ludis Romanis, item ludis plebeiis, & Saturnalibus, &*
aliis quibusdam diebus, centenos asses Fannia lex indulserat. id à Licinio
Luxus tamen præualet. seruatum: additumque, *vt nuptiis ducenos liceret impendere.* Non diutur-
nior huic, quam prioribus aliquot legibus obseruantia constitit. iam
enim adolescebat Rullus, qui non iam gallinas & eiusmodi nugas, sed
solidos apros in epulis apponere doceret: iam Lucullus, qui pro centus-
sibus cum paucis conuiuis, subito se offerentibus, ducenis sestertiis cœ-
naret. quæ si ad nostræ pecuniæ nomen & æstimationem redigantur,
thalerorum imperialium millia amplius quinque conficiunt. sed & in-
tra decennium iussu populi, agente Tribuno plebis Duronio, lex ab-
CAP. LV. rogata est. Consules interea Q. Cæcilius Metellus, M. Iunius Silanus,
A. V. C. quum de prouinciis retulissent; Metello Numidia & Iugurthinum bel-
DCXLIII. lum obuenit: Silanus accepit Galliam, quia *M. Minucio Proconsuli prospe-*
Prouincia Consulum. *re contra Thracicos populos rem gerenti, prorogari in Macedonia imperium pla-*
cuerat. Neque nulla caussa erat, cur Narbonensem Galliam Senatus pro-
uinciam Consularem decerneret, quod in eam regiraffe Cimbri fereban-
tur, qui post Carbonis Consulis cladem, quum ex Noricis in Italiam ir-
rupturi timerentur, alio auerterant impetum, in Gallia, deinde Hispania,
quæ-

quærendis ſedibus intenti. *Sed iſtis populis, vt quisque poſſidebat, acriter fines ſuos tutantibus, excluſos, petere Romanam prouinciam* fama nunciabat. CAP. LVI. Quum igitur duo grauia bella, alterum in manibus, alterum in exſpectatione eſſent; intentiore cura Conſules agebant: etiam Senatu populoque ad cenſenda, quæ tempus poſtularet, pariter promptis. Igitur quum de Republica grauiter accurateque verba feciſſent; milites, commeatus, cetera quæ militiæ vſus deſiderat, liberaliter decernuntur. & ne quid vsquam rebus gerundis impedimento eſſet, leges aliquot, quæ de ſtipendio militum æra minuebant, alioue quo modo aduerſæ delectibus erant, auctore Senatu abrogantur. *Leges delectib' aduerſa abrogantur.* Etiam ſocii Senatus populique Romani iuſſa non exſequuntur tantum alacriter, ſed ſæpe anteuertunt: quum & nomen omne Latinum Italicique ſocii, præſto eſſent ad imperia: & ab Regibus auxilia vltro mitterentur. CAP. LVII. Ita Q. Metellus, delectu diligenter habito, quum legatos ex vſu magis quam ambitioſe legiſſet, C. Marium, P. Rutilium, quorum cognita virtus & abſtinentia erat: in Africam nauigauit. *Q. Metelli expeditio in Numidiam.* magna omnium ſpe, quod belli artibus egregius, & aduerſus auaritiam firmus erat: ad quam præcipuam aut ſolam cauſſam, omne quod in Numidia acceptum dedecus detrimentumque fuerat, referebatur.

Digitized by Google

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER TRICESIMVS.

In locum lib. LXV. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Lib. LXV. Liuiani.

Q. Cæcilius Metellus Consul duobus prœliis Iugurtham fudit, totamque Numidiam vastauit. M. Iunius Silanus Consul aduersum Cimbros infeliciter pugnauit. legatis Cimbrorum sedem & agros, in quibus considerent postulantibus Senatus negauit. M. Minucius Proconsul contra Thracas prospere pugnauit. L. Cassius Consul a Tigurinis Gallis, pago Heluetiorum, qui a ciuitate secesserant, in finibus Allobrogum, cum exercitu cæsus est. milites qui ex ea clade superauerunt, obsidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, vt incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt.

Metellus corruptam exercitus disciplinam instaurat.

Q Metellus, quum in prouincia Sp. Albini Proconsulis corruptissimas ignauissimasque copias accepisset: prius contra vitia militum, quam arma hostium certandum sibi statuit: Scipionis imitatione, cui ad Carthaginem, deinde iterum ad Numantiam, eadem ratio fuerat. Idcirco, licet mora comitiorum imminutum imperii sui tempus, & ciuitatem, quid acturus contra Iugurtham esset, impatienter exspectare sciret: nihil antiquius habuit, quam vt ab otio & mollitie exercitum ad patientiam laboris & operum, & disciplinam maiorum reuocaret.

CAP. II.

Quod sane difficile inceptum, neque minus arduum, quam si validissimos hostes vi fregisset; eo temperamento comitatis & rigoris ad exitum perduxit, vt hinc quoque virum se magnum, nullique sæculi sui secundum, approbaret.

Eius instituti ratio.

Ante omnia edixit, *ne quisquam in castris panem, aut quem alium coctum cibum venderet: neue alio cibo, quam carne assa elixaue miles vteretur: lixas etiam expulit castris, gregariisque militibus, ne quis iumentum seruumque in agmine aut castris haberet*, interdixit. cetera deinde arte magis quam vi correcta. frequentibus itineribus, & statiuorum accurata munitione, desidiam expugnauit: signa sequi. ordines seruare, cibum & arma ferre, quod ipse locis omnibus sedulus & frequens custos adesset, pudore coëgit: & vt omnes intelligerent, non plus à militibus exigere

Impera-

Imperatorem, quam in ſe ſuoſque ſtatueret, adoleſcentem filium, quum ſecundum leges in contubernio ſuo habere poſſet, in ordine mereri maluit.

CAP. III.

His rationibus effectum eſt, vt neque cruentum aliquid in milites faceret, & tamen exercitum, tamquam miraculo immutatis moribus & animis breui confirmaret.

Iugurtha territus, veram deditionẽ parat.

Iugurtha rebus his auditis in magno terrore erat: verumque aliquando ducem, ferro pariter ac auro inuictum, veniſſe intelligebat. nam de diſciplina viri frequentes accipiebat nuncios; integritatem ipſe, quum Romæ fuiſſet, cognouerat. Igitur non iam per ſimulationem legatos *de deditione* mittit: *ſi vita ſibi liberiſque detur, cetera in poteſtatem populi Romani tradere paratum.*

CAP. IV.

Metellus legatos Iugurtha corrumpit.

Non erat ignota Metello Numidicorum ingeniorum mobilitas. igitur aduerſus hominem doloſum dolis vti non dedecorum exiſtimans, legatos alium alio loco ac tempore tentat. vbi patefacere corruptioni animos videt promiſſis onerat: & *vt Regem viuum maxime, aut ſaltem mortuum tradant*, paciſcitur. alia deinde pro eo filio nuncianda Regi quum mandaſſet, homines dimittit, paucis poſt diebus ipſe cum exercitu inſequitur. In Numidiam quum eſſet ventum, omnia in pacis faciem compoſita apparuerunt. prodibant obuiam præfecti Regii, frumentum aduehebant atque commeatum, *omnia quæ imperaſſet facturos eſſe* confirmabant.

CAP. V.

Exercitum prouide ducit.

Tanto prouidentius incedendum ſibi Conſul rebatur, nec enim quam cum acri & callido hoſte negotium eſſet, neſciebat. Igitur cum expeditis cohortibus, funditorumque & ſagittariorum delectis ipſe ducebat agmen; C. Marius cum equitatu claudebat: latera tribuni legionum & præfecti cohortium, cum auxiliariis equitibus intermixtoque velitum numero, tutabantur. vt aduerſus Numidas equites, velox ad inuadendum refugiendumque genus vndecumque apparuiſſent, parata ac diſpoſita manus eſſet.

CAP. VI.

Interea Vaccam opulentam foro rerum venalium vrbem præſidio occupat: ſimul patientiam gentis explorans; ſimul opportunitate loci inuitante, multi enim ibi etiam Italici generis homines & mercabantur & colebant: quorum frequentiam commeatui, & iam pacatis munimento, fore confidebat. Ibi dum frumentum, & alia quæ bello vſui ſunt, imperantur, noui ab Iugurtha cum iiſdem mandatis legati veniunt: eademque Conſulis arte corrupti ad Regem remittuntur.

Iugurtha ſalutem armis defendere ſtatuit.

Iugurtha poſtquam ſibi neque dari pacem neque negari, bellum tamen re ipſa geri videt: amiſſa maxima vrbe; regni parte non contemnenda hoſtibus quaſi per otium explorata; ſolicitatos Numidarum animos: ſalutem armis defendere ſtatuit. non ſine magna ſpe victoriæ. quod, per loca difficilia Metellum incedere, per ſpeculatores cognouerat.

CAP. VII.

Pergenti ad vlterio-

vlteriora neceſſario transeundus collis erat, oleaſtro myrtisque & quæ alia arido ſolo gignuntur, conſitus. hunc Iugurtha, quum per occultos calles Metellum anteueniſſet, cum ſuis inſidet, late diductis ordinibus, ne ſpecies exercitus venienti obiiceretur.

Metello inſidias ſtruit.

Nec tamen ita tegi humilitate ſtirpium poterat, quin Romani ab edito monte deſcendentes, quid rei eſſet, agnoſcerent. Siſtit agmen Metellus: & dextro latere, quod obiectum hoſtibus erat, triplicibus ſubſidiis firmato, funditores & ſagittarios grauis armaturæ manipulis permiſcet: equitatus in cornibus locatur. ſic inſtructa acie, milites pro tempore breuiter cohortatus, in planiciem, quæ à monte ad fluuium Muthul, per millia ferme paſſuum viginti protenditur, deſcendit.

CAP. VIII.

Quum ad hæc Numidæ nondum mouerentur, Metellus laſſitudinem ſitimque militum exſpectari ſentiens, P. Rutilium legatum cum expeditis cohortibus & parte equitum præmittit ad flumen, vt caſtris locum caperet: ipſe cum ſiniſtræ alæ equitibus agmen ſuorum antecedit; reliquæ copiæ cum legato Mario ſubſequuntur. Iugurtha, qui ſuos, donec totus Romanorum prætergreſſus exercitus eſſet, quietos continuerat, bis mille peditibus ad montem, vnde Romani venerant, occupandum miſſis, ne hoſtes eo ſe recipere poſſent; vbi adeſſe tempus incipiendæ pugnæ putat, ſigno celeriter dato, quam maximum poteſt terrorem locis omnibus infert.

Pugnam committit.

CAP. IX.

Numidæ iam ante à Rege docti, alii terga hoſtium cædunt, alii lateribus circumfunduntur. miſſilibus maxime rem gerunt: quoties impreſſionem Romanus eques faceret, ſolutis ordinibus in diuerſam fugam effuſi, deinde recedentibus iterum inſtantes. Quod ſi pertinacius inſequebantur, eos longius à ſuis auulſos, facile circumueniebant, multitudine ſuperiores. & eo, quod adſueti, Numidarum equi per plana, per aſpera, pariter vſui erant; Romanos aſperitas & inſolentia locorum morabatur.*

Equi Numidarum adſueti locis aſperis.

CAP. X.

Hæc facies pugnæ quum magna parte diei tenuiſſet omnibus æſtu & labore defeſſis, velut tacitæ induciæ eſſe ceperunt: ſpaciumque Metello fuit, vario prœlii genere diſtractos ordines componendi. Quod vbi factum, multisque ſuis cohortationibus redintegratos militum animos videt; quatuor cohortes legionarias aduerſus Numidicum peditatum conſtituit, cuius pars magna pugnando defatigata ſuperioribus locis conſederat. Neque Iugurtha vllum boni ducis aut militis officium prætermiſit: artibus belli par Metello; natura loci ſuperior: ſed virtute militum vincebatur.

Iugurtha virtus.

CAP. XI.

Tandem vincunt Romani.

Veſperaſcente iam die Romani, quibus vna hæc ſalutis via ſupererat, ne ab hoſtibus velut obſeſſi rerum omnium, & præſertim aquæ penuria fatiſcerent; vi magna connixi, ſupe-

ſuperioribus locis hoſtem expulere. Hic finis prœlio fuit. maiori exercitus ob victam moleſtiam gaudio, quam iactura Iugurthini militis: qui leuis & expeditus, per notas regiones, labore pugnæ languidos, & locorum imperitos, facilime euadebat. Interea Bomilcar, ex præcepto Regis, cum elephantis & parte peditatus, Rutilium lento gradu adſequutus, caſtra communientem aggreditur. Iam & Rutilius aciem ſtruxerat, puluere quem aduenięns hoſtis excitabat, præmonitus: idcirco pugnandi mora nulla fuit. ſed elephanti ramis arborum, quæ propinquis flumini locis frequentes enatæ fuerant, impediti diſiectique, facilem Romanis victoriam præbuerunt. capti quatuor, reliqui omnes, haud pauciores triginta occiſi. Numidæ, qui ſpem omnem non in ſua virtute, ſed ferocia & robore belluarum habebant; iis circumuentis, in pedes ſe coniecerunt. Rutilius fugatis hoſtibus, de imperatore, & qui apud eum remanſerant, anxius, quamquam feſſos opere caſtrorum & prœlio milites, eadem qua venerat via, reduxit.

CAP. XII. *Etiam altero prælio, inter Bomilcarem & Rutilium.*

Res optime cogitata propemodum triſtem euentum habuit, occurrente Metello, quum per obſcuram noctem vtrimq; Iugurtha adeſſe crederetur, pernicioſo errore ad manus eſſet ventum, ni præmiſſi equites explorata cognitaque omnia retuliſſent. Ita maius ex vana ſolicitudine gaudium fuit. Metellus duobus prœliis eadem die victor, donatis laudatisq; militibus; quum minime fractum animo Regem, in locis ſaltuoſis atq; munitis nouas cogere copias cognouiſſet: de ratione belli cōſilio habito, ab acie ac prœliis, vnde ſibi pæne plus incōmodi, ſi vinceret, quam Iugurthæ, ſi vinceretur foret, ad populationem agrorum ſe rationesque ſuas transfert: non alio atque ſperauerat euentu.

CAP. XIII. *Rutilius & Metellus occurrunt ſibi inuicem per tenebras, & prope concurrunt.*

Quippe Numidæ, poſtquam late omnia vaſtari; vicos, caſtella, oppida infirmiora, capi incendique, puberes interfici, cetera prædæ militum cedere; eaque tantum non præſente & inſpectante Iugurtha fieri vident: Metello ſe ſuaque omnia dedere, frumentum, obſides, alia quæ imperaſſet dare, præſidia locis quibus illi placuiſſet accipere, paſſim ceperunt. Id acerbius Iugurthæ quam prœlium male pugnatum accidebat, reputanti *opes ſuas & famam, in qua plurimum eſſe ſciebat, ſibi quotidie minui; Metello augeſcere: ſi ceſſaret, breui omnes & omnia victoris fore; ſin prohiberet, ire ſe cogi qua Metellus praecederet, & quem fuga eluſurus fuerat, inſequi, quam deinde ſpem haberet, cum incondita multitudine, vbi Romanus optaſſet, certaturus; qui loco ſibi opportuniſſimo florentes & veteranas copias amiſiſſet.*

CAP. XIV. *Numidæ multi ſe Metello dedunt.*

Etenim poſt aduerſam pugnam Numidæ ad ſua quisque dilapſi erant: quod moribus gentis licitum; delecti tantum equites Regem in fuga comitantur

CAP. XV.

Iugurtha Romanos ſubitis aduentibus carpit.

tantur. Igitur quod ex præſentibus optimum videbatur, exercitum plerumque aliis locis habebat: ipſe cum lectis equitibus Romanum agmen ſequebatur, carpebatque, multis hoſtium, vt forte palantes adipiſci poterat, interfectis. Homines enim & equi velociſſimi, etiam quum longe abeſſe crederentur, nocturnis itineribus per auia plerumque loca, ſecuris & animo vacuis ſuperueniebant.

CAP. XVI.

Aduerſus hæc incommoda Metellus prouidentia & diſciplina pugnabat, vetito vagari milite; & ſiue lignatum aquatumue ſiue ad alios vſus proficiſcendum eſſet, prouiſis armatorum præſidiis. Quæ vbi Romæ ſunt audita, Senatus ſupplicationes ob res à Metello geſtas decreuit: læta ciuitate, quod labantem priorum ducum vecordia diſciplinam famamque, vir egregius, reſtituiſſet. Dum hæc ad meridiem geruntur, grauioribus Cimbrorum armis Septemtrio inhorruit: haudquaquam pari Conſulis alterius fortuna.

Cimbris agros petentibus, M. Iunius Conſul negat.

Quippe M. Iunius Silanus, quum ad eum in Galliis caſtra habentem legati Cimbrorum veniſſent: *ſi agri darentur, manus & arma ſua Romanis auſpiciis offerentes*: *neque agros dare populum Romanum*, *neque illis auxiliis indigere* reſponderat.

CAP. XVII.

Et ſignis collatis vincitur.

Illi vi tentantes quod impetrare precibus nequiuerant, egredientem contra Conſulem, ſignis collatis fundunt fugantque. deinde, quum ab hoc ſucceſſu maiorem cupitis potiundi ſpem concepiſſent, ad Senatum quosdam ex principibus legant: qui *pacatis animis venientes à Conſule coactos ad prœlium dicerent*, *poſtquam certiora, quam vellent aduerſus Romanos, experimenta virtutis dediſſent, non ignauos aut inutiles futuros ſocios ſedes tantum & agros, vnde ſe ſuosque alerent, velut in ſtipendium poſcere.* Senatus, ſiue auaritia Principum, ſiue prœlio victi quod dediſſent, potius neceſſitatis quam beneficii ſpecimen prælaturum arbitrati, legationem [illegible] dimiſerunt.

CAP. XVIII.

M. Minucius Scordiſcos Triballosque fundit.

Cimbricum bellum infelicius geſtum, bonæ ſub [illegible] M. Minucii res conſolabantur. In Thracia enim ad Hebrum [illegible] Scordiſcorum & Triballorum ingentes copias fuderat: quum [illegible] attendiſſet. Numero enim ſuorum diffiſus, nam & Daci hoſtibus auxilio venerant; ſub tempus prœlii fratrem cum æneatoribus & parua equitum manu per occúltos tramites circummiſit: vt pugna cepta, concinentibus æneatoribus, à tergo Thracum ſe oſtenderet. id ex compoſito factum; quum iugis montium reſonantibus, ſimul conſpectus puluis terrorem magni aduentantis exercitus inferret; hoſtes in fugam compulit.

CAP. XIX.

Sed tamen paulo poſt, nulla vi hominum, ceterum natura cœli & locorum, mediocris accepta clades eſt: dum victoriæ fructum auidius proſequente Proconſule, ne hiberna quidem expeditione abſtinetur. Nam poſt proſperam dimicationem omnia quæ in citeriore Hebri ripa erant depopulatus, ipſum

quoque

quoque flumen, iam gelu constrictum, transire cum exercitu ausus est. ibi glacie rupta, haud contemnenda manus militum interiit. Eodem anno contra Lusitanos à Seruilio Cæpione prospere dimicatum. sed in Hispania citeriore L. Calpurnius Piso interfectus est. Eius Pisonis laudata continentia est, tam religiose diligentis, vt annulo inter exercendum fracto, artifici sellam Cordubæ in foro poni, auroque palam appenso, præsentibus omnibus annulum fieri iusserit. Scilicet quum L. Pisonis filius esset, qui primus legem de repetundis tulit, non modo crimen à sese, verum etiam suspicionem omnem amoliri debere existimabat. Quum ita foris temperati lætorum tristiumque euentus essent, vt plura tamen prospera nunciarentur (nam & in vlteriore Hispania Lusitanos Seruilius Cæpio vicerat) Romæ Censoris atque Tribunorum plebis contentionibus inquieta pars anni fuit. M. Æmilius Scaurus, quum mortuus in magistratu collega M. Liuius Drusus abdicandi necessitatem imponeret; contra mores magistratum retinebat. sed ad extremum Tribunis carcerem minitantibus cessit. Æmilia tamen via Censuræ eius monumentum est, & pons Muluius. Pontem Muluium, quod antiquior eius memoria est, refectum à Scauro, quam factum, verius apparet. viam primus strauit: eamque per Pisas & Lunam, & Sabbatia vada Derthonam perduxit. nam, quæ Flaminiæ committitur Æmilia via, eam M. Lepidus Consul à Placentia Ariminum fecit: quum in Flaminia munienda, C. Flaminius, collega Lepidi, occupatus esset. Sed & Mentis ædem ab hoc Æmilio Scauro dedicatam, inter Censoria eius opera retulerim. Q. interea Metellus in Numidia rebus prosperis, & cognito quæ de se fama in Vrbe esset, alacer, diuisis cum Mario copiis, ita incedebat; vt vtri hostes superuenissent, prompte succurri ab altero posset. ita vastabatur late Numidia, neque Romanos inuadendi hostibus opportunitas dabatur, licet impigre quidlibet tentante Iugurtha. ille quacumque iturum Romanum senserat, pabulum & fontes aquarum corrumpere: sæpe Metello, sæpe Mario se obiectare; deinde post leuem impressionem in colles recedere. ita prœlii copiam impar viribus non faciebat: tantummodo hostem, quibus poterat modis, ab incepto remorabatur. Metellus arte Iugurthæ fatigatus, ad obsidionem validæ cuiusdam vrbis animum applicat: quo vel defensa à Rege, occasio pugnandi, vel relicta, precium operæ victoribus foret. Ideo Zamam versus, quæ caput circa regionis erat, cum exercitu proficiscitur. Id vbi Iugurthæ perfugarum indicio patefactum est, magnis itineribus prægressus, oppidanos confirmat, & *ad virtutem* cohortatur. *se vbi res poposcisset, in tempore adfuturum. interim præsidio relinquere transfugas. hos certo apud Romanos exitio proposito. seque*

Contra Lusitanos prospere pugnatum.

CAP. XX.

L. Pisonis continentia.

CAP. XXI.

Scaurus Censor, collega mortuo, cogitur abdicare.

CAP. XXII.

Metellus Numidiam vastat.

CAP. XXIII.

Metellus Zamã proficiscitur.

CAP. XXIV. [illegible] *& vrbem pertinacißime defenſuros.* Ipſe in loca quam maxime occ
digreſſus, quum Marium ex itinere frumentatum mitti cum paucis
h..ribus cognouiſſet, per noctem Siccam aduolat, quæ prima poſt
uerſam pugnam à ſe defecerat: & egredientes iam porta Romanos
ctus, cum delectis equitibus incurſat. ſimul magna voce Siccenſes h..
tur, *vt a tergo Romanos aggrediantur: veniam præteritorum, & inſuper pr..*
abunde pollicitus: non vano apud leuiſſimam gentem conſilio, ni Ma..
educere ſuos properaſſet, prœlioque cepto, Numidæ fruſtra retinente

CAP. XXV. gurtha, poſtquam aliquos videbant cadere, profugiſſent. Iam ad
mam caſtra Metellus poſuerat, aduentuque Marii acriter cept.. oppug
tio. neque ſegnius obſeſſi certabant: tamen quia ſagittis & fundis
xime res gerebatur, quibus validior quum ſurſum mittuntur impe
prono iactu languet; pro meliore Romanis pugna erat: quorum & p
ciores vulnerabantur, & quod maxime opus erat, hoſtes à pinnis h..
difficulter defendebant. Dum ita ad muros certatur, intentique e..

Aliud, cum Metello ad Zamam. tui qui ad tuenda caſtra relicti fuerant, cuſtodiam negligunt: Iugur
ex improuiſo cum magnis copiis irrumpit. vulnerantur cæduntur
complures: cetera turba ad vrbem, vbi Metellus pugnabat, fugam in..
dit. nec amplius homines quadraginta reſtiterunt, Romanæque virt..
memores, quum editiorem paulo locum occupaſſent, non potuer..
expugnari. propere miſſum à Merello, quod aderat equitum, & ſta..
C. Mario duce ſociorum cohortes, Numidam exturbarunt caſtris. ibi..
quia vallum & anguſtiæ portarum morabantur fugam, non exigua

CAP. XXVI. gurthæ militum cædes fuit. Ita neutri Imperatorum ea die, quod
natus fuerat. perficere conceſſum: vrbemque Iugurtha, Metellus ca..
tenuit. Poſtero, diſpoſitis diligenter omnibus, & equitatu pro ca..

Oppugnatio Zamæ. & pugna cum Iugurtha. locato, Romanus ad oppugnationem redit. Quam vbi commiſſam
ex clamore & tumultu Rex cognouit: ſubita iterum impreſſione prin..
quoſque turbat. ſubueniunt alii, neque procul muris equeſtre p..
lium conſeritur, ancipiti Marte, quia Numidas, ne ſuo more ſtatim ..
ga darent, peditibus intermiſtis Rex firmauerat. Hæc omnia cum
conſpectu oppidanorum fierent, eueniebat, vt vbicumque vacuum à

CAP. XXVII. ricello tempus nacti eſſent, eam in partem omnes ſe conuerterent. C. M..
rius, poſtquam ex vocibus & nutu & agitatione corporum, toto ani..
in id ſpectaculum intentos eſſe apparebat, conſulto remiſit pugna..
quaſi difficultate incepti deterritus: deinde illis ſtudio ſpectandi, & ..
ra popularium pugnantium, ſui periculi oblitis ſubito magna vi ſugg..
ditur, neque multum abfuit quin ſcalis admotis, priuſquam anima..
uerterent obſeſſi, miles in murum eniteretur. repulſus tamen eſt, & q..

nox iam aderat, quies pugnandi locis omnibus facta. Consul intellecto frustra se hoc consilium voluere, quod neque capi oppidum, neque Iugurtham, nisi ex suo commodo, cogi ad pugnandum videbat: exacta iam æstate obsidionem soluit. præsidiisque circum vrbes quæ ad se defecerant, missis, ceterum exercitum in prouinciam, qua Numidiæ proxima est, in hibernis collocauit. *Metellus ab obsidione Zamæ discedit.*

CAP. XXIIX.

Ipse nihilo remissior, quam si propinquus hostis esset, tempus quod rebus gerundis incommodum erat consiliis impendit: eaque haud minus ipsi prospera, quam inter bellandum arma fuerunt. Quippe Bomilcar, spe impunitatis, & sua omnia retinendi, ad proditionem illectus, persuadet Regi, *vt missu denuo legatis, se suaque omnia in fidem Metelli sine exceptione dedat.* Romanus callido consilio non simul sed per vices, *argentum, obsides, arma, elephantos tradi*; *captiuos reddi*; postremo *perfugas adduci* iubet. Omnia obedienter facta. nisi quod perfugarum pauci, simul dedi Iugurtham audiuissent, in Mauritaniam ad Bocchum Regem transierant. in ceteros (tria amplius millia erant, Ligures & Thraces plerique) acerbe sæuitum: quibusdam manus præcisæ: pars vmbilico tenus in terram defossa, iaculis appetita, deinde igne admoto exusta est. *Iugurtha iterū deditionem offert.*

CAP. XXIX.

His ita peractis *Regem ad se Tysdrum venire* Imperator iubet, *vti cetera mandentur.* ille conscientia & metu anxius, quem etiam ex Romanis Metelli gloriæ infensi quidam acuebant, præcipua C. Marii malignitate: quamquam omnibus ferme instrumentis belli spoliatus, obsides præterea trecentos dederat, arma, quam vllam aliam spem tentare maluit. *Et iterum omittit.*

A. V. C. DCXLV.

Quum his rebus gerundis circumactus annus esset, Romæ Ser. Sulpicius Galba, M. Aurelius Scaurus Consulatum auspicantur. Scaurus in Hortensii locum factus erat, qui designatus morte, an alio quo casu præpeditus, magistratum non iniit. *Hortensius Cos. des. non init.*

CAP. XXX.

Multa deinde nunciata prodigia. auis incendiaria visa in Vrbe, buboque conspectus fuerat: & in latomiis homo ab homine adesus. Ob hoc prodigium per triginta ingenuos patrimos & matrimos, totidemque virgines, in insula Cimolia sacrificatum. Nursiæ geminos mulier ingenua pepererat; puellam membris omnibus integris: puerum aluo patente, vt intestinum conspiceretur, posteriore parte solida, qui voce missa exspirauit. lacte quoque bis eo anno pluit: & inundationes magnæ fuerunt: & intumescente Pado & Aretino stagno multa hominum millia aquis sunt obruta. *Prodigia.*

CAP. XXXI.

Quum deinde Consules de prouinciis Senatum consuluissent, quæ decretæ ipsis fuerint, in obscuro: Q. Metello imperium in Numidia prorogatum esse certum est. Quia tamen interfecto in Hispania Pisoni successisse Galbam lego, Consulem Galbam, ob grauioris forte bel-

profectione exercitum ex Numidia in prouinciam per caussam hiemis raptum: neque de *sauitie eius quod in militaribus delictis seuerior iusto vindex esset virgis & securi in hospitem stricta* reticebat.

CAPVT XXXIIX. *Marius ad Consulatum adspirat.*

Erat enim Marius ingenio turbulento ac seditioso, ambitiosus, astutus, calumniator. Atque is, quum à Prætura septimum iam annum iacuisset, neque petere Consulatum ausus esset, ad quem longo iam tempore nouus homo nemo adspirauerat; rebus prosperis elatus, adiicere ad altissima quæque animum ceperat, & quod à Metello impediebatur, eius criminationibus gratiam sibi & suffragationem, quorum poterat, comparabat. Metellus enim, cetera vir egregius, sed communi vitio nobilitatis superbus, & humilium natalium contemptor, Marium *ad petitionem dimitti* postulantem, quasi per amicitiam monuerat; *ne tam praua inciperet, neue peteret a populo Romano, quod iure negaretur.* deinde sæpius instantem obtentu publicorum negotiorum moratus est. quum ne sic quidem flagitandi finem faceret Marins, animo commotiorem dixisse ferunt; *satis tibi matura petitio erit, si cum hoc petas*, ostenso filio, qui tum quasi viginti annorum adolescens aderat.

CAPVT XXXIX. *Fauente populo Romano.*

Sed hoc ipsum, quum perscriptum in Vrbem, atq; peruulgatum sermonibus esset, magnopere Mario profuit: quod in illo se despectum, suamque humilitatem ludibrio habitam credens populus, intentiore studio contemptum nobilitatis vltum ibat. Per hæc atque talia conciliata in exercitu & Romæ voluntate vulgi, etiam aliorum hominum quibuslibet rationibus attrahere fauorem non omittebat: apud publicanos, itemque negotiatores, quorum magna erat Vticæ multitudo, *Metelli contationem* incusans, *si dimidiatum ipse exercitum haberet, paucis diebus Iugurtham vinctum visuros* dictitabat: prompte illis & cum assensu auscultantibus; quia bellum priuatis eorum rationibus aduersum damnosumque erat.

CAP. XL. *Et Gauda Masinissa nepote.*

Sed neque Numidarum suffragationem parare neglexit: quorum princeps in partibus Romanis Gauda erat, Manastabilis filius, eius qui & Iugurtham, sed ex alia muliere, procreauerat. Huius amicitiam captare Marius, adire, donec opportunum sibi ratus post alios sermones, & affectatam officiorum pollicitationem, quę ferme nulli promittunt accuratius, quam qui minime præstaturi sunt, ita cepit: *Nunc illud in propinquo tempus est, quo maxime perspici, quo quisq; in alios sit animo, poterit. Non es nescius, quam contumeliose mihi responderit Metellus, commeatum petenti, quod comitiorum dies appropinquat: neque mihi tam infeliciter gestus Tribunatus plebis, deinde Prætura est, neque tam angustus animus, vt his honoribus contentus viuam, donec aliquis erit in ciuitate nostra superior.*

CAP. XLI.

Ea res quamquam pro amicitia nostra tibi dolori est, non tamen peterem, vt

Quem aduersus Metellum Marius incitat.

ad tuam vltionem pertinere crederes, nisi eiusdem hominis superbia in te, quam in me fuit, intolerabilior exstitisset. Nam quod meus tamen Imperator est, & nobilitate generis anteit, non quidem idoneam sed tamen aliquam ei excusationem præstat: sed quodnam in te illius imperium est? aut qua ratione tibi se anteponit, quum sis vetustis Africæ Regibus editus, vir apud populares & in Vrbe nostra honoratissimus, Masinissæ antiquissimi clarissimique Regis nepos, vnicus Numidici Regni verus heres, postquam iisdem facinoribus & alios sustulit Iugurtha, & sibi ius quod habebat, liberam opem successionis ademit? Scilicet immanis arrogantia in furorem egit hominem, vt neque se vlterius respicere iusta æstimatione, neque alios possit.

CAP. XLII.

Premendi eius rationem ostendit.

Idcirco, quod res ipsa cogit, aduersus communem inimicum, communibus auxiliis opus est. tam facile iuncti illum desfexerimus, quam ipse seorsim vtrumque contempsit. neque difficilis aut inuidiosa res est. Ad Consulatus petitionem his diebus decedam: parata mihi populi voluntas est. commendor à militibus, à prouincialibus, à ciuibus Romanis, qui his in locis negotiantur. iis quum tua commendatio accesserit, quum apud amicos hospitesque tuos gratia, apud omnes testimonio me adiuueris, non erit dubium quin magistratum, & hoc inito prouinciam Numidiam adipiscar.

CAP. XLIII.

Gaudia multa pollicetur.

Id quum erit factum, non poterit deesse referendæ gratiæ locus: & quæ Metellus superbe negauit, statim repræsentabo, & properum bello finem faciam. nec enim quod nunc fit, ambitioni meæ potius, quam populi Romani gloriæ vtilitatique deseruiam: & hæ res sunt nostræ & hostium, vt si accedat Imperator idoneus, diuturnum esse bellum non possit. Demoto autem Iugurtha quis ambigat, quin te certum Regem populus simul Romanus atque Numidæ facturi habiturique sint? Facile persuadetur homini ex morbo non satis compoti mentis, præterea spe regnandi delinito, & alioquin graues caussas offensionis aduersus Metellum habere putanti. neque enim transfugas suos, aut præsidium Equitum Romanorum impetrabat; neque etiam sella ei iuxta Proconsulem ponebatur: quæ Metellus omnia petenti negauerat.

CAP. XLIV.

Nempe *transfugarum caussam ad se totius belli Imperatorem pertinere; equites Romanos Numidæ satellites haberi contumeliosum Romano nomini; sellam iis demum deberi* autumabat, *quos Reges populus Romanus appellasset.*

Coniuratio aduersus Iugurtham.

Ceterum hæc omnia Marii proposito seruiebant: cuius victoriæ Iugurtha debebatur, ne aut caperetur à Metello, aut coniuratione amicorum interiret. Sub idem enim tempus Bomilcar, cuius impulsu deditionem Iugurtha fecerat, post pœnitentiam eius rei, suspectum se Regi, nec falso arbitratus, occupare statuit insidiarum fraudes, assumpto in societatem facinoris Nabdalsa, qui plurimum inter Numidas nobilitatis & virtutis opinione præstabat.

CAP. XLV.

Cum hoc, vbi data fuit occasio, [illegible]

[illegible] Si enim tempus in tanto fuit, quo Regibus amicitia [illegible] ex ipsa pacta [illegible] affectu suo meriti consumerem [illegible] ad praesidio hunc in suo [illegible], per quam [illegible] Nabdalsa. Quod enim si unquam alias in [illegible], hodie res ita se habent, ut pessima consilia [illegible] impotentem reperierunt perplacent, bona & salubria non ipsa [illegible] tur, sed vltro periculo suo sint auctoribus suis, quibus si melior [illegible] fuisset, honori emolumentoque esse debuerant. Fortuna Iugurthae [illegible] temporibus fuit, ut nisi reconciliatum Romanis seruare ne [illegible]

CAP. XLVI. [illegible]

posset. [illegible], in gratiam cum his ut rediret, vidit non esse [illegible] statu temporum alienum deliberauit, assensus est. Deinde [illegible] caussam immutatus, quum idem consilium ambo probassemus, [illegible] odit: neque sermonibus abstinet, qui homini aulae non imperito [illegible] certaque significationes sunt eorum, quae postmodum mihi sunt [illegible], nisi praeueniam insidias. sane si talis caussa esset, ut ad me vnum pertineret, & ceterosque proceres neque re neque exemplo contingeret: tacerem potius & vel silentio perferrem, quidquid ingrato Regi suggereret crudelis & fallax animus vel fuga ad Romanos, cuius nondum ablata est copia, securitati meae consulerem: sed quia quod mihi accidit, iam & euenit aliis, & euenire omnibus potest, & illustrissimo cuique facillime. neque te dignitate quisquam antecedit. malui te socio fortius vleisci commune discrimen, & hoc agere, quando cum hoc nulla nobis vlterius amicitiae fides esse potest, ut nouis sociis vtilitati simul & admirationi simus.

CAP. XLVII
Eum viuum aut mortuum Metello tradi postulat.

Id adeo consequi non erit difficile, si meis consiliis conatibusque, tuum praesidium, audaciam, opes coniunxeris. Nam capere aut obtruncare Regem haud maximo negotio poterimus: & Metellum nulla aeque res atque traditus seu viuus, seu mortuus Iugurtha conciliabit. Quum autem Metellum duce minime dubitari poterit, per hunc a Senatu populoque Romano impetraturos, quidquid voluerimus. Eam spem mihi certissimam omnium prope gentium exempla faciunt: & si cetera omittimus, in hac ipsa Africa nuper bello Punico tertio Phamaeas, & superiore Mutines, ac prae ceteris magnum & illustre monumentum Masinissa docuerunt. Quum haec atque similia Bomilcar haud aliena praesentibus commemorare videretur, motus Nabdalsa, venit in societatem consiliorum, & compositis cum Bomilcare rebus digreditur.

CAP. XLIIX
Pacta Bomilcaris & Nabdalsae.

Summa pactorum haec erat, vt Nabdalsa profectus ad exercitum, quem plerumque seorsim ab Rege ductitabat, & rebus ibi ex commodo coniuratorum constitutis, ad patrandum scelus die dicta adesse deberet. Sed vbi ad constitutum ille non occurrit, Bomilcar metu hominis [illegible] [illegible], literas ad eum scribit, segnitiem accusans, qua neque Iugurtha [illegible]

lonnma

lominus perituro prodesset, & spem præmiorum à Metello corrumperet. Eas literas Nabdalsa, vt ab exercitatione fessus in lectum se coniecerat, accepit, perlectasque quum supra caput reposuisset, obrepente vt solet inter f stigationem & curas sopore, in puluino reliquit. Erat ei fidus ad hæc tempora negotiorum curator Numida, secretorumque, præterquam huius nouissimi, particeps. Is quum audito literas venisse, pro more & iure suo tabernaculum ingressus esset, repertasque non excitato Nabdalsa legisset; cognitis quæ Regi struebantur insidiis, protinus ad ipsum cum iisdem literis contendit. Nabdalsa expergefactus quum ablatas literas videret, & rem omnem, vti erat acta, ex perfugis, quod genus hominum custodiæ caussa circum se habebat; cognouisset, ante omnia indicem ex itinere reprehendere conatus est. deinde, vbi illum adsequi non potuit, ipse quoque ad Iugurtham proficiscitur, *raptasque à perfido cliente, quas ad Regem ipse portare decreuisset, literas*, questus, orat, *ne sibi hoc in animo Regis fraudi sit, neue alium se credat, quam qualem perpetuis obsequiis & incorrupta fide probauisset. id quoque certum & efficax innocentiæ suæ testimonium acciperet, quod tam atroci casu percussus, nulli alii aut homini aut loco salutem debiturus, ad Regem suum properasset.* Iugurtha, licet omnia alia voluens animo tamen placide in præsentia respondit, ne qua forte seditio apud armatos & Nabdalsæ beneficiis vsos orirètur: & iam Bomilcaris aliorumque consciorum supplicio iram leniuerat. Sed non perinde abducere animum ab solicitudine potuit, quin tot egregiis viris interfectis, omnia deinceps infesta intutaque occurrerent: quum tanti periculi memoriam, metumque ne qui alii eadem auderent, excutere nequiret. vnde ne somni quidem satis quieta copia erat, & sæpe subito excitus arreptis armis tumultum faciebat: sero agnita stultitia, quæ nec potentiæ nec laudis egentem, dum per scelera & periuria eniti ad maioris fortunæ fastigium iubet; alio super aliud delicto delictorumque supplicio, infra miserrimi cuiusque sortem detrudebat. Exitu Bomilcaris comperto, Metellus, qui sedente se bellum illius proditione transactum iri sperauerat, hac exspectatione depulsus, iterum, quasi ad integrum bellum apparare omnia cepit. quam ad rem quia Marii præsentiam maiori de cetero molestiæ quam vsui fore iudicabat; ne offensum inuitumque retineret, ante duodecimum omnino diem, quam erant futura Romæ comitia, commeatum homini dedit. Atque is rapido cursu ab exercitu profectus Vticam, quum in itinere duos omnino dies cum intermedia nocte consumpsisset priusquam nauigium adscenderet, sacrificauit. quo tempore quum *admirabilem ei, & omni spe maiorem felicita-*

CAP. XLIX. *Iugurtha insidiæ deteguntur.*

CAP. L. *Is Nabdalsæ ignoscit, Bomilcarem necat.*

CAP. LI. *Metellus Marium dimittit.*

licitatem exta portendere haruspex dixisset, magis etiam confirmatus a-
nimo, quem deinde mira cursus prosperitas, transmisso intra quatriduum
CAP. LII. mari, auxit, Romam ad comitia tempori venit. Sallustius magnus a-
In pugna scri- ctor, & in his rebus vnicus, hoc Marii Vticense sacrum prioribus ali-
ptorum, quan- quanto temporibus adscribit: à cuius sententia non obliuione, aut ne-
doque deterio- glectu, sed iudicio discessi. Quod semel monitum, vbicumque simile
ribus plus cre- aliquid obseruatum fuerit, occurrere legentis animo velim. Nam in
dendum. hac infirmitate humanorum operum non debemus admirari, si deterio-
res interdum scriptores veriora quædam adferunt: præsertim in leuibus
rebus, quas magni illi, dum in iis ipsis, ob quæ magni videntur, occu-
pati sunt, incuriose habuerunt. Ceterum C. Marius, vbi Romam venit,
eadem omnia quæ in exercitu fecerat dixeratque, tanto impensius agere:
dedecus publicum, detrimenta negotiatorum fatigationem exercitus miserari;
& ante omnia criminari *Metelli tarditatem, quæ tot incommodorum vna ori-
go esset: si se Consulem fecissent, breui tempore aut viuum aut mortuum Iugur-*
CAP. LIII. *tham in potestate populi Romani fore.* Læti hæc & fauentis populi auribus
Marius Consu- accipiebantur: quia cuiusque generis mortales literas ex Africa ad suos
latum petens, missitando, calumnianti Metellum & se extollenti Mario fidem honestis-
impetrat. sima suffragatione faciebant. & Metellus ob claritudinem generis inui-
sus plebi; Marius ipsa humilitate gratiosus erat: gaudensque premenda
nobilitate populus, tenebat occasionem, dum Mamilia rogatione damna-
tis optimatium plurimis, auctoritas & potentia Patrum langueret. adhæc
omnia, quum Cn. Manlius Mancinus, aliique Tribuni plebis, omni-
bus concionibus Metellum petulantibus dictis proscinderent; magno
A. V. C. fauore renunciatus Consul C. Marius, collegam L. Cassium Longinum
DCXLVI. accepit. His magistratum gerentibus Vrbs lustrata est, ob auem incen-
CAP. LIV. diariam, itemque bubonem Romæ visos. Quod genus illud auium fue-
Auis incendia- rit, quas vocarent *incendiarias*, etiam iis temporibus, quibus adhuc re-
ria. gnabat vetus superstitio, librique augurales in manibus erant, dubita-
tum video. quidam *spinturnicem* vocant, turpem figuram tribuentes,
quum qualis esset, non possent dicere. Nihil similius vero, quam quod
aiunt, *quæcumque apparuerit carbonem ferens ex aris, vel altaribus, incendia-
riam esse.* idem credo indicatum esse, si carbonem tulisset ex busto. Ea
res quum forte nido inflammato incendium aliquando excitasset, inter
præsagia cladis, cuius esse caussa poterat, haberi cepta. Sed his præ-
ter institutum ex occasione quæsitis veniam, vti spero, non ineptum
scrutandæ vetustatis studium conficiet, ne quid eorum, quæ sunt in
CAP. LV. annalibus scripta, nesciatur. Ceterum C. Marius Consulatu non con-
tentus.

tertius, etiam prouinciam Numidiam Senatui extorsit, qui Metello eam decreuerat. id ob Tribunitiam rogationem Cn. Mancini irritum fuit, qui quum tulisset ad populum, *quem cum Iugurtha bellum gerere vellent, iuberent?* populus C. *Marium* frequens iussit. Tum vero ille rebus ita procedentibus exsultans & ferox, sese magnificum inferre nobilibus, instare, lacessere; denique dum esset vnde illi dolerent, neque facto vlli, neque dicto parcere. Sed alter Consul L.Cassius, cui Gallia Transalpina prouincia erat, quum Tigurinos, nobilem Heluetiæ pagum, relicta ciuitate sua per Allobrogum fines transitum moliri cognouisset, vt occurreret illis, eosque priusquam in prouincias Romanas effunderentur, includeret; magnis itineribus eo contendit.

C. Mario Numidia prouincia decernitur.

CAP. LVI.

Tigurinos Cimbri exciuerant. gens vaga & errabunda, plerisque Europæ regionibus populatis, quum ad Heluetios peruenisset; quietos ad id te[…] porum homines, aurique diuites; quia tamen plus opum parasse Cimbros ex rapinis cernebant, ad similis quæstus cupidinem moti sunt. Tigurini ante omnes, quos deinde Tugeni quoque sequuti, postquam illis prima prospere euenerant. Quippe Tigurini suis & Germanorum validis copiis, occurrentem in finibus Allobrogum Consulem, ad Oceanum vsque cedendo, pertraxerunt ad insidias, circumuentumque ipsum & L. Pisonem legatum, qui ante quinquennium Consul cum M. Liuio fuerat, occiderunt.

Tigurini L. Cassium Consulem occidunt.

CAP. LVII.

Ita maiore parte copiarum amissa, quum reliquiæ in castra confugissent; ibique rerum omnium inopes, & exitii certi obsiderentur, auctore C.Popillio legato, cum hostium ducibus in collocutionem venerunt. Quum nihil æqui à superbis victoribus impetrari posset, neque tantum simul ciuium sociorumque numerum fame aut ferro perire pati, C. Popillius satis è fide sua Reque publica duceret, annuit eorum desiderio, vt ab hostibus permissa conditione vterentur. Ita datis obsidibus, & rerum omnium dimidia parte, sub iugum missi, damno impedimentorum & famæ salutem redemerunt. Ob eam rem deinde dies à C. Cœlio Tribuno plebis dicta Popillio est: & quia res ad caussam perduellionis pertinebat, in qua L. Cassius tabellariæ legis auctor suffragium vocis reliquerat; Cœlius rogatione perlata huic quoque iudicio tabellam dedit, quo certius C. Popillius opprimeretur.

Reliquiæ Romani exercitus turpi pactione dimittuntur.

CAP. LIIX.

Huc enim intemperiei ventum in Republica erat, vt leges iam non ex vsu ciuitatis in commune, sed ex fauore aut odio singulorum ferrentur. Ipsumque postea Cœlium, virum cetera egregium, quum per inimicitias laboresque haud mediocres, ad summos honores homo nouus contendisset, tota vita doluisse ferunt, quod nimio Popillium damnandi studio Reipublicæ nocuisset. Etenim se

Leg. in intemperies laboratur Romæ.

 impru-

imprudentem calumniæ ac improbitati tabellam quasi sicam porrexisse videbat, quæ in multorum clarorum & insontium caput atque fortunas iniiceretur. Sed sera nimirum pœnitentia in istis est, quæ semel facta non reuocantur. Ceterum perlatam legem tabellariam C. Popillius haud dubium damnationis omen accipiens, die iudicii non exspectata, solum exsilii caussa vertit: eum imitatus Popillium, qui C. Gracchi lege pectus, Vrbe cesserat.

IOH. FREINSHEMII SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER PRIMVS ET TRICESIMVS.

In locum lib. LXVI. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Lib. LXVI. Liuiani.

IVgurtha pulsus à C. Mario ex Numidia, auxilio Bocchi, Maurorum Regis, adiutus est: & cæsis prœlio Bocchi quoque copiis, nolente Boccho bellum infeliciter susceptum diutius sustinere, vinctus ab eo & Mario traditus est: in qua re præcipua opera L. Cornelii Sullæ, Quæstoris Marii, fuit.

Metellus bello premit Iugurtham.

AT Metellus nondum comperto quod Romæ actum erat, quum sibi prouinciam Numidiam prorogatum iri non dubitaret; bellum acre & vehemens Iugurthæ faciebat: resque Regis indies deteriore loco, non magis ob vim hostium, quam ipsius consternatione fiebant. Præter alia quæ bello opportuna multa amiserat, præfectorum amicorumque penuria fatigabatur. Etenim haud paucis ab ipso interfectis, ceterorum plerique, ne eadem paterentur, ad Romanos, aut Regem Bocchum transfugerant: neque bellum geri nullis administris; neque reperire Iugurtha quibus se crederet, poterat. Anxius igitur, & varia solicitudine distractus, dum modo versus hostem mouet, modo in solitudines refugit, à superueniente Metello pugnare cogitur, neque ambigue certatum, Numidis

midis post leue prœlium diffugientibus. ipse cum perfugis & parte equitatus, per loca humani cultus expertia Thalam peruenit, magnum oppidum, in quo thesauri Regis, & filiorum eius pueritiæ cultus erat. Ea re cognita Metellus, bellum pro confecto habens, si Iugurtham in illa vrbe opprimere potuisset, difficultates locorum, erant enim haud mediocres, superare consilio & labore statuit. Igitur quia inter Thalam & proximum flumen quasi passuum millia quinquaginta, asperæ & siccæ solitudinis erant; *iumenta sarcinis amotis omnibus, frumento dierum decem, & vtribus onerari, pecus etiam vasis rusticis, plerumque ligneis, vt ex tuguriis Numidarum colligi potuerant, impositis agi: præterea regionis eius accolas, qui post fugam Regis in fidem venerant, die locoque prædictis, quamplurimum possent aquæ portare* iubent. Postquam peruentum ad flumen est, impletis vtribus ad locum, quem Numidis edixerat, pergit. Ibi quum castra ponerentur, præter eius cœli naturam, tanta vis pluuiæ effusa fuisse dicitur, vt ea sola aqua sufficere exercitui posset. Igitur milites deorum hoc munus interpretati, quamquam adesset prouisa aquæ copia, pluuia magis vsi sunt. etiam commeatus abunde præsto fuit, Numidis, vt in noua deditione, studia sua approbare conantibus. Sic refecto milite ad Thalam postero die peruentum est: contra opinionem Iugurthæ, qui numquam eo penetraturum Romanum exercitum esse sperauerat. Sed oppidanis strenue arma opponentibus, quum etiam locum natura & operibus apprime permunitum haberent, difficilis oppugnatio fuit. multoque labore & periculo militum post quadragesimum diem quam obsideri Thala ceperat, capta est. Perfugæ preciosis rebus cunctis in Regiam comportatis, inter vinum & epulas seque & illas iniecto igne consumpserunt. Iugurtha primo aduentu Metelli cum liberis & parte pecuniæ, per caussam adducendorum subsidiorum discesserat. Is ex eo tempore nusquam amplius vno die, aut vna nocte commoratus, vt proditionem, quam continuo metuebat, celeritate vitaret: postremo egressus Regno per magnas solitudines ad Getulos peruenit; collectamque ex his multitudinem ad vsum & morem militiæ exercere instituit. Bocchum quoque Mauritaniæ Regem, quum amicos eius magnis donis ac maioribus promissis sibi propitios effecisset; in societatem armorum pellexit, nonnulla de caussa iratum Romanis, quod initio belli Numidici fœdus & amicitiam frustra petiuerat. Quippe res maximi ad victoriam momenti futura, impedientibus Iugurthæ pecuniis, quibus ille tum potentes in Senatu patronos sibi conciliauerat, repudiata est. Hæc offensa magis apud Bocchum, quam adfinitas Iugurthæ valuit; quia Numidæ Maurique pro opibus ac libidine multas vxores ducunt. eo

CAP. II. *Thalam petit.*

CAP. III.

Eamq. oppugnatam capit.

CAP. IV.

Iugurtha excedit Regno.

CAP. V.

Bocchus armæ cum Iugurtha coniungit.

leuior apud illos ea necessitudo habetur. Inter hæc ad Metellum, quo tempore Thalam expugnabat, Leptitanorum legati venerunt, præsidium & præfectum petentes, ad Hamilcaris opprimenda consilia, qui potens & factiosus rebus nouis studebat. Hi ad Consulem Calpurnium, deinde Romam initio belli missis legatis amici sociique Romanorum facti, quidquid imperatum à Consulibus fuerat, prompte studioseque fecerant.

CAP. VI.

Igitur Metellus ad tuendam ciuitatem quatuor illis Ligurum cohortes, & præfectum C. Annium dedit.

Eos ad Cirtam exspectat Metellus.

Cognitis deinde Iugurthæ Bocchique consiliis, apud vrbem Cirtam castris communitis Reges exspectabat. Illi enim quod à Q. Metello captiui, prædaque, & impedimenta Cirtæ collocata essent, ad eam vrbem suis quisque copiis accedere constituerant, summis viribus impellente Iugurtha, qui aut vrbem se recepturum, aut si à Metello defenderetur, prœlium fore sperabat, vnde Bocchum Romano bello prorsus illigatum, stabiliorem ad cetera constantioremque socium haberet. quamquam paulo post ex voluntate Iugurthæ consilio mutato, Reges diuersis itineribus in difficiliora loca discesserunt. Inter hos apparatus ad Metellum defertur, Mariū Consulem factum, eique prouinciam Numidiam datam. qua re supra modum anxius, neque lachrumis, neque vocibus temperabat, vir vt cetera egregius, ita iniuriæ impatiens.

CAP. VII.

Legatos ad Bocchum mittit.

Ergo rerum gerendarum, quas alienæ gloriæ cessuras arbitrabatur, abiecto proposito, legatos ad Bocchum mittit, & à bello Maurum dehortatur. Ille vicissim *cupidum se pacis* respondet: *modo Iugurthæ rationem aliquam Romani habeant.* Ita missitandis vltro citroque legationibus, sicuti Metellus voluerat, tempus in otio trahebatur. Dum in eo statu res Numidiæ sunt, C. Mario supplementum Senatus lubens decreuerat, non vt gratum Consuli faceret, quem haud mediocriter oderat; sed astutia quadam, vt irritum eius inceptum, aut ipse populo inuisus fieret, qui grauate nouum delectum passurus videbatur. Sed hæc exspectatio frustra fuit.

CAP. VIII.

Marius nobilitatē exagitat.

Nam Marius concione aduocata, suis rebus extollendis ita accendit hominum studia, vt supra decretum numerum etiam voluntarii multi auspicia eius sequerentur. Ille inprimis oratione magnopere nobilitatem exagitasse dicitur, solitus & antea per quamlibet occasioné superbis & contumeliosis dictis incessere. Nam & *Consulatum ex victis illis spolia cepisse* dictitabat, *non aliena facta, & mortuorum titulos, sed suos labores, suas cicatrices præferendo*: quærebatque ex circumstantibus, *si maiores Albini aut Bestiæ respondere possent, vtrumne illorum, an Marii similes posteros optaturi viderentur?* Quod non magis contumacia ingenii factitabat, quam vt plebi se daret, quæ hac licentia nobilitatis arrogantiam læta lubensque vindicabat. Neque eo segnius parare commeatus, onerare

rare naues, ſtipendia, arma, cetera bello vtilia cum legato A. Manlio Prætorio viro in Africam mittere: ipſe milites ſcribere, non ex claſſibus & more maiorum, ſed capite cenſos pleroſque. quod genus antiqui duces ſpreuerant, militiam, vt alios honores, non cuilibet committendam rati, ſed iis, qui rem habentes eam acceptis armis tamquam pignori opponere viderentur. Id Marii factum diuerſimode acceptum eſt: quibusdam penuria aliorum militum feciſſe interpretantibus; aliis, vt ſe iſti hominum generi, per quod maxime creuerat, venditaret. idque vero propius arbitror, quum pro obſcuritate generis ſui humilimum quemque maxime ſtuderet extollere, ſe quoque iocis dicacium obnoxium fore putans, ſi conditioni & fortunæ, cui propinquus ipſe fuiſſet, ius militandi negaretur. Et ſane virtus ex cenſu non venit: modo vires animusque ſuppetat, & diſciplinæ capax indoles. Cum his copiis Vticam paucis diebus peruectus, exercitum P. Rutilio legato Metelli tradente accepit: quia Metellus conſpectum inimici fugiebat, cuius aſtutia non ereptam modo ſibi prouinciam, ſed etiam plebem Romanam alienatam eſſe rebatur. Sed hoc quidem, Romam profectus, longe aliter habere comperit; quum extincta iam inuidia non minoribus populi, quam Patrum ſtudiis exciperetur. atque illi iudicium à Tribuno plebis Manilio intentatum, triumphusque impeditus non maiori primum moleſtiæ, quam poſtea gloriæ fuit. Neque vero anxie aut demiſſo animo, ſed iuxta ſolitam ſuam grauitatem atque conſtantiam, quum data ei concio populi eſſet, verba pro triumpho ſuo fecit, quorum pauca adhuc noſcuntur; ſenſus omnium iſte propemodum fuit? *Quem ab omni antiquitate ſoletis habere honorem Imperatoribus veſtris, vt Republica bene geſta hoſtibus victis & exercitu incolumi, Vrbem triumphantes ineant; eum mihi, quum Senatus frequens iuſſerit, neque veſtra ſit voluntas obſcura, negare perſeuerat Tribunus. me quoq; dictis petulantibus laceſſendo, Quirites. Igitur & pro cauſſa dicenda mihi quadam video, & de illo cur nolim dicere, exponendum eſt. Nam quod ad illum attinet, Quirites, quoniam ſe ampliorem putat eſſe, ſi ſe mihi inimicum dictauerit, quem & ego mihi neque amicum recipio, neq; inimicum reſpicio, in eum ego non plura dicturus. Nam eum indigniſſimum arbitror, cui a viris bonis bene dicatur: tum ne idoneum quidem, cui a probis maledicatur. Nam ſi in eo tempore huiuscemodi homunculum nomines, in quo punire non poſſis, maiore honore, quam contumelia afficias. Reſtat igitur, vt de triumpho paucis diſſeram: idq; ipſum, quum ſit in Senatu factum pleniſſime, resque decreto Patrum confirmata, non ita de ea loquar, tamquam aut veſtrum iudicium de rebus meis extimeſcam, aut etiam verear, ne Senatus auctoritatem ſequa-*

CAP. IX.

CAP. X. Metellus in Vrbem redit.

CAP. XI. Inimicum ſuum magno animo ſpernit.

CAP. XII.

De iure Triumphi disputat.

sequamini. Multi olim clarissimi viri, ex maximis bellis; nuper etiam multi rebus haud ita magnis effectis triumpharunt. Eorum nonnullis controuersia de iure triumphi mota est: interdum per calumniam; saepe, quia probabiles caussae erant, cur negandus illis tantum honos videretur. P. Africano post receptas Hispanias, M. Marcello post captas Syracusas, L. Lentulo post res in Hispania gestas negatus triumphus est; quia maiorum moribus ignotum erat, eum qui neque Dictator, neque Consul, neque Praetor res gessisset, triumphare. Aliis obiectum est, ob leuia praelia triumphum eos petere: nonnullis, vt Q. Fuluio Capua capta, vt L. Opimio nuper Fregellis receptis, quod tantum recuperassent amissa, nihil nouae ditionis imperio populi Romani adiecissent. L. Manlium victis Gallograecis, per illam caussam repellere inimici studuerunt, quod illius culpa multos perisse Romanos milites, virosque aliquot egregios dicerent: quodque populis illis, quum nondum iudicati hostes essent, bellum fecisset.

CAP. XIII.

De suis rebus differit.

In me quid horum argui potest, Quirites. Consul, deinde prorogato imperio, iussu vestro ac Senatus bellum cum Iugurtha gessi; acerrimum hostem, nostrisque vitiis & sua virtute formidabilem magnis praeliis cecidi; vrbes amplas opulentasque, & alias situ operibusque & praesidiis munitissimas cepi: prouinciam ita successori tradidi, vt minus in consummanda victoria laboris, quam ego habui in inchoanda, sit habiturus: eaque omnia gessi, exercitu incolumi, Senatu gratulante, vobis non illaudatus, aerario non onerosus. Nam & eam in imperio continentiam praestiti, quam aequum erat ab eo, qui & charam haberet animi sanitatem, & vestra iudicia cuperet retinere. Quam enim ego colendam esse iustitiam persuasissimum habui, etiamsi nemo hominum, neque animaduersurus eam rem, neque laudaturus esset: eam equidem degustato fructu suauissimo non erat ratio relinquere.

CAP. XIV.

Honesti dignitatem extollit.

Quum nihil in vita sit honesto melius: nihil etiam suauius esse reor, quam ob honestum in precio hominibus esse. nam amari colique naturâ iucundum est: & vir bonus gaudet, quum & se compotem bonae famae videt; & multo magis eo, quod precio adhuc esse virtuti putat, delectatur. Et hanc ob caussam amplius, quam pro meo honore facturus fueram, pugno: neue vos ingrati potius atque inepti iudices factorum cuiusque, quam graues ac incorrupti habeamini. Plus enim, praesertim iuuenibus studii in virtute ponetur, si bene factorum apud vos constare gratiam atque praemia putabunt. Nam mihi haud multum perit: si leuissimum hunc Tribunum audieritis, de praemio decedere aliquantum poterit; de merito decedet nihil.

CAP. XV.

Igitur ille hac in re, quanto vniuersi me vnum antestatis, tanto vobis, quam mihi maiorem iniuriam atque contumeliam facit, Quirites. Et quanto probi iniuriam facilius accipiunt quam alteri tradunt, tanto ille vobis, quam gratiam mihi, peiorem honorem habuit. Nam me iniuriam ferre, vos facere voluit, Quirites.

Triumphum & Numidici cog-

Pronis auribus excepta oratio est: nec triumphus modo clarissimus, sed etiam meritum

tum virtute *Numidici* cognomen datum. Neque minori deinde gloria in foro de calumnia inimici, quam in Capitolio de hoſte victo triumphauit. Quum enim repetundarum reus, tabulas vt mos erat, iudicibus inſpiciundas edidiſſet, viri grauiſſimi, Equites Romani, qui tum ante legem Cæpionis adhuc iudicabant, vultum vniuerſi auerterunt, ne de fide cuiusquam rei, quæ relata in his eſſet, dubitare viderentur. tanta Metelli, tamque teſtata ciuibus ſuis integritas fuit! Comitiis tamen Conſularibus, pro P. Rutilio Rufo, quem legatum in Africa habuerat, & qui in locum L. Caſſii petebat, gratiam ſuam parum efficaciter interpoſuit: præualente M. Æmilio Scauro competitore. Hinc magnæ inter hos ſimultates, deſignatumque Scaurum Rutilius poſtulauit ambitus, & ab hoc abſoluto viciſſim poſtulatus eſt. Quo in iudicio quum in Rufi tabulis nomini cuidam adſcriptas literas *A. F. P. R.* Scaurus oſtenderet, idque diceret *eſſe*, *Actum per P. Rutilium*, Rutilius autem, *ante factum, poſt relatum*. C. Canius eques Rom. qui Rufo aderat, exclamauit, *neutrum illis literis declarari*. *Quid ergo?* inquit Scaurus. tum ille, *Æmilius fecit, plectitur Rutilius.* Hæc eo anno in Vrbe acta comperi, & duos præterea triumphos ex Hiſpania Thraciaque ductos. Q. Seruilius Cæpio de Luſitanis, & clariore fama de Scordiſcis M. Minucius Rufus triumpharunt. Sed in Numidia Marius, magna cura veteribus exercitus copiis, adſuefactis ad munera caſusque militiæ tironibus, quum Getulos & Iugurtham ſæpe leuibus prœliis fudiſſet, maiora moliri cepit: quo Iugurtham de ſumma rerum dimicare cogeret, priusquam contrahere à Mauris auxilia potuiſſet. Nam Bocchus ſæpe miſſis ad Conſulem nunciis, *quidquam ab ſe hoſtile timeri* vetabat. Igitur multis oppidis caſtellisque expugnatis, quum tamen præuertentem alia Iugurtham attrahere nequiuiſſet, Capſam aggreditur, frequens incolis, & natura loci munitiſſimum oppidum; vbi theſauros habere Iugurtha conſueuerat, beneuolentia oppidanorum, quos immunes, leni imperio, & ob ea fidos ſemper habuerat, ſed magis locorum aſperitate confiſus. Nam in mediis Africæ ſolitudinibus Capſam, ſi vera fama eſt, Libycus Hercules condiderat, amœno ipſam loco, ſed haud procul omnia horrebant incultu, areniſque & ſerpentibus infeſta erant. Tanto acrior lubido capiendi oppidum Conſuli inceſſerat, quod Metellus Thalam haud diſſimili ſitu cepiſſet: niſi quod Thalæ propinqua fontes habebant; Capſenſes, aridis circa omnibus, & vno tantum intra mœnia fonte, plerumque aqua pluuia vtebantur. Sed has aliasque difficultates Marius conſilio & induſtria ſuperauerat. Simulato enim itinere ad oppidum Laris, quo ad famam aduentus ſui ſpargendam A. Manlium legatum cum expeditis cohortibus præmiſerat:

gnomen conſequitur.

CAP. XVI.

M. Scaurus, P. Rutilius ſe inuicem reos de ambitu faciunt.

CAP. XVII.

C. Marii geſta in Numidia.

CAP. XVIII.

Capſa oppidi ſitus.

Digitized by Google

CAP. XIX.

longe alia via exercitum Capsam versus ducere instituit, quæ ab eo loco millia passuum ferme centum octoginta aberat. Ceterum magnam vim pecoris per equites auxiliares secum agens, inde quod satis esset, per centurias turmasque quotidie distribuebat: quo simul alebatur miles, simul ex coriis numerus ingens vtrium ad instantes vsus fiebat. Ergo vbi sexto die ad flumen, quod eo in itinere erat, peruentum est, *quiescere suos, ciboque capto signum proficiscendi exspectare* iubet. Sub noctem deinde statiuis egressus, quantum per tenebras potest, itineris conficit. orto Sole castra muniuntur. post iterum noctu pergitur, dies datur quieti: sic tertia nocte multo ante lucem, duobus haud amplius à Capsa millibus, occultatæ inter colles copiæ, egressum oppidanorum præstolabantur. Atque illi simul illuxit, rerum omnium ignari, quum pro consuetudine ad sua quisque negotia tenderent; Consul *equitatum, & quod inter pedites velocissimum erat, cursu contendere ad portas vrbis* iubet: ipse cum signis legionum insequitur.

CAP. XX. *Oppidum ... in potestatem redigit.*

Adiuuit dolum fortuna, & Capsenses improuiso terrore trepidi, simul suorum multos in potestate Romanorum esse videntes, portas patefecerunt, incolumitatem pacti. Sed Marius direpto incensoque oppido, & puberibus interfectis, ceteram multitudinem sub corona vendidit: non per auaritiam, aut scelus, iure belli neglecto; verum quia ob situm loci & leuitatem gentis mansuram in fide Capsam esse desperabat. id enim Sallustius causatur: quasi non ingenio perfidus C. Marius fuisset, aut in fide frangenda, vlla possit esse iusta excusatio. Ceterum re tanta sine periculo perfecta late circum exercitus Romani sparsus terror est; multaque oppida relicta à suis patuerunt. vi expugnata pauca sunt. Hac felicitate successuque rerum fretus Consul, maioris molis opus palam aggreditur, castellum arduo loco situm, haud procul Mulucha flumine, qui Mauros Numidasque medius aquis disterminat.

CAP. XXI.

Ibi cum ex magna solicitudine fortuna magis, quam consilium aut virtus explicuit. Quum enim in obsidione, multis diebus pudore magis irriti incepti, quam spe potiundi hæsisset anxium animi, & manere an abire deterius foret, ambigentem, vnius cuiusdam Liguris opera casus absoluit. Is quum aquatum progressus, cochleas inter saxa repentes legere cepisset, paulatim ad summam rupem enisus est: repertoque in castelli planitiem aditu, nemini visus, quod in hostem obuersi propugnatores, locum illum, vt prorsus inaccessum, custodire neglexerant; rem ad Marium detulit. Marius velocissimos et milites, cum centurionibus quatuor, ex omni numero cornicinum & tubicinum leuitate corporum præstantes quinque adiungit. quoque magis obsessi à sensu rei auocentur, qua parte oppugnare castellum consueu-

sueu-

ſueuerat, maiore quam antea tumultu vim oſtentat. Interim qui delecti ad id negotium fuerant, partim adiuti ab Ligure, partim laqueis ad prominentia ſaxa adiectis ſubleuati, quandoque clauis inter præcipitia ſuſtinentibus gradum, magno labore, quo intenderant, peruenerunt.

CAP. XXII. *Mulucha alia parte oppugnatur; alia capitur.*

Quod vbi conſpectum certi homines Mario nunciarunt, cohortatus milites, *procedi extra vineas, promoueri teſtudinem; tormentis, ſagittis, gladiibus quam tumultuoſiſſime poteſt, impeti hoſtes* iubet. Illi pro muris intrepide agere, pugnare, ſimul ferocibus dictis increpare Romanum, quem ſuperioribus diebus ſæpe corruptis operibus repulerant. Sed celeriter in maximam conſternationem verſa fiducia eſt: quum repente à tergo claſſicum audiri; mulierumque & puerorum, deinde aliorum qui viſum quid eſſet rei proceſſerant, clamor & fuga fieri cepiſſet. eo tempore Conſul viſus, cum hoſte intra muros ſe recipiente irrupit.

CAP. XXIII. *L. Sulla Marii Quæſtor.*

Lætum his, nihilque iam fortuna ſua nimis arduum putantem, etiam L. Sullæ Quæſtoris aduentus, in ſpe belli celeriter finiendi, conficiendæque prouinciæ, confirmant: quod à Conſule relictus, vt in Latio & ſociis exercitum cogeret, egregium & numeroſum equitatum adduxerat. Vnde Iugurtha rebus ſuis quotidie deterioribus, quum oppida & caſtella in quibus maximam ſpem habuerat capta, pecuniæ magnam vim amiſſam, ſe Numidia expulſum reputaret; Bocchum ad iungendas ſecum copias acrius ſolicitat: cunctantemque promiſſa parte Numidiæ tertia, amicosque eius muneribus, vt auctores ſumendi belli ſint, ad deſiderata impellit. Denique ſexaginta equitum effectis millibus, proficiſcentem in hiberna Marium Reges ambo, vix decima parte diei reliqua adoriuntur, idque conſuetum Iugurthæ fuit, vt ſemper inclinato die dimicaret; quia propter locorum peritiam non ipſi ad omnes caſus æque opportuna; Romanis, nec ſi viciſſent, victoriam perſequi, nec ſi victi eſſent, effugere in expedito erat.

CAP. XXIV. *Pugna Marii cum duobus Regibus.*

Pugna magis vti ſors tulerat, quam arte imperatorum commiſſa (neque enim Romano exercitus inſtruendi datum tempus fuerat) quum iam ad noctem producta eſſet; nihil tamen hoſtes remittebant. Ibi Marius, qui cum turma quam ex fortiſſimis quibusque collectam circa ſe habebat, tota volitans acie, ſuccurrere ſuis, terrere hoſtem, omnibus modis moliri victoriam non omiſerat; quod exercitu parum ordinato pugnare in tenebris nollet, ex collibus duobus alterum, qui caſtris anguſtius, aquæ fontem copioſum habebat: per L. Sullam & equites occupat: in alterum, poſtquam paulatim ordines inſtauraſſet, legiones citato gradu ducit. Finis iſte prœlii, nec tamen ideo periculi fuit. Nam Reges vtroque colle circumſeſſo renouaturi

certamen erant. sed Numidæ pleramque noctem per lætitiam & strepitus insomnem agebant: aluitque negligentiam Marius, neque ignes excitari suis in castris, neque signa, vti mos est militiæ quoties vigiliæ mutantur canere passus. Sed vbi redditus dies est, fessis iam & paulo ante somno captis hostibus magno terrore incubuit. Nam & à militibus ingens sublatus est clamor; & æneatores tubicinesque maximum strepitum ediderunt: quæ quum Mauris atque Getulis noua & insolita accidissent, veluti stupore defixi, neque pugnam capessere, neque fugam potuerunt. pluresque eo prælio, quam omnibus simul superioribus, desiderati sunt: arma signaque militaria pleraque capta. Hæc ita apud Sallustium scripta sunt: nam auctores quos sequutus Orosius est, diuersa quædam retulerunt. *Post Iugurthæ Bocchique coniunctionem, numeroso Regum equitatu Marianum exercitum crebérrimis incursionibus vexatum fuisse; postremo Cirtæ expugnationem meditante Romano, occursum à Regibus.* Anceps id prælium, & multiplici terrorum specie atrox describitur, quum à tot millibus equitum excitata pulueris nubes cœlum operiret, diem supprimeret, visuque ad cauendum adempto, corpora telis confertim incidentibus, iniecta atque incustodita præberet. *Nocte remissam pugnam; eamdemque sequentis etiam diei noctisque fuisse faciem* additur. *Tertia demum die desper inter Romanos vniuerso agmine erupisse. ne sic quidem, ab impetu hostium extremos carpentium, & situ æstusque violentia, nisi cœlesti ope, liberatos; repentinæ, tamquam e machina pluuiæ beneficio vtriusque mali remedium inuenientes, potionem & refrigerationem simul potumque præstiti se aquas: & easdem inhabilem hostium armaturam fecisse.* Afri enim sine amentis manu intorquere iacula solebant, scutaque habebant ex elephanti corio. igitur instillata imbre lubrica conatum mittentium frustrabantur. & scuta quod eius corii hæc natura, vt aquam in spongiæ morem ebibat, auctum admodum pondere circumferri ad excipienda tela nequibant. Sed Marius quamquam ita subinotis hostibus, reliquum iter non minus cautus intentusque inibat: maritimam oram petens, vbi commeatus expeditior copia erat. Neque iam longe Cirta aberat, quum ab omni parte speculatores citi veniunt, *hostem adesse* nunciantes. Quippe Iugurtha suos quadrifariam diuiserat, ratus ex omnibus vtique aliquos terga hostium adepturos, & prinsquam illi se conuerterent, tumultum illaturos esse. Verum Marii prouidentia spem eius elusit; qui nescius, vbi plus discriminis futurum esset, acies eodem ordine, quo iter faciens incesserat, continebat. Primi Maurorum in L. Sullam inciderunt, cum equitatu dexterum latus tegentem: ibi pugna contracta dum feroci-

Margin notes:

CAP. XXV. (beside "mutantur canere passus")

Maurorum & Getulorum clades.

CAP. XXVI. *Alia de hoc prælio narratio.*

CAP. XXVII. *Afrorum armatura.*

CAP. XXIIX. *Alia pugna.*

ferociter dimicatur, Bocchus cum peditibus quos Volux filius eius adduxerat, neque priori prœlio, in itinere morati adfuerant, extremum Conſulis agmen inuadit; quum illum in primam aciem Iugurtha, magnis viribus inuectus, attraxiſſet. Tum Iugurtha, Bocchi aduentu cognito, clam cum paucis equitibus ex prœlio ſe ſubducit, & ad pedites aduolans, elatum alte gladium, quem hoſtili ſanguine cruentauerat, oſtendit; adiecto *Marii hunc cruorem eſſe, quem ſua manu occidiſſet. Imperatore amiſſo fruſtra pugnare Romanos.* Hæc latine proloquutus (nam apud Numantiam didicerat) ita perculit Marianos milites, vt iam parum abeſſent, quin hoſtibus Iugurthæ præſentia & dolo maiorem in modum confirmatis terga darent; quum L. Sulla eorum, à quibus initio pugnæ impeditus fuerat, victor, Mauris qui cum Iugurtha erant, obliquus ſeſe intulit: idem & ab Mario, qui ſibi oppoſitos ſimiliter fuderat, factum. Bocchus è veſtigio ſe coniecit in fugam: Iugurtha prope partam victoriam è manibus eripi dolens, dum nihil ad ſummam contentionem reliquum facit, omnibus circa amiſſis, vix inter tela hoſtium ſolus effugit. Magna deinde cædes in campis patentibus fuit: nonaginta millibus armatorum, qui adducti à Regibus fuerant, propemodum internecione deletis. & rem propius intuentibus, hoc demum prœlio debellatum eſt.

CAP. XXIX.

Reges funduntur.

CAP. XXX.

Quippe quinto poſt eam pugnam die, legati à Boccho Cirtam venerunt, vbi Marius hibernare conſtituerat, petentes, *vti duos quam fidiſſimos ad Regem mitteret, quibuscum de commodis populi Romani ſuisque loqueretur.* Miſſi ſunt A. Manlius legatus, L. Cornelius Sulla Quæſtor. Ibi Sulla, cuius facundiæ Manlius ætate prior ceſſerat, verba facere incipit, Bocchum laudans, *quod pernicioſo errore celeriter abiecto, potius amicitiam populi Romani, quam longius bellum expeteret. Eius populi hos à principio mores, hæc inſtituta fuiſſe, vt neque armis a quoquam neque beneficiis vinci pateretur. id experiri Regem olim potuiſſe, ſi cordi curæque habuiſſet, ſed ne ſic quidem ſerum eſſe, quum in manu ei ſit, Romanorum beneuolentiam gratis officiis promereri.*

Sulla verba ad Bocchum.

CAP. XXXI.

Reſponſum Regis.

Contra hæc Bocchus: *non odio Romani nominis, vt qui miſſis Romam legatis amicitiam ſponte petiuiſſet, ſed repulſa, deinde nonnullis iniuriis prouocatum ad arma reſpexiſſe. nam agrum, vnde ipſe Iugurtham expuliſſet, iure belli ſuum factum: neque mirari quemquam debere, ſi vaſtari eum à Mario pati nequiſſet. Ceterum ſi ſibi partem illam Numidiæ populi Romani voluntate retinere liceat: arma lubenti animo poſiturum.* Tum vero Manlius, *quod de Iugurthæ Regno tenes*, ait, *Rex Bocche, maiores noſtri iuſto pioque bello captum, Maſiniſſæ dono dederunt. cui rei hæc ineſt conditio, vt donec Senatui populoque Romano viſum fuerit, habeat qui accepit. Nunc vero mortuo olim Maſiniſſa, nepotibus eius ab Iugurtha interfectis: neque penes ho-*

ſiem eſſe, *quod amico dederit, populus Romanus patitur; neque quod ſuum eſt id à te tamquam Iugurthæ ademptum poſſideri.*

CAPVT XXXII.

His vltro citroque iactatis, quum, *ſi per Marium liceret, legatos ad Senatum mittere velle* Rex adieciſſet, in præſentia diſceſſum eſt. Bocchum amici à Iugurtha corrupti, (nam comperta Sullæ Manliique legatione preces & dona cumulauerat) à propoſito parumper dimouerunt. Deinde mobilitate ingenii, & amicis quibus Iugurtha nihil dederat, impellentibus, ingenio & fide maxime probatos quinque delegit, qui ad Marium, & ſi viſum illi fuiſſet, Romam proficiſcerentur, cum liberis mandatis, *bellum quoquo modo componendi.* Iisdem iniunctum, *vt Sulla inprimis adiutore pacis vterentur.*

Bocchi legatio ad Marium, & in Vrbem.

Hi quum ad hiberna Marii proficiſcerentur, in Gætulos latrones inciderunt, à quibus ſpoliati, dimiſſique peruenerunt ad Sullam, quem Imperator, donec ipſe rediiſſet, pro Prætore reliquerat.

CAPVT XXXIII.

Nam in Gætulos cum expeditis cohortibus & parte equitatus profectus, turrim Regiam, in qua Iugurtha perfugas omnes præſidio impoſuerat, obſidebat. Interim Sulla legatos Bocchi humaniſſime liberaliſſimeque exceptos, hac opinione imbuit, vt & famam de auaritia Romanorum falſam, & Quæſtorem ſibi amiciſſimum arbitrarentur. ipſis enim dari putabant, quod ambitioni ſuæ Sulla tribuebat: vt ex oppreſſi deditiue Iugurthæ gloria quamplurimum ſibi decerperet. Sed illi beneficio victi, quid in mandatis haberent, ſecreto exponunt, opem conſiliumque talis viri poſcunt, Regis ſui magnitudinem, & alia, quibus induci eum poſſe credebant, magnifice deprædicant.

Humaniſſime excipitur ab Sulla.

CAPVT XXXIV.

Sulla benigno reſponſo, quibus apud Marium verbis, quibus in Senatu vterentur, præcipit; ſic attemperans, vti ad ſuum incrementum maxime profectura iudicabat. Sed & *Regi perſuaderi* iubet, *ſi bene proſpectum ſuis rebus velit, Sullam ad omnia conſultorem adhibeat.* Iam quadrageſimum ferme diem opperiebantur; quum Marius ab expeditione rebus infectis Cirtam rediens, intellecto Maurorum aduentu, *ipſos Sullamque venire ad ſe* iubet: euocato etiam ab Vtica Prætore L. Bellieno, & præterea quicumque Senatorii ordinis in Africa agebant.

Venit ad Marium.

CAPVT XXXV.

Pars legatorum proficiſcitur Romam.

In hoc conſilio audita Bocchi legatione, *legatis poteſtatem proficiſcendi Romam, & donec illi reuertiſſent, inducias Regi permitti*, poſt aliquam diſceptationem placuit. Tres ex numero legatorum, cum C. Octauio Rufone, qui ſtipendium ex Vrbe Quæſtor attulerat, Romam, ceteri ad Regem profecti ſunt. Ex his quum Rex acta cognouiſſet, præ ceteris rebus benignitate & ſtudio Sullæ delectatus, quæ legati magnopere efferebant; inclinare iam animum ad pacem proditione Iugurthæ redimendam cepit: quum etiam Marius aliter conuenturum negauiſſet.

CAPVT XXXVI.

Igitur tegendo conſilio per cauſſam iniuriæ ab occiduis Æthiopibus acceptæ,

copias

copias eo mittit, nam ea natio Mauritaniæ finitima eſt & ab Eois Æthiopibus ſitu & nomine diſtincta, ad montem Atlantem pertinet. Multa de hac regione mira referuntur. *Camelopardales draconesque magnos ibi gigni, & qui tauro forma, ſed robore & mole pares elephantis, rhizes appellantur. etiam terra naſcentium incognitam ſub alio cœlo magnitudinem eſſe, Bocchumque Regem* Iphicrates narrat, *ex Æthiopica expeditione, multo maiores quam alibi prouenicbant, aſparagos vxori dono miſiſſe: item calamos Indicis ſimiles, quorum genu quodlibet chœnices octo caperet.* Interea Iugurtha, quod legationibus iſtis nihil ſibi lætum parari intelligebat, in penitiſſimas ſolitudines ſe abdidit: paſſim tamen relictis, per quos certior fieret, quid vbique ageretur. Romæ legatis Bocchi, veniam erroris, & fœdus petentibus, hoc modo reſponſum eſt: *Senatus & populus Romanus beneficii & iniuriæ memor eſſe ſolet. ceterum Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit: fœdus & amicitia dabuntur, quum meruerit.* Hoc Africanarum rerum ſtatu Conſules C. Atilius Serranus, Q. Seruilius Cæpio magiſtratum inierunt. quo tempore M. Tullius Cicero natus eſt ante diem III. Nonas Ianuarias. ſed & alterius magni hominis natiuitas illuſtrem annum fecit, Cn. Pompeio A. D. pr. Kal. Octobres in lucem edito. Procuratis prodigiis, nam *Romæ & in agro Peruſino locis aliquot lacte pluiſſe, fremitus cœleſtes auditos, pila cœlo cadere viſa*, nunciatum fuerat. prouinciæ Conſulibus Italia Galliaque decretæ: Galliam Q. Seruilius accepit, Italiam C. Atilius. C. Mario prorogatum in Numidia imperium. Legem deinde Q. Seruilius pertulit, qua iudicia Senatoribus & Equitibus Romanis communicata ſunt, derogatumque Semproniæ, quæ remotis Senatoribus Equites ſolos iudicare iubebat. Res tam grata Senatui fuiſſe traditur, vt Q. Seruilium Conſulem patronum ſuum appellaret. L. Craſſi, nam legem eam ſuaſit, edita fuit oratio, qua iudicum & accuſatorum increpita factione, Senatum perornauit, in Equites multa aſpere dixit: quum in oratione de Colonia Narbonenſi contrarium inſtitutum tenuiſſet: idque poſtea ab accuſatore Planci Bruto obiectum, expoſita temporis vtriuſque ratione diluit; *non ingenii propoſitique ſui hanc pugnam, ſed hominum rerumque varietatem, & ad hæc accommodandam orationem fuiſſe.* Ceterum laudem in Vrbe partam Conſul Seruilius expeditione Gallicana corrupit. eam rem ita geſtam accepimus. Toloſa nobilis Gallorum ciuitas, quum in fœdere populi Rom. eſſet, à Cimbris ſollicitata, milites Romanos, qui præſidii cauſſa in oppido erant, occulta coniuratione oppreſſos, in vincula coniecerat. eo cum delectis impigre profectus Conſul, quum ignaris ceteris per conſcios intra mœnia receptus eſſet, vrbem veteri opulentia claram diripuit, non profanis modo, ſed etiam ſacris pecu-

Bocchi expeditio in Æthiopas.

CAPVT XXXVII.

Iugurtha in ſolitudines recedit.

A. V. C. DCXLVII.

Cicero & Pompeius naſcuntur.

CAPVT XXXVIII.

Prodigia.

CAPVT XXXIX.

L. Craſſi orationes contrariæ.

CAP. XL.

Toloſa occupatur a Seruilio Cæpione.

Digitized by Google

pecuniis ablatis. Ex Apollinis quidem fano centum M. pondo auri, & argenti CX. M. pondo rapta auctores habeo. apud alios multo maius

CAP. XLI. *Aurum Tolosanum.*

auri pondus, nec ex delubro, sed Tolosensi lacu sublatum, inuenio. *Tectosages enim qui cum Brenno fuissent, raptis ex Delphico templo donariis quum domum reuertissent, pestifera lue correptos non antea potuisse liberari, quam vatum monitis quæsitum bello sacrilegioque aurum & argentum Tolosano lacu mergerent.* Sed fabulam de Delphis bene refutat Posidonius, *quod neque Galli templum Apollinis, nisi iam sacrilegio Phocensium exhaustum ceperint: & quod repertum ibi fuit, inter innumerabiles copias diuisum euanuerit: raptores quoque* (sicut à multis est proditum) *aut statim internecione deletos aut dispersos, variaque peste passim extinctos vix reuerti in patriam paucos potuisse; nedum vt tantas secum opes deportare potuerint. ceterum Gallos auri argentique diuites, eosdem in quotidiano cultu parcos, adhoc superstitionibus mire deditos, multis locis sacros thesauros in lacubus habuisse: neque signatum aut factum aurum argentumque, sed rudi pondere, vt cuique religio suadebat, immittentes. iisque lacubus postea locatis, redemptores sæpenumero solidos argenti lateres extraxisse. Tolosæ vero, quum esset fanum celeberrimum, ab omnibus circa populis plurimum eo placandorum numinum caussa comportari consueuisse.*

CAP. XLII. *Direptum & interuersum à Cæpione.*

Vtcumque se ista habuerunt, ingentes ibi repertas opes constat: sed mediocris in publicum relata portio. pleraque aut inter manus diripientium perierunt; aut ab ipso Consule sunt interuersa. Quum enim prædam in Massiliensium vrbem portari iussisset, in ipso itinere per insidias interfectis qui deducebant, omnes illas opes furatus esse traditur. Sane de rebus istis acerrimæ mox quæstiones sunt habitæ; omnesque illo sacrilegio contacti, tam miserum cruciabilemque exitum fecisse creduntur, vt res in prouerbium verterit, & præter morem calamitosi, *aurum Tolosanum habere* dicerentur.

CAP. XLIII. *Iugurtha cōsilia Bocchi speculatur.*

In Numidia iam eo perductæ res erant, vt nihil Iugurthæ spei opisque, præterquam in dubia & ancipiti Maurorum amicitia superesset: grauioribus quotidie timoris & diffidentiæ caussis. maxime postquam reuersis Roma legatis, Sullam à Boccho acciri audiuerat. Igitur ad speculanda soceri consilia, Numidam quemdam Apsarem per speciem legationis in Mauritaniam præmittit; ipse, siquidem ex vsu videretur, sequuturus. Sed Bocchus haud minore astutia mortalis, quum alia omnia animo volueret, per se benigne compellando, & Magdalsa principe amicorum Bocchi, Cornelioque Carthaginensis cuiusdam liberto, quibus plurimum vtebatur, prolixe de voluntate Regis pollicentibus, Apsarem eludebat.

CAP. XLIV. *Sulla ad Bocchum proficiscitur.*

Interim L. Sulla, quem ad literas Bocchi cum mediocri præsidio Proconsul miserat, obuium in itinere filium Regis Volucem suspectum proditionis habuit.

quum tertio poſt occurſum eius die, Iugurtham haud procul abeſſe cognouiſſet. Ibi iuuenis *nullam in ea re neque ſuam, neque patris culpam eſſe* teſtatus, *nihil melius eſſe* demonſtrat, *quam ſi per media Iugurthæ caſtra palam proficiſcantur, ſe cum Sulla iturum, præmiſſis aut relictis equitibus ſuis, quo minus timeri dolus poſſet. Iugurthæ neque magnas copias, & ſpem omnem in patre ſuo eſſe: eam corrumpere non auſurum eo homine violando, quem deduci a filio Bocchi videret.* Sulla probato, vt in tali tempore, conſilio, prius è manibus Iugurthæ elapſus eſt, quam ille ſtatuere, quid eſſet agendum, in re improuiſa potuiſſet. Cuius aduentu cognito, Rex Bocchus Dabarē Maſſagradæ filium, beneuolum fidumque Romanis, ad Sullam mittit, *vt colloquio diem locumque Romanus ſtatuat; neque Iugurthæ legatum timeat: ita prouiſa omnia, vt illius præſentia magis vſui quam impedimento conſiliis communibus futura ſit.* Hæc ſimulata tum temporis à Boccho, quam decreta fuiſſe putant: quum proditionis certus, id tantum, vtrum proderet, parum expediret. Sullam Iugurthæ tradi ſuadebat animus: at contra metus imperabat. tandem in perfido & vili ingenio adfectus omnes timor vicit. Sulla, ſicuti cum Dabare compoſuerat, ad Bocchum perductus, palam, præſente etiam Apſare Numida *ſe miſſum a Conſule* dicit, *quæſitum, bellumne Rex an pacem cum Romanis habere mallet.* Ille *nihil ſe dum conſtituiſſe* reſpondit, iubetque *poſt diem decimum reuerti.* Sic in ſua quisque caſtra digrediuntur. Sed multa iam nocte Sulla à Boccho occulte acceſſitur nemine præterquam fidis interpretibus, & internuncio totius negotii Dabare adhibito, Rex Sullæ gratias comiter agit, *ob ea quæ in oratores ſuos benigne liberaliterque feciſſet, quodque eos apud Imperatorem & Senatum gratia conſilioque iuuiſſet. quod ad reliqua attineret, Numidiæ parte quam a Iugurtha cepiſſet dimiſſa, neque Mulucham flumen, antiquum vtriusque Regni limitem egreſſurum, neque Iugurtham intrare paſſurum* pollicetur. Ad ea Sulla de ſe breuiter ac modeſte, de Republica multis diſſeruit: *non alia concedere Regem, quam vel inuito eo populus Romanus armis obtineret. Sed ſi quid populi magis Romani, quam ſua cauſſa feciſſe videri, magnamque ab eo iure gratiam velit, in manu ac poteſtate eius Iugurtham eſſe: hoc tradito, quidquid voluiſſet, impetraturum.* Maurus ad hæc *affinitatem, cognationem, fœdus cum Iugurtha obtendere: etiam popularium voluntatem, quibus inuiſi Romani, Numida contra chariſſimus eſſet.* adeo ne peſſimis quidem mortalium iuſti honeſtique notitia abeſt; ipſique ſua plerumque flagitia priusquam commiſerunt, iudice conſcientia prædamnant. Ad extremum pertinaci ſolicitatione expugnatus, *omnia facturum ex voluntate Sullæ* promittit. dolique ſerie compoſita, poſtridie Iugurthæ legatum appellat, *ſibi per Dabarem ex Sulla cognitum* ait, *poſſe condi-*

CAP. XLV.

Et Bocchus obuiam mittit Dabarem.

CAP. XLVI.

Sulla congreſſus cum Boccho.

CAP. XLVII

Reſponſio ad orationi Bocchi.

CAP. XLIIX

Bocchus omnia facturum ex voluntate Sullæ

pot...

tionibus bellum poni: optimum factu videri vt profectus ad Regem suum sententiam eius exquirat. Ille properato itinere post diem octauum reuersus, *factuꝛum imperata Iugurtham* renunciat: *ceterum semel iterumq; deceptum, Romanis ducibus parum fidere. pignus rati fœderis in manu esse Bocchi. si enim Sullam sibi tradidisset, futurum vt Senatus populusque Romanus respectu tanti viri, pacem firmam petentibus daret. facile comprehendi Sullam per speciem*

CAP. XLIX.

colloquii posse, si simul omnes velut de pace acturi conuenissent. Maurus ad hæc diu tacitus, multamque dubitationem præferens, tandem annuit. aiuntque nocte quæ colloquium antecessit, postquam hinc Sullam, inde Asparem bonæ spei impleuisset, multa secum agitasse, vultus & gestuũ inconstantia suspensum & ancipitem animum prodente. ad postremum aduocato Sulla: *Quanti, inquit, tum populi Romani amicitiam publice, tum etiam priuatim tuam æstimem, proxima dies aperiet, L. Corneli. Si me ambiguum aliquamdiu, & contabundum vidisti, mirari noli: tot & tanta superanda mihi refellendaque rationum momenta fuerunt, vt magis mirum sit, aliquando hæc abiici vincique potuisse. Olim ita matrimoniis affinitatibusque innexæ sunt Maurorum Numidarumque Regiæ, vt meo sanguini videar irasci, quum Iugurtham desero, præsertim postquam tradita in omnis fortunæ communionem filia mea, generum adsciui, nouoque nodo vetustissimæ nostræ con-*

Bocchi fluctuatio.

CAP. L.

sanguinitatis vinculum firmius astringere visus sum. Atque hanc Regum suorum coniunctionem, vt fit, multi populárium sunt imitati; coniugibus ex Numidia ductis, aut in Numidiam nuptum datis filiabus. Horum omnium totiusq; Mauritaniæ iudicia me haud parum commouerent, nisi firmioribus argumentis vestram ad societatem tractus essem. Certe non odi meos: sed quia eos propterea maxime amo, quia mei sunt, ideoque, vt me ante illos amem, ratio postulat. Iidem illi, quos nunc forte cæca inclinatio ad reprehenda consilia mea perpellet, laudabunt, vbi vestræ amicitiæ maturi fructus ostenderint, non aliter & mihi & illis rectius meliusque consuli potuisse.

Argumenta prodendi Iugurthæ.

CAP. LI.

Etiam Iugurthæ plura in me hostilia quam amica facinora exstant: & animum eius cognoui perfidum, insidiosum. vbi occasionem crescendi adesse putet, non cognationis vlterius, non fœderum memorem. Neque mihi displicet Micipsæ filiorum vlcisci necem, quibuscum par mihi cognatio, nec vllis debilitata iniuriis societas fuit. In ea re primas vobis partes magnitudo vestra dedit. & quod propterea appellati ab Adherbale estis: me iustiorem caussam, & diis quoque probantibus feliciorem sequi, non indecorum est.

Perfidus accusat perfidiam alterius.

CAP. LII.

Et, vt verum fatear, potentiæ virtutisque vestræ non ita sum imperitus, vt amicos quum habere liceat, hostes mihi factos velim. Tua quoque beneuolentia, quam legatis meis exhibuisti, velut constrictum vinctumque me sentio, vt non sustineam aliud velle, quam tibi placere intelligo. Tu modo & statim, & postquam eo magnitudinis perueneris, quo te virtus tua atque pruden-

Romanorum potentiam respicit.

prudentia vocat; fac memineris eius diei, qua te tradito Iugurtha decoris eius compotem faciam, quod fruſtra his annis maximi viri Imperatores veſtri, per ingentes labores & paria pericula quæſiuerunt. Hæc loquutus, & viciſſim cum multa verborum comitate dimiſſus ab Sulla, ſicut ille voluerat, inſidias Numidæ tetendit. orta luce, quum haud procul abeſſe Iugurtham nunciatum eſſet, Bocchus cum paucis amicis & Quæſtore Romano, quaſi honoris cauſſa occurreret, in locum editum progreditur, qui collocatis antea inſidiis facilimus conſpectu erat. Atque illi ſimul Iugurtham cum plerisque neceſſariis inermem adeſſe vident, ſigno dato coorti ceteros ad vnum omnes interficiunt: Iugurtha catenis oneratus Sullæ traditur. Delibauit ea res nonnihil C. Marii gloriam, quod ea erat Iugurthæ fama, vt cetera parum firma ad victoriam exiſtimarent homines, ni corpore ipſius potirentur: qua in re præcipua Quæſtoris opera fuerat. Nec ipſe L. Sulla moderate lætitiam animi habuit, quin ſucceſſum illum ſibi modis omnibus vindicaret. Quin etiam annulo traditionem Iugurthæ inſculpendam curauit: quo & Dictator ſignare eſt ſolitus, iam Mithridatis & ciuilium bellorum victor. Vnde filius quoque Sullæ Fauſtus, quanti rem eam pater feciſſet conſcius: inter tot eius magnifica hoc maxime delegit, quod denariis quos cudebat exprimeret. Sed & Mario iſtam Sullæ iactantiam tanto fuiſſe dolori ferunt, vt propterea inter Cimbrica & Socialia bella operam repudians, flebilibus diſcordiis quibus ambo Rempublicam propemodum euerterunt, initium faceret. Ceterum tradito Iugurtha, dum res Africanæ per Marium conſtituuntur, P. Rutilius Rufus, Cn. Mallius Maximus Conſules facti. P. Rutilius omni honore dignus & erat & habebatur: Cn. Mallium non ſolum ignobilem, verum ſine virtute, ſine ingenio, vita etiam contempta ac ſordida Q. Catulo prælatum fuiſſe, mirum videri queat ignorantibus, rationem requirendam non eſſe in iis, quæ auctore vulgo geruntur. Prouinciæ, Numidia C. Mario, Gallia Q. Seruilio Cæpioni prorogantur. Conſul P. Rutilius Italiam ſortitus eſt, Cn. Mallius Galliam: quod vnus exercitus impar futurus Cimbris Teutonisque videbatur, quorum maximæ copiæ, Tigurinis etiam & Ambronibus accedentibus in Galliam ſe effuderant.

CAP. LIII. *Iugurtha Sullæ traditur.*

CAP. LIV. *Cum ac qua tacta Mariana gloria.*

CAP. LV. *Vnde ſemina inter eos diſcordiarum.*

A. V. C. DCXLIIX. *Cn. Mallius in petitione Conſulatus Q. Catulo præfertur.*

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM
LIVIANORVM
LIBER ALTER ET TRICESIMVS.

In locum lib. LXVII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Lib. LXVII. Liuiani.

M. Aurelius Scaurus legatus Consulis à Cimbris fuso exercitu captus est: & quum in consilium ab iis euocatus, deterreret eos, ne Alpes transirent Italiam petituri, eo quod diceret Romanos vinci non posse, a Boiorige Rege, feroce iuuene, occisus est. Ab iisdem hostibus Cn. Mallius Consul & Q. Seruilius Cæpio Proconsul, victi prælio, castris quoque binis exuti sunt. octoginta millia militum occisa, calonum ac lixarum quadraginta. Secundum populi Romani iussionem, Capionis, cuius temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt: primi post Regem Tarquinium: imperiumque ei abrogatum. In triumpho C. Marii ductus ante currum eius Iugurtha cum duobus filiis, & in carcere necatus est. Marius triumphali veste in Senatum venit, quod nemo ante eum fecerat: eique propter Cimbrici belli metum continuatus per complures annos magistratus est. Consulatu secundo & tertio absens Consul creatus. Quartum Consulatum dissimulanter captans consecutus est. Cn. Domitius, Pontifex Maximus populi suffragio creatus est. Cimbri, vastatis omnibus quæ inter Rhodanum & Pyrenæum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi. ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati sunt: reuersique in Galliam, bellicosis se Teutonis coniunxerunt.

Cn. Mallii & Q. Capionis discordia.

CN. Mallii Consulis aduentu, quum maxime iungendis viribus atque consiliis contra validissimum hostem opus esset, inter se Imperatores Romani discordias agitare cœperunt, præcipua Q. Seruilii ferocia, qui Consulem, vt rebus omnibus imparem, despiciebat. Huic malo remedium ex diuidunda prouincia quæsitum, vt inter duorum curationem Rhodanus interesset, vtrisque pesti & calamitati fuit. Cimbri enim, quum plerique Gallorum beneuolis vterentur, nihil horum ignorantes, eo maiori alacritate militiæ munia obibant. *profecto eum vltores sacrilegii deos, quo nocentes ad pœnam pertraherent, mentem Romanis ducibus ademisse, vt, quod optare ma-*

ga

gis hoſtes quam perficere potuiſſent. diſiungerent exercitus, & neutra parte ſatis validi, faciles ſe aggreſſoribus darent.

CAP. II. *Crudele Cimbrorum votum.*

Voto igitur diis ſuis facto, quale Germanicis Gallicisque nationibus frequentabatur, *vt quidquid ex hoſte cepiſſent, ſacrum eſſet*; primo legatum Conſulis M. Aurelium Scaurum, virum Conſularem, cum parte copiarum nacti, fuſis cæſisque quos duxerat, viuum ceperunt. Ea res quum tantum animi hoſtibus, quantum timoris Conſuli addidiſſet, mitti ad Seruilium placuit, petitum, *vt quantocyus cum exercitu ad ſe accederet.* Ille *ſuam cuique prouinciam tuendam* ferociter reſpondit. Sententia deinde mutata, ne per abſentiam ſuam victis hoſtibus penes Conſulem confecti belli gloria foret; profectus eſt.

CAP. III. *Cæpionis temeritas.*

Ceterum neque iisdem locis caſtra metari, neque conſilia, aut quidquam rerum omnium commune cum Conſule habere voluit: ſed medio inter Romana & Cimbrica caſtra loco conſedit, quo prior iniret pugnam victoriæque laudem in ſe totam auerteret. Interea Cimbri fama, deinde conſpectu venientis alterius exercitus permoti, quod ob commune periculum Seruilium Malliumque poſthac concorditer acturos credebant, miſſa legatione tentare ſpem pacis conſtituerunt. Qui vbi in Seruilii caſtra peruenere, atque ille nulla ad ſe mandata habere, ſed ad Conſulem mitti cognouit, æmulatione vecors & pacati nihil loquutus eſt, & minimum ab interficiendis legatis abfuit.

CAP. IV. *Ab exercitu coactus in castra Conſulis venit.*

Ea proconſulis aſperitas ingratiſſima exercitui fuit, præſagienti cladem ſuam, niſi concordia ducum & ſocietate conſiliorum auerteretur. Igitur precibus, & vbi precibus nihil promouebatur, expoſtulatione omnium coactus Cæpio in caſtra Cn. Mallii venit. ceterum conſilio de rebus præſentibus habito, adeo non conuenit inter ipſos, vt poſt turpem rixam & grauia inuicem conuitia, maiorem in modum auctis odiis digrederentur. Hæc cauſſa populo Romano fœdioris cladis fuit, quam ab Vrbe condita perpeſſus vmquam fuerat.

CAP. V. *Cimbri duos exercitus Romanos occidione delent.*

Cimbri, quum hinc ex iniuria legatorum dolor, inde ſpes ob diſcordiam hoſtium ſtimularent; vtendum calore animorum, & temporis opportunitate rati, cum omnibus copiis egreſſi, duos exercitus Romanos ſpatio locorum & ſimultate ducum diuiſos oppreſſerunt, binisque caſtris potiti ſunt. Horrenda deinde ſunt, quæ apud Liuium & Valerium Antiatem ſcripta fuiſſe referuntur. *Duos filios Conſulis, cum octoginta millibus Romanorum ſociorumque, itemque calonum & lixarum millibus quadraginta interfectos. neque ex omni numero amplius decem hominibus, qui nuntii cladis eſſent, effugiſſe. poſtea victores voti memores, peſſumdediſſe quidquid redactum in poteſtatem erat. veſtem diſciſſam & proiectam, aurum argentumque in flumen miſſum, loricas virorum con-*

concisas, phaleras equorum corruptas, equos ipsos gurgitibus immersos, homines laqueis collo innexis ab arboribus suspensos esse.

CAP. VI. *Q. Sertorii virtus.*

Nec oblivione transeundus Q. Sertorius, qui sub Cæpione stipendia faciens, equo amisso, corpore sauciato, rapidissimum Rhodani flumen nando traiecit, lorica & scuto retentis. Multa posthæc apud victores disceptatio fuit, quemadmodum fortuna vterentur. Plerisque placebat *protinus in Italiam & ad Vrbem ducendum, neque spatium dandum Romanis esse, quo tanta ex consternatione animos colligerent.* aliis in diuersa euntibus, adhiberi M. Aure-

CAP. VII. *M. Aurelius Scaurus dissuadet Cimbris expeditionem Italicam.*

lium Scaurum visum est, quem superiore pugna ceperant. Atque ille rogatus sententiam, *Nequidquam*, inquit, *spem metumue intenderetis, Cimbri, vt vobis profuturum consilium suggererem, si pestiferum idem populo Romano fore videretur. Nam quando diis immortalibus ita visum est, vti in fortunam M. Reguli inciderem, eiusdem etiam induerem animum, qui summos potius cruciatus sciens prudensque subiit, quam vt contra patriam Carthaginensibus, quorum in potestatem deuenerat, vtiliora suaderet. Nunc quoniam idem vtrisque conducere video, dubitare non debetis, quin ex animi mei*

CAP. VIII. *Id consilium temerarium esse.*

sententia sim loquuturus. Rem magnam incipitis, & magnorum indicem animorum, Cimbri; sed si verum audire potestis, non aliter vobis gloriosam, quam si intra deliberationem steterit. Nam vti profecto eximiam vobis admirationem pariet, quod de tanto incepto deliberare ausi estis: ita si expeditionem susceperitis, maiora viribus aggressos pro temerariis potius damnabit fama, quam pro fortibus commendabit. Nec ex duobus exercitibusque victis vim ac robur populi Romani putaueritis. maiores enim melioresque multi supersunt. & quia sequentium euentus diuinandi, non alia certior quam ex comparatione præteritorum ratio est, duorum vobis Imperatorum consilia exitumque proponam, quorum tanta fuit existimatio, vt nunc quoque post infelicia cepta, summis quibus-

CAP. IX. *Docet exemplo Pyrrhi.*

que viris comparari soleant. Horum Pyrrhus Epiri, quandoque & Macedoniæ Rex, cum veterano exercitu, & incognitis in id tempus elephantis in Italiam eo tempore venit, quo mediocres adhuc populi Romani vires, pauciores in ditione populos, quam aduersarios hostesque habuerunt. Igitur multis ad eum deficientibus, quum insuper vno alteroque prælio maiores nostros superasset adiunxissetque opibus suis Siciliam, multi iam vltimum imperio nostro diem adesse

CAP. X.

vaticinabantur. Quid igitur factum est? Acrius insurgentibus Romanis, quorum crescere virtus pro magnitudine periculorum consueuit; pulsus in Græciam Pyrrhus, socii eius amicique expugnati, tota denique ad Adriaticum vsque mare

Item exemplo Hannibalis.

Italia Romano iuri adiecta est. Iam Carthaginensium Imperator Hannibal, quum oppida nostra quadringenta cepisset, intra tertium ab Vrbe lapidem posuisset castra, maximam Italiæ partem armis amicitiisque teneret; populus Romanus in Hi-

in Hiſpania Africaque res Punicus ſic accidit, vt à ſuis reuocaretur Hannibal in patrio ſolo debellandus. Neque minor ideo Pyrrhi Hannibaliſque per homines *æſtimatio eſt. ignoſcendum enim iis putant, ſi cum inuicto populo congreſſi, calamitatem euitare nequiuerunt: magiſque laudandos putant, quod tam diu potuerunt reſiſtere; quam reprahendendos, quod aliquando ſunt ſuperati. Iis enim auguriis condita Roma eſt, vt vinci nequeat: Capitolium, quadrigas fictiles, ſi de his rebus audiuiſtis, præterea penates, aliaque deorum fata ea habet, vt ibi caput orbis terrarum eſſe neceſſum ſit.*

CAP. XI. *Populum Romanum inuictũ eſſe.*

Non tulit loquentem iſta Regulus Cimbrorum Boiorix, acer & ferox iuuenis, & vt armatis coire in concilio gentibus iſtis mos eſt, protinus nudato ferro parantem plura confodit.

CAP. XII. *Scaurus a Boiorige occiditur.*

Hæ clades alia ſuper aliam nunciatæ, nam & in Hiſpania contra Luſitanos infeliciter pugnatum erat, Vrbem atque Italiam vniuerſam luctibus & terrore exſternauerunt. Confeſtim vt contra inſtans periculum conſultationibus habitis, *dies fædiſſimæ cladis* (pridie Nonas Octobres erat) *vt inter atras habeatur*, decernitur. Q. Seruilio cuius temeritate perditæ res fuerunt, fruſtra culpam in fortunam conferenti, populi iuſſu imperium, primo poſt Tarquinium Regem abrogatur, bona publicantur: datur negotium P. Rutilio Conſuli, vt nouos delectus habeat.

CAP. XIII. *Q. Cæpioni imperium abrogatur.*

Id à viro præſtantiſſimo intentiſſima cura factitatum, nulla re prætermiſſa, quæ vel ad cogendum nouas copias, vel ad exercendum eſſet vtilis. Nam & filium, credo Q. Metelli Imperatoris ſui exemplum ſequutus, quum ſolutis legibus habere in contubernio poſſet, in legione militem fecit. & quo tironi aduerſus duriſſimos exercitatiſſimoſque hoſtes pugnaturo, plus audaciæ & vſus eſſet, noui reperti auctor, euocatis laniſtis è ludo, quem Aurelius Scaurus adoleſcens Ædilitatem petiturus inſignem habebat, milites vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem docuit. Hoc initium Campidoctorum in exercitibus Romanis fuit, qui ſequentibus temporibus vulgo adhiberi conſueuerunt.

CAP. XIV. *Campidoctorum initium.*

& ſic effectus ille exercitus eſt, qui poſtea C. Mario ducente, terrorem Europæ Cimbros Teutoneſque horribili clade proſtrauit. Marium enim confecta commodum prouincia Numidia, Regiſque Iugurthæ captiuitate clariſſimam famam adeptum, tanquam vnicum laborantis imperii præſidium populus Romanus reſpiciebat. Ceterum lex obſtabat, & quæ creari abſentem Conſulem, & quæ refici intra decennium vetabat. Sed præſentium temporum neceſſitas vicit, & ne res omnino noua videretur, nuper etiam P. Cornelius Carthaginenſis belli, mox iterum Numantini cauſſa, ſolutus legibus fuerat.

CAP. XV. *Marius abſens Conſul creatur.*

Cimbrorum victoria trepidam Italiam etiam ſeruiles motus hoc anno concuſſerunt; maiori

tamen

terrore, quam malo. Et Nuceriæ quidem, vbi serui viginti coniurauerant, priusquam vires adquireret, oppressa conspiratio est. Idem subinde factum ducentorum fere seruorum apud Capuam fuit. plus aliquanto turbarum P. Vettius eques Romanus excitauit, qui diuite patre genitus, quum opibus flagitiose consumptus, libido tamen & luxus manerent, ad insolitæ temeritatis facinus erupit.

CAP. XVI.

Ancillam amore correptus septem talentis Atticis in diem certam emerat. vbi dies venit, nec illi res ad soluendum, & creditor molestus erat; quingentas armaturas emit, illis quoque creditoribus fidem hominis sequentibus, quod eius egestas pristina fama & manente adhuc diuitiarum specie tegebatur.

P. Vettius seruile bellum concitat.

Vettius armis clam in agros comportatis, seruos suos cohortatus, armat ad quadringentos, & ante omnia comprehensos qui precium puellæ contentiosius exegerant, virgis cæsos securi percutit: deinde purpura & diademate sumpto proximas villas inuadit, resistentes obtruncat, ceteros in societatem & commilitium adsciscit. breui plures septingentis armatos centuriat; valloque circumducto fugitiuis velut asylum aperit.

CAP. XVII.

A L. Lucullo Prætore opprimitur.

Eam rem Senatus non tam magno quam veloci remedio egere arbitratus, negotium dat L. Lucullo qui tum in Vrbe Prætor erat. Hic eodem die sumptis militibus admodum sexcentis Capuam contendit, multis passim in itinere se agglomerantibus, donec ad millia peditum quatuor, equites trecenti efficerentur. Auctæ interim & seruorum copiæ, quasi tria millia quingenti, tumulum quemdam aditu difficilem occupauerant, pugnaque contracta, loci auxilio superiores hi fuerunt. Lucullus vim parum videns procedere, dat operam vt aliquos ex ea colluuie corrumpat. id consilium felix fuit, adducto ad proditionem Apollonio, quem præclarus Rex Prætorem exercitus sui nominauerat. hic accepta fide impunitatis Vettio manus iniecit. atque ille si comprehensus

CAP. XIIX.

esset cruciatum corporis metuens, sibi consciuit necem. Ita duce submoto de ceteris pœnæ facile sumptæ: Apollonio fides seruata est.

C. Marius in Vrbem venit.
A. V. C.
DCXLIX.
Eius triumphus.

Interea C. Marius, quum ex literis magistratuum, quid de suo Consulatu esset actum, cognouisset, maturata profectione venit in Italiam: & ante diem Kalendas Ianuarias Vrbem simul triumphans, simul collega C. Flauio Fimbria Consulatum init. In eo triumpho Iugurtham qui Numidarum Rex fuerat, cum duobus filiis ante currum egit. Auri prætulit tria millia & septem pondo ferri iussit: argenti infecti pondo quinque millia septingenta septuaginta quinque: signati denarios ducenta octoginta septem millia.

CAP. XIX.

In quo est & Iugurtha.

Ceterum ista tum quoque leuiora visa sunt, omnium in Iugurtha stupentibus oculis. *Virum siue potentiam, siue peritiam belli spectes, auo Masinissa non minorem, neque magis ferro quam auro metuendum.*

repen-

repente de ſummo rerum humanarum culmine ad miſerrimæ ſortis extrema deiectum loquebantur. *Eſſe profecto ſcelerum vltricia numina, quorum vindictam quiſquis meruerit, nulla humana ope poſſit effugere.* Atque hoc cumprimis in tradenda rerum memoria vtile eſſe arbitror, vt in qualibet fortuna nihil appareat eſſe innocentia tutius: multumque à vera prouidi & magni animi gloria deflectere, qui pro prudentia calliditatem ſectantur, & pro virtute ferociam.

CAP. XX. *Iugurthæ miſeria.*

Quibus certe rebus nulli mortalium ſecundus Iugurtha, miſerabilem nec miſerandum vitæ exitum fecit. Iam ex quo cathenis adopertus currum victoris anteceſſit, attonito & ſtupenti ſimilem fuiſſe ferunt: mox in carcere, quum ab aliis tunica violenter direpta, ab aliis inaures cum ipſis auriculis auulſæ eſſent, in locum circiter duodecim pedes humi depreſſum, Tulliano nomen erat, præcipitatum exclamaſſe, *proh Herculis fidem, quam frigidum veſtrum eſt balneum!*

CAP. XXI. *Et fœdus exitus.*

Ibi demum loci, ſextum in diem cum fame & vita luctans ſpiritus expulſus eſt: quum ſuper omnia mala, etiam in his malis viuendi cupiditas acceſſiſſet. Hæc ita diligenter relata maiorem apud me fidem inueniunt, quam quod alii tradiderunt; puto, quod ſic morem fuiſſe ſciebant, in carcere ſtrangulatum. De filiis humanius conſultum: & alter vtiq; Oxintas, proximo bello ſociali adhuc Venuſiæ in cuſtodia fuit. At Marius ei quem triumphauerat ſimillimus, neque multo molliorem habiturus exitum, ſiue ad obliuionem moris patrii rebus proſperis elatus, ſiue ſciens prudensque, ſtatim à curru cum triumphali veſte, calceiſque puniceis in Senatum venit, quem ad id tempus in Capitolio indixerat.

CAP. XXII. *Marius ferreo annulo uſus.*

Tamen vbi ſe oculis vultuque omnium vidit notari, celeriter egreſſus, in ſolita magiſtratibus prætexta rediit. Hoc Marius fecit, quum ferreo adhuc annulo vteretur, quem tertio demum Conſulatu mutaſſe aureo traditum eſt. Ceterum in Senatu de prouinciis & exercitibus ita decretum: *vti C. Marius Conſul, cui iam extra ſortem data Gallia erat, facultatem eligendi exercitus haberet ex duobus, quorum alter ſub P. Rutilio alter ſub Metello, & poſtea ſub ipſo Mario meruerat. vtrum reliquiſſet, cum eo collega C. Marii C. Flauius Italiæ præſideret.* C. Marius Rutilianum, minorem quidem, ſed quia certioris diſciplinæ arbitrabatur, præoptauit.

CAP. XXIII. *Cauſſa continuandorum Mario Conſulatuum.*

Sed hic & ſequens annus, vti ſine conflictu Cimbricorum armorum, ita non ſine metu eorum tranſierunt: idque cauſſæ fuit, cur primo omnium C. Mario tot Conſulatus continuarentur. Ille interim per abſentiam hoſtium ſpatium exercendi militis nactus, contra pericula fortem, & obedientiſſimum Imperatori fecit. innouauit etiam nonnulla in re militari, inter quæ ceteris ſignis, quibus legiones diſtinguebantur, abdicatis, ſolas aquilas retinuit. Sed omnia bene acta prouiſaque vincit inſigne factum, quo ad-

Digitized by Google

mirationem apud omnes, amoremque apud milites incredibilem promeruit.

CAP. XXIV. *C. Lusius a milite, quem de stupro appellauerat, interficitur.*

In exercitu C. Lusius Tribunus militum agebat, vir strenuus, & ob hoc, simul propinquitatem sanguinis, auunculo Consuli charus. Is insana libidine correptus, quum manipularem quemdam (Trebonium, aut C. Plotium diuersi nominant) noctu in tentorium vocasset: & adolescentulus dicto Tribuni ex more militię audiens extemplo venisset, vim nefariam intentans, à milite confossus est. Profectus tum aliquo è castris Marius fuerat. simul reuertit, iudicio in principiis instituto acriter accusatus est reus: & ipse, quamquam adesset ei nemo, constantissime dixit caussam: testesque produxit, qui *adolescentem à C. Lusio sæpe de stupro appellatum* confirmabant.

CAP. XXV. *Miles à Mario absoluitur.*

Idcirco non solum absoluit eum Imperator, sed etiam coronam, qualis ob fortia facta dari consueuerat, manibus suis imposuit. Eadem ætas aliud etiam vindicatæ pudicitiæ exemplum tulit, ancipiti æstimatione, plusne sceleris commiserit, qui inflixit pœnam, an qui meruit. Q. Fabius Maximus, *Eburnum* alii, alii *Seruilianum* cognomento appellant, vir Censorius, filium dubiæ castitatis primo rus relegauit: deinde etiam occidit, duosque seruos quorum ministerio patrata cædes fuerat, ne quæstioni subiicerentur, continuo manumisit.

CAP. XXVI. *Fabiæ domus opprobria.*

Quo crimine à Cn. Pompeio accusatus, in voluntarium exilium abiit, Nuceriæ postmodum ciuis adscriptus. Eiusdem temporis aliud Fabiæ domus opprobrium referre Fabiorum Pompeiorumq; mentio admonet: quod Q. Fabii Allobrogici filio Quinto, paterni exempli errores, nec pœnitentiam sequuto, Prætor Vrbanus Q. Pompeius administratione bonorum interdixit: adeo perditis eius adolescentis moribus, vulgataque infamia, vt in tanta ciuitate reperiretur nemo, qui decretum illud reprehenderet.

CAP. XXVII *Lex Cassia, & Seruilia.*

Interea Cimbricæ clades non plus negotii Consulibus ad exercitum, quam magistratibus domi facessebant: plerisque ad minuendas nobilitatis opes pertinentibus. L. Cassius Tribunus plebis Q. Cæpionis odio legem ferebat, *ne quis in Senatu esset, cui populus imperium abrogasset*: C. Seruilius Glaucia, vt erat homo acutus, *de repetundis* plenius & diligentius sanxit, *comperendinatione* introducta, & *vt pecuniæ contra leges captæ, ad quoscumque peruenissent, repeterentur.* Sed hoc acerbius, quod in capita fortunasque Senatorum etiam peregrini accusatores alliciebantur, *ciuitatis Romanæ* proposito *præmio, si quis Latinus repetundarum iudicio reum damnauisset.*

CAP. XXIIX *Agrariæ leges tentatæ.*

Etiam Agrariæ leges tentatæ sunt, L. Philippo agente, si modo is Tribunus plebis eo anno fuit. ab illo multa populariter, sed hoc perniciose dictum constat, *non esse duo millia in ciuitate hominum qui rem haberent.* aduersante tamen Senatu, modestiorem se præbuit, vincique, & legem abrogari passus est. Hoc anno C.

no C. Fimbriæ Conſuli negotium cum deſertoribus & fugitiuis fuiſſe ea coniectura eſt, quod ab his vaſtatum agrum Thurinum eſſe memoriæ proditur. Sed iſte motus clemens fuit. in Sicilia concitatis acrius ſeruis, bellum ingens, & Conſulari demum exercitu comprimendum exſtitit.

CAP. XXIX. *Belli Seruilis in Sicilia cauſſa.*

Huic quoque calamitati ex malis moribus, & Romana auaritia initium fuit. C. Marius Cimbrico bello delectus Imperator, ex Senatusconſulto à ſociis Regibus auxilia contrahebat. Qui miſſi ad Nicomedem ea gratia fuerant, reſponſum à Rege retulerunt; *non voluntatem ſibi, ſed copiam hominum deeſſe: Bithynorum enim permultos à publicanis raptos, paſſim per prouincias in ſeruitute eſſe.* Fit Senatus decretum: *ne quod liberum caput, ex iis nationibus ac Regnis, quibuscum populo Romano ſocietas & amicitia eſſet; in prouinciis Romanis ſeruitutem ſeruiret. vtique Prætores prouinciarum eos qui in ea cauſſa eſſent quantocyus liberarent.*

CAP. XXX. *P. Licinius Nerua Siciliæ Prætor.*

Siciliam tum Prætor P. Licinius Nerua regebat. is edictum propoſuit, *vti qui ex Senatusconſulto liberi eſſe deberent, Syracuſas ad ſe probandæ cauſſæ venirent: neue quis impedimento venientibus ad Prætorem eſſet.* Magna ea multitudo per totam inſulam fuit: paucosque intra dies octingenti amplius in libertatem vindicati. Ea res quia facultates diuitum valde minuebat, ſiue gratia, ſiue pecunia (nec enim auaritiæ ſuſpicione Licinius carebat) hominem à propoſito mouerunt, neque vltra vindiciæ ſecundum libertatem dabantur: ſed qui ad eam ſpem frequentes vndique ad Prætorem confluxerant, cum minis repulſi, ad dominos remittebantur.

CAP. XXXI. *Serui ad Palicorum lucum confugiunt.*

Hæc iniuria coniuncta cum timore, ne ab offenſis heris multa grauia paterentur, confugere ad Palicorũ lucum ſeruos coegit, quaſi loci ſanctimonia fidem à dominis impetraturos, *impunita fore quæ contra voluntatem illorum, libertatis recuperandæ gratia feciſſent.* Atque id quo firmius eſſet, etiam Prætor auctoritatem ſuam interpoſuit, quo ſic vtrique generi ſatisfaceret, periculum ex ambobus metuens. neque enim ſeruos ita diſſipatos poſtea occaſionem aut animum tentandi res nouas habituros rebatur. Sed ibi, donec vna fuerant, crebris inuicem conſultationibus re agitata, libertatem, quam per factionem iniquorum dominorum iure adipiſci non potuiſſent, vi & manu aſſerturi diſceſſerant.

CAP. XXXII *Arma capiunt.*

Primus in Ancylio agro motus fuit: duorum fratrum prædiuitum ſeruis triginta auctoribus. qui heros ſomno ſopitos quum iugulaſſent, eadem nocte accedentibus aliis vsque ad numerum centum viginti, locum natura firmum inſuper operibus muniunt. Neque Licinius Prætor, quamquam feſtinanter egreſſus, ante peruenire ad eos potuit, quam alii, & quidem armis inſtructi octoginta ſeſe prioribus adiunxiſſent. Itaque fruſtra tentata oppugnatione,

C. Titinium, qui ante biennium capitali supplicio damnatus profugerat, pacta incolumitate inducit, vt specie sociorum armorum castellum ingressus, sibi prodat. Titinius ab eo tempore quo pœnam effugerat, in liberos grassari, parcere seruis solitus, non modo fidem apud eiusdem ingenii fortunæque homines facile inuenit; sed quia manu promptus erat, dux adscitus est. Ita castellum proditione captum: fugitiui partim pugnando, alii metu suppliciorum corporibus in præceps iactis, perierunt. Ibi quum seruari sub signis milites, donec timor turbarum suspicio cessaret, ratio esset; dimisit Prætor copias: idque caussæ fuit, accedentibus etiam aliorum prauis consiliis, vt neglecta P. Clonii Equitis Romani morte, quem serui sui occiderant, in tempore motus, otium illis augendi numerum, seque rebus omnibus confirmandi dare cogeretur.

CAPVT XXXIII. [illegible]

CAPVT XXXIV. Ergo post paucos dies præsentibus cum copiis profectus, quum Alba amne superato, præter montem caprinum, in quo defectores consederant, discessisset; adeo nihil eos terruit, vt contra sparso rumore *Prætorem Romanum metu intactos præteriisse*, confirmarentur: adeo multis ad hanc famam confluentibus, vt septimum intra diem, quoquo modo armati plures octingentis numerarentur. & sicut hæc talia facilius augentur, quam incipiunt, paulo post supra duo millia hominum in armis fuere. Id vbi Prætor accepit, M. Titinio milites cum quibus Heracleam venerat, adiunctis insuper sexcentis quos

Mox coeunt plures.

CAP. XXXV. *C. Titinium vincunt.* Ennæ detraxerat præsidio, tradidit. Sed infelix Titinio pugna contra desperatos & ingenio loci potiores fuit. multi milites amissi: ceteri abiectis armis fugientes, defectoribus & instrumentum belli quo maxime egebant, & magnam ex victoria famam reliquerunt. Certatim igitur, vt ad communem caussam spemque concurrentibus fugitiuis, supra sex millia effecti, quum fiduciam numerus augeret, ne sine certis legibus imperioque agerent, Regem creavant Saluium nomine, quem in muliebrium orgiis tibias inflare solitum, ob illam & haruspicinæ scientiam, quasi diuinum hominem eo honore dignum existimarant: nec caussa nec omine dispari, atque ante aliquot annos Rex fugitiuorum Eunus in eadem Sicilia fuerat.

CAPVT XXXVI. *Saluius Rex fugitiuorum.* Ceterum Saluius acrius & constantius quam pro superioris vitæ turpitudine imperium capessens, tripertito diuisis copiis totidem duces præficit: *prædas ex agris quantas possint agere, homines suam caussam sequuturos recipere, deinde in vnum eo quem prædixerat loco conuenire* iubet. His alacriter iussa exsequutis, magna vi tum aliorum animalium, tum equorum coacta, tantus exercitus coaluit, vt nouus Rex Morgantinam validam vrbem, cum duobus equitum millibus, peditum

vigin-

viginti circumſederet. His rebus cognitis P. Licinius Italicas Siculasque copias, ad decem millia hominum, celeriter contractas, nocturno itinere ducit: occupatisque caſtris fugitiuorum, in quibus pauci propugnatores, ceterum feminarum ceteræque prædæ plurimum erat, atque direptis, ad vrbem Morgantinam contendit.

CAPVT XXXVII. *Serui victi; deinde victores.*

Fugitiuos quemadmodum repentinus terror facile caſtris expulerat, ita notitia locorum & nox tutatæ erant. omnes ferme incolumes, neque longe fuga palati, poſtquam vires animumque recollegerunt, *reddendam Romano vicem* fremunt, *& contra auctorem vertendas inſidias. easdem tenebras, quæ ſibi nocuiſſent, multo magis hoſtibus obfuturas. victoria incautos, præda graues ſi a ſuperioribus locis incurſes, diſſipari poſſe.* Neque ſegnius quam loquuti fuerant, impreſſio facta: neque alius quam animis præceperant, euentus fuit.

CAPVT XXXIIX. *Saluii calliditas.*

Quum tamen pugna traheretur, trepidantibus Romanis, & magis deſperatione fugæ, quam virtute ac robore reſiſtentibus: Rex fugitiuorum opportuna calliditate pronunciari voce præconis iubet, *ne quis niſi armatus cædatur.* nec mora fuit, quin plerique armis abiectis fugerent. Ex his millia quatuor viui capti: haud plures ſexcentis interfecti, quod ex Regis edicto parcitum inermibus fuerat. Saluius caſtris recuperatis, ſplendidæque victoriæ commodis & fama auctus, quum vt rebus ſecundis ſolet, magnus ad eum concurſus fieret, cum numeroſiore quam prius exercitu ad obſidionem Morgantinæ rediit.

CAPVT XXXIX. *Vrbs Morgantina contra ſeruos a ſeruis defenditur.*

Defenſa tamen vrbs eſt, etiam ſeruorum enixa opera quos à Saluio ſolicitatos, oppidani, *vt potius a ſe libertatem acciperent, ita firmius honeſtiusque habituros*, perpulerunt. Irritam deinde pactionem Prætor Romanus fecit: eoque dolore complures ad Saluium transfugerunt. Sub eosdem dies in Ægeſtanorum Lilybætanorumque agro ſeruos idem furor, veluti contagio corripuit. Athenione Cilice duce: qui fratrum duorum locupletiſſimorum diſpenſator, circiter ducentis ex familia corruptis, ab herili ſanguine, quod ſolenne & primum eius militiæ velut ſacramentum erat, rebellionem auſpicatus, intra quintum omnino diem, mille hominum ſub ſignis habuit.

CAP. XL. *Athenio alter Rex fugitiuorũ.*

Apud quos, quia manu promptus, & diuinationis aſtrorum peritus credebatur, in magna veneratione habitus, ipſe quoque Regia inſignia cepit. Ceterum diuerſo à prioribus inſtituto, non quoslibet ad ſe venientes in manipulos recipiebat: Sed delectu idoneorum habito, ceteros quæ ſub antiquis dominis quisque feciſſet, eadem ſibi præſtare coëgit. Inde factum; vt & commeatu largiore vteretur, & agri à maleficio tuti eſſent: quibus parc. vt iam ſuis iubebat, *ſibi deberi totius inſulæ imperium* dictitans, *ita diis cordi. neque ſe nouas ad Regnum cogitationes, ſed diu meditata, tantoque ſalubriora adferre, quod olim fortunam ſuam ſpondentibus aſtris prænouiſſet.*

CAP. XLI.

Hæc opi-

opinio, quum iam à principio satis insedisset animis, mox maiorem fidem accepit ex eo, quod exponemus. Athenio contracto decem millium exercitu Lilybæum obsidere ausus, quum in vrbis munitissimæ oppugnatione frustra tempus tereret, *non placere id consilium diis* caussatus, *cladem imminentem propera discessione vitandam* edixit. Forte dum in eo res est, nondum in tutum omnibus deductis copiis, naues prope Lilybæum appulerunt, cum delectis Maurorum cohortibus, quas auditis Siciliæ turbis, nouus Romanorum socius amicusque Bocchus subsidio miserat, impigro viro Gomone præfecto. Is cognitis quæ agerentur, noctu impressione in discedentes facta, quum post multa fugitiuorum vulnera cædesque in oppidum se recepisset, Athenionis prædictionibus magnam apud ceteros admirationem atque fidem conciliauit. Ceterum ne seruilibus tantum tumultibus Sicilia vexaretur, etiam per liberorum hominum inopiam aut petulantiam maleficia multa fiebant. Accedebat, quod indicto propter hos motus iustitio, neque ius dicebat quisquam, neque formidabat. Eratque hæc aliquanto crudelior seruili pestis, quod illi palam velut iure belli agebant. hi latere cupientes, vbi res rapuerant, aut animalia abigebant, obuium quemque sine discrimine liberos seruosque, ne quis index exsisteret, occidebant. Ita vix in vrbibus satis cuique tuta quæ possideret habebantur: in agris pro derelictis erant omnia, & quanto quis opibus excellebat, tanto pluribus curis, quum ex maximo numero seruorum, & qui fugerant infensi, & qui remanserant suspecti essent, anxia ei ac solicita vita degebatur. Spes quoque frustra fuit, fore vt duo seruorum Reges, dum ad se quisque res trahere cupit, æmulatione virium in mutuam perniciem colliderentur. Quippe Saluius à Morgantina vsque in Leontinos omnia perpopulatus, recensu copiarum facto, quum delectæ iuuentutis ad triginta millia repperisset, Heroibus Italis sacrificauit: dicataque velut in mercedem concessæ victoriæ purpurea stola, *Tryphonis* appellatione ab suis decoratus ad imperium ordinandum serio adiicere animum cepit: [illegible] sedem Regni habiturus Triocala, sic appellata, quod his tribus, aq[illegible]arum copia, bonitate circumiacentis agri, postremo situs p[illegible]um inexpugnabili munimento præstabant; Athenionem accersit[illegible], tamquam eius opera vsurus. Ille, præter opinionem omnium, dicto audiens, dimissis ad prædam, & solicitanda vbique seruitia ceteris copiis, cum delectorum tribus millibus, tamquam ad Regem suum venit. At Tryphon homine mature in custodiam tradito, ne forte se oppugnaret, redactum in potestatem castellum, supra antiqua munimenta nouis operibus firmat: spatiumque circa vnius ferme milliaris fossa profunda circum-

Lilybæum obsidet.

CAP. XLII.

Siciliæ calamitas.

CAP. XLIII.

Saluius imperium serio ordinat.

CAP. XLIV.

Ei se submittit Athenio.

cumducta, in vrbis formam exædificat, Regia exſtructa, & foro pulcherrimo ampliſſimoque. neue quid vel ad vſum vel ad ſpeciem Regni deſideraretur, conſilium ex prudentiſſimis quibusque deligit. ipſe toga prætexta, tunica laticlauia amictus ius dicebat: lictores cum virgis & ſecuribus ante ſe habebat: alia denique hoc genus ſolita Imperatoribus Regibusue vſurpabat. Sub idem tempus, haud dubie quia tumultus ſeruilis in Sicilia, velut occluſo Vrbis horreo, annonam arctauerat, L. Apuleius Saturninus Quæſtor Oſtienſis rei frumentariæ præfectus eſt, quod magnarum calamitatum initium fuit. Quum enim adoleſcens luxui & inertiæ deditus negotium ſegniter adminiſtraret, adempta ſibi ab Senatu, translataque in M. Scaurum principem curatione ſic indoluit, vt ſtatim à priore luxuria ad temeritatem ſe referret, & popularem rationem amplexus, Patribus infeſtiſſimus acerbiſſimusque aduerſarius fieret. Conſularibus interea comitiis C. Mario tertium facto, collega L. Aurelius Oreſtes additur. Mario, quod belli gloria præfulgens, nuper egregiam iuſtitiæ opinionem, & ex ea charitatem militum quæſiuerat; & Conſulatus abſenti datus, & Cimbricum bellum cum prouincia Gallia decretum. Hæc extra ordinem dabantur, etiam M. Scauri Metellorumque ſententiis: quod inter magnos metus priuatis adfectibus neceſſitates publicæ potiores erant. Prætores prouinciarum eo anno L. Licinium Lucullum, M. Antonium certos, Fuluium & Piſonem ex coniectura reperio. Magnum in Vrbe ex pluribus bellis timorem, nam & maria piratæ infeſtare ceperant, auxerunt fœda prodigia. *canem apud ſe loquutum* Ariminenſes, *arma cæleſtia inter ſe concurriſſe, victis quæ ab occaſu occurrerant,* Tudertes Amerinique nunciauerunt. Ex haruſpicum reſponſo populus ſtipem Cereri & Proſerpinæ tulit, Siciliæ numina placaturus; virgines ter nouenæ dona canentes tulerunt. Siculum bellum L. Lucullo, piraticum M. Antonio prouinciæ datæ: Piſo Macedoniam, Fuluius Hiſpaniam ſortitus eſt. A C. Mario hic etiam annus in apparatu conſumptus: niſi quod hoc & ſuperiore Conſulatu, per abſentiam Cimbrorum, contra Gallos quosdam, & Germanorum nationes, quæ per eadem tempora in Galliam irruperant, rebus gerendis fortem & fidelem L. Sullæ operam fuiſſe argumento eſt, quod priore anno legatus Conſulis Gallorum ſplendidiſſimos duces fudit, & Tectoſagorum Regulum Copillum viuum cepit: & hoc tertio Marii Conſulatu Tribunus militum, Marſos, magnam & populoſam gentem, ad amicitiam Romanam à Cimbrorum ſocietate perduxit. Marſi enim Italica natio, quum nullum in hac commemoratione locum habeant; relinquitur, vt Teutonis vicina gens intelligatur, quæ nunc quoque veſtigia nominis & ſedium antiquarum retinet.

CAP. XLV. *L. Apuleius Saturninus.* CAP. XLVI. A. V. C. DCL. *Marius tertiũ Conſul.* CAP. XLVII. *Prodigia.* CAP. XLIIX. *Sullæ acta ſub Mario.* CAP. XLIX.

retinet. Eodem tractu temporis, quum omnia bellis, aut bellorum apparatu streperent, iudicia insuper inquietam ciuitatem habuerunt. C. Memmius repetundarum absolutus est, frustra reum premente M. Scauri testimonio, quod ob notam inter eos simultatem minus ponderis habuerat. T. Albucius damnatus est, non ob culpam magis, quam propter vanitatem inuisus despectusque, & iam ante ab Senatu negata supplicatione quasi prædamnatus.

[illegible] C. Memmius, & T. Albucius.

CAP. L.

Albucii vanitas.

Quum enim rebus non ita magnis in Sardinia Proprætore gestis supplicationem ab Senatu decerni petisset: primo omnium qui tali ex caussa literas misissent, est denegata. præcipue ideo, quod homo leuis, & Epicuro, vanissimæ Græcorum sectæ deditus, iam in prouincia quasi triumphauerat. Eius accusationem duo, C. Iulius Cæsar, & Cn. Pompeius Strabo postulabant: sed quia moribus aduersum videbatur, eiusdem accusatorem aliquem esse, cuius Quæstor fuisset, C. Iulius, qui præterea etiam rogatus à Sardis erat, prælatus est.

CAP. LI.

An in Albucium dixerit Q. Mucius Augur.

Dixisse tum & Q. Mucius Augur in Albucium, laudis forensis aucupandæ gratia creditur. Sed neque dignitas ætasque Scæuulæ patitur, vt rem alioquin temporibus istis Romanæ iuuentuti vsitatam, forensis operæ tirocinio commendationem quæreret; & quod Scæuula contra T. Albucium in iudicio repetundarum dixit, id pro se dixisse, non obscure apud Ciceronem legimus, contra hominem inimicitias ex caussa haud satis graui ceptas, iuuenili ferocia exercentem.

CAP. LII.

Odiorum inter hos caussa.

Quod enim Albucius Græcarum literarum vsque ad ineptias erat studiosus, Scæuula, quum Prætor Athenis transiret, officii gratia ad se visentem Græce salutauerat: idemque lictores, & omnis deinceps cohors fecerat. eius ludibrii sensus tam alte in pectus Albucii descendit, vt ex illo tempore Mucium insigniter odisset, atque etiam legibus repetundarum interrogaret. Sed & absolutum eo iudicio Scæuulam, apud eumdem Ciceronem relatum est. Idcirco duo diuersorum temporum reorumque iudicia in vnum miscenda non fuerunt.

CAP. LIII.

Albucius damnationē sapienter fert.

Sed hæc atque talia, vbi vetus historia deliquit, ex tenuibus & obscuris antiquitatum structuris, difficulter eruuntur. Ceterum idem Albucius damnationem & exilium multo sapientius tulisse proditur, quam paulo ante imperium habuerat: ne sic quidem omni studiorum deficiente fructu, quamuis in vanum ingenium inciderant. Nam Athenas reuersus æquissimo animo philosophabatur: satyrisque Luciliano stylo scribendis, suam pariter alienamque stultitiam transducebat. Sed maius aliquanto certamen, & aduersus maiores viros eodem anno Cn. Domitius Ahenobarbus commouit, M. Iunio Silano, deinde principi Senatus Scauro, die dicta.

CAP. LIV.

M. Iunius Silanus absoluitur.

Silanus *iniussu populi collatis cum hoste barbaro signis, omnium quas deinde Cimbri intulissent cladium præbuisse caussam* arguebatur.

Sed

Sed quum quam tabella de reo data erat, plenissime absolutus est, quum duæ tantummodo tribus Sergia & Quirina tristiorem sententiam tulissent. Sed hanc accusationem Domitius Egritomaro Gallo, hospiti paterno, dedisse dicitur, quod eum Silanus Galliam obtinens iniuria adfecerat: cum Scauro propriæ irarum caussæ erant; sed aliis potior & recentior, quod illius opera alium quam se in patris sui locum augurem cooptatum fuisse Domitius dolebat.

CAP. LV. *Domitii Scaurum accusantis eximium factum.*

Igitur obiecto, *sacra publica populi Romani deum Penatium, quæ Lauinii fierent, opera eius minus recte casteque fieri, alia quoque sacra populi Romani multa deminuta esse*, & mulctam irrogauit, & summa contentione reum opprimere studuit. Quo maiori merito celebrata eius iustitia est, quod ad se venientem Scauri seruum, multaq; heri crimina deferentem, nec audire voluit, & *statim reduci ad Scaurum* iussit. Inde factum, vt forte minus instructus Scaurum damnare non posset; at, quod anteponendum illi desiderio fuit, laudem apud omnes, tantumque mox gratiæ inueniret, vt & legitima ætate Consul Censorque, & adhuc Tribunus pleb. Pontifex Maximus crearetur. quod tamen etiam præmium latæ in Tribunatu legis fuit.

CAP. LVI. *Eiusdem lex de Sacerdotiis.*

Tulerat enim, *vt quatenus propter religionem sacrorum populus sacerdotia mandare nequiret, minor dumtaxat pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur*. Ita tribus septemdecim vocabantur: quem nouem tribus fecissent, is obtinebat: potentissimorum hominum collegiis cooptandorum suo arbitratu sacerdotum potestas eripiebatur. Hæc domi acta, foris interim res à Prætoribus exercitibusque Romanis varia fortuna gesta. L. Lucullus in Siciliam ciuium Romanorum & nominis Latini quatuordecim millia traiecerat, additis Bithynorum Thessalorumque & Acarnanum octingentis: variarum deinde gentium auxiliares sexcenti, totidemque Lucani Cleptio, viro perstrenuo, duce accesserant.

CAP. LVII. *Bellum L. Luculli cum fugitiuis.*

Fugitiui Prætoris aduentu cognito, dissidebant sententiis. *exspectandos Triocalis hostes* Tryphon, *occurrendum venientibus* Athenio censebat. nam & hunc, in gratiam receptum, consilio Tryphon adhibuerat. Sed & sententiam eius sequutus est; egressique haud pauciores quadraginta millibus, castra prope Scirtheum posuerant, à Romanis interuallo mille maxime & quingentorum passuum. Ita quum quotidianæ velitationes fierent; tandem accidit, vt summis viribus concurreretur.

CAP. LIIX. *Pugna fugitiui vincuntur.*

Multis hinc inde cadentibus, tamen sustentata pertinacibus animis pugna est, donec Athenio, qui cum ducentis delectis equitibus prœliatus egregie fuerat, genu vtroque saucius, tertia insuper accepta plaga pro mortuo concidit. Hic terror soluit fugitiuorum ordines, & cum ceteris ipse Rex Tryphon Triocala beneficio noctis euasit, eadem Athenioni, quum inter mortuos fefellis-

ſellſiſſet, ſaluti fuit. Ceterorum ad millia viginti cæſa: debellarique, ſi inſtitiſſet Romanus, potuit, adeo ſuperſtitum animi ceciderant, vulgoq; audiebantur voces *præceps & inuiſum* [illegible] *conſilium* damnantium, *neque aliud melius, quam vt ad dominos reuerſi, miſericordiam potius illorum, quam*

CAP. LIX. *Sed per contentionem victoris reſumunt animos.* *certam bello perniciem experirentur.* Luculius trahendo tempus, conſter-natis ad ſe redeundi copiam fecit: denuoque decretum eſt, *nihil non prius tentandum, quam vt ſe inuiſis inſenſiſque ad ludibrium & cruciatus dederent.* Nona demum die adducta ad nouam vrbem ſigna, poſt magnum & inanem laborem, multis & hoſtium occiſis, & ſuorum deperditis, ad extre-mum irrita & infrequentia diſceſſerunt. Ita defenſis Triocalis ad pri-ſtinam fiduciam erecti ſunt animi fugitiuorum, multaſque Siciliæ clades intulerunt, ſedente Prætore, per negligentiam, aut quia præda prouinciæ

CAP. LX. ditеſcendi prior cura erat. Repetundarum certe, nequidquam recuſato-contra leges iudicio, ab Augure Seruilio damnatus eſt. vnde poſtea nullæ grauiores in Vrbe quam Seruiliorum atque Lucullorum inimici-tiæ longum ad tempus extiterunt. Sed hæc aliquanto poſt acciderunt.

Hiſpaniæ res. In Hiſpania res incertæ ab aliquot annis fuerant, crebris vtique latroci-niis, interdum & bellis. occurſum tamen à Romanis copiis eſt, donec crebreſcente Cimbrico terrore, Sicilia quoque ſeruilibus armis iterum infeſta, Hiſpanias domeſticis præſidiis permitti oportuit. Prætores ta-

CAP. LXI. *Cimbri funduntur à Celtiberis.* men eo, ſed ſine exercitu mittebantur. Interea Cimbri poſt Mallium & Cæpionem fuſos, quum more fulminis omnia perrumperent, quid-quid inter Rhodanum & Pyrenæum eſt depopulati, per ſaltum Pyrenæ-um tranſcenderunt in Hiſpaniam: & quum vbiuis vaſtationem facerent, à Celtiberis fuſi fugatique ſunt. Eam rem Imperatore Fuluio Prætore Romano geſtam credentibus vt accedam inclinat animus, quia victos ab hoc Cimbros, neque aliam ei prouinciam, quam Hiſpaniam reperio, quum Italiam Galliamque per omnes eos annos Conſules obtinerent. Adde quod & res ita geſta traditur, vt haud multum imminutis copiis,

CAP. LXII. conſilium tamen relinquendæ Hiſpaniæ placere Cimbris potuerit. Col-latis enim caſtris, *equites ſuos ad vallum hoſtium accedere, deinde refugere* Fuluius iuſſerat. Id vbi per aliquot dies factum: Cimbriſque auide per-ſequentibus, haud magnam cuſtodiendis caſtris manum relinqui Roma-nus aduertit, cum expeditis cohortibus terga illorum clam circumiens,

Thracia Piſone. poſtquam Cimbros ſuggreſſi de more equites longius abripuerunt, ca-ſtra à ſuis deſerta cepit. Eodem anno in Macedonia proſpere cum Thra-cibus bellatum. Piſonis, vt opinor, ductu, *à quo Rhodopen etiam Caucaſum-que penetratum* L. Florus auctor eſt. quod quia de nobili illo Caucaſo ac-cipi nequit, neque Thraciæ aliquem hoc nomine montem fuiſſe repe-rio, au-

rio, auctorem pro re posui.

CAP. LXIII.

Dum hæc diuersis in prouinciis geruntur, C. Marius relicto ad exercitum M. Aquillio in Vrbem ad habenda comitia venit; quia Consul alter L. Aurelius paulo ante fato concesserat. Multis egregiisque viris petentibus, Tribunus plebis L. Apuleius Saturninus, quo nemo post Gracchos ad concitandas vulgi mentes instructior eloquentia habebatur, cum populo agebat, *vt C. Marium Consulem quartum faceret: rebus accommodari consilia dictitans, nec temere mutandum negotiis manentibus, quod illorum caussa semel esset salubriter deliberatum.*

Saturninus populo suadet vt Marium quartum Consulem faciat.

CAP. LXIV.

Quod eo Imperatore contra Cimbres vti ipsi constituerint.

Est enim ridiculum, aiebat ille, *quæ ad prouisam necessitatem præsidia paraueris, ea ad instantem dimittere. Proximis & superioribus comitiis, nulla oblitione legum, sed quia Cimbricum bellum in exspectatione erat, C. Marium semel iterumque refecistis. Atqui eo biennio velut turbine quodam actus hostium impetus in Hispaniam se auertit. nunc quia propius admonetur periculum, iamque suis imminere finibus, fidelissimi vetustissimique socii nostri Massilienses nunciant, alium ducem creabimus: tamquam ad parandum modo bellum opera Marii eguissemus, ad gerendum alius esset præstantior?*

CAP. LXV.

At vero non aliam ob caussam Mario secundum tertiumque Consulatum dedistis, quam quia summo discrimini summum opponendum Imperatorem esse constabat. Aduersus hæc frustra leges ingerunt, quorum tanta est peruersitas, vt perire per alterius imperium, quam incolumes ductu Marii esse malint. Atqui maximam deberi reuerentiam legibus & scimus & defendimus: sed minime profecto maiorem, quam Reipublicæ salutique Vrbis ac Imperii, quarum rerum gratia constitutæ leges sunt. quod si aliquando contra bonum publicum pugnant, auctoritas ipsis iure merito abrogatur.

Neque leges respiciendas, quæ obstent.

CAP. LXVI.

Quibus etiam alii fuerint soluti.

Nuper P. Scipionem, multis etiam, vti nunc Mario, sic illi aduersantibus, solui legibus iussu vestro contigit: quem igitur eius consilii pœnitet? quem illius, quo & prior Africanus ante legitimos annos imperium Consulatumque nactus est? Quod nisi esset factum, fortassis adhuc Carthago & Numantia starent; & quod omen dii auertant, Roma suis ruinis operta iaceret. Dii faciant, vt felices potius lætique, quantum in duce momenti sit experiamur, quam post aliquam similem offensam, quales iam nimis multas, contra eumdem hostem dissimiles huic Consules mittendo, incurrimus.

CAP. LXVII.

Incommoda, si alius mittatur Imperator, exaggerat.

Sed fac esse conferendum alium huic consilio, virtute, felicitate, an ideo tantum etiam auctoritatis ei apud exercitum erit? Ad ignotos milites nouus ipse Imperator veniet: loca incomperta, animi hominum parum explorati, tota ratio belli minus expedita, omnia terribiliora atque molestiora occurrent. Marius in ea opinione apud hostem est, vt dum ille ad exercitum esset, arma nostra vitasse videatur: in eo amore apud socios, vt nullius imperata sint lubentius facturi: tanta apud exercitum virtutis atque iustitiæ admiratione, vt hos vno duce vincere sperent ac cupiant; neque aliter ac-

*cipiant de successore mentionem, quam vt, si quis venerit alius, se quasi vincto*s
CAP. LXIIX *tradi hostibus putent. Igitur vestrum potius iudicium, prouinciarum voluntatem, spem militum nostrorum, quam æmulorum C. Marii dicta sequimini: ne quem vnicum Cimbrici belli à diis immortalibus oblatum ducem agnouistis, sub ipsum edendæ operæ tempus ab imperio remoueatis.* Cupiente haud dubie Mario hæc agebantur, sed ille quasi per modestiam, aut placandæ inuidiæ detrectabat. Ergo ab Tribuno, pari simulatione, acribus conuiciis verberatus, *quod aris focisque in certo discrimine positis, desiderari*
Marius Consul designatur. *operam suam patriæ proditor sineret*; tandem designatus est: ceteris, licet hæc ludibria intelligerent, minus repugnantibus, quia Cimbros, postquam exclusi Hispania fuerant, in Galliam reuersos cum Teutonis iterum se coniunxisse compererant, & immanem futuram belli molem ap-
CAP. LXIX. parebat, nec temere cuiquam nisi Mario sustinendam. Factus est vna Q. Lutatius Catulus, cuius & in Senatu magnæ opes, & ad populum illæsa gratia erat. Eodem anno L. Apuleius, quo plus à Mario militibusque gratiæ iniret, *vti veteranis agri qui in Africa captus Iugurthino bello fuisset, centena iugera diuiderentur, tulit.* Accepta rogatio est, Bæbio Tribuno plebis qui intercesserat, à turba petulante lapidibus abacto. ii iam mores inualuerant, vt non ex vtilitate publica, neque consensu leges ferrentur; sed sicut parti, quæ viribus & audacia potior erat, placuisset.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER TERTIVS ET TRICESIMVS.

In locum lib. LXVIII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Lib. LXIIX. Liuiani.

M. *Antonius Prætor in Ciliciam maritimos prædones perſecutus eſt. C. Marius Conſul ſumma vi oppugnata à Teutonis & Ambronibus caſtra defendit. duobus deinde prœliis circa aquas Sextias eos hoſtes deleuit: in quibus cæſa traduntur hoſtium ducenta millia, capta nonaginta. Marius abſens quintum Conſul creatus eſt. triumphum oblatum donec & Cimbros vinceret, diſtulit. Cimbri repulſo ab Alpibus fugatoque Q. Catulo Proconſule, qui fauces Alpium obſederat, & ad flumen Atheſim caſtellum editum inſederat reliqueratque, quum virtute ſua expliciti fugientem Proconſulem exercitumque conſecuti, in Italiam traieciſſent, iunctis eiusdem Catuli & C. Marii exercitibus, prœlio victi ſunt ab eis: in quo cæſa traduntur hoſtium centum quadraginta millia, capta ſexaginta. Marius totius ciuitatis conſenſu exceptus, pro duobus triumphis qui offerebantur, vno contentus fuit. Primores ciuitatis, qui aliquamdiu, vt nouo homini ad tantos honores euecto, inuiderant, conſeruatam ab eo Rempublicam fatebantur. Publicius Malleolus, matre interempta, primus omnium inſutus culeo, in mare præcipitatus eſt. Ancilia cum ſtrepitu mota eſſe, antequam Cimbricum bellum conſummaretur, referuntur. Bella præterea inter Syriæ Reges geſta continet.*

QUum hic ſtatus vbique rerum eſſet, Romanis per Cimbrica, item Thracia & Seruilia bella diſtractis; Regibus Syrorum parricidiali bello vires imperii, maieſtatisq; reuerentiam ſoluentibus; ne Ægypto quidem, ſub qua & Cypri Regnum erat, per æmulationes Regum prohibente: Cilices, Syriacæ ditionis pars, maria latrociniis infeſta tenebant, ſenſim etiam aliis nationibus ad eamdem licentiam corruptis. Contra hos M. Antonius Prætor cum Proconſulari imperio miſſus, partem eorum ad Miſenum profligauit. Exinde, poſtquam propter difficultatem nauigandi per aliquam multos dies commoratus Athenis eſſet, in Aſiam venit: auctoque è Byzantinis aliorumque ſociorum nauibus claſſe, prædones

M. Antonius contra piratas mittitur.

 in ipſam

in ipsam Ciliciam persequutus, multis eorum captis depressisue parato bus, dignam triumpho, quem postea egit, victoriam obtinuit. Nescio an ea pugna, certe in Cilicia interfectus est M. Gratidius præfectus Antonii, & eidem perfamiliaris. C. Marius quartum, Q. Lutatius Consules inito magistratu mature in prouincias profecti, summa ope bellum contra imminentes iam Italiæ Cimbros parabant: ita diuisis partibus, vt in Alpibus ad præsidium Italiæ Catulus excubaret; Marius Galliam transeuntibus se obiiceret. Nam & hostes bipartito agmine Italiam petere dicebantur. Cimbri per Noricos, Teutoni per Liguriam cogitabant irrumpere.

CAP. II. *M. Gratidius.*

A. V. C. DCLI.

Marius & Catulus bellum contra Cimbros parant.

CAP. III.

Marius exploratanimos Ligurum.

Igitur propiore indies discrimine, quia Gallorum multi palam hostilia agitabant, neque Liguribus ob leuitatem ingenio rum credebatur; Marius quo certius exploraret animos, hoc commento vsus est. Literas circum suspectos populos misit, quibus apertis, vetabat interiores quæ seorsim sigillo clausæ erant, ante certam diem legi: deinde priusquam ea dies venisset, tabulis repetitis, eos à quibus ante prædictum tempus resignatæ fuerant, haudquaquam constantis in societate fidei esse cognouit.

CAP. IV.

Castra ad Isaræ Rhodaniq; confluentes communit.

Castris deinde motis ad Isaræ Rhodaniq; confluentes quum peruenisset, locumque statiuis idoneum iudicaret; diligenter circummuniuit eum, magnaq; comeatuum copia repleuit: ne rerum forte necessariarum penuria contra commodum suum pugnare cogeretur. Quod enim multi magnique ab his populis exercitus cæsi fuerant, non prius audebat in aciem descendere, quam confirmatos suorum animos, adsuetudine videndi audiendique terribiles hostium vultus strepitusque intelligeret.

CAP. V.

Rhodani nauigationem commodiorem efficit.

Interea nihil prætermittit summæ diligentiæ: militem alloquio erigit, exercet armis, durat opere; simul subuectioni commeatuum consulens, quam late circumstagnans Rhodani ostium, repletis arena altoque limo æstuantis morabatur. Idcirco Marius egregium molitus opus, ab alueo fluminis ad mare, qua situs commodior, nec tam vexatum æstu litus erat, ingenti fossa ducta, maiorem Rhodani partem immisit, eamq; in grandibus ferendis nauibus habili alueo. Sed iam Cimbrorum, Tigurinorum, Tugenorum, Teutonorum, Ambronumque immensa agmina aderant, mutato priore consilio iunctis viribus incedentium; trucia visu corpora, horrendi fremitus, omnia etiam peritis alias militiæ noua & atrocia.

CAP. VI.

Non facit hosti pugnandi copiam.

Nec faciebat pugnandi potestatem Marius, sed euastatis circa omnibus, etiam ad ipsa castra ferociter assultante hoste, tamen continebat suos: tantummodo per vices mittebat in vallum, vt eos oculorum auriumque terrores pati disceret: gnarus insuetos horum, si subito offundantur, plurimum percelli, eadem

apud

apud expertos vsuque peritos vilescere. Hac arte ducis breui perfectum est, vt milites non modo timere hostem desinerent, sed etiam valli magis quam armorum ope defendi indignarentur. iamque tribunorum & centurionum plerique deferre ad Imperatorem querimonias militum suasque audebant. quos ille acriter obiurgabat, *patriæ proditores* appellando, *qui quantum in ipsis esset, florentissimum populi Romani exercitum tutelam Italiæ, spem Vrbis vnicam, præcipiti temeritate perditum irent.* hæc priuatim, & contra singulos. at multitudinis impetum comi sermone leniebat: *non ignarum se quibus viris præesset, neque virtuti illorum aut robori diffisum rem trahere. monitum deorum esse, vt debitum victoriæ tempus opperiatur.* Facilius prauæ religionis ludibrio, quam rectæ reuerentia regi vulgares animæ patiuntur: neque vlla continendis tum militibus efficacior ratio fuit. Et Marius, siue ipse quoque credulus talibus, siue vtilitatis huius gratia, sagam ex Syria, Martham nomine, in castris, & futurorum præsciam. & sacrorum magistram habebat. Hanc artis suæ specimen in Vrbe edere satagentem, Senatus superstitionis externæ contemptor, patriæ tenax, quum repulisset; ad Marium vxor Iulia miserat: admirata prædictionis euentum, quod gladiatorio certamine victor, quem Martha futurum indicauerat, exstitisset. Vt ergo mulieri tanto plus auctoritatis in exercitu conciliaret; lecticæ impositam cum veneratione circumferebat: eadem, quoties ad sacra obeunda prodiret, in purpureo amiculo duplici quod aurea fibula subnectebat, hastam tæniis & coronamentis redimitam manibus ferens, conspiciebatur. Præterea, quod Alexandri Myndii fide relatum est, duo vultures frequenter in exercitu Marii apparuerunt, ex æneis collaribus noti, quæ captis milites addiderant: nuncii, vt credebatur, victoriæ, eoque numquam sine maxima militum lætitia conspecti. quemadmodum paucis post annis, vt probabile est, vafamentum Imperatoris sui imitatus, ceruam Q. Sertorius habuit. Sed illis temporibus, præter insitam hominibus væcordiam, & in metu cuius superstitioni facilem, ludibriis hoc genus terribilem speciem A. Pompeii Tribuni plebis mors acerba & inopinata circumdederat. Batabates quidam Matris Magnæ Pessinuntius Sacerdos Romam veniens, ex adyto numinis vocem missam Senatui exposuit: *pollutum deæ fanum esse, Romanaque Vrbis nomine publice adhibenda piacula. Obtemperantibus felicia tempora, & ingentes bello victorias fore.* Senatus, quod id sanctissimarum & antiquissimarum religionum fanum habebatur, homini tamquam deorum legato lautia & locum comiter decreuit, templumque voueri deæ iussit. Hæc annunciaturus populo Batabates quum

CAP. VII. *Praua superstitio mire mouet animas.*

CAP. VIII. *Marius sagam habet in castris.*

CAP. IX.

Batabates Matris Magnæ sacerdos.

CAP. X.

... a Pompeio ... trahitur.

quum Rostra conscendisset, vbi concio ei ab alio Tribuno data erat, A. Pompeius agyrtam appellando, verba facere, coronamque auream gestare vetuit. cum corona enim inusitatæ magnitudinis, & veste picta

CAP. XI.

aureisque filis intertexta processerat. Sed ille quidem *non suam magis quam Magnæ Matris iniuriam esse* increpans, publico abstinuit: Pompeium, vbi dimissa concione domum vix peruenerat, ardens febris tanta sæuitia corripuit, vt amissa voce, intra triduum exspiraret. Iste casus

Pompeius statim correptus morbo exspirat.

horrorem in omnium animos sparsit: redditusque Batabati solitus ornatus; ipse, quum multis muneribus auctus proficisceretur, ingenti non

CAP. XII.

virorum modo, sed etiam mulierum agmine deductus est. Ceterum Cimbri sociique castris Romanorum adequitantes, quo illos ad pugnam elicerent, neque factis ferocibus vllis, neque verbis abstinebant. Ipsum quoque Imperatorem quidam Teutonorum armis & corporis habitu conspicuus, singularem ad pugnam prouocabat. Et respondit Marius, *siquidem finiendæ vitæ cupidus esset, vti se suspenderet*: deinde ostenso paruæ staturæ & exactæ propemodum ætatis gladiatore, hunc ei *se parem dare*, per ludibrium dixit; *illum si superasset, cum victore honestius dimicaturum.*

Teutonus quidam Marium prouocat.

CAP. XIII.

Duellorum insaniatum explosa.

Nondum ea insania ceperat animos, vt prouocationem etiam commilitonis spreuisse probro; contra decus militiæ & vtilitatem publicam gladiatorio more sanguinem vitamque profundere, magnum & virtute egregium haberetur. Hostes, vbi pugnæ copia non fiebat, impatientia moræ ad oppugnationem castrorum versi, continuo triduo ad vallum intulerunt signa. Sed nemine contra exeunte, quum missilibus multi caderent, præter castra Marii ducunt, *Italiam petere* clamitantes; *si quid*

CAP. XIV.

Hostes tripartito agmine petunt Italiam.

ad vxores Romani milites vellent, se mandata perlaturos. Sexto demum die postremum agmen castra præterisse fertur, tantam fuisse armatorum multitudinem. Neque deinceps vna, sed tripartito incesserunt. Teutoni, qua proximum ad Alpes iter erat: Cimbri circumitu petebant Athesin, Heluetiis ad Noricas Alpes pergentibus. Marius, simulatque prætervecta hostium agmina fuerant, Teutonos, vnde proximus Italiæ metus, ita subsequi cepit, vt quam proxime illos statiua

CAP. XV.

Marius pugnare statuit ad Aquas Sextias.

semper poneret, sed locis idoneis, & diligenter munitis. Sic ad Aquas Sextias processum. inde quum parum ad Alpes itineris restaret, eo maxime loco de summa rerum dimicare Marius statuit. Erat castris ita captus locus, vt hostibus quidem superiora, eoque tutiora essent; ceterum vallem fluuiumque hostes tenerent. Id quamuis dedita opera factum à Mario quidam prodiderunt; propius fidem est, profectum à metatorum imprudentia vitium, consilio ducis, in occasionem victoriæ

versum

verſum eſſe. Nam ille ſitim metuentibus, digitum protendens, *en*, inquit, *aquam ſed ſanguine venalem.* ſucclamantibus *duceret ergo. priuſquam aſtu ſanguis exaruiſſet, prius eſſe munienda caſtra* reſpondit. Hoc opus dum demiſſo vultu miles aggreditur; à calonibus ortum pugnæ initium eſt: qui aquatum cum armis, qualia cuique ſors obtulerat, profecti, quum à paucis hoſtium turbarentur, ſublato clamore manus conſeruerunt: ægreque militem continebat Marius, de agaſonibus & iumentis ſolicitus: donec Ambronibus in prœlium procedentibus, ipſe quoque inſtruxit ſuos. Exercitus hoſtilis haud poſtrema pars Ambrones erant, ad triginta hominum millia, eorumque maxime opera victi Mallius Cæpioque dicebantur. Hi licet onuſti cibo, meroque accenſi erant, non tamen incompoſito gradu, neque incondito vlulatu; ſed militariter incedebant: cum pulſu armorum & tripudiis nomen *Ambronum* increpantes, quod ſibi cognomentum ex latrocinandi licentia ſumpſerant. nec enim gentis hoc vocabulum eſt: eoque Galfridi tempore Britannicus ſermo nebulones ſignificabat. At hanc antiquitus appellationem etiam Ligures habuerant. Ergo quum in prima acie collocati hunc clamorem audiſſent, *ſuum eſſe nomen* ingeminantes, haud minorem reddiderunt. Ceteris etiam vtrimque copiis, vt ſuis adderent animum conclamantibus, ferociter concurſum eſt. Sed Ambrones in tranſcenſu fluminis occupatos Ligures turbauerunt. mox Romanæ legiones, à locis ſuperioribus magna vi incumbentes, retruſerunt ad amnem: multiſque inter conſternationem mutuo impedientium trucidatis, ipſi quoque amne ſuperato, reliquos conuertere aciem non auſos, ad munimenta plauſtrorum, quibus pro vallo vtebantur, perſequuti ſunt. Ibi vero terribilis & fœda viſu facies fuit. mulieres cum horrendo clamore & vlulatu, gladiis ac bipennibus raptis, inter armatos Erinnyum ſpecie diſcurrebant, non ſuos minus quam hoſtem impetendo. *proditores* enim appellabant, *qui toties partas ſplendide victorias infami fuga corrumperent.* neque ferrum aut vulnera pauebant, quin vbiuis occurſantes, ſcuta Romanorum & ipſos ſæpe gladios nudis manibus compræhenderent. Hunc eo die exitum forte magis, quam voluntate Conſulis commiſſa pugna habuit. Nox neutris ſatis læta ſequuta eſt: quum clade ſuorum Teutoni dolerent, Romanos caſtra nondum permunita, hoſtium diſſoni ſtrepitus, belluarumque quam hominum vocibus ſimilior ſtridor ſolicitos haberent: ipſo quoque Mario curarum non experte, memori tamen Imperatoriarum artium, quas vix alio tempore copioſius prudentiuſque explicuit. Nam & maiorem ex re male geſta trepidationem apud hoſtes haud immerito coniectans, quo incer-

CAP. XVI. *A calonib' oritur initium pugnæ.*

CAP. XVII. *Ambrones ad pugnam procedunt.*

CAP. XVIII. *Vincuntur à Liguribus & Romanis.*

CAP. XIX. *Mulierum audacia.*

CAP. XX.

Marius hostem insomnem tenet, ipso quiescente.

incertos consilii, insomnesque teneret, tota nocte per paucos suorum clamore per interualla breuia sublato, suspensos, & omnibus momentis impressionem exspectantes ita defatigauit, vt postridie viribus prope defectis ad prœlium venientes, leuiore negotio deuicti esse credantur.

CAP. XXI. *Insidiæ hostibus locatæ.*

Eadem nocte Claudium Marcellum cum tribus millibus misit ad insidenda iuga, quæ siluis opaca castris hostium à tergo imminebant; vt pugna cepta in auersos cum tumultu decurreret. quoque plus inferret terroris, ad speciem multitudinis, agasones, lixasque armatos simul ire iubet, iumentorumque magnam partem, stratis detractis, binisque tantum centunculis relictis. Ceteras copias cibo ac quiete refectas, orta luce ante castra in aciem locat: quo & hunc laborem ad se per iniqua loca subeundi hostibus adderet. equitatum tamen in campum permittit.

CAP. XXII. *Pugna Marii cum Teutonis.*

Hostis ira magis quam consilio, quæ maxima aut sola res exitio gentibus istis fuit, correptis subito armis, nec exspectato donec ad se veniretur, in aduersum collem ruunt. sed ex superiore loco vim facientibus Romanis, qui pilo omisso gladiis ac vmbonibus, ex præcepto simul exemploque Consulis rem gerebant, repressi, pedem in planiciem referunt. Ita quum vsque ad meridiem neutro inclinante victoria pugnatum esset; æstu atque lassitudine fatiscere Teutonorum acies cepit. Sic adfectis hostibus, vbi decurrente, vt iussum erat, Marcello terror inopinatus à tergo ingruit; ancipiti metu distracti sunt ordines: neque prœlium deinde, sed cædes ad multam noctem fuit, quum nec ad pugnandum vltra, nec ad fugiendum, aut vires lassitudo, aut animos reliquisset.

CAP. XXIII. *Occisorum numerus.*

Armatorum millia centum his duobus prœliis oppetiisse mortem, aut capta esse, relatum apud auctores, qui modestissimi in æstimanda clade fuerunt. ab aliis cæsa traduntur ducenta millia, capta nonaginta, inter quos & Rex Teutobodus vir proceritatis eximiæ, proximo in saltu compræhensus est: alii quoque Reguli per Alpestria fugientes, à Sequanis excepti retractique. Neque desunt qui occisum ibi Teutobodum scripserint. vnde tot postea sæculis argumentum fabulæ fuit, qua ossa quædam portentosæ magnitudinis, pro Teutobodi reliquiis, quadragesimo ante anno quam hæc scriberem, admirata Gallia est: donec do-

CAP. XXIV.

ctorum hominum scriptis pæne puerilis error detegeretur. Porro de mulieribus Teutonorum eadem, quæ de Cimbricis postea, referuntur. Romani, quum vxores etiam liberique hostium interissent, neque plus tribus millibus capitum fugisse crederetur, vniuersam à se Teutonorum gentem esse deletam gloriati sunt. Hoc modo pugnatum ad Aquas Sextias cum Teutonis esse, non modo plures & nobiliores auctores sequenti probabilius visum: quibusdam Cimbros ponentibus, Teutonorumque in quin-

in quintum Marii Consulatum transferentibus cladem: sed nomen ipsum Teutobodi, ab iis quoque, qui in ceteris discrepant commemoratum, quod muneris potius, quam hominis fuisse crediderim, vt prioribus credam efficit: nec enim aliud, quam Teutonorum Imperatorem significat: vt honoris magis quam hominis vocabulum fuisse videatur. Ceterum quidquid ex tot prouinciarum spoliis multorum annorum felici latrocinio congestum ab hostibus fuerat, quum in manus Romanorum incidisset, omnium consensu Imperatori (vniuersi enim exercitus conclamatione appellatus Imperator fuerat) donatum est: nemine non confitente, *nullam ei satis dignam ex victoriæ fructu referri gratiam posse, qui rerum adeo lætarum auctor vnus exstitisset.* Magnificentissime his opibus vsum fuisse Consulem, neque arcam potius pecunia, quam animum gloria locupletasse reperio. Quippe conuocata concione; *Vos quidem*, inquit, *milites, neque meam de vobis neque patriæ spem fefellistis. Senatus triennio ante vos comparauit cum exercitu, quo Numidiam pacauimus: ego vos prætuli, & quum mihi data esset optio, has legiones aliasque delegi. Nec profecto aut vos Imperatoris, aut me militum pænitere debet. Meis auspiciis, consiliis, ductu, vestra virtute, truculentissimi Teutonorum domiti animi: immania corpora, quorum impetum non Romana, non barbara vlla sustinere acies potuit, vestris manibus prostrata sunt. Hi barbarorum omnium pugnacissimi fuerunt, quorum clade, credite mihi milites, Cimbros etiam & Heluetios vicimus. Cuius victoriæ magnitudinem neque nos, ad edenda quam prædicanda clara facinora aptiores, pro meritis exponere possumus: & hoc melius tantis exempta periculis patria, florentesque facundia viri facient. Ego interim pro concione militaribus donis præstantem quorumdam virtutem ita honorabo, vt se conditum & benignum recte factorum æstimatorem nactos esse intelligant. Sed quoniam vniuersus exercitus ita se gessisse videtur, vt nemo vel laudis vel præmii exsors esse debeat: plura quidem & ampliora Senatui patriæque reseruo, ne illorum in vos benignitatem præripere videar: ceterum in præsentia meam quoque munificentiam æquum est vos experiri: vt & aliquod pro exhaustis laboribus susceptisq; periculis habeatis operæ precium. & ad reliqua belli eumdem animum, eamdemq; patientiam & virtutem, & quo maxime superiores fuimus, amorem disciplinæ, eo lubentius retineatis. Sed vnde mihi liberalitatis materia, quum prædam, ex qua donari milites ab Imperatoribus solent, mihi omnem concesseritis? neque redonare vobis eam audeo, ne vile mihi vestrum munus, vestrorumque animorum illustre testimonium esse putetis. Igitur quod vnum relinquitur, non intercedetis, quo minus quod meum esse voluistis, eo, tamquam re mea, quemadmodum libuerit vtar. Vendi iubebo. sed non nisi vobis, atque ita, vt ne quem vestrum pæniteat emisse.* Vilissimo deinde precio curauit addicendum

Teutobodus nomen honoris, non hominis.

CAP. XXV.

Prædam Imperatori donat exercitus.

CAP. XXVI.

Marii Oratio ad milites.

CAP. XXVII

Victoriam extollit.

CAP. XXIIX.

Exercitum laudat.

CAP. XXIX.

Vilissimo precio

praedam vendit militibus

eoque facto non tantum militibus ad omnia deinde promptissimis visus est, sed etiam principibus ciuitatis, quibus contemptui odioque fuerat, confessionem extorsit, pluris esse quæ sibi quisque dederit, quam quæ transmissa à parentibus habeat: & natales quamlibet sordidos, facile tantis virtutum radiis, ad æmulum clarissimis domibus splendorem illuminari.

CAP. XXX. *Marius quintum Consul creatur.*

Neque diu dubitatum fuit, quum designandi noui Consules essent, quin tam & fortis bellator, & magnificus victor, absens quintum crearetur: quod id etiam quod aduersus ceteros barbarorum exercitus restabat operis, illius potissimum auspicus ac ductu gereretur. Massiliensibus deinde, quorum fortis fidelisque opera, eo & superioribus pluribus bellis fuerat, quum alia quædam de manubiis, tum fossas quas ad Rhodanum duxerat, dono dedit. vnde vectigal ciuitati, vberesque prouentus fuere, donec id opus oblitum cœno, & impellentibus vndis arena repletum, aquarum mortuarum faciem nomenque nostrum ad æuum pertulit.

CAP. XXXI. *Massiliensium commoda ex morte hostium.*

Sed & hostes terram Massiliensium, quam viui vastauerant, mortui magno adfecerunt commodo: nam ossa in sepes vinearum versa; tabo carnium ita pinguefacta arua sunt, vt numquam largiori segete luxuriauerint. Tantarum rerum lætitiam, velut de industria prosperas res accumulante fortuna, nouæ subinde caussæ duplicarunt. Armorum hostilium splendidissimis triumphalem ad pompam reseruatis, cetera cremare diis victor constituerat.

CAP. XXXII *Marius arma hostilia solenniter cremat.*

Magno sacrificio instructo, laureatus circum exercitus stabat: ipse de more sumpta prætexta, incinctus cinctu Gabino, facem accensam corripuerat, iamque ambabus manibus elatam in cœlum rogo parabat subdere; quum accurrentes citatis equis amici moram exspectationemque & ipsi & ceteris iniecerunt. Sed quum ad Imperatorem venissent, desilientes equis decreta Senatus nunciant, literasque porrigunt quibus ea perscribebantur.

CAPVT XXXIII. *Marius triumphum decretum differt.*

Quibus lectis Marius, *quando ita Senatui Populoque Romano visum esset, quod felix faustumque dii facerent, Consulatum se accipere* ait; *triumphum* (is quoque decretus fuerat) *celebraturum, vbi reliquis barbarorum deletis copiis victoriam consummasset.* Magna omnium admiratione excepta vox est, quæ prima inter homines haberentur, propemodum contemptim differentis: maior deinde fiducia cepit animos, minime quidem facturum fuisse arbitrantium, nisi aut virtute, aut deorum monitu fretus certam sibi de Cimbris quoq; victoriam promitteret.

CAPVT XXXIV.

Posthæc inter plausum exercitus, strepitumque armorum, Consul altera quoq; laurea, legatis Senatus imponentibus decorus, facem subdidit victis armis, sacrificiumque peregit.

Duorum Metellorum Censura.

Circum hæc tempora lustrum quartum atque sexagesimum duo Metelli fratres patrueles fecerunt, Q. Numidicus L. F. & C. Caprarius Q. F. Censores. Inquieta

hæc:

Digitized by Google

hæc & seueritatis atque vitiorum conflictu difficilis Censura fuit. L. Apuleius, cuius maxime opera C. Marium quartum Consulem factum diximus, ab eadem amicitia, Q. Metelli acerrimus osor, Censorem creatum domo per vim extraxerat, & in Capitolium confugientem armata manu obsederat: donec Equitum Romanorum indignatione, non sine multa cæde reiectus est. eum ergo Apuleium, quum Tribunatu abisset, itemque opprobrium Curiæ C. Glauciam Q. Metellus Censor notabat: idem insititium C. Gracchum censu prohibebat. quod vtrumque multitudini aduersum, maximas in ciuitate contentiones excitauit.

CAPVT XXXV. *L. Apuleii cum Q. Numidico inimicitia.*

L. quidam Equitius C. Tiberii Gracchi filium esse simulabat, fauente plebe, & ad ea quæ volebat credenda facili. sed Censor *tres omnino filios fuisse Tiberio* dictitans, *quorum vnus in Sardinia miles, alter Præneste infans, tertius posthumus Romæ decessisset; neque clarissimæ familiæ fulgorem obscuri homuncionis sordibus inquinari oportere.* in sententia persistebat. adeo incalescente rixa, vt ad extremum lapidibus à furente vulgo impeteretur.

CAPVT XXXVI. *Itemque Gracchi insititii cum eodem Censore.*

Sed & postea vir illorum temporum sanctissimus seditionibus vulgi vexatus, & ad summam ciuitate pulsus est; L. Apuleii primum Tribunatu, deinde P. Furii, cui equum publicum Censor ademerat. sed tum à collega Numidici Metello Glaucia & Apuleius exempti notæ, & in Senatu retenti sunt. Neque dubium est, quin idem popularium studiorum tam metuens, etiam à C. Gracchi censum acceperit: pro cuius asserendo statu violentissime concitata multitudo, supra consuetam peruicaciam insaniebat.

CAPVT XXXVII. *Notatos à Numidico Censor alter eximit nota.*

Igitur & Gracchorū sororem Semproniam, Scipionis Æmiliani viduam, iussu tribunitio in populi concione adductā legimus: sed eamdem, licet ipsa fori facies, vix primoribus viris, sine horrore ferendā, minæque amplissimæ potestatis, & innumerabilis populi fremitus, obiecta mulieri omnium earum rerum insuetæ essent; tamen adigi nequiuisse, vt Equitium pro filio fratris, osculo ferendo agnosceret. In eadem Censura Q. Metellus, quod ob Cimbricas maxime clades multo pauciores, quam superioribus Lustris censi ciues Romani fuerunt; orationem ad populum de maritandis ordinibus & augenda prole habuit: multis dehinc ætatibus celebrem.

CAPVT XXXVIII. *Sempronia Gracchum insititium agnoscere non vult.*

Nam & Augustus Cæsar tanti eam fecit, vt Senatui totam legeret, populoque per edictum commendaret: & Adriani adhuc successorumq; temporibus grauitate dictionis, & sententiarum salubritate se commendauit. neque referre piget inter alias eminentem: quo magis pudefiant nostri ætate, quos diuinorum ex certissima disciplina peritos, pietate tamen ii vincunt, qui rationem vnam ducem, inter multas superstitionum ineptias, errorumque inexplicabi-

CAPVT XXXIX. *Oratio Q. Metelli de maritandis ordinibus.*

CAP. XL. *Ex ea Oratione [illegible] sententia.*

les humana industria labyrinthos habuerunt. Igitur *deos quidem immortales posse omnia* in ea oratione Metellus dixit, *sed hominibus nullam esse caussam opinandi, indulgentiores sibi fore, quam sint in liberos boni sapientes patres.* Ceterum amor cœlibatus, aliis aliisque caussis ad finem Vrbis duraturus, iam tum inoleuerat: dum puellis aut etiam maribus illudendo, corrupta iuuentus vitato matrimonii onere, libidinem solutius exercet. Cui tamen flagitio sub ea tempora haud raro obuiam itum: iudicio quoque memorabili, quod C. Cosconium Seruilia lege reum, multisque & certis criminibus nocentem, in odium accusatoris Valerii Valentini iudices absoluerunt; ob recitatum Valerii carmen, quo *puerum prætextatum, & ingenuam virginem à se corruptam* poëtico ioco significauerat.

CAP. XLI. *Fugitiui C. Seruilium Prætorem vincunt.*

Hoc etiam anno male contra fugitiuos in Sicilia res à C. Seruilio Prætore gestæ. capta quoque castra eius auctores habeo. Sed in his quidem rebus sequi Diodorum tutius esset, genitum in Sicilia temporibusque quibus ista gerebantur, supparem: modo transmissus ad nos integer ille scriptor foret. In iis quas habemus reliquiis magis desidia quam clades Seruilii, & is, quod nihil in eo imperio memoria dignum fecisset, accusatus postea Romæ solum vertisse traditur.

CAP. XLII. *Athenio Rex fugitiuorum.*

Nam Athenioni procliuia omnia Prætoris ignauia fuisse creditum est: ad quem exstincto forte Tryphone, summa seruilis imperii peruenerat. Quamquam, vt verum fatear, non video quid obstet, cur non & victum ab Athenione Seruilium, & ex eo casu deinde timidiorem factum, occasiones pugnandi vitauisse credamus: Is certe sumpta veste purpurea, argenteoque baculo, & diademate, quum vicos, castella, oppida impune diripuisset, ad

CAP. XLIII. *Messanam capere conatur.*

magnarum vrbium obsidionem animum adiicere cepit. Messanam quidem parum abfuit quin improuiso impetu caperet. Huc omnia quæ alicuius precii essent, vt ad tutam custodiam, comportata ex agro Mamertino fuerant. Eo magis cupiditate amplissimæ prædæ illectus, insidias solenne sacrum in suburbio celebrantibus struxit. Ceterum id vt impetu formidabile, ita vanum exitu consilium fuit. Athenio Macellam, Punicis quoque bellis haud ignobilem locum, communiuit. inde emissis prædonum cateruis omnia circum longe lateque populatus, eam de se famam exciuit, vt non nisi Consulari imperio opprimendus crederetur.

CAP. XLIV. A. V. C. DCLII. *Prodigia.*

Eam prouinciam M. Aquillius inito magistratu Consul accepit: quia bellum Cimbricum decretum C. Mario, Q. Catulo prorogatū in sua prouincia exercituque imperium fuerat. Noua prodigia, nouasque expiandorum cærimonias annus iste habuit. In Auentino lacte pluit: ancilia cum strepitu mota sunt: minori hæc terrore ciuitatis, vt in re sæ-

pius

pius audita. plus inusitatæ obscœnitatis exemplo mouit animos, quod seruus Q. Seruilii Cæpionis Matri Ideæ se præciderat: tales iam fructus incipiente edere Pessinuntii sacerdotis in Vrbem aduentu. Seruus ex responso haruspicum trans mare exportatus est, ne vmquam Romam reuerteretur. Vrbs lustrata. capra cornibus ardentibus per Vrbem ducta, porta Næuia emissa, relictaque. Inter hæc Cimbris noto itinere per Noricas Alpes in Italiam irrumpere conantibus, Q. Catulus, ne custodia locorum plurium diuideret copias, deductis vndique præsidiis iuga montium deseruit: vt in Carnos regressus, Atesis fluminis obiectu hostem moraretur, castris in citeriore ripa positis. Pro Atesi fluuio Plutarchus Atisonem ponit: idque hodie viris eruditis placere video. Sed neque Atisonem recte pro Natisone nominari reor: & quidquid sit de nomine, potius ad Atesim hæsisse Cimbrorum impetum, quam longius remotum flumen crediderim, quia Tridentinis iugis degressos, & Venetiæ deliciis effeminatos inuenio: quod situi circa fluuium Atesim examussim congruit. sed ad historiam redeo. Cimbri discessu Proconsulis vacuum ad Alpes aditum nacti, quamquam hiems erat, niuibusque montium creuerant vertices, nullam itineri moram fecerunt, quin per glaciem & altas niues, nudatis etiam nulla necessitate, sed ad ostentationem patientiæ corporibus, ad summum eniterentur. Dehinc latioribus scutis insidentes non descenderunt, sed per lubrica gelu præcipitia, & confragosas rupes in modum ruinæ prouoluti sunt. Q. Catulus in Tridentino saltu ita se muniuerat, vt iunctum ponte flumen vtrimque operibus amplecteretur: maiora castra in citeriore ripa, minora versus hostem essent. Cimbri, quum peruentum ad amnem esset, manus & clipeos obiecisse ruentibus aquis dicuntur, quasi fluuium retenturi: quod non tam ab ipsis stolide factum, quam à scriptoribus pueriliter creditum autumem: quorum nonnulli de iisdem Cimbris Celticisque gentibus aliis retulerunt, *eas contra exundationem aquarum gladios stringere, & velut in hostem, atque fensurum, vulnera moliri.* quæ merito seueriores etiam Græci, ceteroquin læta fabulis natio, pro ridiculis & anilibus commentis explosere. Certe flumina sic transiri cum exercitu posse, si quod firmissimum robore est, ad frangendum aquæ impetum supra, ceteri inferiore vado permeent, multis exemplis magnorum Imperatorum constat. Nam & postea Pompeius ita Cyrum in Albanos tendens transmisit; & Rubiconem Cæsar, & alios alii. Tale potius aliquid eo tempore tentatum à Cimbris fuisse ratio dictitat, quam vt amnium fluenta teneri manibus posse crediderint: nisi forte priusquam ad Atesin penetrarunt, fluuios nullos domi, nullos in tot aliis prouinciis, quas peruagati populando fuerant, viderunt.

CAP. XLV. *Et eorum expiationes ...*

CAP. XLVI. *Cimbri ad Atesim, an Atisonem venerint.*

CAP. XLVII. *Cimbri per lubrica gelu præcipitia ruina deuoluuntur.*

CAP. XLIIX. *Fluminis transeundorum ratio.*

CAP. XLIX. *Alia quæ tum vi Cimbri.*

derant. At Cimbri, postquam ista transeundi fluminis vana ratio apparuit, magnos iniecerunt in profluentem arborum truncos; vt pontem Romanorum conuellerent: totas etiam cum radicibus arbores, & fragmenta rupium giganteo nisu ingesserunt, quo in aduersam ripam, velut aggere iacto, transcenderent. His rebus tantus Romanis iniectus terror, vt ex maioribus castris palam fuga inciperet fieri. quam vbi nullis precibus hortamentisque Proconsul impedire potest, præclaro consilio, vt signa potius & ducem sequuti, quam timore ablati viderentur: conuelli aquilam iubet, & in primum agmen cursu perlatus, seruatis ordinibus proficisci coëgit.

CAP. L. *M. Scauri seueritas in filium qui fugerat.*

Equitum tamen partem abripuerat sparseratque consternatio: inter quos & M. Scauri filius, seueritatis paternæ, pudorisque ingenui miserabile futurus exemplum, quum Romam venisset, denunciante patre ne in conspectum suum accederet, animam quam hostilibus armis reddere timuerat, suo gladio, propriisque manibus expulit. Minora castra quum fortissime defenderentur, Cimbri virtutem militum honorantes, illæsis abire permiserunt. æneum taurum iurati,

CAP. LI. *Cn. Perrei factū celebre.*

quem deinde inter manubias Q. Catulus domi suæ habuit. Cn. Perreio Atinati, facti eius gloriam adscribi video: qui centurio primipili tribunum, quod per castra hostium erumpere dubitaret, interfecit, legionemque in locum tutiorem deduxit: obsidionali corona mox à militibus donatus. Etiam L. Opimii clarum tum nomen fuit, qui prouocatorem Cimbrum interfecerat. Per hæc tempora Vrbem amentia potius hostium, quam viribus suis consiliisue seruatam inuenio. quam si statim infestis signis petiuissent, non in minore consternatione offensuri fuerant, atque olim eamdem ab Alliensi pugna Galli repererunt. nunc consilii cum sociis capti memores, vt qui primi venissent in Italiam, ceteros operirentur; agrum circa Atesin fuga Romanorum apertum late populati, mora belli in otii & luxus occasionem versa, indomitam prius vim mollitia cœli solique Italici, & cultu ac cura corporum delicatiore fregerunt.

CAP. LII. *Cimbrorum vigor deliciis Italiæ resoluitur.*

Olim enim agere sub dio, lauari frigida, vesci cruda soliti, iam æstiua sub tectis agitabant. aquis calidis, carne cocta, scitamentis etiam & condituris, quales Italiæ fere mollissimus tractus Venetia promit, vtebantur: pro labore, vigiliis, æstus frigorisque patientia, animis corporibusque mollitiem inducebant. Ceterum excitus à trepido Senatu C. Marius in Vrbem venerat, dilatoque priore de caussa triumpho, & quia optime meritus exercitus aberat; quum de rebus omnibus colloquutus, aduersus imminentes metus populum Romanum confirmasset, in castra Catuli profectus, suas etiam copias euocat è Narbonensi Gal-

CAP. LIII.

lia, vbi post Teutonicam pugnam eas reliquerat. Quippe Catulus, quantum in

Catuli Strategema.

tum in re obſcura colligi coniecturis poteſt; non prius conſiſtere cum pauente exercitu, quam ad Padi ripam potuerat. Eo dum contendit, Cimbrorum pars ad amnem, qua transeundum Catulo erat, ſe obiecit. Ille ſpem vnam ſalutis habens, ſi flumen liberaſſet; in proximum collem auertit iter, tamquam ibi caſtra locaturus: paucisque in conſpectu hoſtium poſitis tabernaculis, excitari ignes, ſtrui vallum, lignatum etiam exire quosdam iubet. interea ſolui ſarcinas, deponi onera, deſeri ordines ac ſigna vetat.

CAP. LIV. *Cimbri decipiuntur.*

Ita decepti Cimbri, dum ſtatiua illic habiturum Romanum putant, ipſi quoque caſtris capere locum, & neceſſaria ex regione circumiecta eo conuectare inſtituerunt. Quod vbi factum Proconſul animaduertit, maioremque Cimbrorum partem per agros ſparſam, ſubito eductis copiis & amnem tranſcendere, & caſtra hoſtium turbare potuit. Quum deinde Marianus exercitus veniſſet, trans flumen iterum caſtra mota: vt Italia Ciſpadana ab hoſtium incurſionibus tuta eſſet.

CAP. LV. *L. Sulla in eo bello ſtrenua opera.*

Ibi L. Cornelii Sullæ præclara opera exſtitit, qui infenſus inuiſusque Mario ad Q. Catulum ſe contulerat, & maximis quibusque rebus ab eo præfectus, aduerſus Inalpinas gentes multa proſpera prœlia fecerat. Is tum arcto vbique commeatu, quum ex agro vaſtationibus exhauſto, tanti alendi exercitus eſſent; tali induſtria egit, vt & Catuli copiis annonam vberem præſtaret, & ab his etiam Marianorum ſubleuari egeſtas poſſet: hinc quoque auctis inter Conſulem & Sullam odiis.

CAP. LVI. *Cimbri legatos ad Marium mittunt.*

Cimbri coniunctos aduerſum ſe Romanorum exercitus venire conſpicati, legatos ad Conſulem miſerunt, *agros vrbesque ſuis & fratrum ſedibus ſuffecturas* poſtulantes. Teutonos enim adhuc exſpectabant, de clade illorum nihil dum credentes, cuius etiam nuncios excruciauerant. Marius quæſito, *quos illi fratres dicerent?* quum *Teutoni* nominarentur, ridentibus qui aderant, *omittite,* inquit, *fratres. tenent hi acceptam à nobis terram, & æternum tenebunt.* Tum legati ſe ludibrio haberi ſentientes, *pœnas Mario* minati ſunt, *quos Cimbris daturus eſſet ſtatim; Teutonis, ſimul atque adfuiſſent.*

CAP. LVII. *Marius legatis Teutones captos oſtendit.*

Atqui adſunt, inquit Marius, *neque ſane ciuile foret, vos fratribus veſtris inſalutatis diſcedere.* ad quod verbum, quum introducti Teutonorum Reguli vincti eſſent, omnis de fortuna eorum exempta dubitatio eſt; Cimbrique his rebus auditis, continuo mouerunt caſtra, & cum paucis ſuorum ad vallum Romanum adequitans Boiorix, Marium ad pugnam prouocauit. Ille, *quamquam non eſſet moris apud Romanos, ex voluntate hoſtium pugnandi locum tempusque legere, tamen illi daturum* reſpondit, *vt tertio deinde die ad prœlium ſe pararet.* locum etiam indicauit, apud Vercellas campum (*Raudium* an *Caudium* vocari oporteat, ambigitur) qui Romano equitatui explicando ſatis patens, hoſtili multitudini confuſionem præbiturus videba-

CAP. LVIII. *Marii inuentũ, ne pila remitti ab hostibus possint.*

debatur. Ad hoc prœlium excogitatum à Mario ferunt, vt de fibulis ferreis duabus, quibus præfigi pilorum hastilia consuerant, vna exempta, ligneus paxillus fragilis adhiberetur: quo excepta scutis hostilibus pila, neque remissuris habilia essent, & fracto ligneo clauo, gemino hostis incommodo ferrum se inflecteret. sic enim neque euelli poterat, & maiori ad circumferendum scutum impedimento erat, quam si rectum in eo stetisset. Postquam tempus pugnandi adfuit, A. D. III. Kal. Sextil.

CAP. LIX. *Numerus Romanorum militum.*

in aciem exercitus educuntur. Catuli copiæ viginti circiter hominum millia erant. Marius duo & triginta numerabat. Ceterum Romanis omnia ad pugnandum meliora siue consilio Marii, siue forte fuerunt. Translatitium enim est, vt felices duces, sapientes; quibus aduersa fortuna fuit, etiam parum prouidisse credantur. Ergo & Marii artibus adscribi video, quod nebulosum diem nactus erat: quasi dies prœlii non fuisset prius constituta, quam qualis futura esset, sciri posset. cetera iam talia, vt ab ipso prospici potuerint: ita ordinata acie, vt aduerso sole & vento puluis in oculos & ora hostium ferretur; & ex splendore galearum, sicut ex captiuis mox cognitum est, quasi cœlum ardere vi-

CAP. LX. *Acies C. Marii.*

deretur. Ceterum ita struxerat aciem C. Marius, vt in medium acceptis Catuli legionibus, suos milites dextra sinistraque adiungeret, cornibus productis, & longe ante mediam aciem prominentibus. Id vtrumne eo fecerit, quia suis & numero, & tanta modo victoria ab hoc genere hostium relata potioribus plus confidebat: an vero, vt ipse solus cum exercitu suo vicisse videretur, priusquam ad prœlium Catulus accessisset, in medio relinquam: illud enim experientiæ viri, hoc moribus con-

CAP. LXI.

gruit; & ambitioni quidem illius, sed ab inimicis adscriptum est. L. enim Cornelius Sulla, qui prœlio interfuit, auctor est: sed & ipse Catulus in libro, quem de Consulatu rebusque gestis suis ad A. Furium misit, inter argumenta, quibus Marium morose maligneque secum egisse queritur,

Cimbrorum acies.

hoc recensuit. Cimbrici peditatus acies quadrata fuit: vnoquoque latere passuum tria millia, prætereaque septingentos quinquaginta patente. Dextri adsultabant equites numero & ornatu conspicui. quindecim millia erant: arma singulis, lorica ferrea, scutum album, eminus missili telo, vbi ad manum ventum esset, magna grauique machæra rem gere-

CAP. LXII. *Armatura Cimbrorum.*

bant. Galeæ formis inusitatis, & rictu belluarum horrentes, alatis cristis in altitudnem crescebant, ad maiorem quam essent corporum speciem hostium oculis obiiciendam. Quum in propinqua exspectatione prœlium esset, Marius facto sacrificio, extisque porrectis, *suam esse victoriam* proclamauit: lotas deinde manus ad cœlum tendens, *centum boues immolaturum* vouit: vouit & Catulus eodem gestu *Fortunæ huius diei templum.*

CAP. LXIII.

plum. Sed equitatus Cimbricus, qui ab recto in Romanos itinere ad dextram deflectebat, duces quidem non fefellit, dolum hoſtium eſſe ſentientes ad circumueniendam ſuorum paucitatem: ceterum milites, quum temere à manipulari quodam exclamatum eſſet, *fugere Cimbros*, tamquam ad perſequendos concitato gradu contenderunt. Ea res omnia alia fecit, quam Marius animo præceperat. Siquidem impetum ſuorum ſequi coactus, dum inter denſiſſimi pulueris à tot millibus excitatam caliginem incerto itinere fertur, ab hoſtibus aberrauit: eosdem hoſtes in Q. Catulum improuiſus itidem occurſus impegit. quod ipſis timori, vt in re ſubita, Romano in bonum ceſſit, qui multitudine hoſtium non animaduerſa, integros animos, neque vlla terribili ſpecie præoccupatos in prœlium adferebat.

Impetum militum ſequi coactus Imperator.

CAP. LXIV.

Cimbrorū ſtrages.

Ita factum, vt incredibili ſtrage, minimoque Romani exercitus damno, vis illa Cimbrorum, tot per annos omnibus late imperijs gentibusque formidoloſa proſterneretur. Equites in quos primus pugnæ impetus inciderat, multis acceptis vulneribus, in ſuorum peditum agmen auerſi, tantum conſternationis intulerunt, vt ea vna res vniuerſam aciem conturbaret. Vbi vero ſimul hoſtis adfuit, & velut ex compoſito diſcuſſa quæ diu tenuerat nebula, Sol cum vehementi vento ortus, puluere ac ſplendore abſtulit conſpectum, & emollita inſolitis deliciis corpora ſudore diſſoluit: non maiori labore trucidata ſunt agmina, quam neceſſum fuit in hominibus, quos poſt longa & atrocia latrocinia, tamquam manibus vinctis ad ſupplicium vltio diuina tradiderat.

CAP. LXV.

Nam etiam quo minus effugerent, anteſignani longis cathenis per baltheos transmiſſis ordines iunxerant. Sed æſtum Cimbris intolerabilem Romanus adeo facile ferebat, vt *neminem ex tot millibus ſudantem anhelantemue fuiſſe conſpectum*, ipſe Q. Catulus prodiderit. In hunc maxime modum fuſa Cimbrorum acie, reliquiæ ad caſtra refugerunt, veſtigiis inſiſtente Romano. Tum noua pugnæ ſpecies orta. mulieres plauſtris carrisque ſuis, irrumpentem militem lanceis arcebant: ne ſuis quidem parcentes, quorum multos acerbe exprobrata fuga confoderunt. donec nouo cædis genere territæ, quia crines cum ipſa cute capitis Romanus abſcindebat, legationem ad Marium cum his mandatis miſerunt.

Romanorum in ferendo æſtu mira patientia.

CAP. LXVI.

Cimbrorū vxores legationem ad Marium mittunt.

Maritorum noſtrorum interitu nec te, nec deos incuſamus, Imperator: tu hoſtes tuos ſuperaſti; diis etiam habenda gratia eſt, quod fortiſſimos viros, quum immortales eſſe nequirent, non à vili aliqua natione aut duce, ſed à te vinci voluerunt, quem populus Romanus antiquiſſima belli gloria præfulgens, non refeciſſet toties Conſulem, ſi alium virtute potiorem habuiſſet. Ceterum vt viciſſe viros, viro glorioſum: ita quo quisque eſt bellicoſior, maiori turpitudine cum feminis pugnat.

CAP. LXVII.

Neque vero æquum eſt, innocentes aliena perire culpa: quod ſi

Se innocentes eſſe teſtantur. *paſſi iniuriam à viris noſtris eſtis, habetis vindictam, qua crudeliorem optare inhumanum eſſet, tot conciſis Cimbrorum millibus, tot in captiuitatem redactis, nos quid commeruimus, quod ex lege quam ſexui noſtro natura dictauit, viros ſequutæ has in terras acceſſimus? nec ſi iura gentium, quidquid victi fuiſſet fieri victoris voluerunt, eidem intercedunt, quo minus iure ſuo, vt magnorum animorũ inſita miſericordia dignum eſt, vtatur.*

CAP. LXIIX *Hortantur vt virtuti addat clementiæ famam.* *Quare magna nobis ſpes eſt, te poſt exciſum tot gentium terrorem ad ſummum gloriæ culmen elatum, virtutis parto egregie decori, adiuncturum eſſe illuſtrem clementiæ famam. Hæc adeo te conſequetur, ſi à noſtris corporibus vim atque iniuriam abſtinueris. Quod ſi libertatem integram abnuis, at Veſtæ nos ſacerdotibus dona, quo ſaltem Virginibus & ſacris, pari caſtitatis ſeruandæ lege ſeruiamus. Sic enim ſunt mores noſtri. libertatem ante vitam, pudicitiam ante vtramque ponimus.*

CAP. LXIX. *Pudicitiam præferunt vitæ.* *Audimus profecto numinis loco apud Romanos Pudicitiam coli: huic aras eſſe, huic ſacra conſtituta. Veſtalium autem ſacerdotio nullum in vrbe veſtra cenſeri ſanctius, diisque gratius. Igitur non à nobis tantummodo, ſed & ab hiſce proficiſci preces iſtas puta: ſic tibi Pudicitiam dicere, quæ caſtiſſime à tua Iulia colitur, mihi cenſe tributum Imperator, quod mea cauſſa benigne in has conſulueris: ſic Virgines, pro ancillis noſtris, eiusque honore caſtitatis & abſtinentiæ, quam communiter culturæ ſumus, deprecamur.*

CAP. LXX. *Iidem dii, qui pro populi Romani tuaque victoria vota noſtra audierunt, hanc à te velut manubiarum partem petunt: largius quæ poſtulaueris daturi, quum per te plures, à quibus pure colantur, adepti famulas fuerint.* *Negant ſe multũ ab eo petere.* *Neque multum eſt, ſi verum licet fateri, quod à te petimus. Ita ſunt propemodum in poteſtate tua noſtra corpora, vt tamen in ſua animi maneant. non potes his inuitis auferre quidquam. ſi nihil conceſſeris, nihil retinebis.*

CAP. LXXI. *Quæ ſint Germanicarum mulierum ingenia, Teutonarum te docere potuit exitus, non ſumus cognatis noſtris aut cura caſtitatis, aut contemptu mortis inferiores.* Hæc vbi irrita rediit legatio, Romanique *fas eſſe* negarunt *concedi quod poſtulabatur*, proxima nocte [illegible] caſtris Cimbricis mulieres ſuffocatis eliſisque paſſim infantibus, aliæ ferro inter ſe concurrerunt, partim ſuſpendio finierunt vitam. *Necem ſibi conſciſcunt.* memorant *conſpectam, quæ pedibus ſuis duos filios, ſe ipſam è ſubrecto temone ſuſpenderit.*

CAP. LXXII *Fœdum genus mortis.* Viros etiam qui vel effugerant cladem, vel relicti præſidio aut ob cauſſam in caſtris fuerant, inopia arborum, funes iugales obductos ad cornua aut crura boum alligaſſe, deinde ſtimulis concitaſſe armenta ad curſum, quo ſtrangulati obſtinatæ interirent: Reguli interea duo mutuis vulneribus ceciderunt. Sic quoque ſuperfuiſſe feruntur ad hominum millia ſexaginta, quos in captiuitatem victor abſtraxit. Cæſorum à nonnullis centum viginti millia referuntur, quidam alia viginti millia adiiciunt huic numero. quum Romani de vtroque exercitu trecentis minus deſiderati eſſent.

Regu-

Reguli Cimbrorum Boiorix non inultus, aliusque nomine Lugius in acie ceciderunt: Claudicus & Ceſorix capti ſunt. Signa militaria Marianus exercitus duo tantum cepit: qui ſub Catulo militabat, vnum & triginta. Hoc argumento quum minime ambiguum eſſet, penes vtras illo die Romanas copias victoriæ pars maior fuiſſet; tamen ad ſe trahentibus prædam Marianis, aliud adiectum eſt euidentius: Parmenſibusque legatis, qui tum forte aderant, velut arbitris delectis, oſtenſum à militibus Catuli eſt, pila quibus hoſtes transfixi iacebant, ſuis emiſſa manibus eſſe. id enim cognoſcere promptum erat ex haſtilibus, in quibus Imperatoris ſui nomen inſcripſerant. Mario tamen priorum rerum ſplendor, & Conſulatus nomen, huius quoque victoriæ gloriam ſic adiudicauit, vt vix tenuis inde ſtrictura Catulo relinqueretur. Iam tum his rebus in Vrbe auditis, quum initio noctis nuncius perueniſſet, *nemo fuiſſe* dicitur, *quin cum domeſticis hilariter epulando, inter deorum nomina C. Mario libaret.* Sed in communi ciuitatis lætitia, ſtudium tamen Romanæ plebis eminebat, quæ alioquin Marii tota, nimiis in cœlum laudibus efferendo, *tertium poſt Romulum Camillumque conditorem* appellabat; *huic ſoli triumphum dandum* dictitans, *neque ſocietate cuiusquam imminuendum tanti viri & Imperatoris honorem.* Ceterum excludi Catulum ne ipſe quidem volebat, non inuidiam modo aliam veritus; ſed etiam ne militibus Catuli reclamantibus ſuo quoque triumpho impedimentum obiiceretur. Quin & alio facto modeſtiam haud vulgatem prætulit. Quum enim totius ciuitatis conſenſu, tamquam haud dubius ſeruator Vrbis exceptus eſſet, duplexque triumphus offerretur, contentus vno fuit: ſimulque de Teutonis ac Ambronibus, quos ad Aquas Sextias, & de Cimbris, quos iuxta Padum vicerat, ſpecioſiſſime triumphauit. Inter nobiles captiuos Teutobodum Regem ante currum egit, tantæ proceritatis virum, vt ſuper tropæa ipſa emineret. quæ res ſtaturam arguit pedum vulgarium decem aut eo amplius. Duxit & Q. Catulus de iisdem Cimbris triumphum. vtrumque ſuus proſequutus eſt Imperatorem exercitus: quem deletis ad internecionem ceteris, Tigurinorum autem copiis ex Noricarum Alpium præſidio fuga dilapſis, nec attinebat iisdem in locis detineri; & operæ ſtrenuiſſime nauatæ præmium eripi iniquum erat. Quamquam & in caſtris iam honorem quibusdam Imperatores habuerant, quorum maxime conſpicua virtus fuerat. Nam & Atinati Perreio, à quo ſeruatam in minoribus Catuli caſtris legionem diximus, datum vt Mario Catuloque adſtantibus, immolaret foculo poſito ad tibicinem prætextatus: & Camertium duas cohortes, quæ præ ceteris egregium certa-

CAPVT LXXIII. *Catuli maior quam Marii opera in Cimbrico prælio*

CAPVT LXXIV. *Marius tamen tota prope gloriam reportat.*

CAPVT LXXV.

Marii triumphus.

CAPVT LXXVI. *Teutobodi proceritas.*

CAPVT LXXVII. *Præmia fortiter pugnantium.*

certamen ediderant, ciuitate Romana totas donauit Marius: idque postea quum fecisse contra leges diceretur, ita defendit, præ strepitu armorum se legum vocem tum exaudire non potuisse.

CAPVT LXXVIII. *Q. Sertorio habitus honor.*

Quinto etiam Sertorio virtutis caussa honor est habitus, quod vestitu Gallico Cimbris immixtus, multa vtiliter explorata ad Marium retulerat. Post hæc monumenta de manubiis Imperatores fecere: C. Marius templum Honoris atque Virtutis; Q. Catulus, quod Fortunæ huiusce diei vouerat. Suam ædem Marius spreta peregrinorum marmorum nobilitate, artificumque Græcorum ingeniis, per C. Mucium Romanum hominem vulgari lapide curauit ædificandam: inuidia credo ingenuarum artium, quibus quod plerosque inimicos suos delectari viderat, rude & agreste ingenium quanta poterat contentione decus omne detrahebat.

CAPVT LXXIX. *Marius contemptor elegantia.*

Nam & Græcas literas despiciebat hoc prætextu, *quod doctoribus suis ad virtutem parum profuissent*: virtutem autem ille potentia armorum metiebatur: & erat omnino aduersus humaniora studia durior. Quare quum *in dedicatione* ædis ex more spectacula Græca ederet, ingressus theatrum adsedisse tantum dicitur, & statim discessisse. Atque idem, quum quod in illa natione commodum ac liberale inerat, tantopere auersaretur, à vanitate credendarum imitandarumque Græcarum fabularum non abhorruit: nam vt Bacchi victorias suis non fuisse maiores indicaret, post alterum triumphum, cantharo potare solitus est, quod eo poculi genere post Indicas expeditiones vsus ille diceretur.

CAP. LXXX *Catuli humanitas, & opera de manubiis.*

At Q. Catulus longe dispari humanitate & modestia, neque insolens quidquam fecit dixitue, & pro magnificentia Vrbis & elegantia temporum, monumenta sumptu & arte egregia struxit: Porticum in area publica, vbi olim M. Fuluii domus steterat: ædem, quam diximus, in Palatio, quæ regionum Vrbis decima numeratur. Nouus & inusitatus antea titulus ædis, eoque notabilior fuit, Fortunæ huiusce diei; quia prœlium initurus ita votum conceperat: sed hoc in singulos valere dies credebatur.

CAPVT LXXXI. *Victoria Cimbrica, eodem quo pugnatum est die, Romæ nunciata.*

His rebus lætissima ciuitas, *defunctam se omni periculo, liberatam Italiam, assertum imperium, & charum numinibus populi Romani nomen* omnibus sermonibus celebrabat: maxime, quod *eadem, qua pugnatum erat die, pro Castoris iuuenes duos laureatos Prætori porrexisse literas* percrebuerat: quodque in theatro inter spectandum, nullo certo auctore, victoriæ Cimbricæ plausum fuerat. *Hoc enim in tanto locorum interuallo fieri sine numine deorum nequiuisse: neque alios iuuenes quam Castorem & Pollucem* interpretabantur, proniore in fabulam fide, quod in victoria Paulli Macedonica vulgatum simile miraculum fuerat.

CAPVT LXXXII.

Subinde etiam ex Hispania Siciliaque rumores & nuncii grati aduentaban:

bant. In Hispania victi Lusitani erant: M. Aquillius Consul rem aduersus fugitiuos bene gerebat. Iisdem consiliis vsus, quæ priore seruili bello salubria P. Rupilio fuisse nouerat, commeatus angustia maxime subigebat hostem, cui omnis petenda ex desertis aut vastatis Siciliæ agris annona erat. Consul vndique subuectis commeatibus ita abundabat, vt etiam ciuitatibus passim mutuum frumentum daret. Sed hanc ciuitatis ob res lætas exsultationem continuo compressit inusitati sceleris vindictæque horror in Poblicio Malleolo, qui seruis adiuuantibus matrem interemerat. Quo crimine simul atque damnatus est, os folliculo obuolutum, & soleæ ligneæ pedibus inductæ, & in carcerem ductus est, donec culeus compararetur: in quem deinde insutus viuus est, & in mare præcipitatus. Idque supplicii genus deinceps in parricidio, lege lata sancitum mansit. Nam antea, quemadmodum Athenis Solon, sic qui leges Romæ tulerunt, pœnas ponere crimini, de quo forte nec cogitabant, insuper habuere. neque enim ante Malleolum tam impius quisquam in Vrbe repertus esse dicitur, excepto L. Hostio, qui post bellum secundum Punicum patre interfecto, primus inter Romanos tæterrimi facinoris exemplum edidit. Hoc temporum tractu iterum Syria vehementissime agitata bellis est, quam super domestica Regum certamina, Iudaica etiam & Ægyptia arma fatigabant. Iudæorum principe Hyrcano mortuo, filius natu maximus Aristobulus sumpto diademate primus omnium post instauratam vrbem Rex appellatus, vix degustato imperio successorem fratrem habuit, qui Alexander cognomento Iannæus fuit. Is quum in ora maritima præter Ptolemaida Gazamque, & quod tyrannus Turris Stratonis Zoilus tenebat, omnia sibi parere videret, adiungere cetera cupiens à Ptolemaidis obsidione orsus est. Syriæ Reges Grypus atque Cyricenus Antiochi, velut athletæ quos viribus defectis cedendi pudor dirimi non sinit, ne præsidio essent, rebus accisis, & mutuo metu vetabantur. Zoilus, quamquam coactis copiis omnia tentaret, haud satis idoneus defensor erat. Ad Ptolemæum Lathurum legatos mitti placuit, qui pulsus Ægypto Cypri Regnum occupauerat. Caussa pellendi varie traditur, vt ab initio haud dubie parum constanti rumore, & pro odio studioque cuiusque in Regem aut matrem eius. *Sæuisse quidam in paternos amicos* scripserunt: *alii fictum id crimen, & fraude Reginæ productos in publicum eunuchos vulnera quæ sponte passi erant, tamquam Regiæ crudelitatis notam ostentasse; alia quoque adiecta atroci criminatione, ideo tam acerbe tractatos, quod insidias matri struentem prohibuissent.* Multitudo veris simulatisque perinde moueri sueta, concursu ad Regiam facto, haud dubitan-

In Hispania & Sicilia res prosperæ.

CAPVT LXXXIII. *Poblicius Malleolus matrem interimit.*

CAPVT LXXXIV. *Eius criminis pœna.*

CAPVT LXXXV. *Aristobulus primus Rex Iudæorum, post instauratam vrbem.*

CAPVT LXXXVI. *Ptolemæus Lathurus Ægypti Regno pellitur.*

CAPVT LXXXVII.

bitanter interfeciſſet Ptolemæum, niſi propere conſcenſa naui furentium manus euaſiſſet.

Ptolemæus Alexander cum matre regnat.

Inter hæc Ptolemæus Alexander, qui conſiliorum iſtorum haud ignarus in Ægyptum venerat, Peluſio euocatur à matre, & ſicut decimo ante anno Cleopatræ cordi fuerat, ſed citius non potuerat obtineri, deiecto fratre Rex appellatur, vt commune cum matre ius imperii haberet.

CAPVT LXXXIIX.

Cleopatra etiã vxorem adimit Lathuro.

Mulier omnia diuina humanaque odiis, armis, inceſtuque miſcere ſueta, etiam alteram maiori filio vxorem Selenen adimit, quamquam duos ex ea liberos habenti: quam deinde in Syriam Grypo nupturam cum ingentibus auxiliis miſit, ne Cyricenus ad recuperandam Ægyptum amico & ſocio Lathuro ferre opem poſſet. Interea neque copias in Cyprum mittere deſinebat, vt ea quoque inſula filium expelleret: ſed vt quiſque in inſulam venerat, è veſtigio ad Ptolemæum deficiebant, præter Chelciam & Ananiam fratres Oniæ filios, qui fidi manebant Cleopatræ propterea, quod gens eorum Iudæi in precio apud Reginam erant.

CAP. XIC.

Lathurus in Syriam venit.

Lathurus precibus Ptolemæenſium motus exercitum triginta circiter millium imponit in naues, & vela in Syriam facit. Spem enim legati fecerant, ſimul fuiſſet conſpectus, protinus Gazæos ad illum, Zoilumque & Sidonios cum aliis circa ciuitatibus acceſſuros. Sed dum in curſu Ptolemæus eſt, fit certior mutata Ptolemaide conſilia eſſe, Demæneto quodam auctore, qui ciues ſuos admonuerat, *ne vano fortaſſe libertatis amittendæ metu, certum & graue iugum arceſſerent.* & *periculum ex Cleopatra* oſtendebat, *non paſſura filium, quem etiam Cypro eiicere ſtuderet, ad ipſos Ægypti fines opibus & clientelis augeſcere.*

CAP. XC.

Ad Ptolemaidẽ mouet.

Ille nihilominus quo intenderat claſſe ducta, ad Sycaminum exſcenſionem facit: copiiſque recenſitis, ad Ptolemaidem mouet. Oppidani neque ad ipſum mittebant legatos: neque miſſos ab ipſo recipere mœnibus, aut omnino audire voluerant. Zoilo tamen Gazæiſque ſocietatem cum eo iungentibus, Rex Iudæorum Alexander, potentiam hoſtis veritus, ab obſidione Ptolemaidis diſcedit: pecuniaque Ptolemæo promiſſa palam amicitiam eius fingit; at clandeſtinis in Ægyptum nunciis Cleopatram in perniciem eius ſtimulat.

CAP. XCI.

Alexandrum Iudæum vincit.

His rebus compertis Lathurus parte copiarum in obſidione Ptolemaidis relicta, cum ceteris ad vaſtandum Alexandri Regnum proficiſcitur. It obuiam Iudæus cum ingenti exercitu. quinquaginta hominum millia fuiſſe, quidam etiam octoginta tradiderunt. Ibi magnum ad victoriam momentum Ptolemæo Philoſtephanus attulit, aciei ſtruendæ non vulgaris artifex. Ingens Iudæorum cædes fuit. triginta millia interfecta alii auctores ſunt: Timagenes, millia quinquaginta.

CAP. XCII.

Sed filii ſucceſſibus inuidens Cleopatra,

Sed perturbatur a matre Cleopatra.

patra, mittit Chelciam & Ananiam duces, mox filium Alexandrum, deinde ipsa subsequitur: Ptolemæum undique proturbat. is non segniter inuadit Ægyptum, quam sine copiis & Regibus facilem recuperatu existimabat. Sed à Cleopatræ ducibus iterum eiicitur. Regina cum Alexandro Iudæo fœdus ferit Scythopoli: deinde in Ægyptum redit. Iudæus, etiam regresso in Cyprum Ptolemæo, Syriam Cœlen magno iterum bello premit: Amathunta, Raphiam, Anthedonem, & nobilissimam Gazæorum vrbem expugnat: multa millia occidit hostium, multa & ipse cæsus à Theodoro Zenonis filio, cæsus ab Apollodoto perdit.

CAP. XCIII.

Maximis opibus minimum securitatis inest.

Hoc ferme in statu res Syriæ & Ægypti erant: neque mora fuit, quin sæuissimis iterum motibus vrbis Romanæ quies & concordia turbaretur adeo maximis quibusque opibus minimum securitatis inest, quando abolito iusti honestique studio, mortales ambitione & auaritia væcordes, forensibus atque militaribus artibus, quæ firmandis publicis rebus esse debuerant, ad conuellendas abutuntur.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER QVARTVS ET TRICESIMVS.
In locum lib. LXIX. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Lib. LXIX. Liuiani.

L. Apuleius Saturninus, adiuuante C. Mario, & per milites occiso A. Nonio competitore, Tribunus plebis per vim creatus, non minus violenter Tribunatum, quam petierat, gessit, & quum legem Agrariam per vim tulisset, Metello Numidico, eo quod in eam non iurauerat, diem dixit. qui quum à bonis ciuibus defenderetur, ne caussa maiorum certaminum esset, in voluntarium exsilium Rhodum profectus est: ibique legendo, & audiendis magnis viris vacabat. Profecto, C. Marius, seditionis auctor, qui sextum Consulatum per tribus sparsa pecunia emerat, aqua & igni interdixit. Idem Apuleius Saturninus Tribunus plebis C. Memmium candidatum Consulatus, quem maxime aduersarium actionibus suis timebat, interemit. quibus rebus, concitato Senatu (in cuius caussam & C. Marius, homo mutabilis, & varii consilii ingeniique semper secundum fortunam, transierat) quum eum tueri minime posset, oppressus armis cum Glaucia Prætore, & aliis eiusdem furoris sociis, à Rabirio quodam interfectus est. Q. Cæcilius Metellus ab exsilio, ingenti totius fauore ciuitatis, reductus est. C. Aquilius Proconsul in Sicilia bellum seruile excitatum confecit.

C. Marius ciuilium tempestatum præcipuus turbo.

TEmpestatum, quæ deinceps continuata malorum serie Romanam vrbem, per horrendas seditiones & arma ciuilia ad naufragium libertatis compulerunt, caussæ quidem variæ, sed præcipuus turbo C. Marius fuit, cuius inexplebilem sitim, neque soliti honores vili, neque insoliti satiabant: quo minus semper auidus & hians, maiorem, quam legibus aut voluntate ciuium adipisci erat, potentiam affectaret. Igitur commodissimum rationibus suis L. Apuleii Saturnini ingenium priori eius Tribunatu expertus, eumdem magistratum denuo petentem modis omnibus iuuandum existimabat.

CAP. II.

Apuleius enim non modo Q. Metellum, à quo notatus Censore fuerat, habebat odio, sed erat omnino Senatui ob huiusmodi caussam infestissimus. Rex Ponti Mithridates, quum sibi ni-

hil no

hil non effecturus tuto videretur, si Patres muneribus propitiasset, lega-
tos cum magna vi pecuniæ Romam miserat. Ea res vbi cognita Satur- *Apuleius ob legatos Mithridatis violatos.*
nino est, iam tum Senatus inimicus & obtrectator, cum magna contu-
melia principum, legatos ignominiosissime accepit. Illi à Patribus o-
mnia pollicitis animati, accusato Saturnino, *vt de iniuriis suis cognosceretur*, postularunt. Lege Seruilia de caussis hoc genus Senatores iudica- CAP. III.
bant: quum igitur & factum atrox esset, semper enim apud Romanos *Reus agitur.*
sanctum habitum ius legationis fuerat, & iudices reum odissent; in maxi-
mas angustias metusq; coniectus Apuleius est. Idcirco grauitate periculi
demissos animos gerens, ad comunem infelicibus misericordiæ portum
confugiebat, sordidatus promissaq; barba cœtus obiens, & genibus ho-
minum accidendo, præhendendo manus, obtestando cum lachrumis,
nihil prætermittebat eorum, quæ in vltimo timore fieri à periclitanti-
bus reis consueuerunt. Plebi præcipue salutem suam commendabat, *op-* CAP. IV.
primi suam innocentiam inuidia & conspiratione Patrum dictitans: *non ob a-* *A Patribus oppressi se queritur.*
liud quam quod commodorum plebis studiosissimus semper fuisset, neq; spem vllam
in religione iudicantium esse, eosdem inimicos & accusatores & iudices habenti.
Sic occupatis irritatisque vulgi animis, quum die ferendorum suffragio-
rum infinita hominum millia ad iudicium concurrissent, territis iudici-
bus factum est, vt præter opinionem omnium Apuleius absolueretur.
Igitur vindictæ locum quærens, quum à Glaucia Prætore, illo quoque CAP. V.
parem ob caussam inimico Metelli comitia Tribunitia haberentur, can- *Patres vlcisci studet.*
didatum se ostendit. Non erat obscurum, quam id inimicum aduer-
sumque Patribus & quieti ciuitatis esset. itaque consensu hominum,
quibus aliqua alterutrius eorum cura erat, effectum, vt eo præterito, no-
uem vtique Tribuni designarentur. tanto ille impotentius satagere, vt
vel extremo loco adhæresceret. Sed competitor A. Nonius vir insi-
gnis pariter in ipsum atque Glauciam libera contentione inuectus, vt re-
pulso Apuleio ipse designaretur, obtinuit. Quod vbi factum, & virum CAP. VI.
acrem Tribunitia potestate suffultum, homines scelesti timuerunt: pro-
tinus solutis comitiis, populi fæcem, & de C. Marii militibus aliquam *Occiso Nonio*
multos immiserunt. à quibus in caupona quo forte trepidus confuge- *Tribunus per*
gerat, confossus est. Id facinus quum omnibus æquis atque iniquis fæ- *vim creatur.*
uum, atrox, neque contra mores tantum, sed etiam contra libertatem
videri, auctores eius intelligerent: operam enixe dederunt, vt postridie
summo mane per infrequentiam L. Apuleius Tribunus plebis fieret.
Sic nemo de Nonii indigno interitu queri ausus: eademque potestas
quæ innocenti contra vim iniustam auxilio esse non potuit; facinorosis CAP. VII.

C. Marius sextum Consul.

aduersus vindictam legum præsidio fuit. Neque multo melioribus artibus, quum deinde Consularia comitia haberentur, C. Marius sextum designatus est. Quo enim Q. Numidicum, qui vnus ea tempestate nobilium recuperare velut mancipatum Mario Consulatum posse videbatur, illo honore depelleret, per tribus diuisa pecunia ipse cum L.

CAP. VIII. **A. V. C. DCLIII.**

Valerio Flacco renunciatus est. Et ipsi quidem in mercedem meritorum datus videri Consulatus poterat. L. Valerium non vt collegam, sed vt administrum haberet, allectum ab eo constabat. Hunc in modum parti magistratus, nihilo deinde quietius sanctiusque gesti. idque licet

Prodigia.

fallere neminem posset, prodigiorum quoque terrores denunciare visi: clypeus ardens ab Occasu ad Ortum occidente Sole, scintillans transcurrit: id Tarquiniis nunciatum; è Piceno, *terramotu passim ædificia prostrata, fremitumque armorum ex inferno auditum esse.* In Foro quoq; Ro-

CAP. IX.

mano quadrigas auratas sudorem emisisse creditum. Sed Apuleius inito magistratu, quo simulatione legum, ius omne perturbaret atq; tolleret, promulgauit sane multas non sine motu ciuitatis, & propemodum ma-

Apulei & Marii conspiratio.

nifesto bello. Ad hæc omnia adiutore C. Mario vtebatur, cuius etiam in gratiam pleraq; fiebant: quo & plebi militibusq; eius multa darentur, & inimicus Marii Q. Metellus opprimeretur. Igitur agrum, quem Cimbri Gallis, Marius Cimbris ademisset; publici iuris factum esse contendens,

CAP. X.

Apulei leges.

ferebat, *vt colonis ciuium Romanorum nominisq; Latini diuideretur.* Achaiam atque Macedoniam Thracico bello, Seruili Siciliam desolatas, nouis colonis: præterea Cæpionis aurum Tolosanum emendis alibi agris destinabat. adiciebatur Mario, *vt in singulas colonias sociorum ternos ciues Romanos facere posset.* Ferebat & Frumentariam, *vt semissibus & trientibus, quod Sempronia lex precium posuerat, remissis, frumentum populo diuideretur.* Id quum Senatus, à Cæpione qui tum Quæstor Vrbanus erat edoctus, *ærarium huic largitioni ferendæ impar esse, contra Rempublicam fieri* decreuisset; neque tamen Saturninus absisteret, etiam collegarum intercessione spreta: Cæpio cum viris bonis impetu facto disturbat pontes, disiicit sitellas, legem quæ contra Senatus auctoritatem & sacrosanctæ potesta-

CAP. XI.

Eius lex Agraria.

tis prohibitionem vi ferebatur, vi repellit. Sic frumentaria lege Apulei reiecta; Agraria tamen, non sine magno tumultu, & ciuitatis dedecore perlata est. Sanctionem Apuleius addiderat, *vti ex quo die populus legem accepisset, intra diem quintum Senatus in eam iuraret: si quis Senator non iurasset, is Senatu moueretur, eique mulcta esset sestertia quingenta.* quidam *expressum* referunt, *vt iurare nolentibus aqua & igni interdiceretur.* quæ non tam firmamenta legi, quam insidiæ primoribus, & ante omnes Me-

tello

tello parabantur: cuius grauitatem & constantiam si flecti recusaret, opprimi per caussam spreti iuris publici posse rebantur. Interea dimittuntur ab Apuleio per agros, qui ad diem comitiorum frequentes cogant rusticas tribus, quibus, quia stipendia sub Mario fecerant, firmissimis vsurum propugnatoribus sperabat. Comitiis, quum de lege ageretur, eæque nec Vrbanæ plebi gratissima esset, quod maiorem sociorum & Latini nominis rationem habitam putabat; reperti ex collegio sunt, qui legi intercederent. Tum vero furiosa exarsit contentio, quum non modo Tribunorum inter se, sed etiam concionis discordes animi essent. CAP. XII. *Comitia turbulenta.*

Postremo Apuleius, postquam intercessores cum conuitio Rostris deturbati erant, legem perferre pergit. Occlamatur à nobilibus & meliore parte populi, *tonare Iouem*; quod vbi esset factum, cum populo agi nefas habebatur. Ibi vero velut lymphatus ira ac dolore Apuleius, magna voce, *iam grandinabit*, exclamat, *nisi quiescitis*. Ad hanc vocem non modo murmur & fremitus Vrbanorum ortus; verum etiam togis circum brachia conuolutis, saxisque & fustibus, quæ cuique tela sors obtulerat, res geri cepta. CAP. XIII. *Apuleii ferocia.*

Diffugiunt agrestes, Apuleii factio. deinde resumptis animis à duce suo confirmati, correptis & ipsi paribus armis, aduersarios loco pellunt. lex Agraria per vim perfertur. Nihil non horum de consilio Consulis Marii gerebatur. isque in Senatu quo magis aduersarium illaquearet dolis, multa in speciem *de impotentia Saturnini* questus, adiecit, *neque se iuraturum, neq; alium qui saperet facturum existimare*. non dubitanter idem de se C. Numidicus confirmauit. CAP. XIV. *Marii turpis vafrities.*

Sed neutiquam par vtrique in eodem sermone fides erat. Metello timere turpe, mentiri morte peius videbatur: Marius honestarum artium rudis, & atrocium belluarum more tantum ad nocendum instructus ingenio, quid polliceretur, aut quomodo seruaret promissa, nihil pensi habebat. Vultum ac verba fingere, fallere, peierare, quod deterrimo cuique promptissimum est, artem atque virtutem arbitrabatur. Die quinto quam rogata lex erat, Tribunus Patres ad iurandum in Rostra vocat. Marius vix quinta diei parte reliqua Senatum trepide cogit: verbisque de lege & iureiurando factis, *venisse sibi in mentem aut salubre consilium, ne plebs irritata turbas det, si iurare Senatus nolit. censere iurandum in legem siquidem lex esset. ita deceptam agrestem multitudinem Vrbe amoueri: neque religione quemquam eius seruandæ legis adstringi, quam per vim & contra auspicia latam Ioue tonante constaret.* CAP. XV. *Eius & Metelli dispar ingenium.*

Neque diu cunctatus, quum nemo responderet, Patribus angustia temporis & atrocitate rei turbatis ac stupentibus ad ærarium pergit, vbi iurare Quæstores moris erat: primusque omnium in legem iurat. Idem quum inter plausum & exsultationem præsentis ple- CAP. XVI.

fendit, ſtudia ſuorum laudat, vtque velint ad reliqua ſibi præſto eſſe cohortatur. illi lætis vocibus adſtrepunt, ſuam operam pollicentur, fauſta

Apuleius a ſuis Rex appellat'.

in eum omnia congerunt, *Imperatorem* aliis, aliis *Regem* appellantibus: easque voces ab homine væſano gratanter exceptas reperio. Poſtridie Senatus in Curia, Eques & quidquid in populo integrum erat, in foro *conuulſum ciuitatis ſtatum, fractas & abiectas leges, ſalutem bonorum ſceleſtiſſimi cuiusque audaciæ obnoxiam* acerbe queritur, vindictam poſcit, Apuleio ceterisque minitatur.

CAP. XXVI.

C. Marius Apuleium inſtituit reprimere.

Fit Senatusconſultum, *vt C. Marius, C. Valerius Conſules, adhiberent Tribunos plebis & Prætores, quos eis videretur: operamque darent, vt imperium populi Romani, maieſtasque conſeruaretur.* Omnibus promptiſſime offerentibus, Marco etiam Scauro vehementer hortante, Marius Conſul homo mutabilis ingenii, quum ſe aduerſus conſenſum Vrbis cauſſam improborum ciuium tueri non poſſe cerneret; tranſit palam ad bonos, plebemque leni oratione ſedatam centuriat, arma ex ædificiis publicis diſtribuit, portas communit, Flaccum collegam cum præſidiis in colle, M. Antonium Conſulem deſignatum extra Vrbem excubare iubet.

CAP. XXVII

Apuleius fuſus in Capitolium fugit.

L. Apuleius cum ſuis, & quos præterea ſubito concire ex agris proximis potuerat, in forum venit. ibi occurrentibus Marianis aperto prœlio concurritur. Victus Apuleius cum ſuo fictitio Graccho, itemque Prætore Glaucia & C. Saufeio Quæſtore in Capitolium euadit: *Marium Conſulem ſibi cogitatorum actorumque omnium auctorem eſſe* proclamat: & ad ſeruitia concitanda pileum in modum vexilli extollit. Multi tamen rebellium, priusquam ſe recipere quo intenderant, poſſent, in cliuo Capitolino conciduntur. ob hæc & priora quum Apuleius & qui cum eo erant hoſtes ab Senatu iudicati eſſent; incredibili conſenſu Patrum Equitumque Romanorum armatis completur forum: quos inter & M. Scaurus, & Q. Scæuula haſtilibus confecta æuo morbisque corpora ſuſtinentes, in comitio ſtabant.

CAP. XXIIX

Obſeſſus ibi, dedit ſe Mario.

Poſtremo ſiue iuſſu Marii, ſiue dum ille conſulto cunctatur, ſponte aliorum fiſtulæ, quibus in Capitolium aqua deducebatur, abrumpuntur. [illegible] tantam ſitis rabiem iniecit obſeſſis, vt C. Saufeius *incendi Capitol[illegible]* [illegible]et: *id magnis & infelicibus auſis pulcherrimum buſtum fore.* Sed Apu[illegible]us & Glaucia, quibus in amicitia Marii plurimum erat fiduciæ, legatos mittunt, acceptaque fide, cum ceteris ducibus factionis, ab arce deſcendunt. Sed vociferante populo *nullam ſine Senatusconſulto dari fidem potuiſſe*, C. Glaucia, quum in domum Claudii fugiſſet, extractus, fractaque ceruice, publice occiſus eſt.

CAP. XXIX.

Sed a plebe cum aliis coniuratis occiditur.

Cn. Dolabella Saturnini frater, & L. Geganius in olitorio foro interfecti. Ceteros Conſul Marius in Curiam Hoſtiliam accepit, quaſi legitimum ad ſupplicium ſeruaturus: ſed intelligens artificium populus

impetu

impetu in Curiam facto, aliis fores molientibus, aliis tegulas iacientib⁹ in incluſos, vanam ei hanc calliditatem fecit. Ita multi mortales, quos inter Q. Labienus, & cum ipſis magiſtratus inſignibus C. Saufeius, L. Saturninus, itemq; ille, qui C. Gracchus vocabatur, eadem die qua Tribunatum inierat, id eſt, A. D. Nonas Decembres trucidati. Corpus L. Apuleii Saturnini in ipſa morte laceratum eſt: caput deinde C. Rabirius ludibrii cauſſa per conuiuia circumtulit. Scæuæ, ſeruo Q. Crotonis, cuius manu cecidiſſe L. Apuleius ferebatur, libertas publice data: bona interfectorum, P. Furio Tribuno plebis ferente, publicata ſunt. Crebræ per eos dies Senatus populique voces atque ſignificationes *reſcindi acta obſcœni Tribunatus, reuocarique ab exſilio Numidicum poſtulauerant*, quibus inducti L. Porcius Cato, Q. Pompeius Rufus rogationem de reditu eius promulgarunt. erat omnino ea cauſſa Metelli, vt ſpecioſa eſſet & facilis ſuadentibus legem oratio. *Eum virum patriæ ſe reſtitutum cupere dicebant, quem, ſi eſſet alibi natus, vltro adſciſcendum, atque etiam quouis precio inuitandum in ciuitatem omnes faterentur. Nunc ab antiquiſsimis temporibus nobilem Cæciliorum familiam, hoc nulli maiorum impar decus ideo nimirum protuliſſe, vt inter illuſtrem domi bellique nauatam operam, Vrbe quam ornaſſet pelleretur, & inglorium, neglectum, abiectum, in exſilio conſeneſceret? Quem vero animi proprie & vere Romani hunc publicũ dolorem, & hanc turpitudinem perpeti poſſe? ſumma virtutis & innocentiæ virum per Græciam Aſiamque & transmarinas prouincias obambulare, quacumque incederet, probitate oris, ſanctitate morum, teſtimonium ſuæ grauitatis, ſignum ægrotantis Reipublicæ, præſagium ruituræ circumferentem. Quid enim aut ſalui ſperari bonis remotis viris, aut quid obiici Metello poſſe, quo minus inter optimos numeretur? Quum ætas eius in ea tempora incidiſſet, quibus antiqua virtus atque integritas mirifice decreuiſſet; in periculis fortem, in magiſtratibus & imperiis abſtinentem fuiſſe: domi optimum patremfamilias, in Republica præſtantiſsimum ciuem, grauiſsimum Senatorem egiſſe. Illud ipſum vnicum viri crimen, quod in legem Apuleiam iurare noluiſſet, ita comparatum, vt laudari ſatis nequeat. tantum vno illo facto grauitatis in moribus, conſtantiæ in periculis, pietatis in cauſſa patriæ eminuiſſe. Nec enim repugnaſſe illum voluntati populi Romani: ſed exemplum dediſſe omnibus, quid velle deberent, & quomodo vitare fraudem improborum, qui ſub larua boni publici ſuis commodis proſpexerint, eorumque audaciæ poſſent reſiſtere. Fruſtra legem obtendi, quæ per fraudem lata, per iracundiam iuſſa, neque initio probata ſit, vel ſuis auctoribus. & nunc eodem populo reſcindente, poſtquam eſſet omnibus exſolutus cæcitatis & imprudentiæ vinculis, abrogari poſſe, quod tum à decepto & properante decretum eſſet. Idque ipſum omnino fieri oportere, iam totam ciuitatem, omneſque illius partes,*

CAP. XXX.

De reuocando Numidico agitur.

CAP. XXXI.

Oratio pro illa lege.

CAP. XXXII.

Metelli commendatio.

CAPVT XXXIII.

Contra legem Apuleiã diſputatur.

CAPVT XXXIV.

Digitized by Google

Ciuitatis voluntatem lege potiorem esse.

*grauis significatione voluntatis præiudicasse. Plane in legem Apuleiam, aucto-
re C. Mario, exigente populo Romano, iurasse Senatum: sed postea, quum eius
hominis actiones paulo maturiore iudicio expendissent, hostem ab Senatu iudi-
catum Apuleium, à Consulibus obsessum, a plebe contrucidatum esse. Minime de-
corum dominæ gentium ciuitati, vt quem ob prauas actiones interfecisset, eius
acta contra publicam vtilitatem, contraque suæ voluntatis inclinationem ser-
uet ac tueatur. talem fuisse Apuleium, vt odio nefarii hominis, etiam probæ
commodæque, si quæ essent, rogationes esse irritæ, atque per alium referri debe-
ret: legem ipsam talem, vt quia publicam vtilitatem famamque lædat, abolen-*

CAPVT XXXV.

Certum aliquod esse debere, quod homines sequantur.

*da sit, etiamsi ab optimo Tribuno & patriæ amantissimo perlata fuisset. Omni-
no lætandum esse, quod malis factis tametsi seræ pœnæ, graues tamen sint redditæ:
sed non posse existimari quæ porro sit futura conditio viuendi in ea ciuitate, in
qua pessimis exitium, optimis exsilium sit propositum: qui inter hos sint, incerti
de suo statu, aliorum morte, aliorum fuga vel gaudere intemperanter, vel contri-
stari acerbe cogantur. Neque temere exstiturum, qui pro Republica certami-
nibus grauissimis domi belliue se offerat; si etiam in summa integritate, & pro-
sperrimo rerum cursu, bonis factis, vbi præclare ceciderit tralatitius honos: sæpe
nihil præter inimicitias & odia cum priuatione dignitatis patriæque & charissi-
morum pignorum rependantur. neque a tanta iniquitate aut sua quemque me-*

CAPVT XXXVI.

Metelli, & maiorum eius merita.

*rita, aut maiorum ingentes laudes possint vindicare. Si nihil fecisset Metellus,
quam quod domando Iugurtha, labantem populi Romani auctoritatem, apud so-
cios hostesque & aliorum ducum culpa ad pristinum splendorem industria ac vir-
tute renouasset: tamen non fuisse committendum, vt aduersus hoc tantum me-
ritum tam ingrata ciuitas esset: iam multa Cæciliorum egregia posse commemo-
rari, sine quorum ope longissimo tempore nullum sit magnum gestum à populo
Romano bellum, nulla cum quoquam hoste suscepta contentio, in qua non ali-*

CAPVT XXXVII.

Metellorum cognomina bellica.

*quod insigne virtutis amorisue in patriam opus Metelli edidissent. Extare qui-
dem eius operæ testimonium amplissimum in ipsis cognomentis, quibus fœcunda
maximorum virorum familia, pari decore, appellationibus diuersis distingua-
tur. Inde Macedonicos ortos, & Baleares, & Creticos, prætereaque Dalmati-
cos, quorum cognomentis totidem Romani populi insignes victoriæ commemoren-
tur. Hos & his ortos quotidie pro Q. Numidico deprecari, alios coram, circum-
eundo ciuitatem, prensando obuios, profundendo lachrumas: alios memoria no-
minis & gloriæ, & quodam imaginum mœrore, quæ sordidæ neglectæque per lu-
gentes domos, muta quadam significatione desiderare gentilem dominorum suo-
rum videantur. An a quoquam non emortuæ pietatis adspici Q. Metellum ado-*

CAPVT XXXIIX.

Πάθος adde.

*lescentem siccis oculis posse: tantum lachrumarum profundentem pro reditu pa-
tris, tantum in precandis etiam infimis ciuium subeuntem indignitatis? quum
ille iam*

ille iam maturus honoribus, nulla aliarum rerum cura, id vnum in magnam petentis gratiam concedi poſtulet, quod ſine ſumma immanitate negari non poſſit: vt Q. Numidicum, hoc eſt, cuſtodem defenſoremque ſuum recipiat Reſpublica, non minus orba eius viri diſceſſu, quam ſit ea domus, quæ in copia multorum præſtantiſſimorum virorum, tamen omni luctu calamitoſius iudicat ferre deſiderium vnius. (Scriptione Q. Metelli Pii.) *Nam idem vobis L. Dalmaticus vir Conſularis, idem C. Metellus Cenſorius, cum liberis ſuis, ſæpiſſime, neque magis verborum, quam intimi doloris mæſtitiaque ſignificatione confirmarunt. Iam ſororum eius filios Lucullos, Seruilios, Scipiones quid referam, illuſtrium virorum poſteros, ipſosque tam magnis populi Romani beneficiis ita vſos, vt maiora meriti videantur? Non poſſunt horum omnium tam iuſtæ, tam adſiduæ preces ſperni, non debent. At legem obiiciunt, quos confiteri in hoc facto ſenſum ſuum operamque merito pudet: omitto eos, qui tamen nec genere ſpernendi, nec numero pauci ſunt, qui legem fuiſſe negent. fuerit ſane lex, & quod per vim rogatum eſt, iure valere defendamus: tamen & olim Furius Camillus, & nuper P. Popillius in ciuitatem recepti ſunt, quum iis legibus pulſi eſſent, quas fuiſſe leges nemo dubitaret.*

CAPVT XXXIX. *A precibus propinquorum.*

CAP. XL.

Nam quæ in ſciſcendis rogationibus populi poteſtas eſt, eadem in abrogandis valet: & minor eſt pudor emendare quæ peccata ſunt, quam errorem contumacia tueri. Quum hæc conſenſu prope omnium audirentur, tamen factione Marii Conſulis, & improbitate P. Furii, conatus ille tum quidem fruſtra ſuſceptus eſt. Homo libertini generis, ob equum à Cenſore Metello ademptum adeo pertinaciter retinebat iras, vt Q. Metellum adoleſcentem ad genua ſibi accidentem in conſpectu populi ſuperbiſſime faſtidiret, irritumque petitionis repelleret. Quæ res ſummam vti Furio inuidiam, ita Metello laudem attulit, qui ob eximium reducendi parentis ſtudium, non minus magnifico nomine, qua[illegible] nobiliſſima gente perdomita cepiſſet, *Pius* appellatus eſt: tantumque fauoris promeruit, vt in petitione Pontificatus Conſularibus viris adoleſcens præferretur.

P. Furius reſtitutionem Metello impedit.

CAP. XLI. *M. Aquillius fugitiuos in Sicilia vincit.*

Dum hæc in Vrbe, mixta bonis malisque exemplis geruntur, M. Aquillius Proconſul bene cum fugitiuis in Sicilia depugnauit. Regemque illorum Athenionem ſua manu interfecit: ipſe viciſſim ab eodem iuxta caput vulneratus. Reliquiæ ſeruorum ad decem millia, quum pugnandi copiam non facerent, in loca munita & inacceſſa refugientes, clauſæ obſeſſæque ad id neceſſitatum redactæ ſunt, vt præ fame alii ab aliis vorarentur. Circa idem tempus etiam Athenienſis ager ſeruili tumultu vaſtatus eſt, ex arce Sunii promontorii: quam præfectis & cuſtodibus interfectis metallarii, multa hominum millia occupauerant. neque quando aut à quo motus iſte compreſſus ſit reperio. niſi quod ſuſpicari licet Poſthumio Conſuli Achaiam prouinciam eueniſſe. collegam enim Antonium in Vrbe manſiſſe, ar-

Digitized by Google

CAP. XLII. A. V. C. DCLIV. *Prodigia procurata.* gumenta multa sunt. Quum deinde M. Antonius, A. Posthumius Albinus Consules essent, C. Iulius L. F. Pontifex nunciauit *in sacrario in Regia hastas Martis mouisse*. de ea re ita censuit Senatus, *vt M. Antonius Consul hostiis maioribus Ioui & Marti procuraret: quod & ceteris dijs (quibus videretur) placandis, vbi procurasset, satis habendum. si quid succidaneis opus esset, Robigus accederet.* Quod postremum arguit, nondum pacata Sicilia, & malis Italiæ frugibus, famis metum fuisse: quem etiam fremitus ab inferno

CAP. XLIII. ad cælum ferri auditus significare putabatur. Ob id & pleraque alia prodigia (nimbis enim & procellis aut fulmine dissipata plurima, Lanuuii in æde Iunonis Sospitæ in cubiculo deæ sanguinis guttæ, in Vrbe bubo visus; Nursia sacra ædes terræmotu disiecta fuerat) Vrbs lustrata. populus stipem, matronæ thesaurum, & virgines donum Cereri & Proserpinæ tulerunt. Per virgines viginti septem cantitatum: signa cupressea duo Iunoni Reginæ posita. At hi procurandorum prodigiorum tam diligentes & periti, maximam futuram præsentis status pestem nul-

C. Cæsar nascitur. lis sacrificiis expiarunt. Natus enim hoc anno C. Iulius Cæsar traditur,

CAP. XLIV. *C. Claudii celebres ludi.* Reipublicæ quam reppererat, & æquæ libertatis euersor. Iisdem Consulibus C. Claudius App. F. Pulcher Ædilis Curulis insignes ludos fecit: tum primum in Circo elephantis pugnantibus. cetera quoque splendide apparata, passim ab amicis ac hospitibus commodato sumtis, quæ ad instruendos ornandosque ludos pertinerent. Praxitelis certe Cupidinem, Mamertina ciuitas & Heiorum domus, quæ iam inde ab Ap. Caudice in clientela Claudiorum erant, tempore muneris in foro proponendum commodarunt. id quoque solito magnificentius factum, quod scenam, quæ ante vacuis pictura tabulis tendi sueuerat, varietate colorum adumbrauit; tam spectabili artificio, vt ad tegularum similitudinem

CAP. XLV. corui decepti imagine aduolarent. Sed alia diuersique longe generis spectacula Tribunorum discordiæ, & præcipites quocumque impellerentur

Sex. Titii certamen cum M. Antonio. motus, ediderunt. Maximum certamen Sex. Titius excitauerat, homo loquax & satis acutus; sed qui M. Antonio Consuli rebus omnibus impar esset. cuius eloquentissimi viri non seriis modo & perpetuis actionibus, sed etiam breuibus contortisque ingeniose dictis vapulabat. Nam vbi se nihil proficere agendo cum populo, suaque monita sperni sentiens, *Cassandram esse* dixisset: excepit Consul, *multos possum tuos Aiaces*

CAP. XLVI. *Oileos nominare.* Postremo non hominibus modo (nam & à collegis repugnabatur) sed etiam auibus iniquis, legem Agrariam, quam ferebat, omittere coactus est. Dum enim inter latorem & aduersarios ro-

Coruorum pugna Titianum prodigium. gationis in concione certatur, duo corui in alto volantes, ita pugnauerunt, vt rostris vnguibusque lacerarentur. Re ad Augures relata, *collegium*

gium ſacrificandum Apollini, & de lege ſuperſedendum pronunciauit. Interea reliquias ſeruorum rebellantium M. Aquillius ferro fameque ad pauciſſimos redegit. ne enim ſe dederent, ad extrema omnia perpetienda metu ſuppliciorum continebantur. poſtremo non amplius mille homines, cum duce Satyro, deditionem fecerunt.

CAP. XLVII.
Finis belli Seruilis in Sicilia.

Hic finis alterius belli Seruilis in Sicilia fuit, multis vtrimque cladibus, ad annos fere quatuor geſti. Cæcilius Calactinus, nobilis ex Sicilia rhetor, & temporibus hiſce proximus, de hoc ceteriſque bellis Siciliæ Seruilibus commentarium edidit: in quo fuit perſcriptum, *conſumpta iis eſſe ſeruorum decies centena millia*. vnde ſuſpicari licet, quanti feraciſſimæ inſulæ ſua fertilitas ſteterit: & quam facile quæ vulgo maxima felicitatis inſtrumenta putantur, ſi iuſtitia & temperantia abſit, in contrarium vertant.

CAP. XLIIX.
Cum Luſitanis proſpere pugnatum.

Iiſdem Conſulibus aduerſus Luſitanos proſpere pugnatum eſſe reperio. L. Cornelium Dolabellam in Hiſpania tum fuiſſe certum: exercitum quoque Romanum, credibile eſt: quia ſub initium eius anni profligatum in Sicilia bellum, cum Cimbris ante finitum fuerat: quæ duo impedimenta per aliquot annos copias in Hiſpaniam duci prohibuerant. Noui deinde Tribuni plebis quum iniuiſſent, acrius de reuocatione Metelli actum; & è veteri collegio tres poſtulati ſunt. è quibus damnati duo: tertius ante ſententiam iudicum pœnas dedit.

CAP. XLIX.
P. Furius a populo diſcerpitur.

C. Canuleius Tribunus plebis diem P. Furio dixerat. ſed reum omnibus notis turpitudinis inſignem, præſertim ob Metelli Pii contumeliam ea concionis inuidia excepit, vt priuſquam dicere cauſſam poſſet, à furente populo diſcerperetur. C. Decianus, qui modo in Tribunatu L. Valerium Flaccum Ædilem Curulem fruſtra accuſauerat, vir factis innocens, ob verba quædam incommodiora damnatus eſt. Is quoque P. Furium accuſauerat: & in ea actione de morte Saturnini interiecerat querelas. ideoque neque damnauit reum, & ipſe ciuitate caruit.

CAP. L.
Saturnini infauſta memoria.

Eiuſdem Saturnini infauſta memoria Sex. etiam Titium in exſilium egit: qui accuſatus ob alia, M. etiam Antonii teſtimonio reum onerante, tamen erat euaſurus, quum gratioſus Agraria lege, & à pleriſque innocens haberetur: niſi propterea quod imaginem L. Apuleii domi habebat, ſuffragiis totius concionis eſſet oppreſſus. Inter hæc tam aperta Apuleiani nominis odia Q. Calidius rogationem de Q. Metello reuocando pertulit: quam rem prope per biennium concionibus omnibus agitatam, tandem victus conſenſu ciuitatis Marii liuor impugnare deſtiterat.

CAP. LI.
Metelli Pii preces pro patre.

Et populum ſua ſponte in fauorem Numidici pronum, omnes Metelli Metellorumque liberi, ſed ante omnes indefeſſa ſupplicandi diligentia Metellus Pius plurimum mouit. is barba capilloque ſub-

ſubmiſſo in ſordida veſte flens circumibat: modo Quiritium vniuerſorum, modo ſingulorum inuocans fidem: ſæpe, quo efficaciores preces forent, ad genua hominum ſe demittebat. Idcirco licet exempli parum ſalubris videretur, redeundi ſpem exſulibus vllo modo oſtendi: Calidia rogatio accepta eſt. Is quoque reditus haud minus magnum virum

CAP. LII.

probauit, quam diſceſſus ex Vrbe demonſtrauerat. Forte Trallibus in theatro ſedenti literæ de perlata lege, ſummiſque Senatus atque populi & concordibus ſtudiis ſunt redditæ. has ille non niſi finito ſpectaculo perlegere dignatus, eumdem lætis rebus, quam antea aſperioribus retinuit vultum: animo in omnia iuxta firmo; nullumque paulo robuſtio-

Metellus Romã reuertitur.

ris adfectus indicium edente. Reuertentem tantus ciuitatis fauor excepit, vt diem ſuffeciſſe gratulationibus ad portam occurrentium negent. Poſtridie quum ei concionem Q. Calidius dediſſet, hanc in ſententiam

CAP. LIII. *Eius oratio ad Quirites.*

verba ad populum fecit. *Quantas ego vobis grates agere debeam, Quirites, quia verbis exponere nequeo, rerum enim grauitas & amplitudo vim orationis longe exſuperat: id potiſſimum conabor efficere in præſentia, vt beneficii veſtri magnitudinem ipſi intelligatis. ſic enim vtrumque vobis cognitum atque perſuaſum erit: & me daturum operam vt æqualem veſtræ prolixiſſimæ voluntati gratiam, ſi non opere, quod factu perquam eſt difficile: animo certe, votoque ac conatu rependam; & maiora eſſe veſtra promerita, quam vt temere quiſquam ea*

CAP. LIV. *Beneficia populi enumerat.*

non admonitus neque edoctus quanti ſint intelligat. *Id quidem in promiſcuo apertoque poſitum eſt, quidquid in Vrbe rerum domina honores ampliſſimi, dignitas eximia, locus in ſummo, terrarum orbis conſilio illuſtris, conferre homini felicitatis poſſunt, id omne ferente viro fortiſſimo, Q. Calidio Tribuno plebis, vobis approbantibus atque iubentibus, redditum mihi ac reſtitutum eſſe. Præterea patriam, domum, penates, quæ cuique gratiſſima eſſe ſolent, veſtro beneficio recepi. filium pientiſſimum, chariſſimos fratres, iucundiſſimos propinquos amplexus, veſtri muneris magnitudinem ex modo meæ hodiernæ lætitiæ metiri potui.*

CAP. LV.

Amicis inſuper, neque numero ſpernendis, nec genere (quando quibus chara Reſpublica eſt, iidem ferme ſalutis meæ fuerunt ſtudioſi) aucto etiam poſt abſentiam deſiderio, quum iterum frui datur: veſtri fauoris, per quem rei mihi longe pre-

His aliud maius eſſe innuit ſibi redditum.

cioſiſſimæ tanta reſtituta facultas eſt, non poſſum non meminiſſe. *Eſtne igitur aliquid his in rebus amplius? Eſt profecto: nam vt ego quidem exiſtimo, vir bonus quandoque his omnibus, ſi non lubenti, æquo tamen animo careat: vbi tene-*

CAP. LVI. *Id dictum vberius explicat.*

ri illa tam grata nequeunt, niſi fas & honeſtum negligatur. *Cuius rei quamquam eſt in vtraque fortuna mea magnum & præſens monumentum, de me tamen nihil dicerem, niſi res iſta plus ad huiuſce diei gratulationem, quam ad moleſtam præteriti temporis recordationem pertineret, immo tanto erit hæc*

commo-

commutatio rerum lætior, quum priorum iuxta poſita imagine illuſtrabitur. Igitur quum peſtiferas leges L. Apuleius ferre inciperet, earumque rerum fundamenta iaceretis, quas deinde, quod aliter fieri nequibat, cum ipſis auctoribus auerruncandas putauiſtis: idem ego patriæ amantiſſimus, cupidus veſtri, pater non triſtis, amicus non moroſus, horum omnium potius ferre deſiderium, quam videre ruinam, nedum hæc velut cuniculo ſuffodientibus auctoritatem atque manum præſtare, malui.

CAP. LVII.

Nec erant hæc latu parum acerba aut leuia: ſed tamen in animo meo tantum valuit ea conſolatio, quod his interea omittendis ſeruata mihi fides in Rempublicam, ſeruata patriæ charitas, officium ciuis, dignitas Senatoris erat; vt nullam mihi voculam excidiſſe, nullam lachrumam aut frontis vultusue nubeculam conſpectam, neque exceptam aliud indicium à quoquam putem, quo aut pœnitentia conſilii mei, aut deploratio fortunæ argueretur.

Conſcientiam viro bono pluris eſſe quam cetera.

Vincit enim omnes vitæ ſuauitates mentis bene ſibi conſciæ tranquillitas: & hæc recordatio, nihil me in Republica aut feciſſe turpiter, aut ſuaſiſſe cupide, nihil aut dixiſſe per adulationem, aut reticuiſſe per metum, adeo ſenſum omnem abſterſit exſilii mei, vt pro nihilo ducerem loco ſeiungi à vobis, quibus animo manerem affectuque coniunctiſſimus.

CAP. LIIX.

Ideoque ceteris quam honeſta mente carere malle.

Sane tum quoque nihil iucundius fuiſſet, quam ſi conſpectu complexuque horum omnium frui, ſimulque cum his conſultare de Republica, leges moresque bonos tueri, reſiſtere prauis licuiſſet. Ceterum maiora illa felicitatis videbantur, quam vt a diis immortalibus petere aut ſperare deberem. Quod igitur vel optare improbum videbatur, id mihi reddidiſtis, Quirites, vt de meo reditu, quum ab eo qualis diſceſſeram nihil ſciretis immutatum, ſenſeritis. Qua vna in re quum multiplex inſit gratia, quod ab vnoquoque cerni poteſt, quodue prius eſt ſignificatum, de iis in præſentia taceo: id ſilere nullo pacto poſſum, in quo non ſolum magna eſt præſentis temporis exſultatio, ſed etiam futuri fiducia.

CAP. LIX.

Siue enim ad me refero cogitationem, ſiue inimicos reſpicio, ſiue ad hunc populum Romanum oculos verto: nihil occurrit, quod non ſit aliqua nec mediocri gratulatione dignum.

Nunc illa ſibi reddi a populo hanc non eripi.

Me enim quia reuocaſtis eadem illa ſentientem, ob quæ eram ex Vrbe eiectus, ampliſſimum præbetis teſtimonium, tum quoque ſi quid acciderit, id innocenti, vobisque inuitis, accidiſſe. Inimicos autem ſic vlciſcitur hæc mea reſtitutio, vt ſi aliquando patriæ charitatem ſuis affectibus anteferre didicerint, iis plurimum profutura videatur.

CAP. LX.

Idque publice eſſe docet vtile.

Quum enim nihil æque ac honores opesque affectent, quas ſine vobis adipiſci nemo ſaluis legibus poteſt, hinc ſenſum cognoſcere populi Romani, eademque perſpicere poterunt, quanto meliora ac honeſtiora ſint, quæ volentibus & ſcientibus vobis, quam quæ deceptis obtinentur. Vos autem, Quirites, hoc facto documentum omnibus gentibus exhibuiſtis; populum Romanum etiamſi cum aliis commune hoc habeat, vt aliquando circumueniri poſſit ac decipi: tamen id.

Digitized by Google

CAP. LXI. *Populi iudiciũ laudat.*

men id habere proprium & eximium, vt in errore minime diu perseueret. Idcirco quod à vobis peccatum aliquando fuit, id eis adscribendum apparet, qui vos simulatione honesti bonique ad alia omnia illexerunt: quod autem re plenissime cognita, vestræ voluntati, vestrisque relicti moribus statueritis; id tale esse, vt incepto magnificum, iure honestum, vtilitate non aspernandum omnes fateantur. Atque id mihi fundamentum est minime infirmum egregiæ spei, fore in posterum, vt vestro iudicio atque voluntate perspecta, melius & æquabilius se res Romanæ habeant, probi confirmentur, praui corrigantur: si qui corrigi non poterunt, ab eorum tamen furore consensu plurium & meliorum defendatur Respublica.

CAP. LXII.

Sed hæc omnia quia non sine numine deorum facta sunt, eorumque tutela opus habent, quorum munere data sunt & restituta: ad salutandos eos, & precandos vt hanc mentem perpetuam populo Romano esse velint, ire me æquum est. His dictis in Capitolium adscendentem, & inde repetentem lares suos, tota propemodum ciuitas deduxit.

C. Marius Metellum redeuntem videre grauatur.

Sub eosdem dies C. Marius, ne reditum inimici videret, per caussam voti, quod bello Cimbrico Magnæ Matri vouisset, in Asiam nauigauit.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM
LIVIANORVM
LIBER QVINTVS ET TRICESIMVS.

In locum lib. LXX. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Lib. LXX. Liuiani.

QVum Marcus Aquillius de pecuniis repetundis caussam diceret, ipse rogare iudices noluit. M. Antonius qui pro eo perorabat, tunicam à pectore eius discidit, vt honestas circatrices ostenderet: quibus conspectis, indubitanter absolutus est. Cicero eius rei solus auctor. T. Didius Proconsul aduersum Celtiberos feliciter pugnauit. Ptolemæus Cyrenarum rex, cui cognomentum Apioni fuit, mortuus, heredem populum Romanum reliquit, & eius regni ciuitates Senatus liberas esse iussit. Ariobarzanes in Regnum Cappadociæ, à L. Cornelio Sulla reductus est. Parthorum legati à Rege Arsace missi ad Sullam venerunt, vt amicitiam populi Romani peterent. P. Rutilius, vir summæ innocentiæ, quoniam legatus Q. Mucii Proconsulis à publicanorum iniuriis Asiam defenderat, inuisus equestri ordini, penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus, in exsilium missus est. C. Sentius prætor contra Thraces infeliciter pugnauit. Senatus quum impotentiam equestris ordinis in iudiciis exercendis ferre nollet, omni vi niti cepit, vt ad se iudicia transferrentur, sustinente caussam eius M. Liuio Druso Tribuno plebis: qui, vt vires sibi acquireret, perniciosa spe largitionum plebem concitauit. Præterea motus Syriæ Regum continet.

Q. Cæcilius Metellus Nepos in Consulatu collegam T. Didium habuit, eum qui de Scordiscis nobilem triumphum duxerat. Hi quum iniuissent magistratum, prodigia frequentia nunciata. Bubo conspectus in Capitolio supra deorum simulacra fuerat. deinde taurus, ad piandum adhibita victima, ante cultrum exanimis procubuit. Sereno tonuit. Fulmine pleraque decussa. Hastæ Martis in Regia motæ. Apud ædem Apollinis quum Decemuiri immolarent, caput iocinori defuit. Sacrificantibus anguis ad aram inuentus. Item androgynus in mare deportatus. In Circo pila militum ardere visa. id quidem portendisse victoriam iudicatum est: quemadmodum fruges & tempestates bonas, quod ludis in theatro creta candida pluit. His temporibus lata est ex nomini-

A. V. C. DCLV.

CAP. II.

minibus Consulum *lex Cæcilia & Didia* appellata, *de trinundino ferendarum legum: &, si pluribus capitibus promiscue sit latum, populo repudiare aut accipere quæ viderentur, liberum: neque totam simul rogationem aut abijcere aut iubere necessum esset.*

CAP. III.

Sacerdos Cereris Velia Romam vocatur.

Sub hæc tempora, quo sanctius religiones Cereris haberentur, cuius pacem ad Siciliæ tutelam plurimum pertinere putabant: sacerdotem à Velia arcessi placuit, quæ perita sacrorum Græcorum esset: Prætoremque Vrbanum C. Valerium Flaccum de ciuitate eius ad populum ferre. C. Valerius ex Senatusconsulto ad populum tulit, *vt Calliphana Veliensis* (id nomen mulieri) *ciuis Romana esset.* Eodem anno L. Cornelius L. F. L. N. Dolabella Proconsul ex Hispania vlteriore de Lusitanis Vrbem triumphans ingressus est. A. D. V. Kal. Februarias. M. Aquillius, cuius si non maiora, celebriora certe, lætioraque Vrbi gesta fuerant, exemplo P. Rupilii, de Fugitiuis ouatione contentus fuit.

CAP. IV.

Fugitiui in Circum deducti, mutuis vulneribus se conficiunt.

Tum producti in Circum deditiii, aliud quam expectabatur, populo Romano spectaculum dedere. Quum enim in hæc tantum prorogatam sibi vitam cernerent, vt alienæ voluptatis caussa per ludibrium morerentur, ferrum quod aduersus bestias datum erat, in mutua vulnera strinxerunt. Superstes omnibus Satyrus venabulum in sua viscera direxit. Multi rebantur maiori gloria periisse victos, quam victorem viuere. vir enim bello fortissimus, sed auaritia infamis, anceps iudicium sustinebat, à L. Fusio de pecuniis repetundis postulatus. & quoniam multis criminibus testimoniisque conuictus, misericordiam iudicum, in qua vna reliqua spes erat, precum humilitate concitare aspernabatur. non euitasset tristia suffragia, ni M. Antonii eloquentia ingenioque fuisset liberatus.

CAP. V.

M. Antonius M. Aquillium defendit.

Is inter perorandum moto insigniter consessu, quum & sedenti inter iudices Mario collegam suum, communemque imperatorum sortem commendando, lachrumas expressisset, mira mouendorum affectuum arte, mœstum atque sordidatum senem excitauit. *Huc, inquit, ades M. Aquilli, & quoniam verba mea fletus impedit, tu saltem pro temetipso in hoc fortunarum capitisque discrimine hos roga. Est omnino, est etiam, vbi fortes viros non pudeat, demittere paulisper inuictos spiritus, & quemadmodum deos, sic etiam in quorum manibus fata nostra dii posuerunt deprecari. Me miserum, non mouetur, silet, siccos oculos, vultum priorem retinet: homo nihil ab adolescentia aliud meditatus, quam vt omnia quæ sibi putaret optanda, per virtutem obtineret, quid sit rogare nescit! Vos igitur iudices quid facietis? quo tandem animo eritis? hancne condemnabitis tam rigidam mentem, quæ ne ipsa aliquantum suo periculo flecteretur.*

CAP. VI.

Excusat reum, quod supplicare nesciat.

Sed ille maximis periculis adsuetus, timoris expers, & qui in asperrimis bellis militem constantissimum, Imperatorem inuictum præstitit, interire quam supplicare melius, sanguinem quam lachrymas

mas fundere facilius putat. Atque vtinam, quæ pro Republica passus sit vulnera, quas exceperit plagas, videre possetis: non vererer ne minus ad misericordiam facta huius, quam aliorum verba valerent: neue sanguini huius pro Republica effuso denegandum clementia vestra duceret, quod multorum sæpe reorum pro semetipsis edito ploratui tribuendum iudicauit. *Sed bene* (inquit tunicam Aquillii cum dicto scindens) *quod fidæ cicatrices adhuc indubitabili testimonio vulnerum pro patria exceptorum honesta loca monstrant: pro hac inquam patria, cuius conspectu carere miserum esset eos, quorum opera conspicuam suam inter omnes populos amplitudinem illa retinuit.* His atque similibus ab Antonio dictis, quum etiam multa de vulnere illo, quod Aquillius ab Athenione acceperat dixisset, & si post hæc omnia talis amittendus ciuis esset, facunde miseraretur: concionem vniuersam velut iniecta manu ab ira criminum, ad lenitatem ac misericordiam ita retraxit, vt summa populi Romani voluntate, M. Aquillius haud dubitanter absolueretur. quod notabile summi Oratoris artificium, neglectum annalibus, solo Cicerone auctore, Liuius in historias suas retulit.

CAP. VII. *Tunica eius discissa cicatrices monstrat.*

Interim Siciliam supra horribiles bellorum calamitates, etiam magistratuum Romanorum auaritia crudeliter vexatam L. Sempronius Asellio Prætor abstinentia & æquitate sua recreauit. quæ res quo rarior his temporibus, eo magis necessaria, diligentius quam in transcursu notanda est.

CAP. VIII. *L. Sempronii Asellionis laus.*

Romanus populus, quum olim bonis legibus institutisque vteretur, maxima bella feliciter confecit: multisque deuictis populis pulcherrimum & firmissimum omnium, quorum memoria exstat, imperium constituit. Sed eodem auctu crescente [illegible] atque opibus superbia & luxus inualuit: explosaque veteri frugalitate & [illegible], qui in otio atque deliciis contererent vitam, clari beatique habebantur. Sumptuosæ epulæ, vnguenta, vestis stragula, ceteræque supellectilis immensa precia in honore erant: quacumque adspiceres ebore atque argento nitebant triclinia; neque ea potior pars impensarum, materiam longe vincente maniprecio. Vina quantumuis bona, nisi Falerna aut Chia essent contemnebantur: in piscibus, ceteroque obsonatu, idem fastidium erat. neque alia reliquarum rerum ratio. mollibus pellucidisque vestibus, meretricio potius quam muliebri cultu iuuenes amicti vel in foro conspiciebantur. Atque inter hæc certamina vitiorum, vti cuique rei dignitas ex insania hominum constabat, precia in immensum augebantur. Falernum centenis in testam denariis: Pontica salsamenta quadringenis vendebantur: quaterna talenta coquorum laudatorum æstimatio erat: delicatos pueros etiam maiore multo pecunia licitabantur. Hi mores vt exhaurire arcas

CAP. IX. *Luxus inualescit Romæ.*

docuerant, ita his artibus exhaustas aliis æque perniciosis replere cogebant. inde mira mox rapinarum, iniuriarum, fraudiumque & periuriorum seges. neque alii iam in prouinciis quam apud Vrbem mores erant: luxus & auaritia omnia peruaserat. Sed supererant adhuc pauci ex insignibus viris pristinæ seueritatis & parcimoniæ memores: quibus debet imperium populi Romani, quod aliquanto diutius stetit. Hi vbi in prouincias cum imperio venissent, serio vitiis obuiam ibant, non magis acerbitate pœnarum edictorumue, quam exemplo: quum suam quisque vitam, velut ex alto & conspicuo loco, imitandam prouincialibus proponerent. Ex his vel clarissima fama circum hæc tempora Q. Mucius Scæuula fuit. Qui Prætor in Asiam missus, probatissimum ex amicis P. Rutilium integerrimæ vitæ hominem sibi legauit, cuius fide, consilio, industria ad omnia vteretur. Iam primum neque ipse cuiquam ne minimo quidem sumptui erat; neq. comites esse patiebatur: omnia quæ socii Proconsulibus Prætoribusque præbere consueuerant sua pecunia emebat. Frugalitate deinde & incorrupta iustitia prouinciam ex pristinis calamitatibus mire recreauit. Superiores Proconsules, ne offenderent Equites, in quorum manu iudicia Romæ, & apud eosdem in prouinciis publica erant; quadam quasi societate cum auaris & violentis hominibus inita ferri agique omnia ex illorum arbitratu sinebant: interdum & ipsi pro se rapiebant, spoliabant: nihil à cupiditate intactum, nihil à libidine purum patiebantur. At Q. Scæuula se suosque abstinentia, ceteros iure diligenter & sancte dicundo, & qui eorum insanabiles essent, pœnis coërcebat. Asiaticos suis legibus inter se disceptare iubebat: pactiones publicanorum seruabat: extra quam si ita negotium gestum esset, vt eo stari non oporteret ex fide bona. de quibus rebus in ius itum esset, quod caussa cognita dati iudices (dabat autem inculpatos) pronuntiassent, dari fieri exclusa calumnia cogebat. atrociora crimina capitali vindicta inexorabiliter prosequebatur: vt etiam dispensatorum societatis facile principem, quamquam de libertate cum dominis pactum, manumissione non exspectata, in crucem tolleret. Interim & publicani, spectaculo ipsis acerbo, prouincialibus læto, omnibus nouo, ab iis quos antea modis omnibus impune vexauerant, condemnati in vincula ducebantur. His rebus quum per menses ferme nouem (nec enim diutius in prouincia fuit) indefessam operam dedisset, tantam vbique approbationem promeruit, vt & in prouincia decreto ciuitatum Mucia festum instituerentur: & Senatus deinceps ituris in prouinciam magistratibus, exemplum atque formam officii Scæuulam proponeret.

CAP. X. *Q. Mucio Scæuula integritas*

CAP. XI. *Et in prouincia administranda iustitia.*

CAP. XII. *Publicanorum iniuriæ coercet.*

Haud

Haud dubie publicani fremebant: nam & occasione vindictæ oblata, quum in Scæuulam non possent, in Rutilium deinde virus conceptum bilemque turpiter effuderunt. vt in loco exsequemur. Sed P. Asellio patre Quæstorio natus, quem recens Q. Scæuulæ gloria laudabili æmulatione accenderat, optimum ex amicis C. Longum secum in Siciliam legatum & adiutorem duxit. Syracusis deinde splendidissimum Equitum Romanorum adhibuit Publium quemdam, quem vidit & valde laudat. forte beneficiis eius vsus Diodorus, cuius ex reliquiis hæc nobis historiæ concinnata est portio. Horum consiliis & opera tum ceteram iurisdictionis partem præclare absoluit: tum inprimis effecit, vt iis maxime prospiceret, quorum opportunissima ad iniuriam infirmitas erat. Pupillis enim & viduis quibus legitimi tutores non essent, quum alii magistratus dare tutorem consueuissent, tutorem neminem dedit: *se tutelam illorum curamque recipere* professus. præstititque promissa, & litibus eorum omnibus diligenter & integre iudicatis, ipsos patrimoniumque eorum, contra potentium aut callidiorum hominum iniquitatem protexit. Priuatis etiam publicisque maleficiis secundum leges moresue bonos coërcendis adsiduum vindicem, pacis vigilantissimum custodem exhibuit: seruos, ne iterum res nouandi occasiones captarent, cum telo esse vetuit. Hæc instituta quum toto imperii sui tempore constanter retinuisset, ita decessit ex Sicilia, vt quam intrauerat miserrime adfectam insulam eam tantumnon ad pristinæ felicitatis exemplum beatam florentemque relinqueret. Romæ quoque Censores creari non tempus magis, quam mores postulabant. Petiturus esse Marius credebatur. sed ille abstinuit, offensas declinans, quæ tam corrupta ciuitate bono Censori certæ grauesque imminebant. sic ipse prætulit verbis: sed alii metu repulsæ territam hominis ambitionem putabant, quod ex Apuleiana seditione magna se apud Senatum pariter populumque inuidia laborare sentiret. L. Valerius L. F. L. N. Flaccus, M. Antonius C. F. M. N. creati. T. Didius Consul in Hispania citeriore contra rebelles signis collatis feliciter dimicauit. eidemque prorogata in annum sequentem prouincia est, quo Cn. Cornelius Lentulus, P. Licinius Crassus Consules fuerunt. *His Consulibus anni magni conuersionem cum phœnicis auis vita* (*sic enim solere*) Manilius Senator *factam* prodidit, *circa meridiem*, *quo die signum Arietis Sol intrauerit.* Hoc demum anno Senatusconsultum factum est, *ne homo immolaretur*. & ex eo sociis etiam qui tam prodigiosa sacra vsurpabant, iis interdictum. In Vrbe supplicatum est, quod androgynus inuentus erat: homo in mare deportatus est. Pisauri ex terra fremitus auditus. Muri pinnæ sine terræmotu passim deiectæ, ciuiles signi-

CAP. XIII. *Mucii exemplis Asellio sequitur.*

CAP. XIV. *Salutari Siciliæ instituta.*

CAP. XV. *T. Didius in Hispania bene rem gerit.*

A. V. C. DCLVI. *Anni magni conuersio.*

CAP. XVI.

Prodigia ſignificare diſcordias viſæ. Nurſiæ ſimulachrum Iouis in partem ſiniſtram conuerſum. Cupreſſea ſimulachra Iunonis Reginæ poſita ſunt per virgines ter nouenas, quæ Vrbem luſtrauerant. Conditum a Cenſoribus Luſtrum eſt quintum atque ſexageſimum. Alia Cenſuræ acta latent: niſi quod princeps Senatus lectus eſt M. Æmilius Scaurus, quem & ſuperiores Cenſores binis luſtris legerant, nec enim ornata ab Antonio manubiis Imperatoriis Roſtra magnopere ad rem pertinent. Vna tamen res haud indigna memoratu, motus Senatu M. Duronius traditur, quod legem de coërcendis conuiuiorum ſumptibus latam Tribunus plebis abrogarat. isque M. Antonium ab hac ira poſtulauit ambitus, faceto ad Cenſorem Heluii Manciæ dicto, *aliquando ipſi ſuum negotium agere licere.*

CAP. XVII. *Aduerſus Maſos & Celtiberos bene pugnatur.* Eodem anno contra Mæſos Dardanosque, itemque in citeriore Hiſpania, bene geſta Reſpublica eſt. Prius illud decus incertum eſt, vtrumne ſit ad alium quem ducem referendum, an vero tribui C. Sextio debeat, quem Proprætore Macedoniæ Denſeletis ſociis, aduerſus ceterorum barbarorum defectionem bellaſſe nouimus. Celtiberos eorumque ſocios haud dubie T. Didius Proconſul vicit. quo tempore incluta Q. Sertorii virtus fuit, qui in exercitu Didii Tribunus militum agebat.

A. V. C. DCLVII. *Prodigia.* Cn. Domitius Ahenobarbus, C. Caſſius Longinus Conſules ſequuntur. Lupus Vrbem ingreſſus, in domo priuata, bubo in Capitolio occiſus. Fulmine pleraque decuſſa. Signa aurata Iouis cum capite, columnaque disiecta. Fæſulis ſanguine terra manauit. Arretii mulieri è naſo ſpicæ farris natæ: eadem farris grana vomuit. Vrbs luſtrata eſt.

CAP. XVIII. *Cyrenarum Regnum teſtamento Regis transfertur ad populum Romanum.* Hoc anno Ptolemæus, qui Cyrenis regnauerat, quum teſtamento populum Romanum heredem reliquiſſet, deceſſit. Huic Ptolemæo cognomentum *Apion* fuit: ab Ægyptio numine Api. quo etiam vocabulo Rex alter fuit, qui viceſimo poſt anno Libyam in qua regnauerat, imperio populi Romani, eodem viſus genere liberalitatis, adiecit. eaque parum animaduerſa res, ad perturbandam rerum geſtarum ſeriem fraudi quibusdam ſcriptoribus fuit. Cyrenaicum Regnum eo tempore ciuitatis maxime Libyæ Pentapoleos complectebatur. a numero præcipuarum vrbium *Pentapolis* appellata. Præter ipſam Cyrenen, Berenice, Arſinoë, Ptolemais, Apollonia fuerunt.

CAP. XIX. *Eius Regni deſcriptio.* Id Regnum antiquitus ditionis Ægyptiorum Regum fuit: Ptolemæo Phyſcone genitus Apio, ſed ex pellice, teſtamento patris acceptum, ad Romanos, quam ſuam ſtirpem transmittere maluit. quod quo minus prohiberent qui tum Ægyptum tenebant, præter inueteratam nominis Romani magnitudinem domeſticis incommodis vetabantur. Ne tamen per occaſionem amiſſa recuperarent, ipſis fortaſſe Cyrenenſibus adſueta imperia, quam noua & externa deſideratuns:

ciuita-

ciuitates liberas esse, suisque legibus vti Senatus iussit: satis pro suo futurum ratus, quidquid alienæ ditioni detraxisset. Hoc etiam anno res in Hispania Imperatore T. Didio gestæ. Vrbs celeberrima Celtiberorum Castulo culpa militum amissa, statimque virtute & ingenio Q. Sertorii recuperata est, adiecto & auctario vicini oppidi expugnati, à cuius iuuentute adiuti rebelles fuerant. Quippe Castulonenses, vbi pars Romanarum copiarum hibernabat, quum ex copia rerum milites multa petulanter & plerumque temulentos agere viderent, à Gyrisenis clam euocato auxilio, passim per domos vt quemque Romanum nacti erant obtruncant. Orto tumultu Q. Sertorius cum paucis, qui forte cum eo erant, oppido elapsus, aliosque subinde qui inter trepidationem euadebant colligens, mœnia circumibat, donec ad portam, qua admissi hostes fuerant peruenit. ad quam collocato præsidio, quod facere Hispani, dum ad occidendum præsidium plus celeritatis quam consilii adhibent neglexerant: cum ceteris irrumpit in vrbem: incautos & nihil iam hostile, deletis aut fugientibus, vt rebantur, Romanis exspectantes inuadit, turbat. pars intra oppidum, multi ad portam, quo erupturi properauerant, opprimuntur. Puberibus omnibus interfectis, Q. Sertorius armis vestibusque Celtiberorum suorum ptis, protinus ad Gyrisenos tendit. Illi specie patrii cultus decepti, quum redire suos re Castulone ex sententia perpetrata putarent, portis patentibus obuiam per gratulationem effunduntur. ibi facta celeriter impressione, multi mortales intercepti: ceteri dediti sub corona venierunt. Egregium deinde par Consulum init P. Licinius Crassus, Q. Mucius Scæuola, qui in omnibus magistratibus, præterquam Tribunatu, collegæ fuerant. His Consulibus & caussæ Socialis belli quædam, & præsagia complura exstiterunt. Lex Licinia Mucia de ciuibus regundis, qua maximus numerus sociorum pro ciuibus Romanis se gerentium, ad suas quisque ciuitates remittebantur, ita alienauit principum Italicorum animos, vt ea vel maxima caussa belli post triennium erupturi fuisse credatur. Prodigia multa nunciata sunt. Lactis pluuia Cære: Hiatus terræ Venafro. Præterea fulminis afflatu pleraque animalia exanimata. Agnus biceps; puer ternis manibus pedibusque natus. sed hastas Martis motas, tumultus certam significationem habere visum: illud etiam instantis inter consanguineos populos belli: quod vultures canem mortuum laniantes ab aliis vulturibus occisi comesique fuerant. Sed & maioris miraculi res additur: Eutychiden quemdam Lebadiæ in Trophonii antrum digressum (multorum mensium expiatione, variisque superstitionum & terribilibus ludibriis, curiosorum hominum ea temeritas constabat) tabulam æneam extulisse, quæ ad res Romanas pertineret.

CAP. XX.

Q. Sertorius Castulonem recuperat.

CAP. XXI.

Gyrisenorum oppidum pulchro strategemate capit.

A. V. C. DCLIIX.

Socialis belli caussa & præsagia.

CAP. XXII.

Prodigia.

Cete-

CAP. XXIII. *Consul Scæuola prouinciam deponit.* Ceterum domi forisque satis tranquillus annus fuit. eoque Q. Scæuula Consul, quum alioquin regendis prouinciis, ad gloriam ex Asia partam nihil vltra posse adiici putaret, detrahi aliquid posse; ne sumptui esset ærario, prouinciam deposuit: cuius cupiditate plerique, etiam satis boni, solebant delinquere. L. Crassus Galliam citeriorem sortitus, prouinciam excursionibus ignobilium latrunculorum infestam pacauit, summa diligentia oppressis prædonibus, *quem ideo spiculis prope scrutatum esse Alpes* Cicero dixit, *vt, vbi hostis non erat, ibi triumphi caussam aliquam quæreret.* Sed huius quidem ineptæ cupiditatis fructu caruit: opprobrio manente. Quum enim Romam reuersus triumphum à Senatu postularet, Senatusque propter summam eius in Republica potentiam ac dignitatem in decernendo gratificaretur, Q. Scæuula non dubitauit Reipublicæ magis quam collegæ habere rationem, intercessitque ne Senatusconsultum de triumpho eius fieret, qui neque eo nomine, neque numero præditos, vt digni essent, qui hostes populi Romani esse dicerentur, adhæc nullius illustris, neque certi ducis signa sequutos, confecisset. Ita contra virum eloquentissimum, integerrimi grauissimique auctoritas vicit, ne peruulgato eximiæ virtutis aut felicitatis præmio, & iniuria honorem eum sequera lege meritis, & Reipublicæ detrimentum proueniret: minus postea adnisuris plerisque, si eadem merces mediocribus rebus, quæ maximis, summaque vt plurimum cura periculoque conficiendis, præstaretur. De cetero sancte integreque Consul Licinius præfuerat: vt neque inimicorum iudicia conscientiamque exhorresceret. Namque C. Carbonem cuius patrem damnauerat, studio vindictæ ad speculanda acta sua venientem, adeo non submouit, vt insuper locum ei daret in tribunali, nec nisi eo coram cognosceret. Dixisse tamen Crassum ferunt, quum se ita videret obseruari, se nullius rei tam pœnitere, quam quod vmquam in iudicium vocauisset.

CAP. XXIV. *Præmia non eadem mediocribus rebus danda, quæ maximis.*

CAP. XXV. *Halesinis leges scribuntur a C. Claudio.* Interim in Vrbe Siculis Halesinis, quod habebant inter se de Senatu cooptando controuersias, Roma leges petentibus; censuerunt Patres, *vti C. Claudius Ap. F. Pulcher, Prætor, de Senatu cooptando leges conscriberet.* C. Claudius, qui antiquis nouisque de caussis bene Siculis cupiebat, adhibitis omnibus Marcellis qui tum erant, insulæ patronis, de eorum sententia leges Halesinis dedit, *ne quis minor annis triginta, quiue quæstuariam artem exercuisset; cuiue census iustus non esset, legeretur.* Iisdem Consulibus grauissimam seditionem Tribunus plebis C. Norbanus excitauit, die Q. Seruilio Cæpioni dicenda. Reum L. Licinius Consul defendebat. intercedebaturque rogationi à duobus de collegio L. Cotta, T. Didio. sed Norbanus concitata plebe, & vi

CAP. XXVI. pulsis ex templo intercessoribus pertulit legem. In illo tumultu & fuga quum

ga quum alia indigna facta, tum M. Æmilium principem & Senatus & ciuitatis lapide percussum esse constabat. Damnatum fuisse Cæpionem, atque in carcerem ductum consentitur. Exinde duplex fama est: alii necatum, & à carnifice in Gemonias vnco tractum; alii exemptum vinculis, in exsilium iuisse tradiderunt. quæ & à pluribus affirmata, & alioquin probabilior sententia est, exstante quoque liberatoris nomine. *L. Rheginum Tribunum plebis* edunt; *eum veteris amicitiæ memoria, non auctorem modo libertatis, sed etiam comitem fugæ fuisse.* Certe M. Cicero inter exempla clarorum virorum, quos ipse viderit ciuitatem Romanam amittere, Q. Cæpionem nominat, eumdemque Smyrnæ ciuem effectum ait: quemadmodum (paulo post hæc tempora) P. Rutilium. Bis damnatum esse Cæpionem (nam & statim post infelicem pugnam Senatu motum bonis publicatis ostendimus) incredibile videri non debet, tempora Reipublicæ & legem Norbanam per vim latam reputantibus: præsertim quũ alioqui nouum non esset, eumdem sæpius diuersis ex caussis damnari, quod & in C. Catone factum esse docui; & antea ob rem male gestam, nunc ob sacrilegium auri Tolosani condemnatus videri potest. Nam & auri Tolosani mentio nuper in Apuleii Tribunatu mota fuerat: & *hanc ex filii caussam fuisse Cæpioni* diserte Timagenes prodidit, à quo etiam annotatum, diuinæque vltioni adscriptum est, *liberos Cæpionis impudicitiæ criminibus infames turpem vitæ exitum habuisse.* Eiusdem anni Comitiis ex tribus candidatis Consulatus L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus designatus est: alterum (L. Cornelium Dolabellam fuisse non inani coniectura putant) hominem ita nobilissimum, vt tamen in eo cetera ornamenta pluris, quam ipsa nobilitas esset, C. Cœlius Caldus homo nouus, nec vlla ferme re conferendus, in petitione superauit. C. igitur Cœlio, L. Domitio Consulibus Nouemdiale sacrum fuit, quod in Volsca gente lapidibus pluerat. idem prodigium è Vestinis nunciatum. Vulsiniis Luna noua decidisse visa, non nisi postero die hora tertia comparuit. Puella biceps, quadripes, quadrimana, gemina fœminea natura, mortua nata. Auis incendiaria visa, occisaque. Fax in cœlo apparuit, & totum cœlum ardere visum. Terra sanguine manauit, canes saxa tegulasque vulgo retulerunt. Fæsulis ingens multitudo inter sepulchra lugubri veste, pallida facie, interdiu ambulare gregatim visa. P. Sulpicius C. Norbanum L. Apuleia reum fecit maiestatis, celebris postea orator, & iam in illa adolescentia non contemnendus. ideo caussam quoque idoneam nactus, tantum excitarat incendium, vt L. Crassus ad restinguendum vix conaretur accedere. quum etiam princeps M. Scaurus religione testis, studio & acerbitate accusatoris in reum incubuisset. Sed Crassus *Quæstorem sibi*

Seditio in motio Cæpionis.

CAP. XXVII. *Cæpio bis damnatus.*

CAP. XXIIX. A. V. C. DCLIX. *Prodigia.*

CAP. XXIX.

Crassus Norbanum defendit.

rem sibi Norbanum fuisse memorando, *cui ipse Romanis moribus parentis loco debeat*, caussam inuidiosissimam tanta dexteritate tractauit, vt qui inter initia vix tenuis venia daretur pro seditioso & prauo homine nocenti, optatum iudicii euentum, absoluto Norbano habuerit. Cum enim ab audacia Tribuni ad Romani populi nec iniustum dolorem referens, repræhendendaque Cæpionis fuga, & exercitus deplorando interitu dolorem suos lugentium oratione refricabat: vt iam ipsi quoq. iudices, mœstitia & murmure adstantis populi, memoria publicæ calamitatis, & proprio in Cæpionem odio (Equites enim Romani iudicabant, à quo ordine iudicia ad Senatum transferre Cæpio molitus fuerat) quidquid in illum a

CAP. XXX.

quoquam factum esset, non iniuria accidisse crederent. Scauri quoque ceterorumque testimonia, non inficiando, sed ab eadem populi ira refellebantur: *quod per illam excitato tumultu esset factum, id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude capitali poni non oportere.* Ita vir disertissimus, seditioso ac inutili ciue in Republica retinendo, præclaras fori artes & pulcherrimum vitæ ciuilis instrumentum misere dehonestabat.

Decem legati mittuntur in Hispanias.

Sub idem tempus decem in Hispanias legati sunt, ordinandis prouinciis, quas T. Didius, P. Crassus Proconsules recens pacauerant. P. Crassi res adeo sepeliuit vetustas, vt vix in Hispania fuisse sciremus, nisi Triumphi eius exstaret memoria: Straboque nobis P. Crassum narraret ad Cassite-

CAP. XXXI.

T. Didii gesta in Hispania.

rides insulas ex Hispania nauigasse. T. Didii aliquanto illustriora gesta sunt: qui Vaccæorum millia viginti occidit: Termestinos, validam nec vmquam satis pacatam gentem in planum deducere vrbem coëgit, & cingi mœnibus vetuit. Colendenses, oppido post nouem mensium obsidionem recepto, cum vxoribus & liberis vendidit. Hæc omnia vir belli peritissimus, non vi tantum ac armis, sed etiam ingenio veteranique ducis calliditate perfecit. Semel acerrimo prœlio, quum ad noctem vsque, sicut incerta victoria, ita multa vtrimque cæde pugnatum esset, pleraq; suorum corpora silentio densæ noctis sepelienda curauit. Postridie Hispanis per inducias ad simile officium procedentibus, quia multo pauciora Romanorum quam sua cadauera cernebant, ceciderunt ani-

CAP. XXXII

Eius illaudatū strategema.

mi: conditionesque pacis ex voluntate Imperatoris acceptæ sunt. Pulchrum & bonis quoque viris imitabile vaframentum hoc fuit: illud alterum, licet decem legatis approbantibus, numquam laudauerim. Quosdam ex Celtiberis conuenas circa Colendam C. Marius annis aliquot ante locauerat. iique audaces & egeni pacem prouinciæ, in posterum quoque turbaturi videbantur. Idcirco postquam agros Colendensium, hos enim T. Didius promiserat, accepturi cum vxoribus & liberis ad castra Romana venissent; educit milites Proconsul, castrisque recipit barbaros.

baros. ſic enim numerum capitum deſcribi melius poſſe. ab eadem cauſſa ſegregari pueros mulieresque à viris iubet. Poſtremo his ita vti voluerat factis, immiſſo milite vniuerſos trucidat. adeo iam in præceps ire mores à veteri grauitate ceperant: vt homines ſe mirifice callidos, patriæque vehementer conſultum exiſtimarent, quod particulam ditionis ſuperuacuæ, ne ſic quidem firmiter. populo Romano retinebant: iuſtitiam famamque, quibus nulla per homines poſſeſſio eſt præſtabilior, decoxerant. Huius etiam anni Comitia non diſſimilem ſuperioribus euentum habuerunt per L. Philippi repulſam: quem nobiliſſimum eloquentiſſimumque virum, eumdemque ſumma apud ordines gratia, obſcuræ ſortis homo M. Herennius ſuperauit, C. Valerio Flacco collega additus; His Conſulibus Cyrenis aduecta publice Laſerpitii pondo triginta, ſic libertatem iſtis ciuitatibus ab Senatu indultam eſſe arguunt, vt tamen vectigalium agrorumue pars populo Romano exciperetur. ſicut raro gratuita ſunt potentiorum beneficia. Natus eo anno poëta nobilis traditur, T. Lucretius Carus. Prodigia multa fuerunt. Romæ & circa, fulmine pleraque decuſſa. Ancilla puerum vnimanum peperit. Fregellis ædes Neptuni nocte patefacta. Vitulo mari quum exta demerentur; gemini vitelli in aluo eius inuenti. Arretii ſignum æneum Mercurii ſudauit. In Lucanis gregem veruecum, quum paſceretur, & nocte in ſtabulo, flamma circumdata nihil aduſſit. Carſeolis torrens ſanguinis fluxit. Lupi Vrbem ingreſſi. Præneſte lana volitauit. In Apulia mula peperit. Romæ miluus in æde Apollinis compræhenſus. Herennio Conſule bis immolante, iocinori caput defuit. In ſacro nouemdiali cœna deæ poſita, à cane adeſa, antequam delibaretur. Vulſiniis prima luce flamma cœlo emicare viſa, quum in vnum coiſſet, os flammæ ferrugineum oſtendit: cœlum viſum deſcendere, cuius hiatu vertices flammæ apparuerunt. Hæc tam multa atque formidabilia luſtrationibus proſpere expiata fuiſſe creditum: vtique poſtquam domi foriſque pax fuit L. Cornelius Sulla Prætor, cui inter ciues & peregrinos iuriſdictio euenerat, centum leonum iugatorum pugnam in Circo dedit, omnium primus. neque hoc maximum in ea re miraculum, ſed quod ſolutos dedit: quum antea alligati darentur. Rex Bocchus ornandis amici ludis & leones miſerat, & Mauros iaculatores, à quibus conficerentur. Hanc Præturam Sulla, mox in manu totam habiturus Rempublicam, ægre, neque optimis artibus adeptus eſt. Iam inter anni ſuperioris candidatos repulſam paſſus erat: quam ille ſugillationem in commentariis ſuis hoc colore inumbrat, *populum maximos ab ſe ludos propter amicitiam Bocchi exſpectantem, Prætura negata cogere ad Ædilitatis petitionem voluiſſe.* nam ab Ædilibus,

CAPVT XXXIII. *L. Philippi repulſa.*

A. V. C. DCLX. *Laſerpitium Cyrenis publice aduectum.*

CAPVT XXXIV. *Prodigia.*

CAPVT XXXV. *Sulla Prætoris ludi.*

CAPVT XXXVI. *[illegible] Praetura [illegible] partâ.*

inueterato iam more, splendidissima munera populus exigebat. Sulla, cui præter ætatem minoribus gerundis magistratibus tempus terere non placebat; Ædilitate transmissa, nihilominus comparauit bestias, in Prætura daturus. eaque spe, simul ambiendo largiendoque, populum induxit, vt iterum petentem, Prætorem facerent. Idque salse ipsi exprobratum est à Cæsare, de cuius faceto ingenio supra narrauimus qui Sullæ per iram minitanti, *sua se potestate vsurum: recte*, inquit, *tuum appellas, quod emeris.* Eadem æstate duo ex Hispania triumphi à duobus Proconsulibus intra triduum ducti. A.D. IV. Idus Iun. de Celtiberis T. Didius T.F. Sex. N. triumphauit. pridie Idus de Lusitanis P. Licinius M.F. P.N. Crassus. Neque tamen Hispani quiescebant, quin statim res nouas molirentur: nisi motus eos mature supplicio quorumdam principum, vrbiumque ruinis Nasica compressisset.

CAPVT XXXVII. *Cn. Domitii, L. Crassi Censura.*

Censoriis deinde Comitiis Cn. Domitius Ahenobarbus, L. Licinius Crassus facti, Latinos vti se vocabant rhetores claudere ludum impudentiæ iusserunt. Cuius edicti verba veneratione antiquitatis lubens refero. *Renunciatum est nobis esse homines qui nouum genus disciplinæ instituerunt: ad quos iuuentus in ludos conueniat: eos sibi nomen imposuisse Latinos rhetoras: ibi homines adulescentulos totos dies desidere. Maiores nostri, quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, constituerunt. Hæc noua quæ præter consuetudinem ac morem maiorum fiunt, neque placent neque recta videntur. Quapropter & iis qui eos ludos habent; & iis qui eo venire consueuerunt, videtur faciundum vt ostendamus nostram sententiam, nobis non placere.*

CAPVT XXXIIX. *Crassus Orator cur scholas Rhetorum sustulerit.*

Credo multos eorum, qui talia nunc legunt, ex præsentibus moribus miraturos, quid ita Crassus clarissimæ homo eloquentiæ, studia quibus fauere debebat, sustulerit: imo tum quoque non defuerunt, qui dicerent, Crassum acui adolescentium ingenia, veluti per inuidiam, noluisse: quum ille contra, ingenia obtundi, corroborari impudentiam nollet. intelligebat enim vir ingeniosissimus, quod vtinam omnes qui ciuitatibus præsunt, quanto Reipublicæ dehonestamento & periculo, adolescentuli pro egregiis & profuturis, absurda, fatua, & ab vsu rerum abhorrentia doceantur.

CAPVT XXXIX. *Censorum inter se certamina.*

Ceterum Censoribus haud plus contra mores aliorum, quam propter suos certaminis fuit. Crassi celebris contra collegam oratio fuit, qua in maxima populi concione, si vmquam fuit, Cn. Domitium haud minus facetis quam seriis prudentibusque dictis obruit: in vtroque genere pariter validus, ingeniique tam admirabili temperamento, vt vrbanissimus salsissimusque omnium, idemque seuerissimus & grauissimus videretur. De Cn. Domitio Ahenobarbo dixit, *non esse mirandum, quod aheneam barbam haberet, cui esset os ferreum, cor plumbeum.* Noui inter hæc Consules

C. Clau-

C. Claudius Pulcher, M. Perperna supplicationem ad puluinaria deorum indixerunt prodigiorum caussa. quod in æde Fortunæ Equestris bubo compræhensus inter manus exspirauerat. Fæsulis fremitus terræ auditus. puer ex ancilla natus sine foramine naturæ, qua humor emittitur. mulier duplici natura inuenta. fax in cœlo visa; bos loquuta fuerat. examen apum in culmine priuatæ domus consederat. Volaterris sanguinis riuus manauerat. Romæ lacte pluerat. Arretii duo androgyni inuenti; pullus gallinaceus quadrupes natus; fulmine pleraque icta fuerant. Populus Cereri & Proserpinæ stipem tulit. Virgines viginti septem carmen canentes, Vrbem lustrauerunt. Censores recensito Senatu, & M. Scauro quartum principe lecto, lustrum fecerunt sextum atque sexagesimum. quo inter se consensu, non reperitur: censuram sane totam dissimilitudine morum & frequentibus iurgiis discordem fuisse constat. quum austeritatem atque contumaciam Domitio Crassus, sumptuosam domum & alia luxui propiora Crasso Domitius obiectaret. Sane multa egerat Crassus, quæ seuere iudicanti, Censorem haud satis decere viderentur. duos scyphos ex argento Mentoris manu cælatos sestertiis centum, hoc est, tribus fere millibus imperialium emptos: itidem argentum factum sex millibus nummis in libras, siue imperialibus plus minus centum quinquaginta, empta habebat. sed præcipue magnificam in palatio domum aduersarius taxabat, grauiterque increpans tanti habitare Censorem, pro illa sestertium sexagies (ad centum octoginta millia imperialium) identidem offerebat. Et Crassus, vt erat præsens ingenio semper, & faceto lepore solers, *addicere se respondit, exceptis sex arboribus*, eæ fuere loti, patula ramorum opacitate insignes. ibi Domitio, *ne vno quidem denario, si hæ demerentur, emptam domum cupiente*; Crassus, *vtrumne igitur*, inquit, *ego exemplo grauis, & ab ipsa mea Censura notandus sum, qui in domo quæ mihi hereditate obuenit, comiter habitem, an tu, qui sestertio sexagies vmbram sex arborum æstimas?* In eadem domo triclinia ærata, & in atrio columnas habebat Hymettii marmoris, quarum decem ad ornandam in Ædilitate scenam, centum sestertia pactus, emerat: ipsas quoque exprobrante Domitio, quum eo tempore ne in publico quidem columnæ vllæ marmoreæ essent. Idem ei quasi deforme crimen in Senatu obiecit, quod murenam in piscina domus suæ mortuam, atratus, tamquam filiam luctu prosequutus esset. Nec inficiatus ille tantummodo alia sugillatione pensauit probrum: *sibi quidem humanos affectus, & facilem in lachrymas misericordiam esse: at Domitium tres vxores suis oculis extulisse.* Per ea tempora turbatæ res Asiæ pulcherrimam L. Sullæ crescendi occasionem præbuerunt. Cappadociæ Regnum hinc Nicomedes Bi-

A. V. C. DCLXI.

Supplicatio prodigiorum caussa.

CAP. XL.

Lustrum conditum.

CAP. XLI.

Crassi Censoris luxus.

CAP. XLII.

Crassus murenam mortuam luxit.

CAP. XLIII.

Cappadocia Regnum Nicomedes & Mithridates adfectát.

des Bithynus inde Ponticus Mithridates vehementibus studiis adfecia-bant, neque parum ad Romanos pertinebat, iura sociorum pacemque tueri. Sed acrius excitabantur Mithridatis incremento, cuius olim suspe-ctam potentiam habebant. accedebat Marii cupiditas, qui nulla satie-tate gloriæ bellum optabat, quum aliarum artium rudis, rebus quietis se-nescere famam suam videret. Neque aliud ei propositum fuisse refe-tur, quum in Asiatico itinere multas prouincias obiret, quam vt res Re-gum specularetur, & eos inter se committeret, quo tempore Mithridati in colloquio aperte dixit, ***aut parendum Romanis, aut operam dandam, quo***

CAP. XLIV.

Mithridates legatis Romanis molliter respondit.

esset illis potentior. Sed Mithridates, nondum ita paratis rebus, vt bellum sumeret, & illi, & qui postea venerant legatis, molliter respondit: neque thesauris pepercit, quo pacem retineret; & quamquam à Nicomede la-cessebatur quieuit. Scytharum quoque Regulis erepta restituere iussus, quædam reddidit. Cappadociam tamen vti relinqueret, ab animo impetrare non potuit. Hanc sua manu perfide interfecto sororis filio ra-ptam, deinde iterum amissam, quum armis repeteret; Nicomedes *suæ* quoque Bithyniæ timens, Laodicen vxorem, quæ prius Ariarathi Cappa-dociæ Regi nupta fuerat Romam mittit: ***vt se matrem adsereret pueri, cui***

CAP. XLV.

Nicomedes, tamquam Ariarathis filio, Regnum tradiderat. Hoc comperto Mithridates Gordium mittit, nihilo verecundiore mendacio defensu-rum, ***filium eius Ariarathis qui bello Aristonico cecidisset, puerum eum esse, qui esset à Mithridate in possessione Regni collocatus.*** Senatus impudentiam Regum

Senatus Cappadociam & Paphlagoniam liberam esse iubet.

miratus, Cappadoces, *quod exstincta Regum stirps esset, liberos esse* iubet. idem decernitur de Paphlagonia, quam Nicomedes obtinebat: per filium ille quidem sed imposito *Pylæmenis* nomine iustum videri heredem voluerat. Eo tempore Cappadoces admirationi Romanis fuerunt. ***Magnas agere Senatui populoque Romano gratias*** dicebant; ***qui se compotes facere vellent eius conditionis, quam inter omnes Rerumpublicarum formas pro præstantissima***

CAP. XLVI.

Cappadoces libertatem sibi salutarem esse negant.

omnium optimaque ipse populus Romanus elegisset. Sibi quoque prima fronte nihil visum fieri posse felicius, quam si simili iure moloque, atque princeps omni-um gentium populus regerentur. Sed postea sic à maioribus natu accepisse, quemadmodum singulorum hominum, ita generum etiam varias longeque in-ter se diuersas differentias esse. paucos ad imperandum natos, nullius æqui iu-ris tolerantes. alios siue ad regimen rerum, siue ad obsequium vocentur, pare-re per vices & imperare nosse: maximam hominum multitudinem ita compa-ratam, vt tantummodo sequi recte præcipientes, non etiam praeesse cuiquam queant. In hac conditione quum pleramque Orientis partem, tum etiam Cap-padocum genus esse. raros in ea gente viros excellentes & imperio dignos nasci. si libertas sit, summos magistratus sæpenumero peruenturos ad eam hominum

sortem

ſortem eſſe, quæ ne ſibi quidem conſulere poſſint. nedum vt publicæ conſulerent rei,

CAP. XLVII

Similem ſuam gentem Romanæ eſſe inſitiantur.

Inde nihil ſe præter incommodum dedecusq; gentis, & internas exſpectare poſſe diſcordias. In populo Romano multos eſſe præſtanti virtute & moderatione viros, qui nec ſe indignos imperio cenſeant, nec aliis ſibi ſimilibus dicto audientes eſſe grauentur. Sibi tam felicibus eſſe non licere. Cappadocum ingenia, nimis acerbe fortaſſis, non tamen prorſus ſine cauſſa (fatendum enim eſſe) prouerbiorum carminumq; mordacitate perſtringi. Quidquid ſit, ab vltima gentis origine Regibus paruiſſe Cappadociam conſtare. Nec à tam vetuſtis inſtitutis eſſe ad longe diuerſa ſecurũ tranſitum, præſertim vbi nulla magna incommoda priorum tempora infamia aut odioſa effecerunt.

CAP. XLIIX

Quemlibet quod ſibi conuenientiſſimum ſit, expetere debere.

Neque aut parum grati animi, aut nimis abſurdi damnari ſe oportere, ſi oblatum à Romanis eum Reipublicæ ſtatum abnuant, quo ipſi patroni vterentur. Etiam diis immortalibus nihil tam eximium aut dulce quam ipſam immortalitatem eſſe. tamen repertos dici, qui hoc accepto munere valde indoluerint. adeo quemlibet non quod optimũ, ſed quod ſibi conuenientiſſimum ſit, expetere debere. ſibi liquere, non poſſe Cappadoces ſine Rege viuere. Romani *nihil ſua referre* dicentes, *ſi Regiam ſeruitutem Cappadoces, quam libertatem æquam mallent, quem vellent ex ſuis ipſi legerent*, permiſerunt. In Gordium multorum inclinabant affectus: ſed quia palam erat, ingratum id ob amicitiam Gordii cum Mithridate Romano populo fore, Ariobarzanem legerunt. Senatus re audita *regnare Ariobarzanem* iuſſit.

CAP. XLIX.

Mithridates Tigranem concitat in nouum Cappadociæ Regem.

At Mithridates qui nec omittere Cappadociam, nec offendere Romanos ſuſtinebat; adfinitate cum Tigrane Armenio, data ei in matrimonium filia ſua Cleopatra contrahit. deinde per Gordium diſſimulanter inſtigat, *vt Ariobarzani nouo & ſegni Regi bellum inferat.* Mittuntur à Tigrane Mithraus & Bagoas duces: quorum primo aduentu Ariobarzanes, ſublatis rebus ſuis, Romam profugit. Hic rerum ſtatus, quum virum acrem, bellique & pacis artibus promptum deſideraret, L. Sullæ, qui Prætor ſuperiore anno fuerat, Cilicia prouincia decernitur, finitima Cappadociæ: non tantum vt eam inter Regni Syriaci præcipites caſus, quos extremo hoc libro exponemus, populo Romano ſeruaret; ſed etiam vt aduerſus Tigranem Mithridatemque Reges ex propinquo & prouidere, quæ ex Republica eſſent, & conari facilius poſſet.

CAP. L.

Sulla Tigranis duces Cappadocia expellit.

Is modica ſecum adducta militum manu, ceterum ſociorum auxiliis inſtructior, Gordium cum Cappadocibus occurrentem, multis hoſtium interfectis, profligat: mox Armenios, ſuppetias illi venientes, maiori cum ſtrage expellit Regno: reductumque Ariobarzanem nemine vltra reſiſtere auſo, Regem appellat. Quum deinde prouinciam obiens circa Euphratem ageret; venerunt ad eum ab Arſace Parthorum Rege legati, amicitiam populi Romani petitum, neque paruum id Sullanæ felicitatis argumentum.

tem putatur, quod à Regum opulentissimo, qui primi missi legati fuerant, eos ad hunc potissimum fortuna deduxit. Et agnouit, destinatam sibi magnitudinem Sulla, positisque tribus sellis, inter Ariobarzanem Regem & Orobazum (id legato nomen erat) medius adsedit. quod varie laudi aut crimini Sullæ datum; Orobazo capitale fuisse traditur, maiestatis imminutæ vindictam seuerius exequuto Rege. Ferunt Chaldæum quemdam ex Parthico comitatu; qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, considerato Sullæ vultu, animique & corporis motibus, *necessum esse* pronunciasse, *vt vir talis omnium euadat maximus. adeoque se mirari, quod etiamnum sibi quemquam æqualem esse pateretur.* Sed hæc quidem foris magnifica populo Romano, pudenda domi iudiciorum publicorum corruptio deformabat. quæ aduersus pestilentes ciues instituta, iam in perniciem bonorum vertebantur. P. Rutilius, quum confessione omnium probitatis atque innocentiæ exemplum haberetur, repetundarum postulabatur; longissime à moribus eius abhorrenti crimine.

CAP. LI. *Iudicium cuiusdam physiognomicum de Sulla*

CAP. LII. *P. Rutilius ab improbis aduersariis iudicio adfligitur.*

Sed quia contra publicanorum iniurias Asiam defenderat, conspiratione Equitum, penes quem ordinem tum erant iudicia, facile & calumniatores improbos, & iudices periuros nactus est. Et quo magis sciamus, quales potissimum habuerit aduersarios, præcipuus ei condemnationis auctor Apicius exstitit; haud minus iis temporibus luxu infamis, quam postea Tiberio imperante Marcus fuit. Sed res tam indigna non oppressit virtutem clarissimi viri, sed illustrauit. Iam primum neque capillum barbamue reorum more promisit, vestemue mutauit, aut deprecatus quemquam est: & quum summis oratoribus, L. Crasso, M. Antonio amicis vteretur, neutrum adhibere voluit, iniuriam interpretatus innocentiæ, si quæ malos quandoque defendisset eloquentia, ad eam in suo periculo confugere videretur: paulum partium C. Cottæ tribuit, disertissimo adolescenti, sed filio sororis.

CAP. LIII. *P. Rutilii grauitas & iniusta condemnatio.*

Dixit & caussam illam ex parte quadam Q. Mucius, qui Proconsul illius in Asia fuerat, maiore vir iurisprudentiæ, quam eloquentię fama. Ceterum ipse P. Rutilius, Socratem Atheniensem imitatus, quum præter pecunias captas, multa quæ ad suspicionem stuprorum atque libidinum pertinerent audiuisset; ita respondit, vt obiecta quidem perspicue dilueret: ceterum neque supplicaret iudicibus, neque verbum ei vllum mollius aut viro bono indignum efflueret; reique magis publicæ quam suam vicem miseraretur. Sed ille, quum opinione bonorum omnium pro absoluto haberetur, scelere iudicum, non sine gemitu ciuitatis, est condemnatus.

CAP. LIV. *Inter eius inv-*

Huius tam infamis operis particeps etiam fuisse C. Marius creditur, per inimicitiam Metelli inter se

Ruti-

Rutilio, & communi aduersus bonos odio, quorum veris meritisque laudibus barbarum ingenium grauabatur. Idcirco Rutilius, nullo inter tales commorandi desiderio, Mitylenen, relicta Vrbe, migrauit. quamquam exsilium ei iussum non erat. Bona tamen publicata: maiori rubore iudicum, quam domini damno. minorem enim pecuniam ei fuisse, quam æstimata lis esset: eamque omnem iustis legitimisque titulis ad eum peruenisse patefactum est.

micos C. Marius.

CAP. LV. *Rutilius a ciuitatibus & Regibus summo honore adficitur.*

Itaque neque auctoritas summi viri, neque facultates vllum ex hoc iudicio detrimentum passæ; quin magis ornatæ auctæque fuerunt. Simul enim Asiam eum petere percrebuit, omnes prouinciæ ciuitates legatos obuiam miserunt, vbicumq; secessum optauisset, officia sua deferentes: & proficiscenti, ne quid deesset, Q. Mucii liberalitas prouiderat: deinde in Asiam ingressum, quotquot illum antea Reges nationesque cognorant, tanta accipere munera coëgerunt. vt multo copiosior esset exsul, quam ante iudicium Consularis in Vrbe fuerat.

CAP. LVI. *Thraces C. Geminium vincunt.*

Dum ista Romæ & alibi fiunt, C. Geminius Prætor aduersus Thracas infeliciter pugnauerat, magno Macedoniæ malo, quam victores, præcipua Mæsorum importunitate, cruente vastarunt. Sed in Hispaniam C. Valerius Proconsule missus, viginti milibus Celtiberorum cæsis, Imperator appellatus est. Belgedensis populi furor tumultum eum conciuerat, obsesso in Curia, concremato que Senatu suo, qui rebellare contra Romanos cupientibus resistebat. In huius seditionis auctores, quotquot in manus venerunt, iussu Proconsulis post victoriam seuere animaduersum.

CAP. LVII. *M. Drusi Tribuni plebis actiones.*

Inter hæc Rutiliani iudicii recente inuidia, quum Senatus Equestris ordinis Regnum in iudiciis ferre non posset; ad se transferre iudicandi potestatem nitenti M. Liuius Drusus adiutorem se præstitit, qui tum creatus Tribunus plebis fuerat. Sed ille meliore fortassis animo, quam consilio vsus, quo maiores ad ea quæ parabat, sibi vires quæreret, ad deliniendam plebem Agrarias aliasque promulgare leges cepit, pernicioso euentu, quando & plebe, sociisque concitatis graue patriæ bellum, & sibi immaturum, suisq; ornamentis, quę preclara multa habebat, prorsus indignum exitum peperit.

CAP. LIIX. *Romani Imperii mutatio in peius.*

Iam enim ad pœnas tot gentibus quo iure qua iniuria oppressis Romanum Imperium sua vitia trahebant: vt sociali prius, inde ciuilibus bellis vexatum, paulatim eo deficeret, vt exhausta ciuitas, quę consanguineos antea populos fastidierat, aduenis vernisque replenda esset; neque iam ciues modo barbaros, sed etiam dominos pateretur. Adhuc tamen non stabant modo Romanæ opes, sed etiam incrementum capiebant: iisdem fere qui domi malis consiliis moribusque Rempublicam affligebant;

 foris

CAP. LIX. *Vitiis externorum Regum prouectæ.*

foris eamdem militaribus factis atque disciplina fulcientibus. Neque minus vitiis externorum Regum, quam suorum ciuium industria res Romana crescebat. Iam Paphlagonum Cappadocumque Regna, alterum libertatem, alterum Regem à Romanis ita acceperat, vt tamen sua omnia in potestate populi Romani esse, non dubitarent. Cyrenen ab Ægyptiaco Regno, à Syris Ciliciam auulserant: maiorumque inde progressuum caussas continua eorum Regum bella struebant. Neque alienum ab historia sua Liuius existimauit, eas hoc loco res exsequi, quæ opulentissimo & maximo Regno, Seleucidarum senescente potentia, Romanos dominos imposuerunt.

CAP. LX. *Syriaci Regni senectus & deliquium.*

Sed hos tantarum rerum tam notabiles transitus, tenuibus scriptorum, iisque pugnantibus inter se reliquiis, quo laboriosius erat euoluere; tanto intentiore cura scrutatus, vt verissime potero, tradam. quando Reges isti non minus intricatam gestorum memoriam habent, quam gesta ipsa, nominibus, matrimoniis, imperiis prodigiose mixti, habuerunt. Neque qui nostro aut patrum æuo tempora curiose digesserunt, satis aut inter sese, aut cum rerum gestarum fide consentiunt. Igitur Iosephum atque Porphyrium maxime, locis & ætati, de quibus scribimus proximos; & vbi variant auctores, probabiliorem sententiam sequuti, Grypum Antiochum, quinto & quadragesimo vitæ, vndetricesimo Regni anno, cuiusdam Heracleonis dolo interfectum ponimus, Regnum ad se trahere molientis, quo tempore

CAP. LXI. *Seleucus Grypi filius,*

Consulatum Romæ Cn. Cornelius Lentulus, P. Licinius Crassus gerebant. Igitur post longa fratrum certamina, quum submotus hoc modo Grypus Seleuco filio fecisset locum, atque ita veluti defessum pugilem recens viribus excepisset; superatus bello Cyricenus, quum caperetur, manus sibi intulit. Seleucus Antiochia potitus, Antiochum Cyriceni filium ad necem quærebat. Sed ille seruatus meretricis opera, quæ propter eximiam formæ pulchritudinem eum deperibat, ad Aradios tamquam ad asylum confugit. Aradii enim, concessu Seleuci Callinici, hoc iure vtebantur, vt Syria profugos bona Regum venia reciperent; neque dedendos repetentibus, neque inuitis illis aut ignorantibus e-

CAP. LXII. *Ab Antiocho Pio victus, perit.*

mittendos. At Syri, quos asperum Seleuci violentumque ingenium alienauerat, seruatum sibi Regem miraculo iactantes, *Pium* appellarunt, tamquam morum merito gladios patruelis euasisset. Igitur, auctis ab eodem fauore celeriter viribus, Seleucum expellit Syria: persequutusque in Ciliciam, apud Mopsuhæstiam prœlio vincit. Seleucus ad reparandas vires, quum acerbe pecunias exigeret, ab oppidanis igne in gymnasium, vbi diuersabatur iniecto, manu sua mori maluit. ædificium cum ami-

amicis Regiis incendio haustum est. Pro eo statim, tamquam Hydræ reciso capite, fratres Antiochus & Philippus, re & appellatione gemini, hostes Pio exoriuntur, quum fratris mortem capta rebelli vrbe soloque æquata vindicassent; superueniente Pio amiserunt exercitum, alterque fratrum Antiochus, dum in fuga Orontem eques transmittere conatur, verticibus amnis vna cum equo raptus est. Nec eo segnius bellum Philippus prosequebatur, Philadelphi sumpto cognomine, ob gemini, vt videtur, fratris desiderium. Huic tam præcipiti mutationi rerum, quatuorque Regum mortibus, triennium fere suffecit: annusque tum tertius agebatur centesimæ septuagesimæ primæ Olympiadis, quo Consules Romæ C. Valerius, M. Herennius fuerunt. Philippo igitur Pioque de Syriæ Regno dimicantibus, quartus etiam Grypi filiorum diadema sumpsit Demetrius, quum ad cetera Syrorum mala, ne vmquam deesse faces suscitandis bellorum incendiis possent, generis Regii fecunditas accessisset. Eucærius is vocabatur: quem Ptolemæus Lathurus Cnido excitum, Damasci constituerat Regem Quæ deinde sequuntur, vix explicari possunt: ita miscente omnia scriptorum negligentia & dissensu vix tenuis intermicat strictura veri. Porphyrius Philippo biennium tantum tribuit Regni: Iosephus etiam fratribus strenue resistentem Antiochum Pium, celeriter occisum à Parthis esse: Porphyrius pulsum ab æmulis; confugisse ad Parthos, ac ibi vsque ad Asiaticam Pompeii victoriam fuisse tradit; Iustinus in angulo Ciliciæ delituisse. Nobis nullum, cui certius ad veritatis inquirendæ vsum insistere possimus firmamentum est, quam temporis haud dubia notatio, quo Syriam Pompeius ordinauit. Nam id Consulibus D. Iunio Silano, L. Licinio Murena, factum esse constat. Sed octodecim ante hos Consules annis, ab Tigrane occupatam fuisse Syriam, Pompeii Trogi mutilator locis duobus adfirmat: à quo cur minime dissentire Appianum putem, vbi res referendæ Tigranis erunt, apparebit. Ergo ad L. Sullæ, Q. Metelli Consulatum, Antiochi Pii, & æmuli eius Philippi Regna produci necessum est: quando hi dicuntur ab Tigrane Armenio spoliati. Ceterum Pius ille cognomento suo minime respondens moribus, Selenen nouercam, Ægyptii Regis aliquando coniugem, deinde Grypo, postea Cyriceno nuptam, in matrimonium accepit: honesti atque adeo humani moris in tantum perturbatis legibus, vt multiplicatarum inter duos necessitudinum varietatem intelligere labor sit; nominibus distinguere velle, vanitas. Tales ferme quum Syriæ res esset, Regibus cognatis acriter inter se pugnantibus, grauior à Parthis Arsaces, ab Armenia Tigra-

CAP. LXIII.

Quatuor Syriæ Reges intra triennium occisi.

CAP. LXIV.

Eorum intricata historia.

CAP. LXV.

Syria ab Tigrane occupata.

CAP. LXVI.

Digitized by Google

granes, hostis accessit. & intra biennium mortibus aut fuga Regum, omnis illa Seleucidarum progenies in Syria disparuit. Parthi Mesopotamiam populabantur. profectusque eo Pius Antiochus, si Iosepho credimus, fortiter pugnans interemptus est. Sed verior sententia est, pulsum armis Philippi ac Demetrii ad Parthos fugisse. certe multos post annos superstes, atque adeo iterum Rex in Syria fuit. Inter has inexpiabilium bellorum clades Regum suorum pertæsus populus, ad externa respicere imperia ceperat. Tres omnino de quibus cogitari posset, Reges erant: Mithridates, Ptolemæus, & Armenius Tigranes. Ptolemæum vt perpetuum Syriæ hostem aspernabantur, implicitus bello Romano Mithridates (nec enim bellum fore in obscuro erat) ne Regnum quietis egens nouis turbis inuolueret, timebatur. nihil melius visum, quam ad Tigranem concedere, cuius potentia sicut metuenda alienis, ita præsidio futura illi se permittentibus esset. In hanc sententiam itum. Tigranes Syriæ Regnum, imposito Magadate præfecto, multorum annorum sic satis pacata possessione tenuit. Ob has tum caussas, aliasque, de quibus est expositum, missus ab Senatu Sulla prouinciam Ciliciam habuit.

Mesopotamia vastatur a Parthis.

CAP. LXVII

Syri ad externos Reges respiciunt.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM
LIVIANORVM
LIBER SEXTVS ET TRICESIMVS.
In locum lib. LXXI. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Lib. LXXI. Liuiani.

M. Liuius Drusus, Tribunus plebis, vt maioribus viribus Senatus caussam susceptam tueretur, socios & Italicos populos, spe ciuitatis Romanæ sollicitauit: iisque adiuuantibus, per vim legibus Agrariis frumentariisque latis, iudiciariam quoque pertulit: vt æqua parte iudicia penes Senatum & equestrem ordinem essent. Quum deinde promissa sociis ciuitas præstari non posset, irati Italici defectionem agitare cœperunt, eorum coitus, coniurationes, & conciones in conciliis principum, referuntur. propter quæ Liuius Drusus etiam Senatui inuisus factus, velut socialis belli auctor, incertum à quo, domi occisus est.

L. Marcio Philippo, Sex. Iulio Cæsare Consulibus, bonis vbique populi Romani rebus, prolato imperio, magnis ærarii opibus, in quo tum auri octingenta quadraginta sex pondo erant: prodigia quæ his omnibus interitum minari viderentur, frequentia exstiterunt. Sub ortu Solis, globus ignis à septemtrionali regione cum ingenti sono cœli emicuit. Arretii frangentibus panes, cruor è mediis fluxit. In Samnitibus, itemque Ænariæ vastissimo terræ hiatu, flamma prorupit, & vsque in cœlum extendi visa est. In Vestinis per dies septem lapidibus testisque pluit. Circa Rhegium terra mota, pars magna vrbis murique diruta. In Spoletino colore aureo globus ignis ad terram deuolutus, maiorque factus, à terra ad Orientem ferri visus, magnitudinem Solis obtexit. Cumis in arce, simulachrum Apollinis sudauit. Ædes Pietatis in Circo Flaminio fulmine icta. ancilla serpentem peperit. Sed nihil formidolosius fuit, quam quod in agro Mutinensi montes duo inter se concurrerunt crepitu maximo adsultantes recedentesque, inter eos flamma fumoque in cœlum exeunte, interdiu, spectante è via Æmilia magna Equitum Romanorum, familiarumque & viatorum multitudine. Eo concursu villæ omnes elisæ, animalia permulta, quæ interfuerunt.

A.V.C. DCLXII.

Prodigia frequentia.

CAP. II.

Montes inter se concurrunt.

CAP. III. *De prodigiis sensus auctoris.*

runt, exanimata sunt. Sed mihi talia sæpe referenti, faciundum omnino videtur, vt quo proposito quaque caussa hæc recenseam, & quale de his concipiendum iudicium putem, semel exponam. Ego vero quod in vetustioribus libris reperiebam, quum sæpe his recisis pauca de quorumdam annorum gestis superessent, quadam necessitate, & quia subinde inerant, quæ cognoscere cupidi antiquitatis non nollent, nequaquam prætermittenda censui. præsertim quum priscis temporibus tanti haberentur, vt in iis sæpe Senatus populi Romani, Sacerdotesque, diu plurimumque fuerint occupati. Accedebat, quod idem à Liuio diligenter factum esse videbam: neque consilium erat, historiam illius vtcumque supplenti, præterire, quæ ab ipso pertractata fuisse constaret.

CAP. IV. *Gregorius Liuium abolere conatus.*

Sane non eram nescius, ob eam rem T. Liuium quibusdam displicuisse: papamq. Gregorium narrari odio superstitionum, quas ille descripsisset laudassetque, tam infestum ei atque iratum fuisse, vt eius opera omnia abolere conaretur. Sed ego neque Gregorio tam læuam mentem fuisse crediderim, & alia quædam tradi de eodem illo video, quæ studiosus veritatis nemo recipiat. Neque sane tam ineptus in his est Liuius, vt non aliquoties temere ficta aut credita prodigia, hominumque inanes interpretationes taxet. Ceterum quidquid de illo fuerit, mihi sane vel ideo hæc annotare placet, vt qui hodie rebus eiusmodi multum mouentur, eadem se credere, iisdemque aut confidere, aut perturbari discant, quæ dementata vanis opinionibus, veræque sapientiæ penitus ignara tempora respexerunt.

CAP. V. *Hominum fatuitas in narrandis credendisque prodigiis.*

Eadem enim adhuc fatua & insulsa fabula luditur, narranturque & audiuntur magna adseueratione pleraque, in quibus nihil sit prodigiosum præter hominum amentiam, post diuinæ veritatis aperta oracula, rationisque lucem, & tot ætatum experimenta, adhuc indocilem maniam contemnere. Neque ego nihil metuendi vnquam auctor sim; sunt enim quæ non immerito, nec tamen vt prodigia timeantur. Nam si forte, quod nonnunquam accidit, flumina restagnent, aut terra moueat, percelli atque extimescere non inhumanum est: sed nimirum id non prodigium, & omen venturæ calamitatis, sed initium & caussa præsentis est: neque mortes animalium, ruinam ædificiorum significat, sed adducit.

CAP. VI. *Naturalia non sunt ponenda in prodigiorum numero.*

Cetera etiam, quantumuis raro eueniant, quæ tamen caussis naturalibus fiunt, in portentorum numero ponere perquam importunum est. Si fulmine tactum Imperatoris alicuius pretorium est, si equus exanimatus; castrorum videlicet oppugnationem, & clarissimorum virorum interitum significauit. Atqui necessum est, saluis naturæ legibus, frequentissima cœlo descendere fulmina: quæ & ipsa omnia in aliquod certe corpus incidere necessum est.

Toti

Toties igitur omnia fierent, quoties fulminaret: atque eadem de ceteris ratio esset; pluuiæ, venti, frigora, etiam animantium inanimorumque omnia genera. quoties se vlla caussa commouissent, prodigia nunciarentur! Sane ingenita humanis mentibus dulcedo est mira & noua iactandi credendique. isque mos iam olim omnia sic repleuit miraculis, vt maius iam mirum sit, vllum aut annum, aut propemodum locum reperiri, qui miraculo vacet. Igitur gaudentibus generis humani ludificatione ac miseria geniis, non fuit difficile, apud curiosa & improuida ingenia, putidissimam fraudem in artis opinionem atque auctoritatem adducere. Vnde plurimæ apud varias gentes diuinationum species exortæ: institutis dissimiles, vanitate pares. Nam vt in vniuersum quod sentio dicam: nulla earum rerum quæ oculis patent eam naturam habet, vt quod voluntate DEI aut consiliis hominum gubernantibus futurum est, vlla certa prædictione possit enunciare. Hinniant equi, garriant aues, vortices amnium turbinentur vt volent; radiorum lucis inenarrabilis permistio in aere quarumlibet figurarum efformet ludibria: non ideo quid prosperum cuilibet Reipublicæ, quid aduersum immineat, vllo pacto noueris. Sane cognati animæ humanæ spiritus, quos corpore non onustos, Angelorum vocabulo significamus, quia scire facile possunt, quod geritur; sæpenumero feliciter coniiciunt, id quod geretur. Ceterum neque horum omnis prorsus erroris expers sagacitas est: & sancti purique spiritus, nihil tale, nisi mandato DEI denunciant hominibus: credere peruersis, quia & falli possunt, & fallere cupiunt, nimis excors est & perniciosa securitas. Vnum immotæ certæque fidei oraculum superat, ita sapienter accommodatam aptamque rerum inter se seriem, à potentissimo iustissimoque DEO esse, vt ad extremum neque male bonis esse possit; neque bene malis. Neque M. Drusum eo tempore prodigia, sed ipsorum mala mens in exitium impulerunt. Drusus, vt Senatui iudicia redderet, in omnes se formas vertebat, quibuslibet quælibet indulgendo, vt neq; falso iactasse videatur, *nemini se quidquam ad largiendum reliquisse, præterquam si quis aut cœlum diuidere vellet, aut cœnum.* Igitur vt socios Latini nominis, Italicosque populos adiungeret, ius ciuitatis enixe petentibus, *ea de re laturum*, *Senatumque auctorem fore* spopondit: *si ad eas quæ essent in manibus perferendas leges operam nauassent.* Iam ab antiquissimis temporibus qui Latinæ formulæ socii erant, suffragium ita ferebant, vt ex opportunitate magis temporum ius illud vsurpare, quam certa confessaque possessione niti viderentur. Multum tamen in illis virium erat, quia non tantummodo sanguine commerciisque permixti, multosque Romanos ciues suis in vrbibus habentes

CAP. VII. *Diabolorum fraudem innitat inepta credulitas.*

CAP. VIII. *Angeli boni futura non nisi mandato Dei denunciant hominibus.*

CAP. IX. *Drusi largitiones.*

bentes, haud leuiter gratia & auctoritate pollebant; sed etiam suffragiorum potestatem anxie retinebant; sæpe sub Comitiorum tempora frequentes in Vrbe, neque vnquam acerbius offensi, quam si

CAP. X.

quod raro factum, ex Vrbe exire à Consulibus iuberentur. Igitur nemine vno ad tantas inimicitias suscipiendas facili, Senatu quoque tum verecundia cognationis, tum metu alienandi socios, cunctante; haudquaquam parui ad omnia momenti fauor Italicorum populorum in comitiis erat.

Plebem deuincire studet Drusus.

Prior tamen atque potior cura Druso fuit, vt plebe Romana tribubusque propitiis vteretur: id vbi consequutus esset, cetera sibi procliui futura rebatur. Igitur quodam tempore, quum incredibilis hominum vis ad Rostra concurrisset, talem orationem habuit. *Sæpe ego adolescentulus, atque etiam pueri patris mei M. Drusi sermonibus interfui, quum de Republica, cum familiaribus suis, principibus ciuitatis nostræ, disputaret. Quin & digressus illis multa sciscitantem diligenter edocebat. quod me iisdem artibus consiliisque Rempublicam aliquando capessere volebat, quibus ille*

CAP. XI.

eam periculosissimis temporibus pulcherrime felicissimeque gessisset. Sed summa omnium eo ferme pertinebat, vt medicinam rebus ægris adferre studenti, ante omnia duo tenenda diceret, quæ qui neglexissent, exulcerasse magis vulnera, quam sanasse contendebat: alterum vt ad totam Rempublicam curandam omnis conatus conferretur; alterum vt vnde maius esset periculum, inde inciperet medicina.

Tota simul Respublica curanda.

Sicut enim in corpore, etiamsi forte membrum aliquod ita foueri alique posset, vt inusitatam in molem atque firmitudinem eualesceret; tamen illud tamquam certa pestis, illius etiam tam diligenter curatæ partis, vehementer esset vitandum: ita qui in ciuitatibus paucorum potentiam nimis extendere: aut contra plebis opes supra modum augere instituerunt; eas plerumque conciliarunt turbas, ex quibus & ipsi, & quos confirmatos cupiebant, in peiorem conditionem, quam antea habuissent, inciderunt.

CAP. XII.

Drusi patris consilia.

Igitur pater meus, illo suspiciosissimo tempore Gracchanorum tumultuum, non tamquam inter bello dissidentes legendas sibi partes arbitratus est; sed tamquam eiusdem vrbis ciues communis vtilitatis vinculo continendos. haud dubie qui turbi factionibus, vbi se quisque videret adsequutum, quid salua Republica concupiscere ac sperare potuisset. Felix id consilium fuit: nec alio tum remedio Gracchanæ seditiones cohibitæ, Patres facti populares, placatus Senatui populus: quam quod ita Tribunatum gessit Drusus, vt sibi nihil præter laborem & pericula sumens, auctore Curia in plebem liberalis, concordiam ordinum, superiorum temporum iniuriis odiisque labefactatam, noua beneficiorum amorisque dulcedine refoueret.

CAP. XIII.

Ea sequuturum præfert filius.

Quod igitur patris sermonibus exemploque consilium vtilissimum sanandæ Reipublicæ esse didici, id hoc maxime tempore sequi certum est, Quirites. Quo in proposito primum orandi mihi sunt dii immortales, vt huic populo bonam mentem ducant; deinde

deinde homines, quotquot aut iure ciuitatis huius vtuntur, aut inter socios Latini nominis locum habeat, & vnusquisque contentus his bonis, quæ opulentissima omnium Respublica tribuere singulis, saluo statu suo potest, vlteriora non appetat: alteri non inuideat: Senatui constare auctoritatem suam, populo libertatem velit. Ea res bene obseruata efficiet, vt qui populorum omnium potentissimi sumus Romani, iidem & sapientissimi atque felicissimi habeamur. Sed quia simul omnia nec attentari debent, nec obtineri possunt, quod bene vertat, in animo est, ad eam prius ciuitatis partem respicere, quæ maxima necessitate premitur. Nam cetera tametsi prætermitti non oporteat, differri tamen minori incommodo possunt: at magnam plebis Romanæ partem, in his florentis imperii opibus, non habere vnde familiam alat, id profecto tolerare diutius pudendum ad famam, re sæuum atque inhumanum, concordiæ quietique periculosum atque inimicum foret. Igitur Agrarias Frumentariasque leges promulgabo, non vt nouum aliquod beneficium populus Romanus accipiat, sed ne careat eo, quod olim ei multorum rogationibus datum est. Quibus artibus per omnes hos annos fructus earum legum ereptus vobis sit, Quirites, queri nihil attinet, nec enim, vt quemquam ob præteritas iniurias oderitis, sed vt recepto iure vestro quietem & habeatis & præstetis, auctor sum. Neque vero locupletibus displicere res debet. misereantur potius ciuium suorum, quos post repetitas toties leges, post diuisiones agrorum, in eadem egestate nunc quoque agere vident: validiore ad eripiendum fraude, quam ad restituendum ius & leges esse potuerunt. Equidem viros virtute & opibus præstantes noui, qui hac iniuria pauperum in tantum commouentur, vt quod ipsi de agro publico tenent, lubenti animo sint reddituri: modo idem à ceteris fiat, neque pauci & optimi, nullo populi emolumento, possessionibus suis careant, & vltro à sui dissimilibus irrideantur. De his non dubito, quin adiutores propugnatoresque legum nostrarum habituri simus, modo tales nos præbeamus, vt animo nostro constantiæque possint confidere. Plerosque etiam reliquorum aut reputatio suarum opum permouebit, quum etiam restitutis quæ contra leges possident, facturi sint prædiuites: aut quietis amore semel auferri tot certaminum materiam patientur: aut honorum impellet bonis artibus parandorum auiditas, vt beneficia populi cupiant promereri. Qui relinquentur deterrimi omnium, non ita multi erunt; & consensui ciuitatis non resistent. Hæc ita non inepte licet argumentari de singulis. Senatum vero, cui & maxima communis salutis cura est, & præcipua Reipublicæ scientia, quis credat huic aduersaturum consilio, quod variis temporibus probauit ipse, cuiusque patri meo auctor exstitit? Certe quantum ego possum recordari, quanto quisque Patrum illustriore fortuna famaque egit, tanto sæpius atque diligentius de concordia ordinum, cura pauperum, libertate omnium disserentem audiui. Neque præter paucos, qui nihil non ad

CAP. XIV.

Agrarias Frumentariasque leges promittit.

CAP. XV.

Ostenditur locupletes repugnare non debeans.

CAP. XVI.

CAP. XVII.

fiorum auaritiam referam, quorum est, qui propter [illegible] lucrum [illegible] cum [illegible], quam [illegible], [illegible] in falsa [illegible] degere mauit. [illegible] [illegible] de agrorum [illegible], quod [illegible] atque [illegible] est, nihil [illegible] [illegible] [illegible] causa [illegible] opponi poterit? Frumentariam [illegible] [illegible] liberalitate sit ærarium exhaustum. [illegible] quid [illegible] quid [illegible]? [illegible] ærarium habemus, ut semper [illegible] [illegible] [illegible] opes, tamquam inexplebilis Oceanus, aut [illegible] [illegible] quod absorbeat? An poterit aliquis esse usus [illegible] [illegible], quam si [illegible] sustententur ii, per quorum vulnera [illegible] [illegible] [illegible] atque congesta sunt? Ex manubiis triumphorum aut prou[illegible] [illegible] illæ creuerunt: sed hæc sine ciuium Romanorum legionibus neque [illegible] [illegible] potuerunt, neque parata conseruantur. Sed neque verendum est, ne [illegible] par oneri futura sit Respublica, modo simus in aliis decernendis sumptibus [illegible] rationes. Neminem nominabo. sed ideo cuiquam obscurum esse poterit, [illegible] te summa quibus hominibus, & quos in usus decreta præstitaque sint? [illegible] paucos homines, & futuri [illegible] esse oportuit, quum de ornandis [illegible] prouinciis, magis in singulorum gratiam, quam usum Respublicæ commodum ageretur: nunc ubi necessaria tot millibus ciuium alimenta petuntur, profusio in laude, parcimonia prope crimen est. Nec tamen ego temere omnia erogan da censeam: sed neque opus est. & Agraria lex seruata, tolerabilem efficiet Fru mentariam. adeo decepti deceptiue fuerunt, qui duplici largitione pessun dari perdique Rempublicam clamitabant. Contra est, & alterutra lex per se esset longe, quam simul utraque grauior. Si enim agros non damus, huic innu merabili turbæ quæ annona sufficiet? Si damus agros, neque dari omnibus pote runt, & quæ relinquentur multa millia, quo alio beneficio consolabimur, aut à fame defendemus? Nihil ergo melius, quam in agros deduci quotquot pote runt. Sic & illi quo se tueantur habebunt; & in Vrbe manentibus citra mu tum publica paupertatis alimenta præstabuntur. Huiusmodi crebris ora tionibus quum satis profectum arbitraretur, Agrarias Frumentariasque leges, quales antea Gracchus in Tribunatu tulerat, ferre instituit. Mi[illegible] vis hominum ad diem promulgandarum occurrisse dicitur, plebe socii[illegible] que incredibili studio certantibus. Idcirco contra voluntatem opti matium per vim latæ leges: Coloniæque per Italiam & Siciliam, qu[illegible] olim ferente Apuleio iussum, deinde intermissum fuerat, deductæ. Post[illegible] Drusus, ne sumptibus succumberet ærarium, in cudendis numm[illegible] ar gento partem æris octauam miscendi auctor fuit. Quum hæc non [illegible] magno certamine constitissent, acriore conatu pugnaque ad leg[illegible] Iudiciariam perferendam fuit opus. qua in re quum dedisse operam [illegible] deretur; ut & Senatui gratum faceret, nec irritaret Equitum odia, [illegible]

[illegible]

Margin notes:

[illegible]

CAP. XVIII.

[illegible]

CAP. XIX.

Vtramq; legem simul, quam al teutram, [illegible] tolerabiliorem esse docet.

CAP. XX.

Leges Agra ria Frumenta riaque perfe runtur.

vtrique ordini partem æquam iudiciorum tribuisset, ea ipsa re offensionem omnium incurrit. Senatus crebris seditionibus imminutus, ad numerum trecentorum decreuerat. Tulit ergo Drusus, *vt his totidem numero Equites Romani, delectu insigniorum habito, adderentur. ex his sexcentis decuriæ iudicum fierent: si quis pecuniam iudicandi caussa accepisse diceretur, de ea re quæstio esset.* At vero crimen ita peruulgatum persequi, vt a consuetudine videndi pro crimine haberi desisset, acerbum plerisque videbatur. adeoque C. Flauius Pusio, Cn. Titinius, C. Mæcenas principes Equestris ordinis, Curiam his legibus ingredi aperte recusarunt. Et accedebant aliæ suspiciones, hoc agi vt penes solum Senatum, exclusis posthac Equitibus, iudicia forent. etiam difficilem electionem faciebat, præteritis ignominiam, delectis inuidiam allatura æmulatio. Neque Patres patienter ferebant, tanto simul numero cooptari in amplissimum ordinem Equites. *quem deinde consensum sperari posse, antiquo Senatu, quæ communicata cum nouis hominibus essent, pro amissis aut maculatis habituro: eius non quieturis, donec omni antiquato discrimine, par dignitas vtrisque constitisset?* Hoc habitu animorum, discordes inter se ordines, in vno consentiebant, vt ex æquo Drusum odissent: quidquid ingratum aut molestum cuiquam accidebat, illi auctori imputantes, quum grata & volentia taciti amplecterentur. Præ ceteris graues aduersarios duos habuit Q. Seruilium Cæpionem, & L. Marcium Philippum tunc Consulem. Pro Equitibus Cæpio, pro Senatu Consul, infensis in Tribunum animis ibant. Simultas cum Cæpione priuatis orta caussis violentior erat: quemadmodum nulla solent infestiora esse odia, quam quæ ex magna familiaritate ceperunt. At horum tam intima aliquando amicitia fuerat, vt inter se matrimonia permutarent. quæ res ab honestate, quam moribus Romanis remotior, magis soluendæ iuuenum, quam adstringendæ concordiæ fuit. Itaque mox parum digna accedente caussa dissiluit, quum annulum forte in auctione vænalem, insanis studiis simul licitarentur. Par vtrique dignitas, pares animi, potentiæ gloriæque idem studium: & quanto genere diuitiisque & liberalitate Drusus antecedebat; tanto plus audaciæ confidentiæque Cæpioni, & in praua facinora calliditatis erat. Sed prior Cæpio impetu in Senatum facto, M. Scaurum repetundarum, L. Philippum ambitus reos fecit. Absolutus tamen vterque est. Scaurus eo insignius, quod quum *in Asiatica legatione à Mithridate aliisque pecunias contra leges cepisse* argueretur, vicissim & ipse postulauit Cæpionem, acceptaque breuiore die inquisitionis, effecit, vt ille prior diceret caussam. Paulo ante Iudiciariam Drusi legem ea actitata, maturitatem legi attulerunt. Quum enim lege Seruilia obtinente, in multos cla-

Margin notes: CAP. XXI. — *[illegible]* — CAP. XXII. *Et Patres [illegible]* — CAP. XXIII. *Q. [illegible] aduersarius Drusi.* — CAP. XXIV. *M. Scaurum, L. Philippum reos facit.*

rissimos atque innocentissimos viros Equitum petulantia desæuisset, ea de re pro libertate ingenii sui ætatisque grauissime questus Scaurus, & Tribunum plebis M. Drusum ad commutanda iudicia aperte collaudatus est. Idque mox à Druso, vt Velleius Paterculus iudicat, meliore ingenio

CAP. XXV. [illegible]

animoque, quam fortuna factitatum. quem ego Velleium hoc loco non fidei caussa nomino, sed ideo, ne temere credatur homini spurcissima adulatione tradere paratissimo, quidquid Tiberio Cæsari matrique eius Liuiæ, genus ad hunc Drusum referentibus, gratum fore credidissent. At ego Drusum M. Liuii Consularis atque Triumphalis viri filium multa laudanda, non sine mixtura magnorum vitiorum habuisse comperio. Iuueni eximium populi fauorem, paresque diuitias reliquerat pater: quibus rebus ille facundiam, & in promittendo fidem quum adiecisset, & pro cetera claritudine animum quoque haberet; nemo iis temporibus fuit, cuius patrocinio amplissimi ordinis dignitas rectius concredi posse videretur.

CAP. XXVI. [illegible]

Superbum tamen, dominandi cupidum, præfractique contumacem fuisse, satis euincunt, quæ minime ambigua suspectaque sequuntur. Quippe tædio præsentium & ingratis hominum iudiciis exagitatus, Senatum, quem antea vnice defenderat, despicere, eique acerbior esse cepit. tanta quidem impotentia, vt aliquando L. Philippum Consulem, quod agentem se cum populo interfari ausus esset, ne viatore quidem, sed aliquo ex clientibus misso, in carcerem rapuerit. tam violenter obtorta gula, vt multus è naribus eius sanguis efflueret. Nec hoc acerbissimum fuit; sed quod Tribunus inter hanc conculcatæ maiestatis Consularis indignitatem cauillis laudabat, *non cruorem illud, sed muriam de turdis esse* dictitando: quod Consul Philippus luxui mensarum paulo intemperantius indulgebat.

CAP. XXVII. [illegible]

Neque reuerentior in Senatum fuit, à quo vocatus in Curiam, *quare non ipse potius in Hostiliam*, inquit, *propinquam Rostris?* & paruit Tribuno Senatus; quum Senatus imperium pro nihilo Tribunus habuisset. Ne iam illud inciuilis animi maculæ in eo notabile signum esset, quod obsistenti Q. Cæpioni præcipitium de rupe Tarpeia interminatus est. At socii, quibus adipiscendæ ciuitatis cupidine, mora omnis nimia videbatur, rogationibus quas voluerat Drusus, ipsorum maximo studio perlatis, mercedem nauatæ operæ impatientissime flagitabant. Idcirco Drusus hinc prementibus Italis, inde tota resistente ciuitate, postquam nihil aliud fatigando, præter omnium odia quæsitum videt, anxius & incertus consilii, ad differendum, cui præstando impar erat, cogitationem curamq; omnem conuertere cepit.

CAP. XXVIII. [illegible]

Quo tempore etiam caprinum hausisse sanguinem creditur, vt simul inuidiam Q. Cæpioni crearet, tamquam veneno appetitus. Cecidisse quidem

dem repente in publico aiunt, idque, quum per Italiam percrebuisset, vota pro eo passim publice suscepta. Quidam comitialem morbum fuisse prodiderunt: qui olim apud Anticyram hellebori vsu depulsus, curis vigiliisque confectum repetiuerit. Eo magis properandum socii, dum adhuc Drusum haberent, omnemque deinceps hoc exstincto spem suam in irritum casuram arbitrati, quemadmodum M. Fuluio, C. Graccho trucidatis cecidisset: consilio inter se inito vim parare, dolos nectere, quidlibet quod perficiundo negotio conducere videretur, moliri atque tentare ceperunt. Feriæ Latinæ indictæ à Consulibus erant, quæ antiquissimo more in Albano monte, totius ferme Italiæ concursu celebrabantur. ibi scelestum consilium socii ceperunt, vt sacrificantes Consules Romanos, inter ipsa sacra & aras in modum hostiarum cæderent. sed id nefas proditione discussum; & ab ipso Druso admoniti Consules non præbuerunt se insidiantibus. Ceterum hæc tam tristia & formidolosa tamen alicuius boni caussa populo Romano fuerunt, dilatis ciuilibus armis, & ad tempus obruta simultate, quæ inter Marium & Sullam in apertam seditionem erumpebat: veterem virorum æmulationem inflammante Bocchi Regis recente dono; qui amicitiæ suæ cum populo Romano monumentú, Victoriam auream, & iuxta effigiem Sullæ suamque, tradentis illi Iugurtham miserat. Quæ signa quum in Capitolio posita detrahere Marius, acriter repugnante Sulla, cuperet: amicorum interuentu, & temporibus Reipublicæ sopita interim rixa est. Atque id nisi factum esset, Respublica stare non potuisset. Quippe socii, quum patefactis insidiis suis, nihil aliud exspectare possent, quam vt in auctores quæreretur; quum semel ruere cepissent, alia quotidie & atrociora machinari non desinebant. Eo tempore magnum ab Vrbe periculum Cn. Domitius auertit. Is nescio qua de caussa itinere suscepto, forte in Pompædium Silonem incidit Marsorum principem, cum magno hominum agmine eadem via venientem. Quum familiariter inter se salutassent, *ecquonam tanta stipatus caterua tenderet?* Domitius interrogat. *vbi Romam ire, vocatum à Tribunis plebis, ciuitatis accipiundæ gratia* responsum est; *imo vero,* ait, *non aliud tam inimicum spei vestræ consilium capere potuisses. Senatus nihil tam indignum sua maiestate credet, quam cogi: & quod rogantibus concessurus fuit donum, minantibus pernegabit. Quapropter etiam atque etiam videte, quid incipiatis. violentum consilium turpia initia, ancipites euentus habet: & si, quod equidem haud minus vestra quam nostra caussa abominor, quam felicissime successerit, quæ pax aut securitas esse poterit inter infensos inuisosque degentibus? omnia vobis aspera aduersaque prædico, vim & metum ostentantibus: per modestiam & iustas preces, non honestior modo. sed etiam tutior.*

CAP. XXIX. *Marii & Sullæ simultas ad tempus obruta Reipub. periculo.*

CAP. XXX. *Cn. Domitius Socios Vrbem petentes auertit.*

CAP. XXXI. *tior, ad ciuitatem via est.* Hac oratione persuasus Pompædius ab [illegible] suos, Vrbem que non translatitio discrimine liberauit. Pugionibus [illegible] sub veste accincti venerant, neque genere hominum neque numer[illegible] nendi. Decem millia, delecti ex omni multitudine quæstiones [illegible] tum, Curia [illegible] ciuitatem petere deliberatum habebant [illegible] [illegible]rum esset, ferro atque igne grassati. Sed neque Consulibus [illegible] [illegible]

[illegible] Senatus [illegible] [illegible].

[illegible]zentu conueniebat, ita permixta omnia simultatibus turbisque [illegible] bant: Ludis seu Romanis, quos M. Claudius Marcellus Ædilis C[illegible] edebat, L. Philippus in maxima ciuium concione *videndum sibi aliud [illegible] consilium* dixit, *cum Senatu se Rempublicam gerere non posse.* Comm[illegible] hæc vehementer animis. A.D. Idus Septembres Senatus frequens [illegible] Drusi in Curiam venit. Aderat & L. Crassus, isque ante omnes, qu[illegible] pro copia sua vique dicendi, Senatus contumeliam efficacissime defle[illegible], irritauit Consulem, acris & arrogantis ingenii virum, vt manum in il-

CAP. XXXII *Crassi Oratoris extrema.*

lum inici iuberet. Contra Crassus negando *sibi Consulem videri, cui Senator ipse non videretur*, lictorem repellebat. Post longam vehementemque contentionem, Senatus auctoritas in sententiam Crassi facta, *numquam Senatus neque consilium Reipublicæ, neque fidem defuisse.* Crassus deinde, post quam scribendo adfuisset, cum febri domum rediit, dieque septimo lateris dolore consumptus est: hoc tamen ei commodum adferente maturo obitu, ne flagrantem bello Italiam, & quæ deinde mala cumulate ingruerunt, videret. Iam enim & Drusi susceptus pro Senatu Tribunatus infringi: & ipse in mala apud eum ordinem gratia esse [illegible]perat: caussamque turbarum omnium optimates in illum conferebant: *vnius adolescentis temeritate conuulsa ciuitatis iura, maiestatem Senatus [illegible]nutam, Reipublicæ vectigalia sublata esse: nunc etiam erectos spe ciuitatis [illegible] tinendæ socios insanire cœpisse. neque finem [illegible] fore, [illegible] o-*

CAPVT XXXIII. *Drusus insidiis petitur.*

mnium dux & auctor tolleretur. Fit aduersus vitam Drusi [illegible] Q. Cæpio pertinacissimus eius æmulus & in portum [illegible] Q. Var[illegible] Tribunus plebis, in consilii communionem adscit[illegible] Consules excita sociorum multitudine ab Hetruscis maxime & Vmbr[illegible] perniciem iuueni struebant. Hos enim Agraria lege [illegible] [illegible] nouis Coloniis destinabat populi Romani publicum agrum [illegible] magnam partem ad id temporis socii, vt cuique opportunum fuerat, [illegible] palamue possidebant. etiam bene consciis hic metus accidebat, ne [illegible] fusis olim agrorum finibus, contenti suo Romani non essent, sed [illegible] vicinorum iura sollicitarent. Drusus intellecto suum in caput [illegible] paratas insidias esse, domi in subobscura quadam porticu agere [illegible]

habe[illegible]

habere conciones, raro in publicum egressu, ne se periculis offerret. Eo vehementius accusatus in Senatu, quo aliquando retunderet criminantes in forum profectus est: eaque ipsi postrema cum populo actio fuit. CAPVT XXXIV. Habebat ille in more, quod & C. Gracchi institutum fuerat, vt segregaret turbam, & paucos interioris admissionis haberet. sed ne sic quidem euitare periculum potuit. Quippe ab immenso illo & incognito agmine, quo semper stipatus incedebat, deductus, quum in atrio domus suæ & porticu quam diximus, multitudinem dimitteret, *ictum sese* exclamans, corruit, & inter paucas horas decessit. *Domi suæ occiditur. Priusquam exspiraret, ad circumstantes mœrentesque dixisse fertur, *Ecquando propinqui amicique similem mei ciuem habitura est Respublica?* Percussus autem est circum inguina, crepidario cultro, quem in vulnere percussor reliquit. minister necis in turba latuit: inuidia penes Cæpionem & Philippum, & Varium fuit: frustra disseminata à quibusdam rumore, *quasi rerum temere motarum conscientia & angore, se periculis instantibus, voluntaria morte disperabundus exemisset.* Tali fine vir tot naturæ fortunæque dotibus cumulatus, alienas pariter spes, & suas terminauit. CAPVT XXXV. De cuius vitiis quando pro muneris nostri fide tacendum non putauimus: illam quoque vocem quæ ex multis eius præclaris pulcherrima ad nos peruenit, lubenter referemus. In Palatio domum ædificabat, quo loco M. Cicero habitauit. *eam* promittenti architecto *sic ædificaturum, vt libera ab omni victorum despectu, instituta domini solo secreto tegeret: Tu vero,* inquit, *si quid in te artis est, sic potius struito, vt quidquid agam, omnes videant.* Vox eius pulcherrima. M. Liuii Drusi interitu quum oppressum iri bellum Italicum Senatus sperauisset, res in contrarium vertit: statimque his auditis socii in arma iuerunt. quod quum ita futurum esse plerisque appareret, tamen velut ex abundanti prodigia fœda præcesserunt. CAPVT XXXVI Prodigia ante bellum. Namque domesticorum animalium omnia genera, repente efferata, stabulis pascuisque relictis, ad siluas & montes fugerunt. Canes cum vlulatu per agros more luporum oberrarunt. Quum ex agris in Vrbem pecora armentaque Latini agerent, animalibus tanta rabie concitatis, strages hominum facta: lacerati animalia visa sunt. Cœlum discessit, ex occulto voces auditæ, quæ pericula belli nunciarent. quodque tristissimum haruspicibus visum Lanuui clypei sunt à muribus arrosi. Quod sequitur, magis Senatus Romani fatua & crudeli superstitione, quam rei miraculo prodigiosum fuit. In agro Romano androgynus viro nupserat, id à marito ad Senatum, ab Senatu ad Augures delatum quum fuisset, ex auctoritate Tuscorum haruspicum viuus est crematus. Et ne Græca ingenia plus viditse putemus, sub eadem ferme tempora Athenis alius simili supplicio consumptus est. Tanta eo sæculo CAPVT XXXVII.

igno-

ignorantia veri, apud sapientissimos, vt rebantur populos, tantaque [illegible] manarum animorum vilitas fuit. Ceterum sublato quemadmodum [illegible] ximus Druso, inimici morte huius minime satiati, plenam victoriam [illegible] cupiuerunt. Imprimum L. Philippo Consule referente, qu[illegible] legum tulerat, vno Senatusconsulto tollitur. *contra auspicia lat[illegible]* *bus teneri populum*, dictitabant. Ex diuerso Equites Romani, quibus [illegible] à Druso patefacta Curia fuerat, iterum occludebatur, Q. Varium, quem propter obscurum ius ciuitatis cognominabant Hybridam, vastum [illegible] minem atque fœdum, sed non spernenda dicendi facultate magnam [illegible] go gratiam adeptum, rogationem ferre impulerunt, *vt quæreretur de [illegible] quorum dolo malo socii ad arma ire coacti essent.* Eo crimine ciuitatis princi-pes rei destinabantur, *à quibus, pro nauata contra populares partes opera, pro-missa sociis ciuitas* dicebatur. Idcirco Equites, si hos, vti facile erat iudi-ciorum potestate præditis, damnatos expulissent; maiore deinceps licen-tia quidquid collibuisset acturi videbantur. Intercedebat pars Tribu-norum: sed his Equites strictis sicis circumstantes iniecerunt metum, perlataque lex est, magna & præsenti Reipublicæ clade. neque enim po-strema hæc caussa fuit, cur tumescens olim Sociale bellum, velut [illegible] ctis claustris vehementius erumperet, eoque nondum consopito Ciuile insuper oriretur. Sed Equites vti voluerant perrogato, contati non fu[illegible] quin splendidissimo cuique subornatis accusatoribus, periculum facef-serent. Inter quos L. Calpurnius Bestia vir Consularis, ne se potestati inimicorum crederet, in exsilium, quam in iudicium ire maluit. M. Au-relius Cotta per inuidiam Tribunatu quem petebat, depulsus, deinde L. Varia postulatus, caussa facunde dicta, vt erat insignis orator, in Equi-tum impotentiam, & exercita iudiciorum specie latrocinia libere inue-ctus. *Quid igitur superest*, inquit, *horum libidine atque crudelitate intactum? aut quid vltra desiderant importunæ belluæ, qui neque luctu innocentum ciui-um, neque periculis optimorum, neque vlla calamitate Reipublicæ possunt exsa-tiari? Quamquam enim pro caussa mihi satis dictum est, tamen ab his iudi[illegible] nec exspecto æqua suffragia, nec desidero. Damnari enim à talibus quam ab-solui honestius puto. & si facultates & patriæ conspectus adimitur, quocumque locorum peruenero, quietus & fortunam conscientia leuans, iactationem [illegible] & cruciatus audiam, qui prauis mentibus, hoc est, truculentissimis tortoribus [illegible] licti, quo diutius in hac Vrbe viuent, plures scelerum suorum persoluent [illegible] diis hominibusque exosi, neque his quos reliquerunt in ciuitate, quam [illegible] pulerunt, chariores. Scilicet ea nunc tempora sunt, vt qui saluam [illegible] cam velint, cum his viris spoliari cupiant, quales illi multos eiecerunt, [illegible] plures paulo post eiectum videntur. Tuam quidem, ô infelix patria, [illegible]*

[illegible] leges ab-[illegible]ntur.

CAPVT XXXIIX. Equitum in iu-dicii iniquitas & petulantia.

CAPVT XXXIX. In quam M. Cotta inuchitur.

CAP. XL.

dolere non desinam: erit tamen nonnulla consolatio, quod quas impendere tibi clades certum est, audiam potius quam videbo. Me quidem si respicio, in qualibet solitudine, inter serpentes & bestias, quam apud hos Romæ tutius feliciusque viuam. bonorum miseret, qui pauci inter multos, & ab his, & propter hos intoleranda quæuis patientur! Hæc atque talia quum ingenti concitatione animi & verborum effudisset, non exspectatis suffragiis Vrbe cessit. Comitata eum Rutilia mater est, fratris Publii experimento nihil in exsilio mali esse docta. L. Mummium Achaicum, clarissimis gestis, extrema ætate hominem, ne aliorum exemplo damnationem voluntario secessu anteuerteret, Equitum infida promissa turpi arte deceperunt. fauorem enim & læta suffragia prolixe polliciti, vbi ad ferendam sententiam ventum est, fugam ei frequentes iusserunt. Sic in Delum insulam profectus ille, quod supererat ætatis, ab ingrata patria pulsus, ab iis quos patriæ subiecerat receptus, exegit. Hæc ita ferme sunt ab Appiano tradita. Sed vt in rebus Romanis auctores Græci haud raro hallucinantur, non L. Mummium, sed L. Memmium accusatum lege Varia putem: quæ duarum familiarum nomina sæpius permiscentur. Nam L. Memmium caussam eo crimine dixisse Cicero narrat: Mummium nemo auctor est, tam diu produxisse vitam, vt quarto & quinquagesimo post suum Consulatum anno potuerit accusari. Inter hos illustrium hominum casus, M. Æmilii Scauri, aduersus intentatum periculum victrix grauitas & peruicacia exstitit. Q. Cæpio vetus inimicus Scauri, & ipse in illum L. Varia dixerat, & cum Q. Vario Tribuno plebis egerat, vt adesse eum iuberet: hanc opprimendi senis maxime idoneam occasionem reperisse sperans. Annus illi alter atque septuagesimus ætatis agebatur, & præter annos etiam aduersa valetudine corpus adflictum gerebat. *Sic adfectum* negabant amici, *populari inuidiæ licentiæque obiici oportere.* Sed ille pristinum animi vigorem retinens, nobilissimis iuuenibus innixus descendit in forum, acceptoque respondendi loco, pauca verba in hanc sententiam proloquutus est. *Q. Varius Sucronensis M. Scaurum principem Senatus socios in arma ait conuocasse. M. Scaurus princeps Senatus negat. testis nemo est. vtri vos Quirites conuenit credere?* Hac voce ita commutatos hominum animos tradunt, vt ipse etiam Tribunus, pertinaci populi acclamatione victus, *morari se eum negaret.* Non tempero mihi quin statim adscribam, licet posteriorem tempore Varii exitum, quem scelerum & turbatæ Reipublicæ iusta oppressit vltio, hac etiam inique circumuentis donata consolatione, vt innocentissimæ rogationis auctor sua ipse lege damnaretur. Ne hoc quidem ei concessit fortuna, vt saltem in exsilio prorogaret vitam, communem cum tot innocentibus sortem habiturus: sed à sociis, vt opinari licet, ex-

Deinde victor Vrbe cedit.

CAP. XLI.

L. Mummius ab Equitibus deceptus, in exsilium mittitur.

CAP. XLII.

Scauri breuis & neruosa defensio.

CAP. XLIII.

Q. Varii exitium. ceptus, summo cruciatu suppliciòque pœnas eiectis interfectisue clarissimis viris dedit, etiam Metellum veneno sustulisse creditus. sed ad ordinem rerum, Lucium que Philippum, & Sex. Iulium Cæsarem Consules reuertor. cuius anni fine, quum iam nulla nisi Varia lege iudicia redderentur, & populus moleste ferret, tot vno tempore viros illustres ciuitate pelli: & Socii spe omni desperata, ius æquum voluntate Romanorum obtineri posse, ad consilium belli communiter inferendi totis animis moti sunt. Nullum enim præterquam in armis remedium superesse cernebant, amissis in Vrbe patronis, & vnico iam crimine, si quis fauisse sociis videretur. neque aliis caussis aut M. Drusum luce, aut ceteros patria carere.

CAP. XLIV. *Sociorum inter se fœdus & Respub. noua.* Principum inde occultis coitionibus, postea hoc tum impulsu publice missitandis legatos fœdus inter multos populos ictum. Id quantum poterat dissimulanter agebatur, eo tardius animaduertere Romani, quorum animos continua domi iudicia, quæ perraro sine seditione transigebantur, occupabant. Ergo velut per otium Italicæ gentes nouam Reipublicæ formam commentari atq; adeo constituere potuerunt; ad exemplum Romanæ ciuitatis comparatis legibus. Caput rerum, consiliique publici & omnis necessarii apparatus arcem, Corfinium interim esse voluerunt, Pelignorum maximam vrbem. sed velut communem omnium patriam, pro Corfinio *Italicam* appellantes, curia foroque ceterisque publicis ædificiis proposito suo conuenienti magnificentia exornarunt.

CAP. XLV. *Eius Reipub. ordinatio.* Huc deinde omnia belli præsidia concorditer congesta, obsides ex omnibus populis missi: magna vis pecuniæ, magna commeatuum. Summa omnium penes quingentos viros erat; tota Italia, pro cuiusque ciuitatis opibus delectos. hic *Senatus* vocabatur. Ex hoc numero binos quotannis Consules, duodenos Prætores creari oportebat. *Quamdiu bellum esset, alteri Consulum cum sex Prætoribus à Cercolis vsque ad mare Adriaticum prouinciam esse, totidem pari honore magistratibus ceteram Italiam,* placuerat. Inter hæc Romani, velut ex profundo stupore receptis sensibus, quaqua versum certos homines ad consilia Sociorum speculanda dimittunt. quibus haud magna calliditate opus ad hoc negotium fuit, quum iam ita vires suæ placerent Sociis, & consilia matura viderentur, vt peruulgatis vbique sermonibus *ciuitatem Romanam, suo maiorumq; sanguine seruatam auctamq; sibi deberi* palam loquerentur. *eamque hoc tempore parare certum omnibus ac deliberatum* dicerent, *id vnum interesse, vtrum volentibus qui tum essent Romanis, an vero inuitis impetraretur.*

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM

LIVIANORVM

LIBER SEPTIMVS ET TRICESIMVS.

In locum lib. LXXII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitome Lib. LXXII. Liuiani.

ITalici populi defecerunt, Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani: initioi belli à Picentibus orto. Q. Seruilius Proconsul in oppido Asculo cum omnibus ciuibus Romanis, qui in oppido erant, occisus est. saga populus sumpsit. Seruius Galba à Lucanis comprahensus, vnius feminæ opera, ad quam deuertebatur, captiuitate exemptus est. Æsernia & Alba, coloniæ ab Italicis obsessæ sunt. Auxilia deinde Latini nominis, externarumque gentium, missa populo Romano, & expeditiones inuicem vrbiumque expugnationes, referuntur.

BEllum Italicum, quamquam *Sociale* vocari consueuerit, si verum spectemus, simillimum ciuili fuit: quum sanguine, locis, belli denique ac pacis pleraque communione mixtæ vnitæque populo Romano nationes, repente hostilia induerent asperioribus odiis, vt solet in dissensione coniunctissimorum, quam si cum quantumuis barbara gente susceptum certamen foret. Igitur intra paucos deinceps annos plusquam trecenta millia iuuentutis Italicæ bello absumpta traduntur. Multi enim validique populi defecerant, postquam initio à Picentibus orto, ciuium Romanorum Asculi effusus sanguis est. Ex iis quos ad explorandum quæ à Sociis fierent Roma missos fuisse diximus, quidam adolescentem Asculanum duci Corfinium viderat, vt ibi, sicut communiter conuenerat, pro sua ciuitate obses foret. Id quum Q. Seruilio qui in ea parte Italiæ Proconsule agebat, nunciatum esset, propere accurrit Asculum, vt incipienti adhuc malo occurreret. Ceterum nec opprimere morbum potuit, & sua cum pernicie supra modum exulcerauit. Ludi tum forte agebantur; res vna omnium maximos cogere cœtus solita. Erant ea omnino tempora, iique hominum animi, vt lenissima quæque remedia vix laturi viderentur; quum Seruilius, quasi mancipia conuiciis minisque ferociter increpat: *Proh Iupiter!* inquit, *diique ceteri, qui Romanum Capito-*

Belli Socialis moles & calamitas.

CAP. II.

Q. Seruilius Asculū venit.

lium ideo nimirum incolitis, quod ibi caput rerum terrarumque omnium, sedemque sicut numinum vestrorum, sic imperii esse voluistis; quod tantum admisimus nefas, vt hæc audire, hæc videre tam fœda ac pudenda cogeretis? Eone devenire indignitatis oportuit, vt Itali nos contemnerent, & quos potentissimi reges formidant, clientibus vestris contemptui essemus? Iam igitur, si diis placet, regimen rerum Asculanus capesset, & pro Romanis patribus fata gentium regumque Picentes temperabunt. Id vero facinus dii prohibessint, aut si tam nefanda permittere decreuerunt, prius quidquid vsquam est Romani nominis, intemeratum adhuc impollutumque pereat. Mihi quidem satius fuerit, vel mille mortes perferre, quam hanc tantam subire ignominiam, vt meo suffragio imperium Romanum ad dedititios nostros transeat. Vestrum autem furorem mirari satis nequeo, Asculani, quos non populi Romani maiestas vltra, non vestrarum virium reputatio, ne prioris quidem æui memoria deterret, ne tam perniciosa inciperetis.

CAP. III.

Grauiter corripit Asculanos.

CAP. IV.

Cum omnibus Italiæ populis maiores nostri bellauerunt: nec par omnibus aut virtus, aut resistendi spatium fuit. nemo tamen omnium æque facile, atque Picentes subacti sunt. Vno prælio victi, continuo sese P. Sempronio, & primi omnium Asculani, dediderunt. Vos igitur, qui tam leui momento spem libertatis abiicere soletis, quibus præstigiis dementiæ ad rebellandum vultis esse principes? Non tulerunt ista vociferantem Asculani, tanto furore exacerbati, vt quidquid deprehendi ciuium Romanorum in oppido potuit, cum ipso Proconsule, legatoque eius Fonteio, trucidaretur, bonis omnium direptis. Ab hoc initio, quum vltra dissimulandi non esset locus, per Italiæ populos & vrbes signa ceciderunt, discurrente passim Pompædio, quem præcipuam istius belli facem fuisse consentitur.

Asculani Seruilium & alios Romanos trucidant.

CAP. V.

Hic igitur quum primos omnium Marsos suos eduxisset, nomen toti bello fecit, vt à plerisque *Marsicum* appelletur. His in Vrbe cognitis *tumultum esse* decretum iustitium edictum; saga populus sumpsit. Interea Cn. Pompeio Prætori negotium Senatus dederat, vt cum exercitu Asculum accederet, initia belli oppressurus. Ille strenue profectus, Asculanos ad satisfaciendum populo Romano, tradendosque defectionis auctores cohortatus, renuentibus vim intentat, eductasque copias oppugnationi paratas habet. Oppidani de industria metum simulantes, vt incautos inuaderent, iuuentutem intra muros instructam tenent: paucos homines, eosque magnam partem valetudine aut æuo inutiles in mœnibus locant.

Bellum Marsicum cur appellatum.

CAP. VI.

Asculanorum stratagema in oppugnantes Romanos.

Idcirco Romani, profecto dimissis alio iuniores arbitrati, remque sibi tantum cum paruo debilium numero fore, contemptim suggrediuntur. Dum alii suffodere muros, alii superare scalis tendunt, & in hanc vnam rem intentis omnis periculi metus & cautio abest: subito apertis portis, fit Asculanorum acerrima eruptio, Romanique multis desideratis à muro repelluntur.

untur. Inter hos Italiæ motus, exspectationemque longe grauissimi belli L. Iulius Cæsar, P. Rutilius L. F. L. N. Lupus Consulatum Romæ inierant (Cæsari multis Appiani locis pro Lucio prænomen Sexti additur) quo anno Sol rubenti circulo circumdatus apparuit. magno apud animos aliis iam ante caussis sollicitos metu : eodemque mox insigniter aucto propter Metellæ Cæciliæ somnium, Q. Baleariči filiæ. Iunonem Sospitam quod templa sua immunde haberentur, profugientem, suis precibus ægre reuocatam esse per quietem viderat. Eam rem Senatus minime negligendam esse censuit: quod pacem numinis, cui salutaris inesset appellatio, & cui Consules omnes facere necessum esset, inprimis ad tutelam Reipublicæ pertinere credebat. Igitur de sententia Patrum supplicationibus habitis. L. Iulius Consul templum refecit : adeo quidem negligenter habitum, vt præter alias sordes sub ipso simulachro deæ canis catulos enixa reperiretur Metellæ negotium datum (quod eam præ ceteris Iunoni gratam esse appareret) *vt grege matronarum sordidis obscœnisque corporis coinquinatū ministeriis, religiose commundato, pristino splendori omnia restitueret.* Huius mulieris insomnium quamquam mirifice cum re conuenisse videretur, fuerunt tamen Romæ qui nihil somniis tribuendum crederent, inter quos & L. Sisenna fuit, eorumdem temporum rerumque celebris scriptor. At Senatus à religionibus ad belli molem omni cura conuersa, Samnium & Marsi prouinciæ Consulibus decretæ. Marsi P. Rutilio euenerunt, L. Iulio Samnium. Hi præcipui rebellantium populi erant. multi enim præterea defecerant. Picentes Vestinique, & cum Pelignis Marrucini, & Apuli. tum Ferentani, Hirpini, Pompeiani, denique totus ille tractus Italiæ, qui à Liri fluuio ad maris Adriatici sinum intimum porrigitur. Consules hi Q. Pompædium Silonem, C. Aponium Mutilum legerant. pro Aponio quidam *Papium* nominant. Prætores, è Marrucinis Herium Asinium, è Marsis C. Vettium Catonem, è Lucanis M. Lamponium, Tib. Cleptium reperio. Habuerunt & Samnites Marium Egnatium & Trebatium, & Pontium Telesinum. Sed C. Iudacilium siue Apuli, siue Picentes, vtrumque enim traditum est; & Peligni A. Cluentium. Præter hos clari Sociorum duces, non adiecto quorum quisque populorum fuerit, nominantur T. Afranius, P. Ventidius, C. Pontidius, P. Præsenteius, Titus Herennius. præterea Iuuentius quidam & Obsidius, & Capuanus Gutta. quorum alii statim ab initio Prætores sunt creati: ceteros vel in abeuntium locum factos, vel in occisorum suffectos intelligimus. Sub horum imperio vrbium insignium præfecti multi, cum suo quisque præsidio, erant. Igitur contra hos tam peritos mi-

A. V. C. DCLXIII.

Metellæ somnium.

CAP. VII.

Iunonis Sospitæ templum negligenter habitū.

CAP. VIII.

Populi rebelles & eorum præcipui Duces.

CAP. IX.

Romani Cōsules

ous præstantissimos legatos addunt.

tos militiæ & impigros viros quum instaret dimicatio, diligenter curatum, vt qui tum erant, quique postea facti sunt, Consulibus quam præstantissimi legati adderentur.

CAP. X.

Sed tum quidem Rutilio Cn. Pompeius Magni pater, Q. Cæpio, C. Perperna, C. Marius, Valerius Messalla, proconsulari omnes potestate, adiutores dati: Cæsari P. Lentulus frater Consulis vterinus, T. Didius, P. Licinius Crassus, L. Cornelius Sulla, M. Marcellus. Præterea M. Cornutus, L. Cinna, Q. Catulus, Q. Metellus, itemque P. Sulpicius, & M. Antonius legati bello Marsico fuisse memorantur. L. Calpurnius L. F. Piso armis faciendis præfectus est.

Italicorum Legatio ad Romanos.

Sed Italici populi, prius quam bellum inciperent, legatos in Vrbem miserunt. Eorum, preces atque minas ita miscentium, vt malle pacem, plus confidere armis viderentur, talis ferme oratio fuit. *Qui simus, vnde veniamus, Patres Conscripti, neque Vos ignoratis; & nobis nota templa, familiares vultus occurrunt adfines consanguineosque videmus, quibuscum domi militiaque magnus nobis vsus, & coniunctissima necessitudo fuit.*

CAP. XI.

Inter homines tot nominibus inuicem deuinctos, & proloqui paulo duriora, & audire iuxta graue est. Sed mandata nimirum accepimus, quæ cum fide perferenda sunt. rationem Italiæ toti reddituris. Ne enim a nostris tantummodo ciuitatibus missos credideritis: eadem hic vti caussa Italorum omnium, ita voluntas est. Et ne, vt in repentinis consiliis facilem sedatu motum imaginemini, iureiurando & obsidibus missis vsque eo deuincti sumus, vt eumdem omnes casum experiri necessum sit. Igitur & Senatum communiter legimus, & consilio publico constituimus temporariam sedem. creauimus interea magistratus, legiones conscripsimus, arma, commeatum, pecuniam coegimus, eo omnia animo, vt prius cum omnibus nostris, quod dii auertant omen, funditus intereamus, quam diutius defraudari nos iure nostro patiamur.

A tota Italia missos se dicunt legati.

CAP. XII.

Desiderium suum non nouum, sed à maioribus transditum.

Neque noua hæc nobis incidit, sed a patribus auisque transmissa & transdita est cogitatio. iam olim indigne ferimus, Romani, quod rebus omnibus pares, numero meritisque superiores, quippe tanto iam tempore duplicem numerum militum ad omnia bella præbuimus, ita negligimur à vobis atque contemnimur. Igitur quæ nunc de communicando Sociis iure, tamquam inaudita audaciæ verba auersamini, ea iam ante ducentos annos in Curia vestra sonuerunt. & quamquam eo tempore, quum paucis Italiæ populis sociis vteremini, mediocres eorum opes fregistis, subinde tamen postea querelæ auditæ sunt, & interdum consilia capta. & ne longius abeamus, patrum nostrorum memoria, quid mentis Italiæ fuerit, plenissime essetis experti, nisi rem nondum maturam Fregellanorum festinatio prodidisset.

CAP. XIII.

Hodie vero non vnius oppidi, ne paucarum quidem ciuitatum, sed Italiæ legatos auditis, deorum hominumque obtestantes fidem, vt aliquando temperetis ab iniuria, & ad vtilitatem tum ceteræ Italiæ

tam

tum etiam vestram vestrique imperii Vrbisque salutem respiciatis, quando res in eum statum deuenit, vt vna hæc vobis sit in præsentia deliberatio, vtrumne ciues sitis nos Italos, an vero hostes habituri. Neque est, vt ad hæc verba tumultuemini, Patres. liberam sed veram vocem audistis, neque indignam, aut his quorum nomine emissa est, aut his apud quos prolata.

Idemque æquissimum esse.

Quid enim in nobis est, cuius communione quasi pollui credatis vestram ciuitatem, Romani. Natos in eadem Italia, iisdem institutos eductosque moribus & artibus, pari vsu militiæ, qui & pro vobis tam diu feliciter pugnauimus, & si necessum sit (quod abominamur) contra vos pugnaturi sumus, non anteponetis mancipiis vestris, è quibus iure manumissionis ciues Romanos quisquis voluit, fecit?

CAP. XIV.

Ipsam sibi ius natura sancire.

Fieri non potest, vt hanc indignitatem qui abiicere possunt, diutius ferant. ne natura quidem rerum sinit, vt in æquali virtutis atque libertatis indole, alii dominentur perpetuo, alii seruiant: & qui vim facere conati sunt, neque tranquillum imperium vmquam, neque certum diu habuerunt. A maioribus vestris, & huius Vrbis frequenti seditione discite, quam sit difficile, aduersus viros & armatos, simul & securitatem suam, & erepta aliis iura tueri. Quam pertinaciter olim patricii vestri, quorum tum in manu erant omnia, repugnarunt, ne Tribuni plebis crearentur. creati sunt: eorumque potestas in tantum eualuit, vt nobilissimo cuique potentissimoque maxime formidabilis esset. Iterum deinde, per speciem decemuiratus obtinuerunt tyrannidem: illa quoque cum pernicie sua quam cito sunt deiecti.

CAP. XV.

Et similia Romæ plebeios contra vim patriciorum obtinuisse.

Matrimonia plebeiorum tamquam rem miseram & pudendam quum essent vehementissime auersati, postremo concedere coacti sunt. Plebeios ab honoribus, sacerdotiis, magistratibus diu repulerunt: sed postquam illi carere vltra iure quod se mereri sentiebant noluerunt, id quoque cum illis communicatum est. Quod igitur tenuis tum & inops illa plebecula, illa ex variis Italiæ partibus collecta colluuies, obtinere potuit, id hunc Italiæ pernegabitis, Romani? quid enim in petitione nostra vel iniquum iure, vel exemplo fœdum, vel ad famam dedecorum inest? Quam multæ fuerunt florentissimæ nostræ ciuitates, priusquam Roma conderetur? quanta vbique principum nobilitas, qui familiarum splendor? sed neque virium opumue publicarum priuatarumque pœnitet.

CAP. XVI.

Quid deinde postulamus? vt pares vobis, quemadmodum sumus, ita habeamur. Hæcne tam impudens postulatio, tamque contumeliosa est & nefaria, vt potius omnia præsenti exponere periculo, vastare atque vrere Italiam, in eumdem casum colonias vestras Vrbemque ipsam permittere, denique cœlum (quod aiunt) terramque miscere, quam hæc concedere oporteat? Per hæc omnia quæ nominauimus, & per cuncta quæ his continentur pietatis adfectusque vocabula, nolite consanguineos populos, quorum deberetis amare concordiam, parricidiali bello committere: nolite vos nosque in eam adigere necessitatem, vt pro hostili sanguine cognatum hauriamus: oppida, fana, domus, quæ maiorum vtrimque nostrorum ma-

Preces minas miscent.

manibus condita sunt, nostris diruantur: pulcherrimum quod vmquam fuit, imperium suis intra ruinas sepeliatur. Nec enim nescire vos, aut negligere arbitramur, quanta cupiditate externi Reges nationesque, quibus iam olim praegraue videtur hoc imperium, hanc velut à diis oblatam occasionem sint arrepturi. Antiquißimis populi Romani monumentis traditum accepimus, paucas a Romanis raptas Sabinorum mulieres, quum in media Vrbe inde patres suos fratresque, hinc maritos exitiabili prœlio dimicare cernerent, interuentu suo precibusque infestas diremisse acies, recipiendisque in ciuitatem Sabinis, perpetuæ concordiæ stabiliuisse pignus. Idem nunc neque paucas matronas orare, sed infinita multa filiarum sororumque nostrarum, quos in matrimonio habetis, vestrarum itidem, quas nobis elocastis, credite. neque maiori quam tum precio redemeritis pacem. accipite in ciuitatem veteres socios, veteres cognatos vestros, cum optimo quoque pietate in hanc patriam certaturos.

CAP. XVII. *[illegible]*

CAP. XIIX. *Sociorum precibus etiam Romanos plerosque fauere.*

Hoc non modo nostri principe populique contendunt: sed omnes ferme, quæ sunt per Italiam, coloniæ ciuium Romanorum, plebis etiam Vrbanæ pars melior, ac quod inter vos sapientia & amore patriæ primum est: adeoque si verum amamus, iam præiudicatum est à maiori parte Romani nominis, nec ferme nisi pauci maligni & inuidi, & ab his deinde aliorum decepta multitudo repugnat. Horum prauitate effectum est, vt res olim agitata perfici nequiuerit: eoque iam deducta sit loci, vt nisi vestra prudentia obstiterit, Patres Conscripti, propediem longe atrocius sensura bellum sit Italia, quam aut Pyrrhus olim, aut postea Carthaginenses intulerunt.

CAP. XIX. *A paucis se queruntur impediri.*

Horum infelicibus nefandisque artibus & Gracchi duo, & nuper clarißimus iuuenis, & cui pares Romana ciuitas perpaucos tulit, in sacrosancto magistratu occisus est. Ab iisdem, quo spes omnis impetrandi iusta sociis vestris semel eriperetur, nefaria lex excogitata est, per quam, ne cui dubium foret, quales illi ciues pati nescirent, sanctißimi amplißimique viri, assertores amplificatoresque huius imperii, ornamenta Vrbis ac Senatus, exsilio multati sunt: ceteris, vt quis virtute atque dignitate praecellit, idem periculum, nobis, apertum bellum denunciatur. Sed ne Iupiter diique ceteri sinant, vt precibus nostris, benignitate vestra, salute omnium hæc superior sit factio: & plus paucorum importunitas ad profligandam Italiæ pacem, quam ad conseruandam consummandamque ceterorum virtus & beneuolentia posit.

CAP. XX.

Scilicet horum imperium perpetuo feremus socii. qui tam insolenter potestatem suam exercent in ciues suos, & quos æquo secum iure esse licet factis negent, ore coguntur confiteri. Et quoniam ita se res habet, vt non eadem omnium Romanorum sit sententia, sed diuersis factionibus diuisa ciuitas: nos etiam orationem nostram diuidemus. Et vos quidem, Patres Conscripti, & quidquid in ciuitate sanum est, his manibus ad genua vestra protensis oramus & obtestamur, vt aliquando consanguineorum vestrorum, vt vestri etiam vxorum liberorumque vestrorum, quibus quod exspectamus responsum, aut pacem securi-

Patres & bonos suppliciter orant.

securitatem, aut perpetuam solicitudinem, & quæ dicere nolumus, allaturum est; misereamini: socios que vestros, quorum fidem virtutemque semper probauistis, bene de hac ciuitate meritos, bene merituros, arctiore vobiscum iure copuletis. ita rem non indignam sapientia vestra, Vrbi autem totique Italiæ salutarem feceritis: & a posteris etiam optimæ sententiæ auctores celebrabimini. Si quis autem est adeo iuris omnis & æquitatis hostis, vt seruire sibi postulet viros ad imperium natos, is sibi & si qui præterea eadem superbia & pertinacia aget, hoc ab vniuersa Italia dictum putet: Viri sumus, arma habemus: virtute, disciplina, scientia rei militaris pares; caussa & numero superiores sumus. ius eius ciuitatis petimus, cuius imperium nostro auxilio partum, auctum, seruatum est. quæ inuidia est, quum laborum atque periculorum partem maiorem tulerimus, si iuris & præmiorum saltem æquam efflagitamus. Ciues, si vultis, habebitis optimos vestrique & Vrbis amantissimos: hostile non modo factum omne, sed etiam nomen detestamur: seruos tamen sub nomine Sociorum vltra non habebitis. sine quibus nec parare tantas potuistis opes, nec tueri quæsitas potestis; iis imperare velle desinite. Vix perorare legati potuerunt, tantus audiendi talia dolor fuit, tantaque impatientia. multorum deinde simul voces auditæ increpantium, ominantiumque, *ita demum feliciter euentura Sociis quæ agerent, si Latinis olim, si Campanis eadem superbia bene cessisset.* Idcirco & Senatus nomine responsum animose est: *Vbi pœnitentiam suam Socii approbassent, posse iterum de iisdem rebus legatos mittere: de cetero priusquam satisfactum Senatui populoque Romano esset, mittendi veniam non fore.* Hæc vbi renunciata legatis est, passim totis viribus bellum instrui, delectus agi, & præter eas copias, quas suis quisque tuendis finibus populus parauerat, in commune exercitus, peditum equitumque ad millia centum, conscribi cepit. Neque minores Romanis apparatus erant. E quibus quod Vrbi custodiendæ satis visum erat retento, ceteræ copiæ Consulibus legatisque sunt traditæ: nam vt in magno & intestino tumultu ambo simul Consules votis nuncupatis paludati profecti sunt. Interea diuersis Italiæ locis ciues Romani, præsertim qui in dignitate aliqua erant, trucidabantur: vulgo mancipiisque vita ea lege dabatur, *vt sub signis Sociorum militarent.* Præ ceteris notata Picentum immanitas fuit, qui barbaro more multos excruciarunt: ne in populares quidem mitiori rabie, si qui contra Romanos arma capere detrectarent. nec enim viros tantum in conspectum suorum productos, omni genere contumeliarum adfligebant; sed matronis etiam capilli cum ipsa simul cute auellebantur. Pinnensium (in Vestinis id oppidum hodieque est) nescio quo casu excepti à sociis liberi fuerant. Eos rebellium agmen ad mœnia Pinnæ deductos, quo parentes consanguineosque misericor-

CAP. XXI. *Aduersarios minantur.*

CAP. XXII.

Senatus responsum.

CAP. XXIII.

In Italia ciues Romani trucidantur.

CAP. XXIV. *Pinnensium constantia & calamitas.*

dia charissimorum pignorum ad defectionem impellerent, postquam id inceptum frustra esse apparebat, ante ora suorum crudeliter interfecit. His & talibus in facinoribus multa Cilicis cuiusdam archipiratæ opera erat quem ob frequentia maleficia & homicidia à Romanis Asculi in custodia habitum, Picentes initio defectionis vinculis exemerant. Is ergo quasi pro meritis cuiusque gratiam relaturus, collecta perditorum hominum manu, pro liberatoribus acriter, in Romanos infenso animo militabat: & agros, vicos, oppida rebellibus accedere renuentium, latrociniis à puero exercitus, supra ceterorum furorem incendiis cædibusque peruastabat.

CAP. XXV. *Ser. Galba captiuitatem euasit.* Lucani Ser. Sulpicium Galbam comprehenderant: sed ille vnius mulieris opera ad quam diuertebatur, captiuitatem euasit. Multa tum florentissima longæ pacis bonis oppida fœde vastata. Ocriculum in Vmbris, Fæsulas in Tuscis, Carseolos Æquicolanorum, & in Campania Nuceriam, caputque gentis suæ Picentiam, cum multis æque nobilibus eo bello plurimum vexatas esse reperio. Sed omnium pertinacissime obsessæ defensæque sunt Æsernia & Alba coloniæ. quarum illa duobus Maniis Valerio Messalla, & Octauio Crasso Consulibus deducta est anno Vrbis conditæ quadringentesimo nonagesimo; Albenses ad Lacum Fucinum totis annis quadraginta ante Æserninos deducti sunt, quum Ser. Cornelius Lentulus, L. Genucius Auentinensis Consules essent.

CAP. XXVI. Sed Rutilius, Iuliusque Consules, vt obsessis opem ferrent, in Samnium Marsosque diuersi abierunt. Inter hæc à nomine Latino, reliquisque extra Italiam locis frequentia venerunt auxilia. nam etiam tum magna pars Italiæ, omne Latium, Etrusci, Vmbri, aliæq; validæ nationes in fide manebant. *Auxilia Romanis veniunt.* Sed & in aliis quibusdam quæ defecerant, adeo repentinus inter omnes consensus esse non potuit, vt non magna portio immixta bonorum esset. In Hirpinis certe iustam legionem Minatius Magius conscripsit, Æsculanensis quidem ciuitate, sed intactus à scelere, & auitæ in Romanos fidei tenax. Nepos enim Decii Magii Campanorum principis erat, eius qui deficiente ad Hannibalem Capua, vt ruentem in dedecus & exitium patriam retineret, multa ausus passusque, fortissimi atque fidelissimi viri famam emeruit.

CAP. XXVII. *Minatii Magii, & Q. Sertorii eo bello opera.* Neque segnis Minatii eo bello opera fuit; nam & Herculanei capti communē cum T. Didio laudem habet: & cum L. Sulla Pompeios oppugnauit, Cosamque occupauit. agnouitq; meritum Romanus populus, & ipsum quidem nominatim donauit ciuitate: duosque deinde filios eius creauit Prætores, quum adhuc [...] crearentur. Vtilior etiam quam celebrior industria Sertorii fuit: [...] egregia facta toto eo tempore primum ignobilitas hominis deinde [...]p[...]orum inuidia obscurauit. Sed is tum Galliæ Cispadanæ Quæstor [...]

ma virosque magno numero coëgerat: ne ipse quidem suo corpori parcens. vnde eodem bello, dum nullum periculum refugiens, acriter pro patriæ imperio pugnat, effosso altero oculorum, *non dehonestamentum id oris, sed ornamentum habere*, haud iniuria gloriatus est. Venerunt & ab **CAP. XXIIX.** vltimis terris auxilia, non Regibus modo, magnisque populis prompte submittentibus, sed etiam mediocrium ciuitatum alacri studio. Inter quas & ab Heraclea Pontica duas triremes tectas venisse Memnon scriptum reliquit, cuius in populorum adsignandis sedibus error admonet, *Memnonis error geographicus.* vt operæ precium facturi videamur, si qualis initio belli Socialis Italia, quibusque habitata gentibus fuerit, velut in tabella spectandum exhibeamus. Quum enim vir, vt existimari potest, cetera non ineptus, adhæc paulo post hæc tempora, florente certe Romanorum imperio natus, Marsos Pelignosque ac Marrucinos, Libyæ gentes Gadibus finitimas potuerit credere: profecto nobis haud translatitia diligentia erit opus, ne in rebus tot sæculorum vetustate obliteratis, tot interim mutationibus aliam aliamque subinde faciem adeptis, hallucinemur. Igitur omnis **CAP. XXIX.** Italia decies centena & viginti millia passuum in longitudinem protenditur, ab Augusta Prætoria per Vrbem Capuamque ad Siculum fretum, *Italiæ descriptio.* vbi Rhegium oppidum est, pergentibus. Augusta nomen adhuc hodie retinet, iuxta geminas Alpium fauces, Graias atque Pœninas, sita. Latitudo minime respondet longitudini, ipsa quoque varia, maxima proxime Alpes inter Varum & Arsiam fluuios, ad quadringenta decem millia patens: deinceps quanto magis in Austrum vergit arctior: nisi quod in media ferme longitudine inter Tiberis & Aterni ostia, breuissimo itinere in centum millia tumet. ad Scyllacium quidem, & sinum Terinæum, qui hodie S. Euphemiæ dicitur, angustissima Italia est, vix millia passuum viginti inter superum inferumque mare occupantibus terris. In hoc situ plurimæ gentes ciuitatesque nobiles & nunc sunt, & olim **CAP. XXX.** fuerunt. sed in præsentia satis habebimus eas descripsisse, quarum tum temporis præcipua celebritas & potentia, aut Sociali bello insigne aliquod fatum fuit. Ergo naturam sequuti quatuor in partes Italiam di- *Italia diuisio.* uidimus, vt Circumpadana montibus & Adriatico sinu planicies terminetur; partem secundam Apenninus mons, totam Italiæ longitudinem pertransiens; ceteras, quæ cis, aut trans Apenninum iacent, constituant. à prima quam fecimus regione commodissime descriptionem totam ordiemur. Sub ipsis Alpium radicibus, vbi nunc ex argumento vocati *Pedemontani* colunt, angustis primo spatiis, deinde latioribus, campi fertilissimi extenduntur, quos Polybius, qui plurimas terras peragrauit, *tota*

Europæ præstantissimos esse, passuumque in ambitum millia MCCI. complecti prædicat. Hos ita interſecat Padus, vt longe maiorem efficiat partem, quæ ad Adriaticum mare, quam quæ ad Liguſticum vergit. Vtramque ripam Gallicæ nationes Etruſcis pulſis antiquitus occupauerant: vt Veſpaſiani æuo de Tuſcorum in ea regione oppidis ſola Mantua ſupereſſet. Cum his populis diutiſſime depugnandum Romano fuit: & ab his omnis ea regio Gallia Ciſalpina appellata. Nobiliſſimæ illarum gentium, in ſiniſtra ripa Inſubres, Cenomani; in dextra, quæ propior Romæ eſt, Boii atque Senones fuerunt. Horum Boii pulſi ſedibus: Senonum tota natio à populo Romano deleta. Ab his illuſtres vrbes multæ conditæ: in agro Inſubrium Mediolanum Bellouefus exſtruxit; Veronam & Brixiam Cenomani. Senenſes quidem ipſa appellatione prodere originem videntur: & Comum, Bergamum, Tridentum, Vicentia, Trogo au-

CAP. XXXI. *Gallia Ciſalpina.*

CAP. XXXII. ctore, Gallis auctoribus initia ſua debent. At Placentiam & Cremonam M. Liuio, L. Paulo Conſulibus ſub Hannibalis bellum Romanæ coloniæ occuparunt. A latere Gallorum vſque ad mare Adriaticum Veneti ſunt, antiquiſſimæ celebritatis nomen, & hodie quoque pulcherrima vrbe, neque integra modo libertate, ſed etiam imperio non contemnendo præcipuæ famæ. Sed Galliæ Ciſpadanæ Ligures ad mare ſui nominis prætexuntur. His antiquitus caput Genua fuit, nunc quoque florentiſſima. Durum bello, minuſque fidei quam libertatis tenax genus, arma Romana, iam Africam Aſiamque magnis victoriis peragrantia, ſæpe ſuſtinuit, aliquando repreſſit. neque vlla Italicarum gentium ſerius perdomita eſt. Inter hæc mons Apenninus à Liguribus per mediam ferme Italiam porrectus, apud Brutium in duo brachia diſcedit, altero Leucopetram Rheginorum contingens ad Siculum fretum, altero promontorium Lacinium, quod à Iunonii templi ornamentis poſteriora tempora *caput Columnarum* vocauerunt. Iſto montium tractu Ligures habitant,

Veneti.

CAPVT XXXIII. quos ab Etruſcis Arni fluenta ſeparant. Inde iam in mediterraneis Arretium, ad mare Piſæ ſunt in Tuſcorum finibus. Tuſcis ex Lydia repeti genus, nec neſcio, nec refello. tantum vt ingeniis talia ſtudioſe rimantibus, argumentum non inamœnæ diſquiſitionis ſubiiciam, non diſſimulo, per mihi mirum videri, nullas earum gentium origines, vti nunc vulgo fieri ſcimus, ita antiquitus etiam è Germania peti, quum tot exſtent notæ huc trahi faciles: gentium Septentrionalium creberrimæ migrationes, vicinia locorum, ſermonis quidem etiam expreſſa veſtigia. Nam & in Aſia Lydiaq; ipſa Cimbros olim ſedes habuiſſe conſtat: vt etiam inde venire Germanici ſanguinis populi potuerint: & è magna Ger-

Tuſci.

mania

mania per Alpes nec longior, nec difficilior, traiectus erat; quam postea iisdem Cimbris fuit. præterea quo tempore Hannibal in Italiam transiit, partem Alpium semigermanæ gentes tenebant. Nomen autem Tuscorum propter sacrificiorum religiones à Græcis impositum credatur licet; quemadmodum alia non minus inepta creduntur: dum ne ignoremus nunc quoque Germanos inter se aut à consanguineis nationibus, *Lydos* atque *Tuscos* nominari. Sed & *Italiam*, nisi quem fabulosæ delectant origines, à Tuscis appellatam fuisse suspicio est; iis inquam Tuscis, qui subiectam Alpibus regionem tenuerunt, in valle (hoc enim ipsum significat Italia) se habitare indicantibus. Quid quod *Bodinci* nomen Pado antiquitus inditum, vix alia in lingua notationem quam ei tribuit Plinius fundo carentis inuenerit. Quid iam extra Italiam regiones, sed in quas infero mari accessus Tuscis fuit, aliter à Græcis, aliter ab Italis appellatas commemorem, ea ratione nominum, vt in sola Germanica lingua certum & conuenientem locis intellectum præferant? Eamdem insulam *Zanclen* Græci, *Siciliam* Itali dixerunt: rem etiam eamdem vtraque denotante voce: nam hodieque falcem (cuius figuram insula refert) hoc nomine Germania designat. Quum autem Græci *Libyam* vocant, eam esse ab Tuscis *Africam* nuncupatam ob simiorum multitudinem non absurdum est credere. Nam & Simiorum Regnum apertissime notat Africæ vocabulum: & genus illud animalium non modo frequentissimum iis locis esse constat; sed etiam vrbes fuisse, quæ à simiis se denominarent, simios diuino honore colerent, liberis denique, vt Græci à diis, ita illi à simiis nomina imponerent. Ceterum Tuscorum, vndecumque illis nomen aut origo fuerit, & antiquitus summa potentia, & belli Socialis tempore magnæ adhuc vires memorantur. Vrbes præcipuæ adhuc Pisæ erant, & Luca coloniæ, Volaterræ, Arretium, Cosa. Proximi Etruriæ Vmbri habitarunt, Tiberi fluuio discreti, gens antiqua & ampla. Narnia tum & Iguuium Ameriumque & Camertes cum Tudertibus, & ad Tiberim Ocriculum, claræ vrbes populique erant. Ab his deinde Picenum ab ipsis illis montibus incipit, in quibus Camerinum, hodie quoque antiqui nominis retinens, iacet. Ariminum hi tenebant, Asculumque, vnde initium defectionis fuit, & Firmum clarissima oppida. Vestini Aternum habent, quod nunc *Pescara* nominatur, ad amnem eiusdem nominis, qui medius inter Vestinos, adsitosque Marrucinos & Pelignos labitur. Marrucinorum Teate fuit, caput gentis: erant & alia oppida, sed frequentius vicatim habitabant. At Pelignos Corfinium nobilitat, arx rebellantium Sociorum, & Italicæ appellatione communis omnium ciuitas, itemq; Nasonis origine clarus Sulmo

CAPVT XXXIV.

Tusci & Lydi Germanorum nomina.

CAP. XXXV

Sicilia & Africa Germanicæ voces.

CAPVT XXXVI.

Tuscorum opes.

CAPVT XXXVII.

enim aliunde non defuturos commeatus, at hostibus suum agrum inter vtriusque partis crebras populationes minime diu suffecturum: interea tironem militem in castris exerceri posse. Frustra hæc dicebantur, nec ab animo praue atque contumaci Consul impetrare potuit, ne potius damnosam Reipublicæ temeritatem suo cum exitio, quam salubria aliorum monita cum incolumitatis famæque magna mercede, sequeretur.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER DVODEQVADRAGESIMVS.

In locum lib. LXXIII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitom. Lib. LXXII. Liuiani.

*L. Iulius Cæsar Consul male aduersus Samnites pugnauit. **Nola colonia in potestatem Samnitiū venit cum L. Posthumio Prætore, qui ab iis interemptus est.** Complures populi ad hostes defecerunt. Quum **P. Rutilius Consul parum prospere contra Marsos pugnasset, & in prælio cecidisset. C. Marius legatus eius meliore euentu cum hostibus conflixit.** Seruius Sulpicius Pelignos prælio fudit. Q. Cæpio, legatus Rutilii, quum obsessus prospere in hostes erupisset, & ob eum successum æquatum ei cum C. Mario esset imperium, temerarius factus, & circumuentus insidiis, fuso exercitu cecidit. L. Cæsar Consul feliciter contra Samnites pugnauit. ob eam victoriam Romæ saga posita sunt, &, vt varia belli fortuna esset, Æsernia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit. Sed C. Marius prælio Marsos fudit, Hirno Asinio, prætore Marrucinorum, occiso. C. Cæcilius in Gallia Transalpina Saluios rebellantes vicit.*

Senatus exerceri iudicia vetat.

INterea, quum inter crebras Italicorum defectiones, etiam domi omnia suspicionibus & mœrore solicita essent, appareretque lege Varia multis innocentibus extrema intendi pericula; decreuit Senatus, *ne iudicia, dum tumultus Italicus*

esset

esset, exercerentur. Huic Senatusconsulto Tribuni plebis intercedebant. Idcirco in concionibus populi frequenter agitata res est, atrociter in Senatum inuehentibus Tribunis. *Quorsum enim,* aiebant, *legiones Imperatoresque rebellibus opponitis, si, quod longe maius est periculum, domi non esse modo fautores hostium, sed etiam praeesse patimini, Quirites. Nam externam vim forte pari robore nō agre caueas, aut repellas: at quod in ipsis quasi visceribus venenum latet, id nisi mature eieceris, frustra postmodo inuocabis deos: sine remedio, sine spe salutis, ad extremam vsque perniciem grassabitur. Quid Senatus populusque Romanus in Vrbe, quid Consules in castris egerint, immo quid acturi sint, citius certiusque ad hostes quam ad ciues perfertur. qua deinde spe geremus bellum, si proditores consiliorum habemus, quos habere auctores debuimus, conscios vitare non possumus? Nuper à P. Rutilio Consule sunt allatae literae: viri quidam nobiles haud obscure proditionis arguebantur. Quid igitur factum est? Cognatorum, adfinium, sed plus etiam eorum, qui eadem in caussa sunt, potentia in tantum valuit, vt omnes ea de re non inquisitio modo cessaret, sed etiam sermo conticesceret, reique criminis pro his qui fuerant indicati, nescio qui viles ignotique homunciones nomine Marsorum subderentur. Scilicet aliquis vllius nominis locique in Marsis est, vt apud hostes explorator idoneus, apud suos fide dignus haberi debeat: qui Romanis in castris se fallere speret: qui neminem in tanta multitudine fore putet, à quo agnosci, deprehendi, atque indicari queat? Sed inter pabulatores latuerunt? narra igitur mihi, pabulatores ignotum & promiscuum in castris genus sunt: an vero, vt Imperatori visum est, è legionibus & auxiliis delecti milites, interim etiam totae cum signis suis cohortes emittuntur? Fac autem fuisse. quid vero illi explorent, nisi quae non amplius in secreto habentur. hic autem non modo quae palam fecerat edixeratque Consul, sed consulta eius omnia, quae modo cum paucis communicasset, & propemodum cogitata enunciabantur. Locum castris constituerat capere; mox vidit praeceptum ab Italis. tentabat eorum praesidia; tentabat oppida; vbi minime credebat existimaturos hostes, dabat impetum: omnia tam accurata, tamque recenti cura septa reperiebat, quam si de industria hostibus in eum locum condixisset. Et tamen hi pro innocentibus laudantur. quis enim vmquam hac lege tam certus, tamquam euidenter nocens postulatus reus est, vt non ab iisdem hominibus acerrime defenderetur? An igitur fieri citra periculum vestrum, & ciuitatis, potest, Quirites, vt cuiusquam salus, aut huius imperii maiestas sarta tectaque sint, donec hi homines, non dicam in Vrbe vestra, sed in imperiis & consilio publico erunt? En quibus Reipublicae fata, dignitatem Romani nominis, nostra denique nostrorumque liberorum ac coniugum facultates, corpora, libertatemque ac pudicitiam credimus! Haec tam atrocia quamquam diu iam patimur. erat tamen nonnulla consolatio, quod adhuc dolere vicem nostram & Reipublicae mise-*

CAP. II. *Tribuni obloquuntur.*

CAP. III. *Rutilii Consulis literae citatae.*

CAP. IV. *Non a Marsis, sed Romanis, eius predi consilia defendūt.*

CAP. V. *Id argumentis docent.*

CAP. VI.

Harum rerum tolli iudicia queruntur.

cæ miserari, postremo accusare proditores licebat. nunc etiam hoc auxilium nobis ereptum eunt, Quirites, tam turpi confessione noxæ, vt quæ iussistis lege reddi iudicia, isti vetent, vosque & hæc omnia perire malint, quam aut desistere a perniciosis consiliis, aut iudiciorum subire discrimen.

CAP. VII.

Proh deum atque hominum fidem! esse in libera ciuitate, qui hanc sibi potentiam arrogent vt suo arbitratu eludere leges, tollere iudicia ausint: quorsum autem ista licentia pertinet, Quirites? aliudne quæritur, quam vt nudata omni legum præsidio impune prosternatur Respublica? Cur enim iudicia fugiunt, si tantorum scelerum sibi non sunt conscii: sin vero, cur viuunt in hoc populo, quem oderunt; in hac ciuitate, quam vendiderunt? Sed vereor ne forte per calumniã vexare innocentes videar. non enim abnuunt iudicia, sed tantũ ad res quietas differunt, & pacatiorem statum ciuitatis.

Eam rem ad periculum Reipublicæ pertinere.

CAP. VIII.

Dedignantur populo sic illudi.

O stulte simplicem populum Romanum, si patitur his tam crassis præstigiis sibi imponi, quibus ne seruilia quidem ingenia circumueniri paterentur! In præsentibus prementibusque malis & vniuersæ ruinæ metu celeribus remediis opus est: quæ quisquis in illa tempora reiicit, vbi futuri amplius non sunt quibus adhibeantur, illum aut egregie fatuum esse, aut summe improbum oportet.

CAP. IX.

Periculum exaggerant.

Incendio forte oborto ædibus, si quis adferri aquam & restingui flammas probiberet, donec tumultus conquiesset, obsecro vos, Quirites, qualem esse diceretis? Iam pulcherrimum hoc ædificium imperii Romani flagrat bello; lambit ipsam Vrbem ignis, corporumque & fortunarum vestrarum omnium sedem atque domicilium afflat: & sunt (proh summe Iupiter vosque dii deæque quotquot Vrbem hanc incolitis!) qui resistant restinguere cupientibus, atque adeo incendiarios ipsos iubeant tolerari, donec scilicet periculum prætereat. Sed quid opus est pluribus? non difficilis nec obscura prædictio est. & omen quidem dii auertant, sed nisi dum vestri iuris estis, Quirites, prouideritis ne prodamini: proditis serum & alienum erit pœnas proditionis persequi: quum & reliquarum rerum omnium potestas, & ipsa iudicia penes proditores erunt.

CAP. X.

Contraria Oratio pro Senatu.

Non deerant tamen, qui pro Senatu loquerentur: *In æqua omnium libertate plus tamen iuris atque commodorum apud nobiles & locupletes esse. iisdem ingenitum inolitumque à maioribus longa temporum serie, vt Rempublicam ament, cui vltra communem adfectum, tot sint pignoribus obligati, quot habeant præ aliis ciuibus eximia. Sic esse comparatum, vt pro conseruatione cuiusque rei plus sint soliciti, quibus eiusdem interitu plura sint peritura commoda. Neque credi posse, maiestatem populi Romani cuiquam maiori curæ fore, quam Senatui in quo maiestatis eius vniuersus ferme splendor refulgeat.*

CAP. XI.

Patrum maxime interesse, saluã esse Rempublicam.

Scilicet hos à proauis & atauis adsuetos gerere magistratus, imperia, quidquid in Vrbe sit vel ad dignitatem præcipuum, vel ad rem familiarem expeditum, solos aut primos consequi; ius illud cum tota Italia cupide communicaturos, cuius in possessionem vix ciues suos post longa & atrocia certamina recepissent? Non magis hos Patres quemquam admissuros, nedum adscisuros,

cituros, quem arcere possint, potentiæ sociũ; quam olim longe minoribus populi Romani opibus, Latinos idem petentes admisissent. Atque hæc tam esse certæ & perspicuæ veritatis, vt accurata defensione non egeant, potiusque videndum sit iis, qui Senatum tali criminatione vexent, quemadmodum se à calumnia, quam Senatui, quomodo se tam inepta suspicione liberet. CAP. XII. *Nec illorum culpa quidquam accidisse.* *Quod si forte tam periculosis temporibus aliquid acceptum incommodi, vel adhuc timendum sit: eius culpam non Senatui, sed potius his qui de Senatu querantur, imputari debere. Hos enim nihil aliud agere, dum ægram & sauciam Rempublicam necessaria quiete defraudant; quam quod vnice optare hostes, & ab his conducti facere atque procurare vellent. Tot illustrium virorum simul deferre nomina, & in capitalem fraudem vocare multos innocentes, nec iniuriam æquo animo laturos; nihil aliud esse, quam inter flammas socialis belli, nouum & atrocius ciuilis certaminis incendium excitare.* CAP. XIII. *Periculosum in potentes inquirere, non quietis rebus.* *Nondum oblitos esse maiores natu, quum dirutis Fregellis in socios consiliorum attentius quæreretur, eaque suspicione C. Gracchus adflatus esset, quanti inde exstiterint tumultus, victrici tum & robustæ Reipublicæ vix tolerabiles: & exitio futuros, si debili & aliunde impedita incubuissent. Sed bono vrbis Romanæ nullum tum Q. Varium, aut ei similem fuisse: quem propitii tum dii, nunc irati populo Romano, in hæc potius tempora seruassent: vt exulceratum ciuitatis statum ad extremum periculi adduceret homo non Hispaniensis sed Hispanus, & si quid forte Romani sanguinis haberet, ambiguus hybrida.* CAP. XIV. *Q. Varius exagitatur.* *Hunc scilicet Reipublicæ cura duci, qua nihil ad illum pertineret; aut vlla honesta caussa, cuius in tota vita nihil non fœdum atque probrosum esset: quique ipse criminis huius, per quod negotium aliis facesseret, multis & bonis testibus argui posset. Ceterum tali aliquo, hoc est, vili, impudente, & perdito homine fuisse opus: nec enim alium reperiri potuisse, qui se Romanis Equitibus venditaret, ad horum confirmandam impotentiam tam infami famulatu.* CAP. XV. *Itemque Equites Romani.* *Frustra incusari alios: Equitum hanc intemperiem esse, regno iudiciorum exsultantium, vel vsque ad interitum ciuitatis. Non posse dissimulari aut nesciri quæ in conspectu populi Romani sint acta. hoc inspiciente cupidissime damnatos, quicumque aut publicanorum fraudes seuerius vindicassent, aut iudicia studuissent emendare, aut quacumque de caussa iratum hunc ordinem habuissent.* CAP. XVI. *Qui flagitiose iudicassent.* *Quem enim comminisci caussam aliam posse, quod M. Scaurus princeps Senatus, quamquam annis & corpore inualidus, sit postulatus: nisi quia & alias semper obstiterit iniqua flagitantibus; & nuper auctor Druso fuerit, iudicia ad Senatum transferendi? M. Cottam disertissimum adolescentem quo alio crimine cecidisse, quam quod P. Rutilium auunculum suum imitatus, rectum animum, & ambitioni impenetrabilem prætulisset. ideo nimirum tantis in illum animis iuisse iratos equites, ne suam quidem infamiam, nedum publicam veritos, si Rutiliani iudi-*

iudicii turpitudinem recens inuidia renouaret. His tam velocibus ad vindictam hominibus iudicia tradi perinde esse: ac si furioso gladius detur inter inermes & imbecillos.

CAP. XVII. *Ex quo re plus Urbi nocuissent, quam bellum aliquod.*

Tam breui tempore plures consilio & virtute præstantes ciues amissos esse, quam fortassis longo bello absumere hostilia arma potuissent. Neque finem fore, donec eadem accusandi licentia duret. Quem enim esse non Senatorem tantum sed omnino honestiorem aliquem ciuem, cui non fuerit cum his aut illis sociorum multa familiaritas, & inde suspicionum materies, & criminandi occasio? Iam antea satis in Vrbe irarum, satis inuidiæ & æmulationum esse. hæc tam inimica publicæ saluti opprimenda potius & excidenda esse, quam vt vltro corrobores & augeas.

CAP. XIIX. *Concordia ciuitatu maxime studendum.*

Vnicum præsentium malorum leuamentum, vnicam meliorū temporum spem esse in concordia ciuium repositam. hanc qui studeant abrumpere, quibuslibet hostibus peius timendos atque abominandos esse. Quid enim futurum, si ex Senatu aut legatione exciti, quam Reipublicæ curam operamque necessario tempore nauaturi fuerint, suis periculis cogantur impendere? perituras rei bene gerendæ plurimas occasiones, donec qui in consilio publico aut curatione aliqua sint positi, solicitis mentibus, plus de ciuium suorum iniuriis, quam de hostium armis cogitarent.

CAP. XIX.

Hæc disceptatio quum aliquamdiu tenuisset, tandem melioris partis victoria, saltem in tempus necessariam fessæ ciuitati quietem præbuit. Interea dum Romæ hæc fiunt, & in Marsis à P. Rutilio Lupo Consule res non optime geritur;

Romani male rem gerunt.

ne in aliis quidem Italiæ partibus, prosperiores Romanorum ducum expeditiones fuerunt. Cn. Pompeium, quamquam repulsus ab Asculo fuerat, adhuc in Piceno agentem, ad Tennam fluuium in Agro Falerino tres simul hostium duces, C. Iudacilius, T. Afranius, P. Ventidius coniunctis copiis adorti, fuderunt.

CAP. XX. *Cn. Pompeius obsidetur.*

Firmum colonia receptui fugientibus fuit: cuius mœnibus quum se Pompeius clausisset, Iudacilius & Ventidius relicto ad obsidionem Afranio, in diuersa loca digressi sunt. Namque Pompeius, quamquam abductæ potiores hostium copiæ erant, satis habebat, si quos superstites sibi cædes fugaque fecerat, armare iterum, & donec terror abscessisset, defendere munimenta oppidi posset. à pugnando quidem modis omnibus abstinebat. In Samnio Vettius Cato L. Iulium Consulem cæsis duobus millibus militum, Æserniam cedere compulit: L. Scipio &

CAP. XXI. *Venafrum amittitur.*

L. Acilius seruorum habitu elapsi sunt; colonia arctius circumsessa. Tum & Venafrum in dextra Vulturni ripa Campanum oppidum, sed vicinum Samnitibus, olei prouentu ac bonitate clarum, Marius Egnatius proditione intercepit, duabus ibi Romanis cohortibus interfectis. & M. Licinium Crassum M. Lamponius castra prope virgulta siluasque habentem, incensis quæ contigua vallo erant, Grumentum concedere coëgit: maio-

re tamen metu quam detrimento, quum exercitus omnis periclitatus fuiſſet, octingentis omnino militibus amiſſis. Oppidum Lucaniæ Grumentum eſt, quod ſi non eodem anno, eodem vtique bello & amiſſum à Romanis & recuperatum eſt. Nec excidere memoriæ debet inſigne duorum ſeruorum ad ſeruandam heram commentum. Hi quum vrbs obſideretur, ad Romanos transfugerant, operæque precium fecerant. Iidem vrbe capta, diſcurrentibus ad prædam militibus, ad herilem domum notis viarum diuerticulis præcurrerunt, extractamque dominam quum præ ſe agerent voce vultuque minaces; quoties *quænam eſſet* interrogarentur, *dominam & quidem crudeliſſimam, ad meritum ſupplicium à ſe duci* retulerunt. Sic eductam extra muros ſumma cura occultauerunt, donec reſidente ira victoris, periculum omne decederet. Tum vero aperuerunt animos; *dominæ ſeruandæ ergo*, quemadmodū res ipſa ſatis loquebatur, *omnia feciſſe, neque ius eius imminutum cupere* profeſſi. Illa ne beneficio à ſeruis vinceretur, quod vnum maximum in poteſtate eius erat, vtrumque è veſtigio manumiſit. Inter hæc & C. Perperna cladem ignominiamque non vulgarem paſſus eſt. Cum Præſenteio ſignis collatis dimicauerat hoc euentu, vt quatuor millibus amiſſis ſuperſtites plerique armis abiectis vix fuga ſeruarentur. Ob hoc ademptum ei à P. Rutilio Conſule imperium eſt. reliquiæ exercitus iis copiis quas C. Marius ducebat, adiunctæ. Sed & Nola nobiliſſima Campaniæ colonia, quæ vim Hannibalis, & illam Punici belli tempeſtatem ſpreuerat, in Samnitium manus incidit, quibus C. Papius præerat. Is cum ſuarum partium hominibus re communicata, facile irrupit proditam vrbem. Duo millia Romanorum in præſidio cum L. Poſthumio Prætore erant: etiam ad reſiſtendum Nolanis impar manus; nedum vt ſuperuenientem externum ſuſtinere hoſtem poſſet. Idcirco haud grauatim acceperunt conditionem, vt poſtea ſub Papio militarent. Hæc venia militibus data: duces compræhenſi, & ne belli quidem more ſeruato, inedia necati ſunt. Ob has res continuo complures populi ad hoſtes defecerunt: Nolaque recepta multas circa vrbes C. Papius Italicorum auſpicia ſequi coëgit. Nam & Stabias in ſinu maris inter Surrentum & Neapolim lactis ſalubritate celebres, occupauit, & cognomini fluuio impoſitum Liternum: coloniam quoque Romanam in Picentinis Salernum cepit: Erat hoc Italicis ducibus inſtitutū, vt augendis copiis intenti, ex captiuis bello idoneos ſacramento adigerent, etiam valentiſſimis ſeruorum in militiam adſcitis. Hac ratione Papius numeroſum iam exercitum trahens, præter Capuam & vrbi circumiectum agrum, vnde eo bello maximi Romanorū exercitus alebantur, totam Campaniam vicinasque regiones impune pererrabat:

CAP. XXII. *Iterū Grumentum.*

CAP. XXIII. *Seruorum fides.*

CAP. XXIV. *Præſenteius C. Perpernam vincit.*

CAP. XXV. *C. Papius Nolam occupat.*

CAP. XXVI. *Multi populi deficiunt a Romanis.*

CAP. XXVII. *Papius Campaniam peruagatur.*

alios promiſſis alios metu ad voluntariam deditionem ſolicitando. Sed in Nucerinorum vaſtando agro (Alfaternos cognomento vocant, nam alia Vmbriæ Nuceria fuit) quod omnia inferiora fide habebant, nihil iniuriæ

CAP. XXIIX *Exercitum inſigniter auget.*

aut crudelitatis prætermiſſum eſt. Ea res nutantes finitimorum animos impulit, vt amicitiam cum Papio iungerent, decemque peditum millia, mille equites ſub eo ſtipendia facturos darent. Qui vbi venerunt, Acerras ad Clanium amnem poſtquam ad ſocietatem belli perlici nequiuerant, circumſedit. C. Iudacilio quoque non deterior ſucceſſus per Apuliam fuit, Canuſio Venuſiaque inſignibus oppidis, magnoque numero aliorum, in deditionem armis aut voluntate incolentium acceptis.

CAP. XXIX. *P. Rutilius copias cum C. Mario diuidit.*

Eadem æſtate, qua hæc diuerſis Italiæ locis gerebantur, P. Rutilius Conſul copiis cum C. Mario diuiſis, Telonii fluminis vtramque ripam duobus caſtris totidemque pontibus obtinebat. Telonius per Marſos fluens, apud Reatinos Velino fluuio coniungitur. Iisdem in locis tum C. Vettius Cato Sociorum Prætor exercitum habebat; propius *Marianum* vallum caſtra metatus. Is quum Rutilium A. D. prid. Idus *Iunias*, quo die Matri Matutæ ſacra fiebant, traducturum eſſe copias ab exploratoribus didiciſſet, per tenebras proximæ noctis in valle quadam opportuna haud

CAP. XXX. *Magnam cladem accipit.*

procul ponte Rutiliano partem copiarum in inſidiis conſtituerat. Deinde Rutilium tranſire amnem paſſus, inuadit nec opinantem magnaque clade profligat. Multi ex pugna clari nobileſque viri, cum octo millibus militum ceciderunt: ex his magna pars, quum perditis rebus effugium aliud non pateret, in ipſis aquis oppreſſa eſt. Conſul ipſe telo in caput ictus, paulo poſt ex vulnere deceſſit. Hanc Rutilii fortunam ſuperſtitio veterum ad ſpretas religiones retulit, *quod inter ſacrificandum capite iocinoris non reperto, tamen mouere auſus eſſet.* Vana omnino perſuaſione, niſi quod apparet facile contempturum ſalutaria hominum monita fuiſ-

CAP. XXXI. *Interim C. Marius castra hoſtium occupat.*

ſe, qui deorum, vt ipſe putabat, oſtenta pro nihilo duceret. At C. Marius qui fluminis inferiorem partem tenebat, quum amnis cruento alueo corpora & arma Romana voluens acta prodidiſſet; confeſtim traductis in hoſtilem ripam copiis ad expugnanda Vettii caſtra ſucceſſit. eaque, propugnatoribus ſubito metu oppreſſis, nec viribus modo, ſed etiam numero inferioribus, quia flos exercitus vna cum ipſo duce aberat, haud magno labore cepit; cladem Conſulis, ſicut conſilio, ſic etiam euentu meliore vltus. Cato caſtris amiſſis, in loco vbi pugnauerat, pernoctauit. poſtridie, quod exigua commeatus ei copia ſupererat, albeſcente

CAP. XXXII *Rutilius Conſul cruentus refertur in Vrbē.*

cœlo profectus eſt. At Romam fama primum aduerſæ pugnæ vehementer perterruit: maior deinde dolor exarſit, quum cruentus in Vrbem Conſul referretur, & tot egregiorum virorum funera, ſepulchris mæ-

tus

rum reddenda portarentur. eo viso ita mœsta & attonita luctu ciuitas fuit, vt idoneam Senatus caussam putarit, cur *defunctorum in bello corpora quibus locis occubuissent, humari; neque in Vrbem referri* iuberet; ne metum pigritiamque vulgo incuterent funesta spectacula. Prouidenter id factum etiam hostes probauerunt; simili decreto apud suos imitati. Rutilio Consule defuncto, quamquam magna pars anni supererat, suffectus tamen nemo est; neque enim L. Iulio Comitiorum caussa ad Vrbem reuertendi otium erat. Prosperiores subinde nuncii nonnihil recrearunt animos.

CAPVT XXXIII. *Decretum, de mortuis non reportandis in patriam.*

Nam & Ser. Sulpicius Pelignos acie fuderat: & Q. Cæpio qui legatus fuerat Rutilii cum magna cæde obsidentium, prosperam eruptionem fecerat. quæ res ei statim honori, mox exitio fuit. Quippe ob hunc successum Senatus censuerat, vt C. Marius, Q. Cæpio Rutilianum exercitum æquato imperio diuiderent. Inflatus his Patrum iudiciis Cæpio, quod vnico hactenus credito duci comparatum se putabat, temerarius factus, præclara initia fœdo exitu corrupit.

CAPVT XXXIV. *C. Marius, Q. Cæpio Rutilianum exercitũ diuidunt.*

Namque Porr pædius Silo ferociam iuuenis in occasionem suam versutus accessit ad eum pœnitentia actorum simulata; quoque magis incautum falleret, duos pueros prætextatos adduxit, cum magno vt videbatur, auri argentique pondere. Nam plumbeas ille massas bracteolis melioris metalli obduxerat. pueri quoque seruilis generis erant: ipse filios suos ferebat. *Hæc, inquit, adduxi, Q. Cæpio; fidei meæ pignora: simul, vt aduersus iram popularium, spem generis, & partem fortunarum in tuto haberem. Simul enim palam fiet, me fugisse, satis scio, non temperaturos veteres socios, quin si possint in me meorumque corpora exquisitissimo cruciatu desæuiant.*

CAPVT XXXV. *Q. Pompædii fraus ad capiendum Cæpionem.*

Quanto enim plus in meo ductu spei habuerunt, tanto acriori dolore exardescent: ereptumque à me interpretabuntur, quidquid per me sperauerant adipisci posse. Sed nimirum decepimus inuicem, deceptique sumus illi quo bellum vobis facerem, imperium accepisse putarunt; ego ne ab aliquo violentiore ingenio inuaderetur, occupandum censui, grauior sic futurus auctor pacis, quam si de inferiore loco conarer. Ceterum neque illorum ardor adducere me potuit, vt vobiscum decertandum arbitrarer; neque illis ad quietis studium inclinandis mea monita suffecerunt.

CAPVT XXXVI. *Suorum crudelitatem se timere fingit.*

Idcirco, quia iam vltro pacis laudatorem homines efferati suspectabant, & oderant; abiecta spe plura perficiendi, vt me saltem meosque seruarem, cum parte clientium & amicorum huc veni; alios reliqui in castris, quia neque dum illis excedere maturum erat, & mihi opportunum, habere, qui quid ibi rerum agatur, nuncient, & vbi tempus aderit, consilium, quod in redintegrata amicitia pro munere vobis offero, iuuent.

CAPVT XXXVII. *Fabulam struit ad fallendum.*

Maximi opprimendi exercitus occasio adest, Q. Cæpio; sed cito disparitura, nisi confestim inieceris manum, si me sequeris itineris optimum ducem, Vestinorum Marsorumque in propinquo copiæ, dum sine Imperatore, sine certo

CAPVT XXXIIX. *Exercitum ho-:*

[illegible] opprimi posse fingit.

certo imperio trepidant, deleri nullo negotio possunt. Neque dolum timueri[t] nemo seque & liberos tradit in eorum, quos læsurus venerit, manus. Id minim[e] negauerim fuisse tempus, quo fuerim vobis iratior; sed ita vt in ciuilibus dissensionibus solet.

CAPVT XXXIX. *Fidem sibi struere nititur.*

Vim certe & arma quam non probauerim, & mei familiares in[time] sciunt; & ipso rerum testimonio satis ostendi potest. Quum à M. Druso [ad] leges perferendas in Vrbem essemus vocati; ciuesque mei spe atque animis mir[ifi]ce incaluissent: non subduxi me quærentibus ducem, hoc animo, vt quantum pe[ri] sine certamine posset, per me potissimum gereretur; si bonis artibus profe[ctum] nihil esset, impedirem meos ne nimia cupiditate atque indignatione ad scelesta consilia prolaberentur.

CAP. XL. *[Se] furorem popularium semper cōpressisse.*

Nihil enim sane mediocre decretum in concilio fuerat. lectumque agmen virorum pugiones sub tunicis detulerat, vt quod aliter nequiret obtineri, vi consequerentur. Sed ego tantum ab hoc proposito abhorrui, vt quum bona quadam fortuna Cn. Domitius nobis occurrisset; leuem occasionem nactus mitigauerim popularium animos; & vnde cum atrocissimis minis exierant, & placatos iam quietosque reducerem.

CAP. XLI. *Nec nisi volente populo Rom. adfectasse ciuitatem.*

Semper enim in caussa præsenti hic mihi animus fuit, vt nec indignos eo quod ostendebatur beneficio nos crederem; nec defugerem quidquam laboris aut sumptus, dum eo volente populo Romano potiremur: cum inuito luctari, neque fœderibus conuenire, quæ vobiscum icimus, neque virium nostrarum esse arbitrarer. Sed hæc ita esse aliquando per otium cognosces. in præsentia non postulo vt verbis meis, sed in quo plus est fidei, vt factis credas.

CAP XLII. *Animum suum ex factu apparitur[um], vere, sed ambigue adfirmat.*

Vtra cum parte sentiam, faueant modo ceptis dii, claro documento futura lux aperiet. nec aliud à te aut Senatu præmium paciscor, quam quod post nauatam operam studium meum mereri videbitur. Id modo dicam, quoties memoria repeto, quam fueritis semper in munerando largi, constans animum subit cogitatio, fore, vt ius Romanæ ciuitatis, & quidquid nostri armati postulant, certius meo, quam illorum consilio, & in his, quam in prioribus castris consequi detur.

CAP. XLIII. *Capionis responsio.*

Ad hæc Cæpio: tum desiderio rei gerendæ accensus, tum fidem hominis, tantis vt putabat pignoribus obstrictam, nihil suspectans; *non errasti*, inquit, *Q. Pompædi, si certius adsequendis quæ cupias in beneuolentia populi Romani, quam in armis tuorum esse præsidium [ve]ris. Multa ille sæpe, non Italicis modo sociis, sed & barbararum gentium rogatus dedit; coactus nihil cuiquam. Tu modo, vt promissa præstes dispicito: de ceteris meā esse præcipuam curam volo. nec meritis tuis inferior aut apud me, aut apud Senatum Populumque Romanum erit gratia.*

CAP. XLIV. *Pompædius incautum fallit.*

Multa deinde sciscitantem, *an citra periculum suscipi talis expeditio posset?* sine cura esse Pompædius iubet. *duo in hac deliberatione spectanda Cæpioni, & quantum fidei talia [in]dicantis, & quantum peritiæ credere debeat. Fidei se existimare dedisse maxima omnium, quæ dari possint pignora: neq; recusare si fallat, quin acerbissimis [exem]plis ipse liberique plectantur.*

a. Syri.

Quantum ad alterum pertineat, cum se lo[c]a

semper

ſemper & inter ſuos, & apud Romanos Imperatores tenuiſſe, vt de eo dubitaturum putes neminem. Se quum paucis conſciis exiſſet è vallo, dediſſe operam, vt tarde cognoſceret exercitus, profectum Imperatorem eſſe: nedum, vt quorſum, aut cuius negotii gratia exiret, quiſquam noſſet, niſi quem hæc ſcire intereſſet. Hæc non modo credebat incautus iuuenis, ſed etiam poſtquam vocari concilium è veſtigio iuſſiſſet, contra dubitantes tuebatur. Nec enim deerant, qui *cauendam hominis aſtutiam, nec niſi explorato quoquam proficiſcendum* dicerent. Ceterum quia maior poteſtas penes Cæpionem erat; ſimul metuentibus qui reſiſtebant, ne fauere ſociis viderentur; ſignis temere motis, qua Pompædius ad ſuorum caſtra præibat, exercitus rapitur. Ne id quidem curatum, vt adſeruaretur ille, aut taciti ſaltem cuſtodes adderentur. Vt ventum ad locum inſidiarum fuit, Q. Pompædius in tumulum quemdam præcurrit, quaſi dubitans, an inde conſpici hoſtes poſſent. Ibi ſublato quod conuenerat ſigno, coortæ inſidiæ Romanos priuſquam expedire arma poſſent, turbant, trucidant: cadit ipſe Cæpio, præterea militum ingens numerus. quod ex clade ſuperfuit, alio Senatus decreto parere C. Mario iuſſum eſt. Quum ita poſt Druſum fax altera belli Socialis exſtincta in Cæpione eſſet; non ideo excitatum ab his incendium conquieuit. adeo facilius eſt humanis ingeniis miſcere compoſita, quam turbatis mederi. Quamquam variis Italiæ regionibus certabatur, acerrimus tamen circa Campaniam Mars erat, vbi Samnites C. Papio Mutilo duce Acerras graui obſidione premebant. Eo quum L. Iulius Cæſar Conſul cum ſuis legionibus, auxiliariumque Gallorum millibus decem, & Numidico Mauroque equitatu occurriſſet; Papius Oxyntam Iugurthæ filium, qui habitus Venuſiæ in cuſtodia fuerat, in caſtra arceſſit, cultuque Regio exornatum popularibus oſtentat. ex eo crebra earum gentium, tamquam ad ſuum Regem, transfugia fiebant: donec fatigatus quotidianæ perfidiæ exemplis Conſul, ceteros omnes in Africam remiſit. At Papio tantum animorum ſupererat, vt contemptim ad caſtra hoſtium ductis copiis, quum nemo contra egrederetur, cohortatus ſuos, vallum inciperet vellere. Romanus conſilio non metu quieuerat: & intentus in occaſionem, vbi quo voluerat progreſſum hoſtem videt, præparatis omnibus, auerſa caſtrorum porta circummittit equitatum, ipſe cum cohortibus eruptionem validam facit, & Samnitem, nihil à tergo hoſtile metuentem, quum in ſe totum conuertiſſet, cædendum equitibus ſuis præbet. Tanta trepidatio & cædes fuit, vt quamquam propinquo in caſtra receptu, ſex tamen hoſtium millia caderent. Inde Conſul credo quia neque ad caſtra Samnitium oppugnanda ſatis virium erat; & Acerras aduerſus longiorem obſidionem firmauerat, ne annonam

CAP. XLV. *Res in concilio diſſuadetur.*

CAP. XLVI. *Sed Cæpio Pompædio credit.*

CAP. XLVII. *Et ab eo in inſidias deductus, perit.*

CAP. XLVIII. *In Campania acriter bellatur.*

CAP. XLIX. *Papius à L. Iulio vincitur.*

CAP. L. *Sex hoſtium millia cadunt.*

Nnnn oppida-

oppidanorum consumeret, exercitum abduxit. Huius victoriæ tanta fuit lætitia, vt Consul ab exercitu *Imperator* appellaretur; Romæ quoque positis sagis, Senatus ad vestitum rediret.

CAP. LI. *Æsernia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit.*

Ne tamen eo minus varia belli fortuna esset, Æsernia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit. sic quidem Liuianæ reliquiæ. Sed Orosius aliter tradit: *Sullam cum viginti quatuor cohortibus Æserniam missum, maximo bello & plurima cæde hostium, vrbem sociosque seruauisse.* Sane si quid scriptum à Liuio fuerit liqueret: ab auctoritate tanti viri difficulter recederem nunc quando non eadem negligentibus excerptis fides est, rem cogimur in medio relinquere.

CAP. LII. *De illa expeditione dubitatio.*

Neque enim aptissimum esset putare, Sullanam expeditionem non iustam salutem Æserniæ, sed aliquod ad tempus leuamentum attulisse: quis enim seruatos esse dicat credatue, quorum ad aliquot forte dies, certe non vltra vnum aut alterum mensem, dilata deditio esset? Sed apud hoc genus scriptores, tam crebra est huiusmodi hallucinatio, vt cautissimi quique lectores vix effugiant, quin subinde offendere & adhærescere cogantur: neque se possint, nisi aliunde forte subleuati, de confusa & temeraria rerum, interdum & pugnante secum congerie, extricare.

CAP. LIII. *Et iudicium Auctoris.*

Istis quidem temporibus Æserninos duplici fossa, valloque circumdatos, frumento adeso, quod ex agris in oppidum comportatum fuerat, ad extremum periculi venisse certum est. Vnde mihi probabilis coniectura oritur, propter inopiam commeatuum, paulo post cum M. Marcello deditam, atque inde cognomen *Æsernini* huic inditum esse: quum iam non ex bonis tantum rebus, sed etiam ex aduersis inciperent imponi: quemadmodum aliquanto postea M. Antonius

CAP. LIV. *Æsernia inter vrbes numerari olim desiit.*

oræ maritimæ dissolutissimus curator cognomentum Cretici tulit. Hanc deinde receptam a Consule Sulla vrbem existimo. sane in potestate Italorum fuisse indubitabili argumento est, quod eo bello sic est adflicta, vt iam ætate Strabonis inter vrbes numerari desierit. Neque vero L. Sullam multa bello Marsico priusquam Consul fieret, fortiter feliciterque gessisse ignoramus. sed hoc quidem vniuerse traditur: quid autem sigillatim vnoquoque loco ac tempore fecerit, nec referunt, qui supersunt, nec supersunt, qui retulerunt.

CAP. LV. *Querela de Historia Rom. detrimento.*

Ab eadem caussa cetera quoque eius belli latent, aut ex tortuosis obscurisque inuolucris vix eruuntur. Et hæc quidem difficultas quanto plus infructuosi laboris mihi peperit, tanto magis, vt speramus, apud æquum lectorem proficiet ad veniam. dif[illegible]te exspectatio eius, magnarum quandoque rerum initiis excitata, deficiente materia subito destituitur. Nam in opere veritatem professo quam fingere alienum & puditum sit; nisi quod antiquitus traditum reperiam, quod adferam non habeo: neque raro contingit, vt aliquam hist[illegible] partem

partem luculenter alicubi descriptam nactus, velut in copioso & nauigabili amne, plenis velis inuehar, atque idem mox velut in sicco destituar, quum illud flumen, more multorum, quæ postquam aliquamdiu lætis alueis incesserunt, subito sub terram absconditi disparent, euanuit. Illud tamen vere gloriari possum præstitisse, ne quid intentatum relinquerem, quo accuratior hæc historia fieret: eamque adhibuisse diligentiam, vt neque ab vllo ingenio nouum aliquid ex iis saltem qui exstent auctoribus erui posse putem: & quum celeberrimos doctissimosque viros rogauerim multos, à nemine mihi vllius gesti ne minima quidem circumstantia, quam prior non aduerterim, potuerit indicari.

CAP. LVI. In ea instauranda Auctoris diligentia.

Ceterum, vt ad Socialis belli exponendos casus reuertar, L. Cæsarem Consulem cum triginta peditum, quinque equitum millibus reperio, locis iniquis exercitu ducto in Marii Egnatii Samnitis insidias præcipitasse: fugientemque lectica, quod equi succussionem propter morbum ferre non posset apud fluuium quemdam (neque nomen traditur) cui pons tantum vnicus fuerit, maiorem copiarum partem amisisse.

CAP. LVII. L. Cæsaris clades.

Teani deinde (Sidicinum fuisse coniecturis adsequor) in oppido munito & copioso, concurrentibus ad eum strenue nouis militibus, exercitum & arma, nam & hæc inter fugiendum proiecta fuerant, reparasse.

CAP. LIIX. Et virium reparatio.

obsidebat adhuc Acerras in Campania C. Papius, ad quas liberandas omnis illa videtur à Consule suscepta fuisse expeditio. Igitur, quamprimum vtcumque instauratæ vires placuerunt, & ipse mouit Acerras, castrisque positis consedit. Socios prior clades, consulem recens vt solito cautiores essent, admonuerat. Sic vtrisque casum pugnæ studiose vitantibus, aliquandiu sine memorabili vllo euentu collata castris castra habuerunt.

CAP. LIX. Eiusdem & C. Papii castris collata castra.

Interea C. Marius, ad quem Rutiliani imperii, post exstinctum Consulem, summa redierat, male spretum ab illo consilium sequutus, suos intra munimenta exercuerat; donec hostes in eam securitatem adduxit, vt numquam se visuros æquo loco Marium existimarent. Igitur quum sæpe copiis ante castra instructis potestatem pugnæ frustra fecissent Marsi: adhibitam initio curam paulatim remiserunt. Sed vbi satis & apud suos animi, & apud hostes negligentiæ animaduertit, lacessentem aliquando ferociter hostem subito egressus prœlio fudit, & fugientem ad proxima vineta insequutus est, ibi ne transscendendis sepibus, quod ab hostibus factum ægre fuerat, ordines diuellerentur, insidiisque forte latentibus aperiretur occasio, continuit suos.

CAP. LX. C. Marius Marsos profligat.

Nec ideo minor aut clades hostium, aut populi Romani victoria exstitit: nam enim, cessante Mario, alias copias, à quibus fusi exciperentur, fortuna prouiderat. Casu quodam Sulla ex aduersa parte vinearum, castris modo positis, commissam esse pugnam, nescio quo indicio

CAP. LXI. Eosdem fugientes L. Sulla cædit.

dicio, ſenſerat. Quapropter quadrato agmine profectus, quum in palantes fuga hoſtes incidiſſet, maiorem prope, quam facta inter pugnandum fuerat, ſtragem edidit. plane quaſi fatale foret, vt cepta à Mario

CAP. LXII. *Prætor Marrucinorum Herius Aſinius occiditur.*

hic perficeret opera, maioremque gloriæ partem in ſe traheret. Supra ſex millia Marſorum eo prœlio deſiderata. Prætor quoque Marrucinorum Herius Aſinius occiſus eſt. armorum aliquanto plus quam pro cæſorum numero captum: quæ adeo paſſim fugientes proiecerant, vt collectis deinde in vnum reliquiis, ad ſeptem millia inermium reperirentur. Neq. ideo demittebat animos bellicoſa natio. quin vltro contractis vndique copiis, Marium prouocarunt ad pugnam; caſtriſque ſe tenentem

CAP. LXIII. *Marius pugnã detrectat.*

circumuallare inſtituerunt. Sed ille placito ſemel conſilio, quod mutari nihil dum attinebat, conſtanter inhærens; ad eam ignominiæ ſpeciem, & ſuorum querelis, & hoſtium inſultatione parum mouebatur. Ferunt eo tempore Q. Silonem, cui maxima inter Italicos ex opinione virtutis auctoritas erat, adequitantem caſtris, Marium his fere verbis inclamaſſe: *quin tu prodis ad pugnam, ſi magnus es Imperator, Mari.* viciſſim Marium: *quin*

CAP. LXIV. *Bellum Sociale alia pluracommouet.*

tu, ſi magnus es Imperator, nolentem pugnare cogis. Dum inter populum Romanum, Italicoſque ſocios iſta geruntur, fama exitiabilis belli per orbem terrarum ſparſa, quidquid vſquam latebat irarum, in apertum protulit. Igitur & Reges Bithyniæ Pontique, & vicinis Paphlagonum Cappadocumque vexandis finibus, & inter ſeſe rixando, verecundiam imperii Romani paulatim exuerunt: & apud ipſos Italiæ limites ſiti populi, antiquis

CAP. LXV. *Galli rebellant.*

odiis, occaſione noua, moti ſunt. Ex quibus præcipue Tranſalpinæ Galliæ tum aliæ nationes, tum à multis antea ducibus victi triumphatique Salluuii fuere. Credo ſuper alia his addiderat animum, quod Narbonenſis prouinciæ Pætor M. Cato, eius M. Catonis filius, qui Conſul in Africa mortem obierat, nuper erat ibi vita functus. Sed à C. Cæcilio compreſſi ſunt, nec vltra de belli eius initio aut fine comperi. neque vero quis Cæcilius ille fuerit, ſatis ſcio: niſi quod C. Metello Caprario genitum ſuſpiceris, & ad hunc pertinere veterem inſcriptionem putes, quam C. Cæcilio C.F. Metello Imp. Italici, qui Argis negotiabantur, poſuerunt. Opportuna tamen, non ad præſens modo gaudium, ſed in ſummam rei victoria fuit: quæ niſi nutantes vbiq; ciuitates in fide retinuiſſet: haud multo leuius exarſurum in Gallia bellum fuerat, quam paulo ante conflatum in Italia ſæuis vtrimque cladibus agebatur.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM
LIVIANORVM
LIBER VNDEQVADRAGESIMVS.

In locum lib. LXXIV. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitom. Lib. LXXIV. Liuiani.

CN. Pompeius Picentes prælio fudit, & obsedit, propter quam victoriam Romæ prætextæ, aliaque magistratuum ornamenta & insignia sumpta sunt. C. Marius cum Marsis dubio euentu pugnauit. Libertini tum primum militare ceperunt. Aulus Plotius legatus Vmbros, L. Porcius Prætor Marsos, quum vterque populus defecisset, prælio vicerunt. Nicomedes in Bithyniæ, Ariobarzanes in Cappadociæ Regna reducti sunt. Cn. Pompeius Consul Marsos acie vicit. Quum ære alieno oppressa esset ciuitas, A. Sempronius Asellio Prætor, quoniam secundum debitores ius dicebat, ab iis qui fænerabantur, in foro occisus est. Præterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.

INcipiebat tamen emergere populi Romani fortuna, & pristinam imperii adsertam armis maiestatem, rebellium sancire suppliciis. Picentes in Firmana colonia Cn. Pompeium Afranio duce obsidebant. Commodum acciderat, vt Ser. Sulpicio fusis Pelignis otium esset, vbi maius operæ precium facere posset, arma vertendi. Hunc vbi ad se venturum esse Pompeius intellexit, per internuncios ita cum eo constituit, vt dicto tempore, dum Pompeius eruptione facta detinet hostem, eumdem à tergo Sulpicius aggrediatur. Non prudentius consilio, quam felicius euentu ceptum fuit. Quum enim Picentes nouos in hoste animos mirati, ad repellendos intra mœnia Romanos contemptum properarent; ingenti coorto certamine, castra cum nullo aut inualido præsidio relicta Sulpicius expugnauit, incenditque. simul clamor aures omnium, simul conspectus ardentium castrorum oculos perculerat: quumq; tam vicino hostium alio exercitu, non tralatitii discriminis res esset, & omnia adhuc maiora vero repens terror faceret; nullum vltra prælium, sed fuga tantum & cædes fuit. vtique, postquam Afranius, si-

Res Romanis fiunt meliores.

CAP. II.

Picentes a Cn. Pompeio, Ser. Sulpicio vincuntur.

CAP. III. *Cn. Pompeius Asculum obsidet.*

stere suos frustra conatus, pugnando occubuerat. Cn. Pompeius insigni victoria potitus, ne hostibus respirandi spatium relinqueret; Asculum refugientes quam potuit celerrime persequutus, obsidione oppidũ clausit. Hæc demum victoria Romanis ex diuturno timore fiduciam bene finiendi belli reddidit: vt quemadmodum ob prosperam L. Cæsaris pugnam togas resumpserant; ita nunc latum clauum, aliaq; magistratuum ornamenta & insignia reciperent. Sub idem ferme tempus prœlium C.

CAP. IV. *Marius ancipiti prœlio cum Marsis pugnat.*

Marii cum Marsis dubio euentu diremptum est. Quamquam enim ducere bellum Marius statuisset, ad extremũ siue tædio victus, siue spe illectus & occasione oblata, contulit cum hoste pedem, prœlioq; decernendi potestatem fecit. Neutram eo die aciem satis constanter pugnauisse proditum est. Nam & retulerunt Romani pedem, & hostes consummatæ victoriam non ausi, sua & ipsi in castra reuerterunt. Vnde increpantem suos Marium inter alia dixisse ferunt; *vtrumne vestram maiorem fuisse putem an vero hostium ignauiam, hæreo. neque vos ora illorum, neque illi terga vestra intueri sustinuerunt.*

CAP. V. *Deinde imperio se abdicat.*

Non diu post hoc prœlium C. Marius famam suam senescere videns, per caussam valetudinis imperio se abdicauit; quum *se fesso corpore & neruorum vitio debili, expeditionem supra vires pudore suscepisse* diceret. Sane grauibus ante bellis eam gloriam, eosque honores consequutus fuerat, vt iam sexto & sexagesimo ætatis anno bona cum venia gratiaque omnium posset quiescere; si eumdem sibi rerum modum facere cupiditas sineret, quem natura demonstrat, & ratio suadet.

CAP. VI. *Libertinorum delectus.*

Inter hæc nouæ defectiones sociorum caussam præbuerunt Senatui, de inusitato hactenus genere militum cogitandi. Numquam enim antea libertinorum delectus erat habitus, nisi perraro, quum maximi bellorum terrores vrbem circumsisterent. Tum vero cohortes duodecim scriptæ, & per præsidia maritimæ oræ Cumas vsque distributæ, fortem fidelemque operam Imperatoribus & Reipublicæ præstiterunt. A. Plotio legato negotium datum, vt Vmbros tumultantes coërceret. Etrusci (nam hi populi [illegible] rebellare ceperant) L. Porcio

CAP. VII. *Vmbri & Tusci superantur.*

Prætori prouincia data. Cum vtroque populo [illegible] collatis [illegible] tum: victoria, non incruenta tamen, penes Romanos fuit. At Senatus, quum noui subinde hostes de veteribus sociis prodirent, ne, qui adhuc in fide perstiterant, iisdem consiliis ad res nouandas incitarentur, salubri consilio auctor L. Iulio Consuli ferendæ legis fuit, *vt qui ad eum diem populi per Italiam iura fœderis Romani sancta atque inuiolata [illegible]*

CAP. VIII. *L. Iulius de ciuitate [illegible]*

ciues Romani fierent. Eam legem L. Iulius Consul ex Senatusconsulto [illegible] populi iussu tulit. eaq; lege vniuerso Latio, & quibusdam Etruriæ [illegible] ciuitas data est. Id non ab iis modo, quibus concessum erat, gratum [illegible]

exce

exceptum beneficium est; sed late per omnem Italiam, ad similem spem erexit animos, populoque Romano mirifice conciliauit. Igitur eadem opera, & ii quibus fidelibus hactenus sociis vsa Respublica fuerat, firmissimo adstricti vinculo; & qui fluctuabant retenti, bellumque meditantibus tantumnon excussa de manibus arma sunt. Sed neque postea finiri bellum alia ratione potuit, quam vt subinde iis quorum minor in resistendo pertinacia fuerat; tum promiscue sociis omnibus Italicis, Lucano tantum & Samnite exceptis, & ad extremum his quoque ciuitas, pro cuius impetrando iure tantum sanguinis erat fusum, daretur.

tatem scitu quibusdam.

CAP. IX. *Eadem procedente tempore pluribus, mox omnibus Italis data.*

Dum Italiam intestina bella varie premunt vastantque, non multo quietioribus Asia vsa rebus est, crebris Regnorum mutationibus, & incerto maxime Bithynorum Cappadocumque statu. Bithyniam nuper mortuo Nicomede Prusiæ filio, alius Nicomedes, superioris ex Nysa vxore filius, auctoritate Senatus Romani possederat. Sed vti numquam certamina desunt inter Regios iuuenes, controuersiam ei de Regno frater Socrates cognomento Chrestos faciebat. Hic quum viribus minus posset, & Romanis opibus sustentari fratrem videret, ad Mithridatem se contulit; neque Romanis concessurum, & Bithyniæ semper inhiantem. Igitur Mithridates Nicomedem saltatricis filium, & Regia fortuna indignum increpans; Socratem licet minorem natu, tamquam materna origine potiorem, exercitu dato deduxit in Regnum.

CAP. X. *Bithyniæ status turbatus.*

Duo hinc eodem tempore Reges exsules Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithyniæ, quum odio Mithridatis fauorabiles Romæ essent, quamquam dura Imperii tempora erant, impetrarunt tamen, vt quando exercitus non posset, saltem legati mitterentur. Hæc anno superiore acta fuerant, legatique erant profecti M. Aquilius vir Consularis, & ex Prætoriis Manilius Mancinus. Scriptum quoque fuerat L. Cassio Asiam cum paucis cohortibus obtinenti, *vt restituendis Regibus legatos adiuuaret.*

CAP. XI. *Ariobarzanes & Nicomedes Reges exsules.*

Idem & à Mithridate postulatum erat. Sed ille neque defendere ausus quem constituerat Regem, nec adiutum volens quem expulerat, quieuit: legatisque Romanis quædam incusantibus, obiecit inuicem *quas ipse passus iniurias esset, quantamque vim auri, vt Romanos publice priuatimue demereretur, erogasset.* Ita legati & Cassius delectibus per Gallogræciam ac Phrygiā habitis, & adiuncto, qui penes Cassium ante fuerat, exercitu, Nicomedem in Bithyniæ, Ariobarzanem in Cappadociæ Regna reduxerunt.

CAP. XII. *Mithridates cum legatis Romanis altercatur.*

Socrates ad Mithridatem confugit, & ab eo, ne receptator videretur eius, qui hostis ab Senatu indicatus esset, interfectus est. Nondum enim in pace quiescere animum constituerat, ne forte Romanos ad Sociorum repetendam amicitiam adigeret; quo diutius intestinis discordiis relinquerentur, plus virium

CAP. XIII. *Is Socratem interficit, quem Bithyniæ Regē paulo ante fecerat.*

virium amisiuros. interea seque & Tigranem otiose instrui ad tantum bellum, & præparari posse. Quippe duobus offensis potentissimis Regibus (nam Tigranes Cappadociam tenuerat) de bello Romanis inferendo facile conuenit.

CAP. XIV. *Legatos ad Tigranem mittit.*

Quum enim hincinde legationes commearent, eadem omnibus & acceptæ iniuriæ indignatio, & vindicandi cupiditas & spes in armis erat. *Hoc esse tempus illud, quo tandem deprimi & coerceri superbia Romanorum posset. Homines adsuetos impotenti imperio, quum domi satis tuti esse nequeant, arbitria Regnorum agere: nullo respectu quomodo meriti, aut quomodo laturi iniuriam lædantur. Tantas esse duorum Regum opes, vt vel alterius arma florentem populum Romanum lacessere possint: nedum ille debilis & adflictus coniunctos sustineat.*

CAP. XV. *Fœdus Mithridatis cum Tigrane.*

Fit inter illos pactum, *vt contra communem hostem societas armorum bellique esset: quod vrbium agrorumue captum foret, Mithridati, homines, & quidquid agi ferrique posset, Tigrani cederent.* Quippe Tigranes vasta terrarum spatia, & continuis bellis exinanita obtinebat; tum quoque Tigranocerta condens, amplissimam vrbem, hominibus maxime habebat opus: Mithridati populosæ regiones suberant; & accolas habebat Scythicas nationes, quæ quum agros nullos aut steriles haberent, multitudine tamen hominum maiorem in modum abundabant.

CAP. XVI. *Cum Scythis, & aliis.*

Igitur & ad istos, & in vicinam deinde Sarmatiam mitti legatos placuit, *larga stipendia, honoratam militiam, luculentas possessiones* ostentaturos, *operæ contra Romanos nauandæ certa & magna præmia.* Parthi quoque Medique & Iberi, cum Gallogræcis Bastarnisque in fœdus adsciscuntur.

A.V.C. DCLXIV. *L. Cæsaris gesta contra Papium Mutilum.*

Hæc ferme rerum Romanarum facies erat, quum Cn. Pompeius Sex. F. Cn. N. Strabo, L. Porcius M. F. M. N. Cato Consules, magistratum inierunt. In Campania L. Cæsar contra C. Papium Mutilum castra ad Acerras cum Proconsulari imperio habebat, neque certamen aliquod maioris aleæ mouebatur: tantummodo frumentatione & commeatu inuicem prohibebant.

CAP. XVII.

Quibus rebus superior Cæsar, cuius castris fertilissimus ager suberat, eo tandem necessitatis adegit hostem, vt prior motis castris profectionem adornaret. Non poterat in tanta vicinitate castrorum latere quid ageretur.

Eiusdem victoria.

ergo præparatis omnibus tam opportune Proconsul signa in abeuntem hostem intulit, vt acie tota turbata, ad octo hominum millia prosterneret, armorum etiam vi magna potiretur. nam super ea quæ cæsis exciderant, à fugientibus passim fuerant abiecta.

CAP. XVIII. *Cn. Pompeius Marsos cædit.*

Neque deterius ab aliis quoque Romanis ducibus copiæque res sub eosdem dies gestæ. Cn. Pompeius Consul Asculanos strenua obsidione vrgebat: neque Picentibus ad resistendum vires erant, multis aduersis prœliis vehementer accisæ. Igitur vt socios opem orantes obsidioni eximeret, ingens Marsorum exercitus venit. Neque territus Con-

ſul ſignis collatis magna & felici pugna cum his dimicauit. Duodeuiginti hoſtium millia cum Imperatore Franco (niſi forte Afranius fuerit) cæſa ſunt. Quatuor Italicorum millia, quum denſatis ordinibus è media cæde in iugum editi montis euaſiſſent, niuibus & vi frigoris oppreſſi, in miſerabile ſpectaculum humanæ fragilitatis ita diriguerunt, vt procul viſentibus ſpecies in acie ſtantium obiiceretur. Sed & propius ſuggreſſi patentibus omnes oculis, aperto ore eſſe videbant, partim ſtirpibus aut ſaxis, partim armis innixos; vt mortuos non aliud prius indicium, quam nullo motu mutatus corporum habitus, argueret. Hæc apud Oroſium ita ſunt tradita, ſcriptorem haud accuratiſſimum, & in eadem hac hiſtoria ſecum ſæpe pugnantem. Aliorum probabilior eſt narratio, Marſos & alios ſuperi maris accolas, Vmbriam Etruriamque adhuc in partibus eſſe ratos, quindecim hominum millia, per longinquos & difficiles calles, velut auxilio Tuſcis miſiſſe. Eos mutata omnia, & cum Cn. Pompeio Conſule Romanum exercitum iis locis offendiſſe: amiſſisque mala pugna quinque millibus, reliquos per hiemis & locorum aſperitatem ad ſua redire niſos, quum ad reliqua mala fames accederet, glandibus inopiam ſuſtentaſſe: donec dimidia ferme pars euaderet, ceteris diuerſa peſte, ſed maxime frigoris violentia exſtinctis. Hæc à Pompeio primis Conſulatus ſui menſibus geſta videri, præter Epitomes Liuianæ ſeriem, quæ mihi in illis temporum labyrinthis plerumque pro filo Ariadneo eſt, argumenta rerum ipſarum cogunt nam & hiemali tempore geſta conuenit: & ne ad poſtremos Conſulatus eiuſdem menſes referamus, Marſorum expeditio vetat, quam ad Tuſcos veluti ſocios ſuſceperunt; quorum mutata eſſe conſilia poſt tempus adeo longum neſcire non potuiſſent. Igitur ab hac demum pugna Conſulem Pompeium ad obſidionem Aſculanorum reuertiſſe verius arbitror, præſertim quia iam de valetudine L. Cæſaris audire potuerat, quem interea dum ad Conſulatum petendum abit, deinde in gerendo abeſt Pompeius, caſtris ad Aſculum præfuiſſe cognouimus. Is enim, poſtquam Papio victo Acerras obſidione liberaſſet, bellum Aſculanum, quod omitti non placebat, haud dubie Senatus voluntate adminiſtrauit: quouſque languido corpore, quum deficere ſe animaduerteret C. Bæbium præeſſe copiis iuſſit, ſi quid ſibi accidiſſet, donec Senatus aliter ſtatueret. Eadem igitur hieme, quum ad Aſculum Pompeius acceſſiſſet, patriæ timens Iudacilius, Italicorum Prætor (erat enim inde oriundus) cum octo cohortibus auxilio obſeſſis properabat. nunciis quoque ſecretis monuerat, *vt quamprimum tumultus ad præſidia Romana exauditus eſſet, ipſi quoque validam eruptionem ex vrbe facerent, vt hoſtes ancipiti periculo terrerentur.* At illi per igna-

CAP. XIX. *Aliquot multi frigoribus intereunt.*

CAP. XX. *Alia de eadem re narratio.*

CAP. XXI. *Geſti huius verum tempus eruitur.*

CAP. XXII. *Bellum Aſculanum.*

CAP. XXIII.

C. Iudacilius Asculū intrat.

ignauiam quieuerunt. nec eo secius Iudacilius per medios hostes in o-
pidum cum parte suorum penetrauit. Ibi furens ira & dolore acri[illegible]
corripuit Asculanos, vocatosque in concionem seuerissima oratio[illegible]
terruit. *Paulo ante summa mihi votorum erat*, inquit, *vt penetratis ho[illegible]
castris, vitato periculo sospes vos intuerer, vos ex hoc loco alloquerer. nu[illegible]
ximia repente mutata sunt. mallem intra vallum Romanum occubuisse, qua[illegible]
vt hanc tantam ignominiam viderem, vos intueri, hos compellare cogerer. [illegible]*

CAP. XXIV.

Acriter increpat Asculanos.

*bus pro summa sua infamia, vel quid nominis sit imponendum nescio. Mil[illegible]
appellem, qui Prætoris imperium spernitis; aut ciues, qui vestrorum pericu[illegible]
hil mouemini? Asculani sane vocemini, dum licet; mox enim, si quid prof[illegible]
nullum in Piceno, præterquam in ruinis Asculum erit. Nec vero expeditum mi-
hi sit facinori vestro, quam vobis, conueniens nomen reddere. Errorem excu[illegible]
re non potestis admoniti. dementiæ leuius merito vocabulum est. ne metum qui-
dem, aut proditionem simpliciter appelles; in vnum confluxit multorum atque
diuersorum scelerum summa turpitudo.*

CAP. XXV.

Ignauiam eorū accusat.

*Quum sciretis quo tempore Romana
munimenta perrupturus accederem, quum sentiretis tumultum, audiretis cla-
morem, hostium trepidationem cerneretis, exire non potuistis, vt saltem con-
spectu ipso terrorem Romanorum augeretis, & quia vestræ obtorpuerunt manus,
vel ostensis eminus armis, ciuium vestrorum faueretis victoriæ. Quod enim tan-
tum periculum fuit, aut quæ adeo periculi species, vt tamen sub aliquo colore
vestra latere posit ignauia. Paucæ cohortes ab hostium tanto exercitu infesta-
tæ, à suis relictæ, perfringere ista castra potuerunt, quorum vos conspectum
horretis. quidquamne potest esse certius, quam qui tam exilem manum
prohibere transitu non potuerunt, ne munimenta quidem sua fuisse defen-
suros, si vos viri fuissetis.*

CAP. XXVI.

Exitium imminens ostendit.

*Tantumne his muris, & qui circa sunt montibus
confiditis; vt tutos fore putetis loco, etiamsi audacia & armis non defendamini?
Nihil tam munitum est, quod contra mulieres expugnari non posset à viris. Sed
quid ego verbis vos vlciscor, quos paulo post Romanorum crudelitas acerbius
quam imprecari quisquam inimicus posset, est vindicatura? Hodie demum aut*

CAP. XXVII.

Romanæ sæuitiæ admonet.

*heri Romanum audiuistis imperium. an tot iam ætatibus cum maioribus vestr[illegible]
vniuersa Italia persensit? An exciderunt animis Romanæ sæuitiæ tam expressa
monimenta, & quibus illi criminibus acerrime irascantur. Aliudne maior[illegible]
apud illos pœna vindicari solet, quam vbi gentes Italicæ latentem sub blanda so-
ciorum appellatione seruitutem aspernantur. Patrum memoria nescio quid mo-
uerunt Fregellæ: paucos intra dies dirutæ ad solum deletaque sunt. olim Samni-
tes Bruttiique & Lucani cum Pyrrho senserunt: quantis igitur cladibus, qua va-*

CAP. XXIIX.

*statione sunt à L. Papirio, Sp. Caruilio castigati. Ad Hannibalem Capua defe-
cit. ergo tantis odiis à Romano oppugnata est, vt potius amissurus Capitolium
& Vrbem, quam non expetiturus pœnas à Campano populo videretur. [illegible]*

tamen lenius peccauerant. quæ vobis vsquam reposita spes est, quum iratis dominis vestra vos ignauia tradiderit, Asculani? parcet scilicet, à quibus interfectos Proconsules, interfectos legatos suos: fidem pacis, maiestatem imperii, fœderum, hospitii, cognationis, iura omnia violata esse meminerunt? Nisi forte blandiuntur sibi quidam, qui iam olim Romanis approbare fidem innocentiamque suam student. à quorum nominibus si interim abstineo, non est vt se sperent fallere. Non esse mihi ignotos, quorum inuidia metuue spretum imperium, deserti ciues & propugnatores vestri, prodita postremo patria est; matura noxiorum pœna satis ostendet. *Quanto enim aliorum scelere, aliorum amentia eo deducta res est, vt imminens excidium patriæ indubitanter prospiciam, neque ego superstes ei ero, nec illos patiar, penes quos malorum istorum culpa residet.* Quum deinde satis diu atrocibus verbis concionem, præcipue veteres æmulos, qui ob pristinam simultatem tum quoque negligendi imperii auctores populo fuerant, vehementem in timorem adduxisset (nam armatos & qui vna venerant, & qui in præsidio erant vrbis, dicto audientes habebat) ad postremum *corripi quosdam Asculanorum principum* iussit. Quibus vltimo supplicio consumptis, ipse cum ceteris, & honoratissimo quoquo amicorum magnifice epulatus, vinum affatim hausit. deinde quum destinatum morti tempus aduenisset, postrema oratione affatus præsentes, in huiusmodi verba prorupit: *alterum eorum, quæ in concione promiseram, exsolui; ne quem proditorum prodita perditaque patria lætari, aut saltem superesse pereunti paterer: nunc alterius etiam præstanda fides est; ne & ipse supersim. Quid contrahitis frontes amici? quid abominantibus similem vultum fingitis? nihil triste loquuti sumus. Non temere mihi captus est moriendi impetus: neque pœnitet me, et pigetue. Idem animus ad efficiendum quod proposui sufficiet, qui ad concipiendum sufficit, & quod consilium dictauit ratio, virtus exsequetur. Sane nihil miror vos moueri cogitatione earum rerum, quas vulgaris error omnium esse acerbissimas finxit. nam & nos in eadem opinione fuimus: & nimium diu bonorum omnium summum atque maximum vitam esse sumus arbitrati. Sed quo nimirum propius ad confinia vitæ & mortis accedo, dilucidius quid inter vtramque sit perspicio. Idcirco idem ille, qui sæpe deorum velut inuidiam accusaui, quod mortale hominum genus fecerunt; nunc misericordiam laudo, per quam effectum est, ne ad perpetuam vitam, peius quam ad metalla damnati, sine remedio, sine spe, aut finis aut modi, grauissima quaque & acerbissima tormenta pateremur. O nos ingratos, qui optatissimum deorum beneficium hactenus, tamquam insignem iniuriam criminati sumus? Neque hic numinum beneuolentia stetit. Miserta stultitiæ humanæ, miserta fortunæ, ne quis volens nolensque in iisdem ærumnis*

Et in illos delictorum.

CAP. XXIX. *Inuehitur in æmulos suos.*

CAP. XXX. *Eos supplicio adficit.*

CAP. XXXI. *Deinde ipse quoque se mortuum ostendit.*

CAP. XXXII. *Mortis bona dilaudat.*

perpetuo ageret: mire dispensauit vtramque sortem, vt moriendum vel viuendum esset, viuere nemo cogeretur.

CAPVT XXXIII. *Eius arbitrium in manu hominis esse ait.*

Nam in manu nostra posuit, vt quem aliquando finem allatura natura esset, cum voluntas quandocumque optauisset, repræsentaret. Idcirco nemo me putet infelicem, si hoc tempore vita abeo: quod omnium esse opportunissimum iudicaui. Ad annos forte triginta aut quadragesima ex pari mecum conditione omnes æquales mei erunt. Sed illorum multi plerique interea temporis patientur, quæ morte tristiora esse ipsi fateantur: ego lætus libensque, non sine solatio cæsorum sæpe hostium, punitorum æmulorum, seruata quantum in me fuit patria, liber & mea sponte moriar. neque lamenta matrum atque puerorum, aut interitum patriæ, aut exsultantem hostem videbo, neque dominum Romanum patiar, quod nuper vnum omnium malorum calamitosissimum simul atque turpissimum esse, Italia tota iudicauit.

CAPVT XXXIV. *Suadet & aliis eandem.*

Ego neminem facere eadem aut iubeo aut veto: nec quam mihi sumo libertatem, aliis adimam. ceterum non sit alienum a rationibus vestris, Asculani, si, quem ad depellendam calamitatem sequi ducem voluistis, saltem ad effugiendam sequamini. Hæc loquutus venenum poposcit, epotoque, conscendit rogum, quem in templo quodam exstruendum curauerat. Factum eius imitatorem neminem inuenit, quum laudatores plerosque habuisset. Nec, credo, deerant, qui constantiam mortis probarent, consilium reprehenderent,

CAP. XXXV. *Eius consilium reprehenditur, vt impium.*

vt iniustum, & intempestiuum. Nam & alii sapientiæ magistri, qui tum quoque præ aliis hominibus ratione rectissime vti credebantur; temeritatem consciscendæ necis damnauerunt: & ne mollitiem fuisse putes, fortissima omnium secta, quæ dolorem ac molestias ne quidem numerandas in malis putat, in eadem sententia fuit. Sane qui leges vniuersi norunt, & quomodo ab vno & vnius sint omnia, dubitare nequeunt, quin ab illius voluntate deflectendum sit nusquam, neque fas sit cuiquam, ex ea quam adsignauit ille statione, illius iniussu decedere. Idcirco quemadmodum iuris ciuilis auctores sanxerunt, fugitiuum sui ipsius furtum committere, ita perspicuum est, longe grauius crimen incurrere, qui vita sibi adimenda, quam à se non habent, semetipsos non sponte domini, vsibus eius suffurantur.

CAPVT XXXVI. *Et intempestiuum.*

Sed neque, si res ipsa vacaret crimine, delegisse tempus idoneum moriendi C. Iudacilius videbatur. *Nam si de se tantum esset solicitus, in eo neque laudem magnam esse: & ita comparatum à natura, vt vbique præsto sit mori volentibus occasio. Nuper Alpinas gentes, deinde Teutonicas multorum millium interitu declarasse, ad mortem properantibus vndelibet patere viam. Sed illum patriæ ingentem prætulisse charitatem, cui si prodesse voluisset, non fuisse subtrahendam vnicum liberatis defensorem; ducem summum: impigrum militem.*

CAPVT XXXVII.

Non ita desperatam fuis-

tem Asu-

rem Asculanam, quin sperare meliora fata licuisset. ita præcipitato exitu Prætoris & præsidium detractum saluti publicæ fuisset, & ad metum extremæ sortis omen additum. Perrupisse eum per medios hostes, & ex tanto periculo multos secum incolumes in oppidum induxisse. Reperta & in illo multa armatorum millia, neutiquam pœnitenda virtutis & animorum. Adhæc vrbem ita sitam, vt difficulter oppugnari posset: ita rebus omnibus instructam, vti necessum & facile fuerit tantum bellum diu ante meditantibus. Ab hoste potius petendum felicissimi euentus exemplum fuisse. Nullam iam olim futuram fuisse Romam, si principes eius ad quemuis duriorem casum, spem omnem præcidere festinata morte voluissent. Non sic fecisse ne senes quidem Romanos, qui Gallis Vrbem occupantibus, ad vtramque fortunam parati, nec fugere vitam, nec retinere curauerint. Iuuentutem certe, quamquam numero inualidam, copiis omnibus destitutam, tamen insigne mortalibus ostendisse documentum; non esse desperandum in malis, sed relinquendum casibus spatium reponendi quod abstulissent. Multos adhuc per Italiam duces sociorum, magnas passim copias esse: neque mirandum, si post multa prospera, vno aut altero loco mutabilitas humanarum rerum apparet. Hæc ob alia incommoda dicebantur, & quia res in Campano agro secundiores Romanis erant, vbi L. Sulla Stabias oppidum expugnatum direptumque A.D. pridie X. Kal. Maias deleuit. Dum ad eum modum Italicæ regiones peruastantur, ipsa quoque caput gentium Roma, multis è bello difficultatibus perurgebatur. Inter quæ fœdam in Vrbe seditionem exciuit fœnebre malum, quod adflicta temporum acerbitate patrimonia, pleramque ciuitatis partem ære alieno obruerant. Olim lata lege pecuniam in fœnore ponere vetitum fuerat: pœna quoque addita, si quis ausus esset fœnerari. legem necessitas hominum, & inolita consuetudo, longo situ obtexerat. Igitur morosi debitores, quum fœneratoribus ex pacto sortem & vsuras reposcentibus, belli mala, & ex iis inopiam suam partim vere, alii falso, vtrique frustra obtenderent: legem pridem exstinctam velut ab orco reuocabant. Inde quum ingens certamen exarsisset, ferueréntque litibus omnia, Prætor A. Sempronius Asellio, cui iurisdictio Vrbana euenerat, rem ex æquo bonoque componere conatus, frustra fuit. nam vt fieri amat, apud paucos iusti honestique valebat respectus, cetera turba, aliis indebitum improbe exigentibus, aliis perfide retinentibus debitum, magis magisque contentionibus & simultate implicabatur. Ibi Prætor iudices dare cepit, qui singulorum cognoscerent caussas, & inter legem atque vsum varie oppressam æquitatem indagarent. Ea res tantam commouit apud creditores consternationem, vt omnia prius audenda putarent, quam id ius referri paterentur, per quod non modo carendum fœnore, sed vltro penden-

Vita enim quã morte pl' fuisse commodaturũ patriæ.

CAPVT XXXIIX. Romanorũ imitandam fuisse constantiam.

CAPVT XXXIX.

Sulla Stabias expugnat.

CAP. XL. Seditio Romæ propter æs alienum.

CAP. XLI. A Pratore A. Sempronio coerceri nequit.

CAP. XLII. Sed & ipse a creditoribus occiditur.

pendenda mulcta foret. Igitur L. Cassio Tribuno plebis concitante, secunda diei hora, palam in foro, magistratum populi Romani, tum maxime sacra diis facientem fœdo exemplo peremerunt. Pro æde Concordiæ Gemellis faciebat, circumstante velut ad sacrificium turba. [illegible] ab vno quodam lapide petitus Prætor, abiecta patera, contento cursu per

CAP. XLIII. forum ad Vestæ fugiebat. Sed exclusus ab aliis qui præcurrerant, & quum in tabernaculam quamdam se abdidisset, in ipsis magistratus [illegible] sacrificii ornamentis discerptus est. Ferunt tam væcordem fuisse [illegible] num violentiam, vt quidam apud Vestales latitare Asellionem rati, [illegible] irruperint, vnde viriles oculos religio maiorum, & multarum ætatum perpetua veneratio submouebat. Neque admirabilior in patranda cæde audacia fœneratorum, quam in celandis eius auctoribus industria fuit. Senatus, *si quid eius rei iudicasset, libero pecuniam, seruo libertatem*

Necis auctores celantur.

CAP. XLIV. *præmio fore edici* iusserat. Sed ea cura & potentia creditorum fuit, vt in tam atroci cæde palam luce in celeberrima parte ciuitatis patrata, index nemo exsisteret. Hoc puto maximum incitamentum fuisse iubendæ legis, quam M. Plautius Siluanus Tribunus plebis de Vi Publica tulit. tulit & de Iudiciis idem Plautius, aduersus Equitum improbitatem, adiuuantibus nobilibus, *vt singulæ tribus quotannis viros quinos denos ex suo numero suffragiis crearent, eo anno iudicaturos*: non excepto, quibus ex or-

Lex Plautia de Vi Publica, & de Iudiciis.

CAP. XLV. dinibus legerentur. Eo factum est, vt Senatores etiam in eo numero, itemq; de plebe nonnulli essent. Rogationem Plautiam multi suaserunt diserti & nobiles viri, & inter alios C. Iulius L. F. Cæsar. Neque intercedere honeste quisquam poterat, quo minus de Vi Publica iudicium lege constitueretur. plus fuit cum Equitibus negotii; & res ipsa tum difficilior, tum etiam maius, vtra pars obtinuisset, victoriæ præmium. Idcirco multis hinc inde agentibus, qui [illegible] Plautiam legem, [illegible] dem de rebus sapientissime constitutum ad[illegible] neque aliud [illegible] con[illegible]

Equites Iudiciariam legem repudiant.

CAP. XLVI. *sum ordinum remedium esse. Quum Senatus [illegible] Patrum esse potentiam visam, etiam quoties non [illegible] deinde quorumdam improbitatem, aliorum [illegible], [illegible] aut stipendiarios suos quomodocumque eripere per[illegible] & eorum [illegible] umpere iudicia [illegible] uerint. Alios cupiditate magistratuum, aliorumque [illegible] neficiorum populi non leges, sed voluntatem vulgi, au[illegible] orum qui gratiosi apud vulgum essent, spectauisse. Rursus in plebe, ne iudicia illi relinquerentur, velocitatem & vehementiam adfectuum, negligentiam in inquirendo, temeritatem in iudicando, & apud*

Neq; Senatui, neque plebi iudicia danda pugnant.

CAP. XLVII *obnoxios & egenos paratum gratiæ aut præmiis locum, dissoluisse. Nihil igitur neque tum fuisse melius, quam vt ad medium velut ordinem iretur [illegible] posterum fore. Sic esse constitutum in omnibus ferme ciuitatibus, vt [illegible]*

Sed medii inter vtrumq; ordinĩ Equitibus.

[illegible]

procliuiores ad iniuriam sint; imperita & venalis multitudo: medii inter vtrosque neque grauitatis & prudentiæ egeant; neque nimiis opibus ad impotentiam solicitentur: æqualiter ab alterorum sordibus, & ab alterorum ambitione remoti. Neque caussam esse cur Equitibus hæc inferatur iniuria, vt quasi male exercita iudicandi potestate priuentur. Sane inuidiosum id Senatusconsultum fuisse, quo legis Variæ dilata iudicia sint: sed nemini dubium esse, quin alia re nulla offensi Patres fuerint, quam incorrupta, & gratiæ minusque iuxta impenetrabili iudicum seueritate. Crimini sane datum quod damnati sint aliqui, quos innocentes fuisse amici eorum ac propinqui dictitarent: sed nullam adeo perditam in iudicium adferri caussam posse, vt non aliquibus, & maxime iis quorum saluos esse reos interest, valde probabilis videatur. Quod si forte aliquando sit erratum, nec Equites omnis erroris expertes esse, nec ceterorum quemquam id sibi vere polliceri posse. Communem mortalitatis infirmitatem non ita certis hominibus exprobrandam, quasi ceteri alieni ab ea esse videantur. Olim & in celeberrimis Græciæ ciuitatibus viros præstantissimos; & Romæ Coriolanos, Camillos, Scipiones damnatos esse; quum nondum Equites Romani iudicarent. Hoc nimirum tam diu quorumdam artibus volui agique, vt quatenus abrogari iudicia nequirent, saltem ii iudices legerentur, apud quos ad nobilitatem gratiamque & potentiam reorum respectus, & ex cognatione sanguinis, similitudine fortunæ, fortassis & culpæ, parata absolutio foret. Dicebatur contra: falso vocari in suspicionem Patres, quasi iudicia legesque ob conscientiam formidarent. Neminem eius esse ordinis, quin se suosque primum omni culpa vacare optet: deinde, si postuletur reus, apud æquos iudices defendi recuset. Neque ideo ab Senatu interpositam auctoritatem esse, vt subterfugere iudicium rei quirent; sed vt latrocinio verius quam iudicio Equitum, si finis non posset, saltem modus imponeretur. Nihil aliud à diis immortalibus precari Patres, quam vt legum sarta tectaque semper sit in ciuitate maiestas. neque segniter aut grauate iussuros, vt & Variæ legis, & ceterarum iudicia reddantur, quamprimum illorum fuerit emendata ratio. Neque enim consilium esse, iniquis & furentibus hominibus hanc vltra potestatem dari, vt legem veluti sicam distringant in colla innocentium, & quidquid in ciuitate sit virtute aut gloria eximium, tamquam sublimia papauerum capita decutiant. Id enim instituisse eos agere, qui hactenus plurimum in iudiciis polluerint; horumque amentiæ paucos dissimiles vellent nollent accedere coactos. neque mansurum aliquid dignitatis fuisse, ni tardo quidem, sed tanto magis necessario decreto Senatus auctoritatem suam interposuisset. Eumdem, vt omnibus ciuibus innocentiam suam approbet, hoc inprimis agere, vt legis Variæ iudicia exerceantur: quo omnes intelligant, hactenus multos insontes à nocentibus damnatos esse: & illo crimine neminem magis quam iudicum quosdam, & ante omnes auctorem legis Q. Varium teneri.

CAP. XLIIX. Inuidiam purgant.

CAP. XLIX. Errorem in crimen trahi oportere negant.

CAP. L. Contraria Orat. L. Plautiã suadentium.

CAP. LI. Equitum iniuriæ esse coercendas ostenditur.

CAP. LII. Senatus excusatur.

Neque recusandū Equitibus rogationis Plautiæ modum esse, quo delectus iudicum ad Tribus referatur. Satis in his pollere Equites, neque populo Romano tam hebetes oculos esse, vt non viderit, qua quisq; religione iudicem hactenus egerit. nec ergo dubitandum, quin sit optimum quemque ad eamdem curam studiose reuocaturu.

CAP. LIII.

Lex Plautia Papiria de ciuitate Sociis danda.

Post multam disceptationē hæc postremo sententia tenuit. Eodem anno, postquam actum de ciuitate danda parti sociorum erat, lex Plautia Papiria lata est, à M. Plautio, C. Carbone Tribunis, ad regendum ius ciuitatis pertinens, continebatur, *vt qui fœderatis ciuitatibus adscripti fuissent, si tum quum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent; & si sexaginta diebus apud Prætorem essent professi, ciues Romani haberentur.* Q. Metellus, App. Claudius, P. Gabinius Prætores, professos apud sese, in tabulas retulerunt.

CAP. LIV.

Difficultas Romana ex aucto ciuium numero.

Auctus in immensum Romanorum ciuium numerus, quum inter tumultum belli, seditionesque domesticas, perplexa variaque difficultate ciuitatem implicaret; mouit Senatum, vt de remedio quæreretur. Quippe noui ciues, si, quod postulabant, pari omnino iure cum veteribus essent, parum aberat, quin capta ab Italis Roma videretur. numero enim longe superiores erant: & ne omnia ad se traherent, more ingenii humani, quod nulla prosperitate satiatur, haud immerito timebatur.

CAP. LV.

Per Censores tollitur.

Per Censores optima & tutissima definiendi iuris eorum via erat: sed tempus, quo ex veteri more fieri oportebat, nondum propinquabat. Tandem, vt verum est, vtilitati publicæ pristini moris obseruatio cessit; quod creari Censores è Republica esse, nullo modo dubitabatur. P. Licinius M.F. P. N. Crassus, L. Iulius L. F. Sex. N. Cæsar creati, nouos ciues Tribubus antiquis quinque & triginta non immiscuerunt, sed seorsim recensitis nouas constituerunt Tribus, quæ post antiquas vocarentur.

CAP. LVI.

Reiectis in nouam & postremas Tribus, nouis ciuibus.

Sic fiebat, vt qui numero superaturi priores ciues fuerant, si suffragia iisdem in Tribubus ferre sinerentur; ii reiecti ad extrema, plerumque superuacui fierent: nec vllum in publicis consultationibus momentum facerent: quum enim omne populi scitum maiori Tribuum parte iubente perinde haberetur; quam si iussum ab omnibus fuisset: simulatque Tribus quæ prius vocatæ fuerant, numerum illum implessent suffragiis, decretum erat; nec vltra reliquæ rogabantur.

CAP. LVII.

Non diuturno tamen, aut constante remedio.

Et tum quidem, non animaduertentibus sociis, aut quolibet pacto ciuitatem adipisci properis, non inutile id consilium fuit. procedente tamen tempore nouas ea res excitauit discordias. Ab iisdem Censoribus, quamquam pars populi nulla censa esset, lustrum tamen septimum atque sexagesimum conditum est. Id quoniam sine decreto augurum fuerit, infelix populo Romano fuisse, Veranius in auspiciorum libro prodidit. Opera Censoria nulla locata reperiuntur; cum vitiis & luxu certamen fuit: quæ pestis nimis opi-

bus

bus orta, etiam in paupertate & ære alieno remanebat. ac iidem qui iustissima debita expungere non poterant, per summam turpitudinem, pecunia creditorum quamlibet egentium, ad suam luxuriam abuti postulabant. *Vnguenta* igitur *exotica*, hoc enim vocabulum in edicto fuit, *vendi; vinum item Græcum Amineumque* (in ea regione vbi postea Falernum fuit, Aminei fuerunt) *octonis æris singula quadrantalia venire* vetuerunt. Per eadem tempora, quum diuisas Imperii vires accolarum ferocia sperneret, occasione inuitante multa passim latrocinia facta: & frequentibus Thracum incursionibus vexata Macedonia est. laborante enim Reipublicæ summa, prouincias præsidiis nudari necessum erat: & quamuis egregii Prætores, quod copias idoneas non haberent, irrumpentibus barbarorum agminibus male resistebant.

CAP. LVIII. *Luxuria coërcetur à Censoribus.*

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER QVADRAGESIMVS.

In locum lib. LXXV. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitom. Lib. LXXV. Liuiani.

AVlus Posthumius Albinus legatus, quum classi præesset, infamis crimine proditionis, ab exercitu suo interfectus est. L. Cornelius Sulla legatus Samnites prœlio vicit, & bina castra eorum expugnauit. Cn. Pompeius Vestinos in deditionem accepit. L. Porcius Consul rebus prospere gestis, fusisque aliquoties Marsis, dum castra eorum expugnat, cecidit. ea res hostibus victoriam eius prœlii dedit. Cosconius & Luceius, Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium, nobilissimum hostium ducem occiderunt, compluraque eorum oppida in deditionem acceperunt. L. Sulla Hirpinos domuit, Samnites multis prœliis fudit, aliquot populos recepit: quantisque raro quisquam alius ante Consulatum rebus gestis, ad petitionem Consulatus Romam est profectus.

IIsdem ferme diebus, quibus Prætoris Vrbani fusus in foro suo sanguis est, etiam in castris, ne quid vsquam castum sanctumue foret, Prætorium virum, A. Posthumium Albinum, quum legatus classi præesset, exercitus quem ducebat, interfecit. Intolerabili superbia militum in se odia susci-

A. Posthumius ab exercitu suo necatur.

suscitauisse traditur: sed quo speciosior furentibus prætextus esset, crimine proditionis insimulatum saxis atque fustibus oppresserunt. Copias eius quum L. Sulla, ipse quoq; legatus L. Porcii Consulis, accepisset; supplicium q; de nocentibus sumpturus putaretur: impunitum esse flagitium passus est. Id eo pertinuisse indicant, vt tanto beneficio obligatos promptiores haberet ad exsequenda quæ animo destinasset. Iam enim eo processerat cum Mario simultas, vt aut perdendum illum, aut sibi pereundum esse intelligeret: & quia senescente iam Sociali bello Mithridaticum adesse sentiebat; ad spem Consulatus & prouinciæ obtinendæ, fauorem exercitus aucupabatur. Id licet multi palam incusarent, & *in tam atroci delicto impunitam esse facinorosorum audaciam* quererentur, contempsit sermones hominum Sulla, vltro prædicans *consilii sui veritatem, quod hoc pacto melioribus vsurus esset militibus, dum fortibus factis eluere turpitudinem admissi niterentur.* Neque vanum id ei augurium fuit.

CAP. II. *Id facinus impunitum patitur L. Sulla.*

CAP. III. *L. Sulla gesta contra L. Cluentium.*

Gerebat tum in Campania bellum, Stabiisque receptis Pompeios, haud amplius sex millibus passuum distantes oppugnabat. Ad auxilium obsessorum L. Cluentius accurrerat, fiduciæ spirituumque plenus adeo, vt intra passus omnino quadringentos castra sua Sullanis opponeret. Sulla quamquam magnam suorum partem pabulatum emiserat, contumelia stimulatus, protinus ad hostes mouit signa: sed numero victus, tum quidem in sua castra se recepit. Ceterum vbi pabulatores reuerterunt, adsumptis illis Cluentium denuo adortus, magna cum cæde profligauit.

CAP. IV.

Cluentius motis in mediterranea castris, quum ingentia ad eum Gallorum auxilia venissent, animo recepto ad Pompeios iterum duxit, si pugnandi copia fieret, haud detrectaturus certamen. Ibi Sulla quo paratiores ad prœlium milites haberet, in concionem vocare iussis, ita cepit:

Sulla Oratio ad milites.

Non vt tamquam aduersus nouum hostem quæ fieri velim admoneam; neque vt virtutem vestram verbis exstimulem, vobiscum agere constitui, milites; pariter enim & obsequium vestrum mihi, & animum præteritis prœliis approbastis: sed quia toties pulsus hostis denuo hæc signa & hos vultus intueri sustinet; hoc tantum à nobis dedecus amoliri conantem vt adiuuetis cohortandos existimaui.

CAP. V. *Indigne fert hostem victum, iterum tentare fortunam belli.*

Cur enim victoriam nostram in vllo pretio ponimus, si cladem suam non sensit hostis? aut quorsum tollimus animos, si ille nondum demisit? Prorsus extorquenda confessio est, vt victos se fateantur, quos repulimus. ea nimirum res non ad nouam tantum adquirendam laudem, sed etiam ad retinendam quam parauimus, vehementer pertinet. Quamdiu in vicino castra Cluentius habebit, quis credet nos vicisse? quo auctore aut mihi speratos honores, aut vobis digna labore vestro præmia Senatus decernet? Fortuna partium vtrarumque comparabitur, & tantumdem hostis, quantum Romanus, aduersi prosperique rumoris accipiet.

CAP. VI. *Ita parem ho-*

Simi-

Simili timoris ac audaciæ vicissitudine vterque exercitus, & fugisse hostem, & repetisse dicetur. Hoc igitur de nobis Senatus populusque Romanus nuncium, inter aliorum exercituum victorias & gratulationes accipiet; vt vbiuis locorum res Romana haud dubie superiori, hic tantum ancipiti Marte dicatur dimicare? Qua enim re inferiores aliis sumus, vt patienter feramus, post omnes collocari? numerus, arma, copiæ, lacerti, non aliis in castris meliora: nam vt de nobis ducibus nihil dicam, nisi post viginti ferme annos omnibus Africanis deinde Gallicis atque Cimbricis bellis, postremo in Cilicia & Cappadocia, sic esse cognitos, vt numquam opera nostra consiliique aut Rempublicam aut exercitum pœnituerit: eosdem sane homines eadem arma intueor, quibus persæpe hoc ipso bello hostium maximum copiæ, & munitissima præsidia cesserunt.

stium & ipsorum laudem fuit.

CAP. VII.

Fortunam suam deprædicat.

Non enim quasi nihil sit à nobis gestum, queror: aut aliud incuso, quam quod nondum ad id fastigium gloriæ peruenimus, quod virtuti vestræ, & felicitati nostræ debetur. Tantum enim, nec diffiteor, Fortunæ fauorem omnia vatum haruspicumque responsa, & cuiusque generis diuinationes constanti prædictione spondent; vt quæ sunt hactenus a vobis gesta, minime quidem pœnitenda illa aut contemnenda, magnitudine eorum quæ speramus non vinci modo, sed etiam obscurari & obrui fatum sit.

CAP. VIII.

Eius numinis vim extollit.

Idcirco quoties imperia nostra accipitis, non hominis sed deæ ductum vos sequi cogitate: eiusque deæ, cuius in arbitrio res humanas omnes esse sitas, prudentes simul fatuique vno ore pronunciant. Nec igitur me piget ad huius beneficium maxime referre, quidquid a me fuerit præclare optabiliterque gestum, ne ingratus aduersus ita meritam sim; aut beneuolentiam eius in iracundiam mutem. Est enim & huic numini suarum iniuriarum sensus; & facile fastidit eos, a quibus fastiditur.

CAP. IX.

Exemplu Reguli & Timothei.

M. Reguli casum quis ignorat, florentissimi priusquam Fortunam contemneret, postea longe miserrimi ducis? Athenienses Timotheum Cononis filium habuerunt, qui laude bellicarum rerum gloria non inferior quam pater, ingenii præterea & doctrinæ magna ornamenta adiecerat. Sed ista omnia postquam Fortunam offendit semel, minime profuerunt. Quum successissent ei omnia mirabiliter, æmuli pinxerunt in tabernaculo sedentem, pendente supra caput Fortuna, quæ ciuitates in rete dormientis compelleret.

CAP. X.

Officium faciendum: euentus referendus ad numen.

Id homo vanus quum tolerare nequiuisset, & aliqua forte re gesta publice negasset, ex ista laude Fortunam posse quidquam decerpere: ab eo die fuit infelicissimus. Mihi vero hoc temperamentum placet, vt vigilantiam, consilium, audaciam præstanda homini censeam, euentum lubentius referam ad deos. ita demum necessum erit prospere euenire omnia, si neque nostro officio desumus, neque cum iniuria potentioris indebitam gloriam adfectamus. Sed hæc quidem aliquanto verbosius exsequutus sum milites, quod non in præsentia tantum intelligere vos cupiebam, quid mihi propositi esset; sed in posterum quoque sciretis, qualem du-

CAP. XI. *Seueritatu & liberalitatu sua admonet milites.*

cem, & quibus præsidiis fultum sequeremini. Cetera tam vobis nota sunt, rebusque ipsis perspecta; neque mihi seueritatem in noxios, nec erga fortiter facta liberalitatem defuisse. quamquam & hoc adscribo Fortunæ, quod mihi sic animatos milites dedit, vt præmia creberrime, supplicia non sæpe repræsentarem. Quamquam sane incusor a multis, quod æquo mollior, etiam fœdissimorum facinorum pœnas a sontibus non exigam. Verum enim vero, milites, ita meum inii rationem, dandum esse hominibus spatium, vt contractam nescio quo furore noxam, pœnitentia magis quam pœna eluant: & vbi forti aduersus hostem opera, tantum profuerint Reipublicæ, quantum crimine & exemplo nocuerunt: qui veniam, Respublica tot ciues incolumes habeat. sin vero sceleri addiderint

CAP. XII. *Posthumotanu veniam aut supplicium proponit.*

ignauiam, ne ipsi quidem recusent, quin seruili cum cruciatu necentur. Hæc vobis me dicere, quibus nuper A. Posthumius Albinus præfuit, non ignoratis. Apud maiores nostros, quum simili facinore sublatus ab exercitu M. Posthumius Regillensis esset; iussu populi acriter exercita quæstio est. nunc aliena iudicia ne timueritis: vestra in manu est, qualis manere vos exitus debeat. ferro, non suffragiis hæc caussa desideratur. Victores virtus absoluet: ignauos, vt hostile ferrum pepercerit, legum vindicta consumet. Quum eiusmodi oratione L. Sulla milites cohortatus esset; eamque conditionem maxime, qui pœnas interfecti ducis timebant, cupide accepissent, promptos paratosque, & ad omnia prolixe operam pollicentes in aciem eduxit.

CAP. XIII. *Res leuis, præcipua Sullanæ victoriæ caussa.*

Eo tempore, vt maximi quique mortalium conatus, leui subinde casu eluduntur, res per se haudquaquam magni momenti, præcipua tamen Sullanæ victoriæ caussa fuit, Romanorum insigni fiducia inflammatis animis, & hostium alacritate exstincta. Gallus quidam insigni proceritate, qui inter auxilia Cluentii merebat, quum ex diuersa acie fortissimum quemque ad singulare certamen prouocasset, ab exiguæ staturæ Mauro confectus, tantum pauoris popularibus suis iniecit, vt vix primum telorum

CAP. XIV.

coniectum sustinerent. Gallorum fuga sociorum quoque commouit ordines, perterritosque & turbatos, tamquam imbelle pecudum agmen trucidandos hosti præbuit. neque pugnantium fugientiumque minus triginta millia periisse referuntur.

Ingens clades Italicorum.

Ceteri cum duce Cluentio, nihil tutum arbitrantes, priusquam ad Nolam cursu peruenissent, castra ante ipsam vrbem posuerunt. Sulla non amplius moratus, quam donec hostium castra expugnasset, siue deditis Pompeiis, siue post tantam suorum cladem mature venturis in deditionem, protinus victorem exercitum ad persequendas rebellium reliquias in agrum Nolanum ducit.

CAP. XV. *Anguis ex ara erumpit, immo-*

Eo loci quum castra communiuisset, accidit vt ante prætorium forte immolanti, subito ex infima ara anguis erumperet. Felicissimum id prodigium

digium esse C. Posthumius aruspex interpretatus, hominem Fortunæ nihil non credere solitum facile impulit, vt nulla interposita mora exercitum aduersus hostem educeret. Atque sic euenit, quemadmodum in comentariis suis sibi sæpe accidisse ipse prodidit, vt temere festinata expeditio prosperius caderet, quam si matura deliberatione cautoque consilio suscepta fuisset. Nam in tantam consternationem coniecit Italicos, vt post pugnam parum constanter initam, refugientes ad vrbem circum ipsos muros cæderet: quia Nolani, ne simul irrumperet hostis, non amplius vna porta ad recipiendos suos aperire audebant. Inter occisos ipse quoque dux Cluentius pugnando cecidit: & cum eo viginti militum millia desiderata sunt. Hic quoque florentissima Samnitium castra in potestatem victoris venerunt. Et quod miraculo proximum est, in tam magnifica victoria, *ne vnum quidem de suis militibus amisisse Sullam* memoriæ proditur. vt iam non sine caussa, quum omnium cognominum haberet potestatem, *Felicis* appellationem ceteris prætulisse dicas. Non igitur minor quam pro re lætitia & exsultatio in castris Romanis fuit. Posthumiani milites hostili sanguine crimen satis expiasse crediti, venia, ceteri laudibus; omnes præmiis amplissimis donati, vicissim & ipsi ducem raro, nec nisi paucis omnino concesso honore adfecerunt. Certe *se ab exercitu ad Nolam obsidionali corona donatum, quum Italico bello legatus esset*, & scripsit ipse in Commentariis Sulla, & in villa Tusculana, quæ postea fuit Ciceronis, pinxit. Eam solebat è gramine viridi seruatus exercitus dare, vbi virtute insigni ducis liberata ab instanti excidio castra essent. Igitur seriem rerum atque temporum examinanti ad Nolam accepta videtur, ad Pompeios merita. Interea temporis Cn. Pompeius Consul, relictis ad obsidionem Asculanam idoneis copiis, in Vestinos, vicinam Picentibus gentem, expeditionem fecit: eosq; multo certamine ita domuit, vt palam inter se de deditione agitarent. Cui ferme tempori colloquium cum P. VettioCatone, quod se tirone præsente habitum Cicero scribit, adsignari potest. ad quod quum frater Consulis Sextus, euocatus Roma venisset, eumque Cato salutasset, *quem te appellem?* inquit. At ille, *voluntate hospitem, necessitate hostem.* Dum prospere Pompeio locis plerisque expeditiones cedunt, alterius quoque Consulis haud pœnitenda gesta fuerant: neque postremus eo bello Imperatorum, Marsos aliquoties fuderat, multisque locis acrem strenuumque ducem gesserat. Sed in ipso cursu prosperitatis, spes amplas, gloriamque illustrem, cum ipsa vita posuit. Dum enim ad Fucinum lacum castra Marsorum oppugnat, & propemodum exploratam in manibus victoriam habet; accepto vulnere mortuus prosternitur. Quum incertus

laute Sullæ

CAP. XVI.
Alia Sullæ victoria.

CAP. XVII.

L. Sulla corona obsidionali donatur.

CAP. XIIX.

Cn. Pompeius Vestinos vincit.

CAP. XIX.
Cum P. Vettio colloquitur.

CAP. XX.

L. Porcius Consul occiditur. tus cædis auctor esset, circa C. Marium C. F. suspicio hæsit, quasi patris
sui contumeliam vindicare proditorio facto studuisset. Lucium enim
Porcium ferunt, quum easdem haberet legiones, quæ superiore anno
sub C. Mario militauerant, successu lætum; per iactantiam dixisse, C.
CAP. XXI. *Marium non maiora fecisse.* Hanc ipsi vocem lethalem fuisse putant, ni-
hil nec à perfidia, nec à crudelitate Mariana abhorrente sententia. Ce-
terum mors Consulis adeo exterruit Romanos, vt non modo victos fere
hostes omitterent, sed ipsi quoque vincerentur. Felicius in Iapygia a
C. Cosconius Samnites vincit. C. Cosconio Prætore gesta res est, qui adiutore Q. Luceio (cuius filius
Italici belli historiam, non meliori quam ceteri fato, scripsit) Samnites
acie vicit: Marium Egnatium, nobilissimum hostium ducem occidit:
CAP. XXII. Salapiam, Cannas, alia oppida complura in deditionem accepit. Circa
Canusium, quod obsidere aggressus fuerat, acriter cum Samnitibus di-
micatum est, magna vtrimque cæde, donec prior Romanus exercitum
Trebatius Samnitium ductor. Cannas reduxit. At Trebatius Samnitium ductor insequutus, *quum
inter duo castra medium Aufidi flumen esset*, optionem detulit Cosco-
nio, *vt vel in suam ripam pugnandi caussa descenderet, cuius rei potestatem se ei
abducto quantum satis esset exercitu facturum: vel eadem conditione transi-*
CAP. XXIII. *tum sibi concederet.* Cosconius altera conditione accepta, vt suam intra
ripam admitteret hostem, simul ille traiecerat, signa intulit. neque
Vincitur à Cosconio. tantum pepulit Samnitem, sed trans flumen fuga euadere conatum ita
cecidit, vt ad millia hominum quindecim occumberent. à ceteris & duce
Trebatio, perniciem non ipsorum virtus, sed Canusina mœnia depule-
runt. Cosconius vastato Larinati & Venusino agro, & qui Piceno co-
gnominis in Apulia est, Asculano, in Pœdiculorum fines tanto terrore
CAP. XXIV. *Sulla Hirpinos recipit.* incubuit, vt vniuersam gentem biduo proximo in fidem acciperet. Ea-
dem æstate L. Sulla, captis ad Nolam Samnitium castris, per Campaniæ
montes in Hirpinos mouit, cumque populum Æculani vrbis calamitate
perdomitum recepit. Æculanenses, quum in eamdem diem, qua Ro-
manus ibi castra ponebat, Lucanorum auxilia exspectarent, tempus ad
deliberandum poposcerant. Sulla intellecta fraude, legatis longam ora-
CAP. XXV. tionem orsis, *nihil opus esse otioso sermone apud occupatos* præfatus, *vnius ho-
ræ spatium se dare* dixit. Interea suis dat negotium, *vt magnam vim sar-
mentorum colligant fascibusque effectis, admoueant ad murum*: quod is mul-
ta materia exstructus fuerat. Quum inter hæc hora præterisset, ignem
Æculanum diripit. supponi iussit fascibus, territosque obsessos ad deditionem adegit. Nec eo
minus diripi oppidum iussit, siue quia dilata in extremam necessitatem
deditio fuerat; siue captum potius quam deditum videri maluit, vt mili-
CAP. XXVI. tes præda delinitos, beneuolos sibi addictosque efficeret. Quod si for-

te ideo

te ideo fuit in hos ſeuerior, vt ceteros metu parium malorum ad alia conſilia cogeret; non fuit opinione falſus. Nam Æculanenſium calamitas ceteris Hirpini nominis vrbibus documento fuit, vt celeriter miſſis legatis imperata facturas nunciarent. Sed metus erat, ne duriores à victore conditiones dicerentur. Idcirco ad mitigandam eius iram qui miſſi fuerant, ita fere verba fecerunt: *Oratores pro gente noſtra venimus, L. Corneli, vt quando eam ſtultitiæ ſuæ pœnitet, quomodo tibi populoque Romano ſatisfieri poſſet, diſceremus. Eſt quidem nonnulla nobis ſolicitudo, ne fortaſſe recentium irarum memor, vindictam exercere in obnoxios, quam clementiam malis: ſed plus tua nos moderatio conſolatur, quam quia ſemper amauiſti, quoniam erat tibi ingenita, nunc profecto non abiicies, poſtquam haud inferiorem inde, quam ex tot victoriis exſtitiſſe tibi gloriam comperiſti. Nemo eorum quos mala mens aut aliorum perſuaſio eo adegit temeritatis, vt hoſtes eſſe veſtri, quam ſocii præoptarent, vim tuam ſenſit, niſi quamdiu rectis monitis ſe præbuit intractabilem. Nec aduerſus hos tantummodo tua manſuetudo enituit; ſed & Romanos milites, quum multorum opinione facinus inexpiabile feciſſent, pro ſumma tua humanitate & prudentia ita conſeruaſti, vt tibi nunc gratias agat Reſpublica, ſeque melius hoſtium ſanguine, quam ſuppliciis ciuium vindicatam eſſe fateatur. Quid ni ad noſtram quoque ſpem trahamus tam nobile exemplum? Neque plus quam illi peccauimus: neque minor poſtea ad ea quæ volueris, noſtri vſus erit. Illi nominare neminem poſſunt, in quem initium aut partem culpæ transferant: ſponte exarſerunt. nos contra ſententiam ſeniorum, conſenſus tot gentium, & potentiora noſtris vicinorum arma, & iuuentutis atque vulgi nimis quam ſatis coërcita temeritas, bello Romano implicuit. Nec tamen hæc ideo dicimus, quaſi cauſſam noſtram defendere conaremur, ſatis indignationem veſtram Hirpini meruimus: ſed vt appareret ratio, cur in minore delicto non impudenter à clementiſſimo Imperatore parem ſperemus veniam, quam in grauiore conceſſam aliis vidimus. Sed Senatus populique Romani non abhorrentem à tua lenitate ſententiam nuper perſpeximus; quum nonnullis qui arma contra tulerant, non veniam modo, ſed etiam ciuitatem dedit. Atque hoc iam antiquitus alterum poſt victricia arma firmamentum Vrbis Romanæ fuit, quod Italas gentes maxima ſemper & obuia non dicam manſuetudine, ſed prorſus pietate excepit, communis omnium parens. Ne ad aliena exempla abeamus, domeſticis inſtructi, maiores noſtri non minus clementiam, quam virtutem Romanam experti ſunt, ſemel quum inter Samnites adhuc cenſeremur, quo tempore P. Cornelius Rufinus, aui tui proauus, priſtinum illis fœdus reddidit: iterum Punico bello ſecundo; quando ſocietatem Hannibalis ſequutos Q. Fuluius Conſul recepit, verbis tantummodo caſtigans, quamquam ſatis diu & præfracte fuiſſent in partibus, nec niſi ad Bruttios & extremum Italiæ angulum Hannibale compulſo, pœniten-*

Hirpinorum legatorum oratio.

CAP. XXVII

Moderationem Sullæ deprædicant.

CAP. XXIIX

Qui & Poſtumianis militibus pepercerit.

CAP. XXIX.

Quamquam grauiore culpa onerati.

CAP. XXX.

Laudant & Senatus Romani lenitatem.

CAP. XXXI. *Dii etiam grati erant.*

nitentiam approbassent. Placuit diis ista lenitas, dederuntque, vt complures alii populi ad societatem populi Romani reuerterentur, per longa deinceps annorum spatia durantibus vsque ad infelix hoc bellum obsequiis. Eumdem exitum, vt speramus nunc quoque dabunt, eoque optabiliorem, quod & redibunt in fidem vestram qui defecerunt: & perpetuam vobiscum amicitiam colent, suo malo iterum edocti: non aliter Italiæ salutem atque dignitatem saluam esse posse, nisi Romam imperare patiatur, secundo post principem terrarum Vrbem loco contenta.

CAP. XXXII. *Populo Romano visilem.*

Satis constat nonnullos populos de pace petenda deliberare, nec alia re magis retineri, quam timore ne duriora imperentur, quam ferre queant. de his profecto dubium esse non potest, quin simul nobis veniam datam cognouerint, protinus in partes vestras sint transituri. Hos, vt fit, alii aliique sequentur, & quam Italiam maiores vestri per multas ætates perdomare vix potuerunt, eam vniuersam paucis mensibus recipietis. Ceterum quia neque tibi consilio nostro opus est, & nos deprecatum magis commissa quam purgatum venimus; omissis quæ in illam partem dicerentur, supplices pronique te rogamus, & per communes deos, perque hanc parentem vtrorumque terram obtestamur, vt vnius anni crimen tot aliorum perpetuis meritis, & paucorum defectionem tot millium constanti fidei obsequioque dones.

CAPVT XXXIII. *Plures in gente sua Romanorũ partium fuisse adseuerant.*

Rari apud nos sponte, reliqua multitudo coacta deceptaue ferrum aduersus vos strinxerunt: & pro his ausis vastatus ager, cæsæ cohortes nostræ, maxima vrbium capta direptaque satiare victoris iram potuerunt, vt occisis captiuue auctoribus & concitoribus belli, reliquorum necessitati aut errori placatus ac lubens ignosceres. Hoc & nostris precibus te concessurũ esse sperabant, qui propterea nos i[illegible]arunt, quia propter constantiam in Romanis partibus ab aduersa factione multa perpessos, apud vos gratiosos fore arbitrabantur: & si nostri non habeatur ratio [illegible] neque paucos neque contemnendos deprecatores respice.

CAPVT XXXIV. *Minatium, & multa millia pro eo militare.*

Respice M[illegible] Magium, qui auitam in populum Romanum fidem, dubiis tem[illegible] studio ac virtute retulit. Satis sit illi cæsas ciuium strues, & [illegible] patriæ te[illegible] vidisse: ne vniuersum suæ gentis excidium vsurpare oculis [illegible] manu cogatur. Idem orare puta tot Hernicorum militum in Roman[illegible] militia, quorum fortem fidelemque operam tuo quoque testimonio haud [illegible] sti.

CAPVT XXXV. *Hos respici orant; & alios innocentes.*

Hos profecto cum alienissimi semper ab omni crimine fuerint, alien[illegible] culpa perire durum esset. Perisse autem putabunt, vbi ciuitatem suam omnibus belli cladibus peruastari, & quod necessum est tali tempore, eodem exitio nocentes innocentes, vt quisque occurrerit, inuolui videbunt. Neque enim quisquam est [illegible] Italus tam ab omni pietate remotus, vt inter hanc patriæ calamitatem, salutem suam magni æstimet. Sed & liberos paruos, matronasque, & virgines occurrere fac animo tuo: quorum omnium haudquaquam ambigua est innocentia: quum vero cogitabis, viduarum atque pupillorum lachrumas, qui vtros suos, qui parentes sanguine vi-

tam-

tamque pro imperio populi Romani allegabunt profudisse: iam ipse profecto pro humanitate tua iudicabis, potius in gratiam tot insontium noxios dimitti, quam horum crimine adfligi meliori fato dignos oportere. Erat tum adhuc alienus ab omni crudelitate Sulla, aut saltem vt esse videretur, studebat. Idcirco non modo benigne respondit legatis; sed etiam paulo post excessit Hirpinorum finibus, in Samnium tendens, vt ipsam belli Socialis arcem exscinderet. Sed Papius Mutilus Samnitium ductor, in ipsis finibus cum valida manu excubans, aditus obsidebat. Igitur Sulla, quum se in eas angustias demisisset, vt circumueniri facile posset; colloquio petito, de conditionibus pacis agitare cum hoste cepit, varie rem trahens, donec occasionem euadendi nancisceretur. Vbi satis remissam Samnitium attentionem vidit, & propter inducias omnia negligentius administrari, silentio noctis profectus est, relicto in castris buccinatore, vt tamquam mutandis vigiliis classicum per solita interualla caneret. ea res fidem manentis eodem loco exercitus incauto hosti fecit. Quarta vigilia commissa, buccinator agminis suorum sequutus vestigia, vacua hostibus castra reliquit: militesque ad vnum omnes incolumes, cum impedimentis tormentisque in tuta peruenerunt. Inde L. Sulla longo circumitu vsus, qua minime venturus putabatur, irrupit: Samnitesque improuiso discrimine ita terruit, vt occisis plurimis, ceteros in fugam coniiceret. Dux hostium Papius, prosequentibus suorum paucis Æserniam saucius peruenit. Sulla captis Samnitium castris ad Bouianum perrexit. Præcipuæ claritudinis illa tempestate Bouianum erat, tribusque arcibus & communi gentis concilio superbiebat. Sulla diuisis copiis quum ipse ad vrbem signa admouens Bouianenses in se conuertisset; alios longo flexu circummissos, *quam primum possent arcium expugnare* iubet: futurum ratus, quod accidit, vt eam in partem vnde initio se ostendisset concurrentibus oppidanis, segnior de remotioribus cura esset. Vbi captam arcem ex fumo, sic enim conuenerat, cognouit; ipse quoque tota mole oppugnare vrbem cepit. Tribus omnino horis fortiter ab obsessis repugnatum est: inde quum & à capta parte vrbis decurrente Romano anceps metus circumsisteret, profligatis defensoribus Sulla Bouiano per vim potitus est. Deinde late circumlato belli terrore, quum aliquot populos recepisset, appetente hieme ad petitionem Consulatus Romam profectus est: certa quidem spe consequendi honoris, quum tot tantasque res, quantas raro quisquam alius ante Consulatum confecisset; eamque sibi fortitudinis prudentiæque conciliasset existimationem, vt apud ciues magnus dux, maximus apud socios, apud hostes etiam fortunatissimus haberetur. Igitur quum togam candidam

CAPVT XXXVI. *Sulla benigne respondet.*

CAPVT XXXVII. *Sulla strategemate euadendum ex loco iniquo.*

CAPVT XXXIIX. *Eiusdem victoria de Samnitibus.*

CAPVT XXXIX. *Bouianum vi capitur.*

CAP. XL.

C. Cæſar Conſulatum contra leges petit

dam ſumpſiſſet, comitiis Conſularibus, pene omniũ ciuium ſuffragiis, anno ætatis ſuæ vndequinquageſimo deſignat⁹ eſt. Ea comitia certamẽ haud tralatitium habuerunt, C. Iulio Cæſare Conſulatum contra leges petente. Sed quoniam ad ea tempora acceſſum eſt, quibus frequens mentio facienda Cæſarum, & alias, & propter eum Cæſarem, qui poſtea dictator fuit, errorem parere legentibus poſſet: ſimul vt illius æui domeſticæ diſcordiæ penitius intelligantur, non abhorrere à præſenti inſtituto iudicaui, ſi de hac familia, & præcipue iis hominibus, qui tum maxime floruerunt, pauca, nec iniucunda ſcitu proderem. Igitur Iulii, cuius gentis familia Cæſarum fuit, antiquiſſimæ originis fuerunt: quum genus ad Iulum referrent, Æneæ filium, quem Æneam Anchiſe & Venere genitum vetus fabula prædicabat.

CAP. XLI.

Familia Cæſaris exponitur.

Qui primus Iuliorum hoc cognomine diſcriminauit gentem, quum cæſo matris vtero prodiſſet in lucem, ex eo caſu appellationem traxiſſe non abſurde creditur. Sed primus omnium Sex. Iulius Sex. F. Sex. N. Cæſar Conſul fuit, L. Oreſte collega, ad annum Vrbis conditæ quingenteſimum nonageſimum ſextum. Nepos *huius eſſe* potuit Sex. Cæſar C. F. qui cum L. Philippo geſſit Conſulatum, quum bellum Sociale inciperet: potuit & L. Iulius Cæſar L. F. Sex. Nepos, qui ſequenti anno Conſul res eodem illo bello geſſit: & mox Cenſuram adeptus eſt. Sed vt illa certo adfirmari non poſſunt, ita hoc minime controuertitur, L. Cæſaris fratrem hunc de quo dicere cepimus C. Cæſarem fuiſſe.

CAP. XLII.

C. Cæſaris Strabonis elogium.

Igitur Caius ille Cæſar claritudine generis & fratrum, (nam matre Popillia natus erat, quæ antea Q. Luctatium Catulum pepererat, Cimbrica victoria celebrem) præterea ingenii felicitate elatus, ad ſummos honores magnis animis contendebat. nam inter primos ſui temporis oratores numerabatur, & natiuo quodam facetiarum lepore omnes ſuperabat. Is ante biennium Sex. Iulio, L. Philippo Conſulibus in curuli Ædilitate quotidianis fere concionibus de Republica accurate habitis, magnam & gratiam vulgo, & auctoritatem quæſiuerat. His ille fretus, quum Ædilitius eſſet, omiſſa Prætura Conſulatum ambire ceperat. Sed Tribuni plebis P. Sulpicius, quamquam familiaris Cæſaris, &

CAP. XLIII.

P. Antiſtius, extraordinariam petitionem refutabant. Iiſdem C. Marius ſe aggregauerat. nam ex diſciplina illorum temporum, contentiones in Republica vi ferme & armis dirimebantur. Idcirco diuiſis vulgi [illegible]

Propter eum ſeditiones.

magnæ ex hac cauſſa ſeditiones extiterunt. *Ius populi* Cæſar extollebat, *& pro eo Senatum iudicaſſe, quum T. Quintium Flamininum, M. Fuluium. M. Curium Tribuni plebis ſimiliter Conſulatum tranſcenſis mediis honoribus petere non paterentur. Neque pæniteriſſe aut iudicii ſui Patres, aut ſuffragiorum populum, quum paucis annis opulentiſſimum Macedoniæ Regem, fortis ſi quis vn-*

quam & felix Imperator, maximo Romani iuris incremento superasset. Neque tamen aut ætate parem sibi Quintium, aut caussa fuisse se Ædilitate functum olim, illum ex Quæstura petisse Consulatum. Quin & nonnullos, priusquam magistratum vllum Curulem gessissent, Consules factos. Ita P. Sulpicium Galbam, quum in Italia Hannibal esset: ita M. Valerium Coruum, quum Gallicis tumultibus arderent omnia, summis honoribus admotos: hunc quidem admodum adolescentem. adeo nihil in candidatis præter virtutem spectari, populo Romano semper placuisse. Idcirco postea quoque duos Scipiones, alterum magnis quidem rebus, sed sine magistratu gestis: alterum non Ædilitium, sed candidatum Ædilitatis ad idem fastigium euectos. Magna se quidem adferre exempla, sed eorum, qui tum demum explicare virtutem animi potuerint, postquam campum ipsis gloriæ Consulare nomen imperiumque aperuisset. Sibi quoque licere de suis rebus sperare ampliter: laudique potius quam vitio vertendum, si maximorum virorum imitator esse cupiat. Esse sibi nobilitatem nulli gentium quas nominasset imparem: neque recusare, quin cum quolibet istorum sed nondum Consule conferatur. Acres populo Romano esse oculos, acutas aures: quomodo domi se quisque, quomodo militiæ gesserit, diligentiam eius non fallere. Se Quæsturam & Ædilitatem sic gessisse, vt satis magna speret dedisse documenta industriæ, vigilantiæ, humanitatis. nec in bello segnem aut ingloriam operam nauasse Imperatoribus; & sæpenumero donatum ab his laudatumque virtutis caussa esse. Hoc sibi non pudendum ad summos honores iter videri, etiamsi Præturam declinet. quam minime quidem à se sperni: sed neque Præturæ deesse candidatos idoneos; & in præsentia hunc esse rerum statum, vt se Consulem quam Prætorem multis modis vtiliorem Reipublicæ futurum confidat. Fortasse deos immortales hoc fratribus Iuliis seruauisse decus, vt alterius victoria sagum toga mutaretur, per alterum plane extingueretur Sociale bellum. Suos aduersarios nihil adferre, quo minus iure petat Consulatum, iure obtineat. tantummodo mores atque vsum ciuitatis ingerere, tamquam sit in eo genere perpetuum quidquam, aut esse possit. Ab isto more sæpe recessum, multis exemplis doceri posse, si actum placeret agi. neque caussam esse, cur non hodie populo Romano liceat, quod vmquam licuisset. Nuper in vno homine continuatos per quinquennium Consulatus satis ostendisse, nihil in his rebus tam fixum immotumque haberi, vt mutari ex caussa nequeat. Concessum cuilibet esse, vt de se quantumuis magnifice sentiat: concessum & aduersariis, vt si velint secus opinentur: sed in beneficio populi summum arbitrium relinquendum eidem populo esse. hunc optime iudicaturum, quo loco C. Cæsarem esse oporteat. Contra hæc Tribuni *legum omnibus argumentis validiorem auctoritatem* allegabant. *Populi certe haudquaquam ambiguum ius esse, nec illud patrono C. Cæsare indigere, aut quoquam alio, Tribunis saluis. Sed nullis aliis in caussis æque manifestam esse*

CAP. XLIV. *Exempla veterum adducit pro sua caussa.*

CAP. XLV. *Se illorum imitatorem profitetur.*

CAP. XLVI

Mores ciuitatis esse mutabiles.

CAP. XLVII

Contraria Oratio.

populi sententiam, quam in legibus ferendis, quoties consensu iubeantur. [illegible] enim ad maturitatem iudicii accedere concordiam voluntatis.

CAP. XLIIX. Leges seruandas [illegible]

Quibus [illegible] vere sit propositum, auctoritatem populi tueri, iis ante omnia laborandum, vt legum sarta tectaque sit veneratio. Esse autem leges, quæ magistratus ordine capi gerique iubeant, neque liberum cuique sinant, protinus ab infimis ad summos transilire. Has aut seruandas omnibus, aut abrogandas in vniuersum esse: aut profecto soluendum legibus, qui contra has magistratum concupiscat. extra hæc nihil esse, quod fieri citra iuris & legum omnium abolitionem queat. Sane pauca exempla adduci posse, in quibus aut ob caussam exceperit aliquos populus: aut per imprudentiam adfectumue lapsus conniuerit: sed infinito esse plura seruatarum legum, & quoties tale aliquid tentatum fuerit, minime quieta comitia fuisse.

CAP XLIX. Exempla pauca non valere, contra multo modis plura.

Numquam igitur defuisse, præsertim ex collegio Tribunitio, qui immoderata cupientibus resisterent. Quod si quatuor aut quinque Consulatus extra ordinem datos suum in fauorem trahere Cæsar velit; quanto plures æstimandum, quod in centenis aliquot tribuendis populus ne latum quidem vnguem à more & lege recesserit? Non se contemnere Cæsarem, honoribusque omnibus, quos ei capere per leges liceat, dignum arbitrari: sed non existumare, tantam in eo virtutis excellentiam conspici, vt propter eum spernendæ leges sint, & quod negatum sit omnibus, vni tribuendum. Satis mature Consulem eum futurum, vbi hunc honorem habuerit populo, vt contra eius voluntatem legibus declaratam petitioni iniustæ desinat insistere.

CAP: L.

Speciem animi consiliique sui præbent homines in magistratibus inferioribus.

Si semel hoc iter aperiatur hominibus, omnes protinus ad summos honores prouolaturos, priusquam populo Romano specimen vllum animi sui consiliique gerundis inferioribus præbuissent. Consulibus summam rerum permitti. id adeo factum iri temere, si summus populi Romani magistratus, non amplius culmen honorum, & perspectæ virtutis præmium sit, sed gerendæ Reipublicæ tirocinium fiat. Sane Cæsari adesse nobilitatem, facundiam, industriam. sed multos esse in Vrbe futurosque pares: plures etiam quibus si non meritum idem, tamen eadem cupiditas insit. qui & ipsi tamquam debitum exacturi sint, quod cuiquam fuerit tributum, à quo se non existument notabiliter superari.

CAP: LI. C. Cæsari multos esse pares, & idem petituros.

Quem vero C. Cæsari concessurum hanc virtutis dignitatisque palmam; quum eam C. Cæsar Valeriis, & Scipionibus, & sexies Consuli C Mario ambiguam facere contendat? Numquam defutura certamina, si cuiuslibet cupiditati aperiatur septus legibus locus. Et has non aliam ob caussam [illegible]tas, quam vt contentiones amputentur: ipsumque populum, licet plane liberrimum sui iuris arbitrum, tamen sibi legum hos cancellos circumdedisse, vt in magnis negotiis, & quæ valde ad Rempublicam pertinent. non quidem ade[illegible], sed tamen à semetipso constrictam voluntatem esse, neque temere [illegible], quæ alligata consulto sit, intelligat. Diu hæc vtrimque multis conc[illegible]

agitata

agitata quum essent; bonisque omnibus caussa C. Cæsaris displiceret, simul aduersarii eius vim intentarent, victus aut territus Cæsar petitione abstinuit. L. Cornelius Sulla, vt supra indicauimus, & cum eo Q. Pompeius Q. F. A. N. Rufus, designati sunt. Nec tamen ideo exstinctum illud contentionis ciuilis incendium est, quin postea in bellum apertum erumperet. Quamquam enim belli Ciuilis faces Marius & Sulla indubitanter fuerunt: tamen ab illa quoque contentione profecti fomites magis excitarunt alueruntque conceptas aliunde flammas, magna P. Sulpicii culpa, qui à bonis initiis & optima caussa, nimia contentione, & popularis fauoris aura ad ferrum & arma prouectus est.

CAP. LII.

Ex ea contentione belli ciuilis origo.

IOH. FREINSHEMII SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER PRIMVS ET QVADRAGESIMVS.

In locum lib. LXXVI. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitom. Lib. LXXVI. Liuiani.

AVlus Gabinius legatus, rebus aduersum Lucanos prosperè gestis, & pluribus oppidis expugnatis, in obsidione castrorum hostilium cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecidit, vniuersamque eam regionem recepit. Cn. Pompeius Proconsul Vestinos & Pelignos in deditionem accepit. Marsi quoque à L. Murena, & Cæcilio Pio legato, aliquot prœliis fracti, pacem petierunt. Asculum à Cn. Pompeio captum est, cæsis & à Mamerco Æmilio legato Italicis. Silo Popædius, dux Marsorum, auctor huius rei, in prœlio cecidit. Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithyniæ Regno à Mithridate Ponti Rege pulsi sunt. Præterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.

IN Lucanis interea clades accepta est, legato amisso, A. Gabinio, qui multa iisdem in regionibus, multa in Marsis strenue feliciterque gesserat, & plurima oppida pugnando ceperat. Sed ille dum fusis aliquando Lucanis victoriam vrget, in oppugnatione castrorum hostilium interfectus est.

A. Gabinius à Lucanis occiditur.

est. Ex diuerso legatus Cn. Pompeii Consulis Ser. Sulpicius Marrucinos cecidit, totamque eam ciuitatem recepit. Vestini quoque Pelignique missis ad Consulem oratoribus in fidem accepti sunt. Sub id tempus quum C. Vettius Pelignus à cohortibus suis ad Cn. Pompeium duceretur; seruus eius gladio militis à quo trahebatur educto, dominum interemit; statimque, postquam hero consuluisset, *tempus esse* proloquutus *sibi prospiciendi*, in sua viscera retorsit ensem. Marsi quoque, à L.

CAP. II. *Marsi pacem petunt.*

Murena, & Cæcilio Pinna legatis aliquot prœliis fracti pacem petierunt. Quis ille Cæcilius fuerit, & vnde habuerit non alibi lectum cognomentum Pinnæ, in tantis eius æui tenebris frustra requisiui. Nec absurdam coniecturam esse arbitror, statuentium non Pinnam istarum rerum auctorem, sed Pium, Q. Metelli Macedonici filium fuisse, quem inter præcipuos eius belli duces nominari constat. Quum hic status rerum per Italiam esset, tantis calamitatibus, & defectione sociorum anxii, quotquot arma retinebant, communi decreto Corfinium deserunt; Æserniam in Samnitibus publici consilii sedem statuunt, creatisque Prætoribus quinque, quos inter Pompedius Silo fuit, huic propter summam

CAP. III. *Q. Pompadius nouum exercitum cogit.*

opinionem virtutis imperium in omnes tradunt. Atque is collegarum sedula opera vsus, magnas breui copias parauit, vt adiunctæ veteribus ad millia virorum triginta peruenirent. præterea seruis manumissis, & prout tempus ferebat, armatis, libertinum exercitum, haud multo pauciores millibus viginti coëgit. Equites præterea mille sunt effecti. Cum his copiis Mamerco Æmilio se opposuit, qui tum legatus exercitui Sullano præerat. Inter hos apparatus Asculana obsidio ad finem venit. Ab hac vrbe primus belli turbo eruperat, & licet eodem tempore plerasque Italiæ regiones aduersarum partium exercitus colluctarentur; hic tamen plurimum laboris sanguinisque exhaustum est, vnaque die circa hanc vrbem quinque & septuaginta ciuium Romanorum,

CAP. IV. *Asculum capitur.*

amplius sexaginta millia Italic[illegible] contulerunt. Tandem Pompeius Asculum ingressus, sele[illegible]is, quos in triumpho ducturus erat, principes omnes præfectosque & centuriones seiugis cæsos securi percussit: seruos prædamque sub hasta vendidit: libera corpora dimisit [illegible], sed rebus ademptis omnibus: vrbem ipsam dirutam incensamque [illegible]tit. Mox Romam profectus ob res isto bello fortiter prospereque gestas de Asculanis reliquisque Picentium, paucis prius diebus quam Con-

CAP. V. *P. Ventidii notabilis fortuna.*

sulatu abiret, A. D. VI. Kal. Ianuarias triumphauit. Ductum [illegible] umpho P. Ventidium multi scriptores haud futilem ob caussam [illegible]tant, quod hic post annos ferme quinquaginta idem Capitolium [illegible] tum triumphatus vidit, triumphans inuectus est. Adeo inexspecta[illegible]

interdum

interdum euentibus admonemur, donec vita maneat, nulla fortuna neq; confidere nimium, neq; perterreri. Quum deinde L. Cornelius Sulla, Q. Pompeius Rufus magistratũ iniissent, Mamercus Æmilius cum Q. Pompædio Silone collatis signis dimicauit. Eius prœlii victoria penes Romanos fuit, quorum haud ita multi occubuere: de Italicis ad millia sex sunt desiderata. Sub idem tempus Q. Metellus Pius qui C. Cosconio successerat, Venusiam Apuliæ nobilem vrbem, firmo præsidio instructam expugnauit. Adhuc tamen conatu magis quam viribus Italici resistebant, & ne desponderent animos, modicis interdum successibus recreabantur. Silo Pompædius Bouianum oppidum receperat. eius victoriæ tam immoderata lætitia fuit, vt vel in honorem ducis, vel ad referendam Romanis vicem, Pompædio triumphus decerneretur. isque Bouianum triumphans inuectus est. quod in omen acceptum: nam in vrbem victam laurea deportata, hostibus tradidisse victoriam visus est. vtique postquam proximo deinde prœlio, cum Ser. Sulpicio apud Teanum congressus, amisso exercitu, vna cum Obsidio alio Italicorum duce oppressus est. Pompædio præcipua tanti incendii face exstincto, siue Sulpicius illum, siue vt alibi relatum est, Q. Metellus Pius occidit, quum neque consilium Italicis, neque copiæ tanto bello pares superessent; odii aduersum Romanos tantum fuit, vt in alium pæne orbem legatos ad Mithridatem mitterent, quem studere rebus nouandis acceperant. Quum præbita his audientia esset, princeps legationis, *Samnites*, ait, *atque Lucani, & qui alii per Italiam populi eodem fœdere continentur, tertium iam annum atrocia bella cum Romano gerunt; cuius equidem neque caussa tibi ignota esse, neque casus atque vicissitudines possunt. Idcirco licet multos illorum duces exercitusque fuderimus, partim etiam deleuerimus, castris vrbibusque maximis atque munitissimis expugnatis atque captis: tamen & nos cum validissimo potentissimoque hoste colluctantes, crebris atque vehementibus detrimentis quassari contigit. Plus tamen aliquanto fraude quam armis Romani profecerunt: passim per ciuitates serendo fouendoque principum discordias, quod ipsis per suæ factionis homines plerumq; non fuit difficile: multis adhuc seruitutem & otium laboriosæ libertati præferentibus. Hoc tamen fuit in aliquorum defectione boni, quod secreto, quidquid in consiliis aut castris ægrum fuerat, arctius coiit fortissimorum populorum fide animique indissolubilis & inuicta societas. Nullæ amplius voces belli mala deplorantium audiuntur: nulla pacis, nisi quæ libertatem firmet, vsquam habetur mentio. hoc omnes proposito sumus, vt præ dominatione Romana leue nobis videatur, quidquid ingerere calamitosis hominibus iniqua fortuna potest. Ceterum ab ista sorte procul adhuc virtute nostra & munere deorum absumus: neque deteriorem armis nostris euentum fore, quam fuit*

A. V. C. DCLXV.

CAP. VI. *Mamercus Æmilius Pompædium vincit.*

CAP. VII.

Socii legatos ad Mithridatem mittunt.

CAP. VIII. *Fortunam suam exponunt.*

CAP. IX. *Propositum commendant.*

CAP. X. *Spem ostentant.*

fuit caussa speramus. Sed præ ceteris duo sunt maxime, quæ fiduciam nostram augeant. Nam etiam post accepta bello hoc incommoda virium nostrarum haud sane pœnitet: & multos vbique Reges atque populos non aliis oculis intueri Romanam magnitudinem scimus, quam à nobis adspiciatur, nisi quod nos quanto propiores huic pesti fuimus; tanto priores & penitius perspeximus insatiabilis populi improbitatem.

CAP. XI. Romanorum auiditatem [illegible] traducunt.

Iam enim à primis initiis imperandi licet non æque manifestam, æque tamen magnam cupiditatem habuit: cui vt resisterent maiores nostri, nihil inexpertum, suas opponendo opes, solicitando alienas, reliquerunt. Sic & Pyrrhus a nobis, & postmodum Pœnus Hannibal adiuti sunt; neque defuissent Antiocho aut Philippo Regibus auxilia nostra, si inferre bellum Romanis in Italia, quam accipere domi maluissent. Sed illos quidem suus error, aut inuidia numinum in diuersa consilia transtulit, vt tuum decus esset, Italiam, quid autem Italiam? imo gementem sub Romano iugo terrarum orbem liberasse.

CAP. XII. Contra illa alios esse vim aut animis negant.

Licet enim, præter paucos seruituti natos homines, nemo vsquam tam insolentium dominorum imperia patienter ferat: tacent tamen aut mussant plerique, animis aut viribus imbecilliores. Sed & quibus adhuc astu maiore quam modestia parcitur, dum securos & incautos aliquando quæuis occasio subiuget; aliena mala, tamquam ad se minime peruentura, otiosi quietique intuentur. Idcirco te esse vnum omnium cognouimus, à quo & sperandum auxilium tantis necessitatibus & petendum esset.

CAP. XIII. Sed Mithridati suppetere potentiam.

Animi tui magnitudinem, quam & corporis dignitas manifesta fide oculis monstrat, ignorari gesta tua plurima atque amplissima nequaquam patiuntur. Ex iisdem potentia tua & aucta est, & inclaruit; quibus vtrisque rebus neminem tibi putamus præsentium Regum comparari posse. Ferocissimas enim Scytharum gentes, quibus neque Persarum magni Reges, neque victor horum Alexander, imponere iugum potuerunt, pæne puer ita domuisti, vt alii tibi non obscure seruiant, alii nomine sociorum eadem ferme faciant, quæ victis imperantur.

CAP. XIV.

Nam vicinos quidem Reges, nisi quibus pacem & amicitiam præstas, sic adsuefactos habes, vt placato te regnare illis liceat; quum iratus fueris, sibi sentiant exsulandum esse. Atque idem animo atque adfini Tigrane vteris, quo nemo Regum tibi est magnitudine rerum gestarum & imperii similior.

Et prudentiam.

Sed hæc tamen omnia nequidquam adessent, nisi tua singularis & pæne diuina prudentia tibi dictaret & tempus vtendi, & modum. Iam olim, nec enim abstrusa aut ambigua loquimur, olim, inquam, te ambitionis & auaritiæ Romanæ piget. idcirco & legatis eorum sæpe viriliter respondisti, & quum eadem tecum superbia vellent agere, qua ceteros terrere consueuerunt, effecisti, vt intelligerent, sibi cum libero Rege plenoque animorum & ad omnia parato, negotium fore.

CAP. XV.

Quin & illorum iniqua decreta haud [illegible] ferro rescidisti: vt scirent vicini Reges, minus illis in amicitia Romana præsidii, quam in tua offensa periculi esse.

Inimicos Mi-

Pro quibus ausis, quæ tibi sint apud populum

Roma-

Romanum reposita præmia, simul ille vacuus à propioribus bellis fuerit, ignarus esse non potes. Sic quoque legati illius atque Proconsules minantur, fremunt, plane præ se ferunt bellum, suas copiolas parant, Sociales excitant: ita agunt omnia, vt quamuis derideas conatum, animus tamen appareat. thridati Romanus esse demonstrant.

CAP. XVI. *Dictorum Marii & Sullæ admonet.*

Non dubito quin inter ista meminens, quam arroganter olim Marius, deinde Sulla tecum egerint; quam non tecte denunciauerint tibi periculum, indixerint seruitutem, nisi dederis operam, vt æque armis ac iure sis potior. Atque hæc iam nouerant populi principesque nostri; nos plura etiam & certiora vsurpauimus oculis: vt iam prorsus certi simus, non inutilem legationem nostram; neque metuendam desideriis nostris à te repulsam esse. Quos enim eadem caussa ad arma coëgerunt, iidem animi, vota paria coniungunt; de iis dubitari non potest, quin ad communem vtilitatem fido fœdere sint sociaturi consilia & vires.

CAP. XVII. *Sua omnia pollicentur.*

Quod igitur tibi nobisque faustum atque salutare dii faxint, arma, viros, naues, commeatus, pollicemur in Italia bellaturo: ad transitum, ad receptum, omnesque opportunitates belli, vrbes nostræ patebunt: duces itinerum, participes consiliorum, socii laboris periculique erimus. Id modo fixum tibi sit animo, non alibi rectius cum Romanis, quam in Italia bellari. absit à te læua mens, quæ Syriacos olim Reges, quæ Macedonicos decepit, quum eadem illis dicerentur.

CAP XVIII. *Vt in Italiam veniat, contendunt.*

Nullum tuis Regnis à Romano aut aliis tantum periculum est, quod non à quolibet præfectorum tuorum propulsari queat. neque spes & occasio te teneant domi, vicina subacturum. Etsi facilis ista esse possit, non erit tamen diuturna possessio. Nemo vmquam eripere populo Romano occupato quicquam potuit, quod ille cum multiplici vsura vacuus non reciperet. Iugulum petamus, & tamquam pestiferi draconis obteramus caput; donec illud saluum fuerit, inani labore ceterum corpus vexaturi.

CAP. XIX.

Quemadmodum flumina longo cursu aucta, ne exundent, molibus ac crepidinibus ægre coërcentur; ad ipsos fontes auerti carpique nullo negotio possunt: ita nisi Romanæ potentiæ scaturiginem & fontem in potestate habeas, impetum nequidquam moraberis; quin violentia sua quidquid oppositum fuerit, euertat, & ocyus, serius, omnia vbique Regna, nationes omnes obruat. Mithridates, re cum suis deliberata nescio quomodo minoris quam pro Italorum exspectatione negotium illud faciens, *venturum se in Italiam respondit, simul atque Asiam subegisset.* *Mithridates rem differt.*

CAP. XX. *Longinquæ militia periculis absterretur.*

Credo longinquam à domo militiam laboriosam simul atque sumptuosam fore ratum; adhuc vicinorum sociatas Romanis vires perhorruisse, ne, dum appetit aliena, suo Regno spoliaretur. Neque Tigrani satis poterat fidere, vt suspectos maxime pares habent, quicunq; cupiunt opibus excellere: verebaturque, ne ille perdomitis aliis, neque Pontum, si daretur occasio, sperneret. Terrebatur & Pyrrhi Hannibalisque exitu, quorum, licet à plerisque Italiæ gentibus adiuuarentur, in alieno solo bellantium cito consenuerit exerci-

CAP. XXI. *Ex præsentibus occasionibus præmium accipatur.*

tus: difficilibus, licet haud à maximo interuallo supplementis. Hæc omnia vitari posse maximo cum emolumento sperabat, si vicinam sibi Asiam occuparet. Eam rem quoque facturam animos Italicis sociis atque ita diuturno bello atteri posse Italiæ vires, vt neque si rursus coniungantur, valde sint sibi futuræ formidabiles. Sane consilio huic institit, quamquam omnia legati pollicerentur: & è Ponto facilem in Thraciam traiectum ostenderent: Thraces porro & ipsos bellum Romanis facere. horum ope per Macedoniam & vicinas regiones paucis diebus

CAP. XXII.

ad Ionium mare penetrari posse. Neque diu contatus exercitum conducit, Ariobarzanemque Nicomedem Reges, alterum Cappadocia, alterum Bithynia exacturus. Sed antequam hoc bellum exponatur, quo

Cappadociæ, & vicinorum Regnorum descriptio.

Regna ista iure, quibus finibus tum fuerint, quasque nationes vrbesque habuerint insigniores, enarrari precium fuerit, Mithridatica bella lecturis, quæ haud postremam Historiæ Romanæ partem, illius quidem æui constituunt. Quidquid terrarum longo tractu inter Heracleam & Trapezuntem nobiles vrbes, Euxini fluctibus alluitur, ab eo mari appella-

CAP. XXIII.

tionem apud veteres nactum est, vt Pontus vocaretur. *Propius Heracleam* Bithyniæ coniunctum Ponto Regnum fuit, ad Propontidem deflectens. At Orientem versus Cappadocia in mediterranea procurrens, inde Armenia, ad meridiem Tauro monte terminatur: Inter Bithynos atque Cappadoces ita sparsa erat Galatia, vt ab Septemtrione Pontum & Paphlagoniam (Ponti enim pars etiam Paphlagonia nec absurde censeri potest) à meridie Phrygiam Lycaoniamque contingeret. Omnes istæ

Cappadocia duplex.

regiones in ditione Persarum fuerunt. à quibus ea pars, quæ tum communiter Cappadocia dicebatur, in duas diuisa præfecturas, postea totidem Regna peperit: quorum alterum Cappadocia proprie, aut cum adiectione Cappadocia ad Taurum, interdum & Magna Cappadocia alte-

CAP. XXIV. *Maioris præfectura.*

rum Pontus, siue Cappadocia Pontica cepit nominari. Priore præfecturæ decem continebantur: quarum sub Tauro erant Melitena, Cataonia, Cilicia, Tyanitis & Garsauritis. Melitena ceteris Cappadociæ partibus mitior, olei quoque & vini optimi ferax, Armeniæ maiori prætenditur, à Sophenæ præfectura medio Euphrate diuisa. Nomen huic Melita dedit, à Semiramide, vt volunt, condita. trans flumen etiam ad hanc partem Tomisa pertinuerunt, insigne castellum. Cataoniæ inter Amanum & Antitaurum sita planicies, Comana habuit, Bellonæ templo memorabile nomen, & Apollinis Cataonis fanum: castella in montibus

CAP. XXV. *Mazaca Regni caput.*

munita, Azamora & Dastarcum. Cilicia quæ vocabatur Cappadociæ præfectura, sede Regum nobilitata fuit Mazacis. quam vrbem postea *Cæsaream* vocarunt Cappadoces, in Dictatoris Cæsaris honorem. Altera

vrbium.

vrbium, nam duæ omnino fuerunt antiquis temporibus in Cappadocia, Tyanitidi præfecturæ nomen dedit, ipsa quoque Semiramidis opus. At in Garsauritide postea Archelais fuit, Claudii Cæsaris colonia. Præter has præfecturas fuerunt & aliæ quinque, Lauinasena ad Euphraten fluuium, Sargarausena, Sarauena, Cammanena, & Morimena superioribus obscuriores. Fluuii celebres Halys Archelaidem præterfluens. Sarus, CAP. XXVI. *Fluuii Cappadociæ.* qui per media Camana labitur, Pyramus per Cataoniam decurrens, præterea Lycus, & hunc excipiens Iris, & inter Morimenen & Galatiam terminus gentis, idemque caussa nominis Cappadox. At Mithridatis paternum Regnum, præter Pontum continebat, quidquid gentium ab Haly fluuio vsque ad Tibarenos & Armeniam coluit. Etiam intra Halyn delibauerat Cappadocum & Paphlagonum agros. Nec longe Bithyni aberant. quippe vbi per Propontidem in Euxinum intraueris. Quæ regiones Bithyniæ partem, deinde Mariandynos Heracleæ subiectos, mox Paphlagonas, vsque ad fluuium Halyn habuerunt. cetera ad Propontidem vsque Chalcedonem fuerunt Bithynorum, Galli fluminis ostiis fines eorum terminantibus. Maxima vrbium Nicomedia fuit. deinde CAP. XXVII *Vrbes Bithyniæ.* Nicæa, item Prusa, quam ab Hannibale conditam de Prusiæ nomine, Reges Othomanici ante occupatam Adrianopolim Regni sedem habuerunt. Flumina Bithyniæ Syrium, Lapsias, Pharmacias, Alces, Crynis, Lylæus, Scopius, memorantur, & qui Bithyniam à Galatia distermina-bat, Hieras. Erat & Hylas fluminis & lacus nomen, ab Herculis amasio deductum, si fabulis lubet credere, iuxta Prusiadem vrbem, diuersam ab vtraq; Prusa. nam & altera fuit Bithyniæ Prusa, ad Hippium amnem. Ab his regionibus, Cappadociam & Bithyniam dico, quasdam partes CAP. XXIIX. *Paphlagonia.* abraserunt Gallogræci, de quibus post prolixam Liuii descriptionem taceo. Sed Paphlagoniam Halys fluuius ab ortu terminabat à meridie Galatia: ad occasum Bithyni & Mariandyni habitabant; versus septemtriones mare Euxinum erat. Amastris horum erat non incelebre oppidum, maiorisque adhuc famæ Amisus & Sinope. Neque refert has interdum Ponto vindicari, nam regionum istarum terminos non minus atq; gentium iura Mithridatis ambitio turbauit; redactis in ditionem plerisque populorum quos enarrauimus. At antiquitus Ponticæ gentes fuisse vi- CAP. XXIX. *Ponticæ gentes.* dentur Mariandyni, Mosynœci, Caucones, qui iam ætate Strabonis nulli superfuerunt, Chalybes, qui & Chaldæi, Tibareni, Macrones Euboicorum credita colonia. Nam tota illa Ponti ora Græcorum frequentata nauigationibus plurimas gentis eius vrbes habuit, quarum celeberrimæ fuere Trapezus, & Heraclea. Amnium Ponticorum nobilissimus Phasis, cum vrbe cognomine ad ostium. Pyxites Trapezuntem alluit: flu-

men Iasonium memoriam retinuit antiquissimæ Græcorum Heroum expeditionis.

CAP. XXX. *Pontus Euxinus aliquando terra implendus.*

Sed & alia multa per eas regiones in Pontum Euxinum permeant flumina, tanta quidem vi aquarum, vt terra, quam continuo inferant amnes, implendum aliquando illud mare Polybius disputauerit. Hæc igitur Regna quamquam suos quæque Reges ab antiquissimis temporibus habuissent; tamen propter viciniam locorum, & linguæ morumq; commerciis varie mixtos populos, crebræ, vt fieri amat, rixæ, deinde bella oriebantur. Et vt grauiora fere humanis remediis mala sunt, connubia Regum, mixtusque adfinitate sanguis, adeo non finiebat veteres controuersias, vt non alia fecundior nouis gignendis materies esset.

CAP. XXXI. *Belli Mithridatici caussa.*

Inde auctis odiis, quum etiam imperii amplificandi insana lubido Mithridatem stimularet, temperare non potuit, quin subinde ex occasione temporum vicinos infestaret. Et antea quidem Nicomedem etiam Ariobarzanemque expulerat: & quamquam reduci à Romanis tulisset, tamquam imbecillitatem sibi exprobrantes adspiciebat. Illi vicissim, saluo tam potente vicino, nequidquam restituti videbantur. & accedebant à Romanis ducibus stimuli, qui prædarum & gloriæ spe, bellum vndecumque cupiebant consurgere.

CAP. XXXII. *Legati Senatus ad Mithridatem.*

Igitur operam dederant, vt cum minacibus ad Mithridatem mandatis Senatus nomine legati mitterentur: *bellum* denunciantes, *ni quos populus Romanus vicina Regna obtinere iussisset, quieta in possessione manere pateretur.* Ille vltro multa questus, *quanta patientia tot contumelias concoxisset*, demonstrat: *quantasque opes publice priuatimque colendo Romanos profudisset. nunc etiam licet prouocatum, neque inermem, quiescere malle, modo finis iniuriarum fiat.* Et fides promisso fuit.

CAPVT XXXIII. *Nicomedes fines Mithridatis depopulatur.*

sed non eadem Nicomedi modestia mansit, quem Romanorum ducum hortamenta, & inopia pecuniæ inuitum ad arma compulerunt. Nam & iis à quibus reductus in Regnum fuerat, multa erat pollicitus: & passim ab incolentibus Asiam Romani nominis hominibus magnam vim nummorum fœnerato abstulerat. Igitur in ditionem Mithridatis irruptione facta, vsque ad Amastrim vrbem prædabundus processit. Mithridates enim, quamquam paratas habebat copias, occurri vetuerat, quo pluribus paulo post & speciosioribus caussis bellum sumeret. Vbi reuersus in Bithyniam Nicomedes est, Pelopidam legatum Mithridates ad Romanos duces misit. Is commemorato *veteris societatis iure, quod à maioribus acceptum, constanter atque fideliter multis neque leuibus officiis Mithridates coluisset, nunc autem*, ait, *iniuria pro gratia redditur.*

CAPVT XXXIV. *Legatus Mithridatis de hac iniuria queritur.*

Adempta Regi Phrygia est, adempta Cappadocia, *quarum hanc prouis suis debitam pater Euergetes recepit; illam opera bello Aristonici nauatæ præmium accepit. si tamen præmium vocare possumus, magno auri pondere ab Imperatore vestro emptam: & olim à*

Seleuco

Seleuco Callinico in dotem datam proauo Regis. Sed illa sane, quia paulo longinquiora sunt, silentio, & si vultis, etiam obliuione sepeliamus. Ista vero recentia qui possumus? quod Nicomedem os Ponti intercludere, agros vsq. ad Amastrin populari finitis, prædamque auertere, cuius æstimationem nouistis ipsi rectius, quam vt à quoquam debeatis edoceri. Et ista quidem hoc modo gesta sunt, non CAP. XXXV *inualido nec imparato ad prohibendum Rege: sed vt vos ipsos spectatores eorum quæ fierent, testesque haberet. Quæ quia non auditu neque incertis aut suspectis auctoribus, sed coram visu accepistis; ergo igitur amicus atque socius Rex, hæc enim nomina fœderum tabulis continentur, hoc à vobis sociis amicisque suis petit, vt aduersus Nicomedis iniurias auxilio sitis, aut iniuriarum coërceatis auctorem.* Ad hæc Bithyni, nam & ab Nicomede legati aderant; *Quam* Bithyni respondent. *iustas contra Mithridatem inimicitias Nicomedes gerat, ignorare nemo potest, qui meminerit paulo ante Socratem Ponticis armis instructum Bithyniam inuasisse: quieturum certe, fratrisque ætati concessurum, ni fuisset à Mithridate ad parricidiale bellum instigatus. Et hæc contra illum Nicomedem fiebant, qui* CAPVT *à vobis erat Bithyniæ Rex constitutus. Vnde non nostra magis, quam vestra, Roma-* XXXVI. *ni, hæc censenda iniuria est. Quorum ille nomen amicitiamque quanti faciat,* Nos se, sed Romanos a Mithridate peti. *ex aliis quoque gestis eius promptum est intelligere. Populus Romanus Asiaticos nos Reges in Europam transscendere vetuit. Sed hic Chersonnesi pleramq. partem possidet; atqui Europæ regio Chersonnesus est. Sed omittimus plura hostilis erga vos & contemptoris animi, quæ protulit indicia commemorare. Ma-* CAPVT *iora enim, & nisi in tempore obuiam itis, acerbiora sunt quæ exspectantur.* XXXVII. *Quorsum enim ingentes illi apparatus, tot propriæ copiæ, atque illa cum tot* Apparatum eius recensent. *aliis Regibus & populis fœdera pertinent? quæ & tranquille victuro superuacanea sunt: nec profecto contra Nicomedem prouidentur. Præter domesticas vires socios Thracum, socios Scytharum, populos habet. Habet & Armeniæ Regem non amicitia modo, sed etiam adfinitate coniunctum. In Syriam, in Ægyptum mißitat, vt illorum quoque Regum beneuolentiam paret. Naues porro* CAPVT *tectas quum habeat trecentas, alias insuper exædificare non desinit. guberna-* XXXIIX. *tores atque proretas magnis propositis præmiis, ex Ægypto & Phœnicia sollicitat. Scilicet superbum animum Phrygiæ & Cappadociæ amissæ augunt: quod contra* Caussam iræ eius exprimunt. *vim & astutiam Ponticam, vestra recepistis, aliena, quibus debebantur, reddidistis. Ille primum dolor animum Mithridatis auertit à vobis Romani: ille cum inuidia metuque magnitudinem vestram intueri cogit inimicum hominem, & sub obtentu nostrarum inimicitiarum, occasiones contra vestrum Imperium captantem. Quare neque dubitare possumus, vos, quemadmodum viros pruden-* CAPVT *tes decet, factorum ipsius quam verborum maiorem habituros rationem esse:* XXXIX. *ne aut ob fictum amicitiæ nomen, vestros optima fide amicos Mithridati, pro-*

 datis;

datis; aut vestrum Senatusque de hoc Regno iudicium à communi hoste sperni violarique feratis. Post hæc iterum admissus in consilium Pelopidas, *si quæ veteres aduersus Nicomedem querelæ sunt, earum iudicium vobis*, inquit, *deferimus, Romani. Sed hæc postrema, quæ ipsi adspexistis, ditionem Mithridatis minui, claudi mare, prædas ex agris agi, nulla disceptatione egent. Sed demum vos rogamus, vt aut prohibeatis eiusmodi facta; aut passo indigna Mithridati opitulemini: aut postremo non intercedatis suas iniurias vindicaturo, neutris partibus immixti.* Hæc iterante Pelopida, licet iam ante Nicomedi auxilia polliciti erant, mouebantur tamen Romani dictis, & amicitiæ nomine, cuius adhuc inuiolata erant fœdera: neque facile quomodo responderent inueniebant. tandem vafro perplexoque responso, *neque Mithridatem à Nicomede vexari passuros; neque bello peti à Mithridate Nicomedem* dixerunt. Simul Pelopidas arguere dictorum obscuritatem cupiens, è concilio dimissus est. Hæc vbi Mithridati audita sunt, *se vero iam haud obscure læsum à Romanis esse* testatus, Ariarathen vnum ex filiis in Cappadociam mittit: quam ille antea quoque tenuerat. Atque is victo Romanorum duce Maltino (qui & *Mancinus* alibi scribitur) eiectoque Ariobarzane, quum igni ferroque pleraque vastauisset, haud magna mole Regnum occupauit. Tum remissus ad Romanos duces Pelopidas, in hunc modum verba fecisse dicitur: *Quam indigna Rex Mithridates passus sit, Phrygia Cappadociaque spoliatus, id equidem, Romani, nuper audiuistis. Quas deinde vobis inspectantibus iniurias eidem Nicomedes intulit, eas quum vindicare deberetis, negligere maluistis. denique societatis amicitiæque implorantibus fidem, ita respondistis, vt tamquam læsissemus alios, non ab aliis læsi essemus, non videri è Republica vestra diceretis, Nicomedem & Bithynos violari. Idcirco ipsi caussam præbuistis recentibus Cappadociæ turbis. Vester ille neglectus, vestræque in responsis ambages, Mithridatem in hæc consilia coegerunt. Iamque vos ad Senatus vestri iudicium vocat; Romam legatos missurus de rebus omnibus. Vos interea videritis, ne quid inconsultis Patribus, temere moliamini. quantum conflari incendium belli possit, ex potentia Mithridatis æstimatu haud est difficile. Supra vicies centena millia passuum paternæ ditionis tenet: ipse magnam adiecit terrarum partem, Colchorum bellicosos populos, Græcorumque & barbarorum quotquot supra Pontum nationes incolunt. Iam Scythis, Tauricisque, & Bastarnis, & Thracibus, & omnibus quæ Tanain Istrumque fluuios, & Mæotidem paludem circum gentes habitant, promptissimos ad imperia sua socios habet. Porro Tigranes Armenus gener illi; Parthorum Rex Arsaces socius & amicus est. Nauium quoque magnum possidet numerum, qui augetur quotidie. neque instruendis ornandisque vlla pars apparatuum deest.*

Sed

[Margin notes:]

Legatus Mithridatis iterum loquitur.

CAP. XL.

Romanorum vafrum responsum.

CAP. XLI.

Mithridates Cappadociam occupat.

CAP. XLII.
Oratio legati Regis ad Romanos.

CAP. XLIII.
Bellum graue minatur.

CAP. XLIV.
Potentiam Regis depr[æ]dicat.

Sed & Bithyni nuper de Syriacis Ægyptiisque Regibus mentiti minime sunt, quos equidem, si bellandum sit, nostros fore non ambigo. sed & nuper possessam vobis Asiam, Græciamque & Africam, nobis accessuras reor: ipsiusque Italiæ haud contemnendam partem, quando illa quoque impotentiæ vestræ & iniuriarum pertæsa, bellum contra vos inexpiabile gerit.

CAP.XLV.

Atque illud bellum quum conficere nondum potueritis, irritatis Mithridatem, nunc Nicomedem ei, nunc Ariobarzanem immittendo. & verbis amicitiam præferentes, hostium opera facitis. Quapropter si quid actorum pœnitet, vel nunc punite vestros in amicos iniurium Nicomedem: quod si feceritis, magna vobis auxilia contra Italicos à Rege polliceor. Hæc ratio si displicet, aut insidiosam istam amicitiam abrumpite: aut Romam in ius eamus.

Romanorum responsum.

Hæc vbi dicta sunt à Pelopida, Romani orationis insolentia commotiores, *Mithridatem abstinere Nicomede & Cappadocia* iusserunt; *hanc enim Ariobarzani se reddituros: Pelopidam continuo abire castris, neque reuerti, nisi Rex imperata fecisset.*

CAP.XLVI.

Discedenti custodiam addi placuit, ne quos obiter in via corrumperet.

Alia legatio Regis ad Senatum.

Haud absimilis legatorum quos deinde ad Senatum Mithridates misit, oratio, Patrumque ad eam responsum fuit: petentibus, *siquidem amicus populi Romani Nicomedes esset, illum auctoritate sua ad satisfaciendum compellerent; sin vero, Mithridatem sibi consulere paterentur*: neutrum concessum est. minæque insuper additæ, *nisi Cappadociam Ariobarzani redderet, & omitteret Nicomedem.* Eademque die coactos abire legatos *nunciare Regi suo iusserunt, ne quem deinde mitteret, donec mandatis Senatus paruisset.*

CAP.XLVII

Romani duces exercitum cogunt.

Sic irritatis vtrimque animis, qui per Asiam erant Romani duces, non exspectato Senatusconsulto populiue iussu, ex Bithyniæ Cappadociæque & Paphlagoniæ delectibus exercitum coëgerunt: additis etiam Gallogræcorum auxiliis. Simul L. Cassii qui Asiam obtinebat, conuenire iussus est exercitus: copiæque auxiliares omnes eumdem in locum conductæ. Deinde partiti inter se vires: Cassius, vbi Bithyniæ Gallogræcia committitur, castris cepit locum. Manius Aquillius qua irrupturus in Bithyniam Mithridates credebatur, consedit. Cappadociæ finibus Appius Claudius præsidebat.

CAP XLIIX

Vires vtrimque partu.

Copiæ his erant equitum peditumque, quadragena circiter millia Naues etiam aderant, quibus præfecti Minucius Rufus, C. Popillius angustias Ponti apud Byzantium obseruabant. Præter hæc Nicomedes suum habebat exercitum, quinquaginta peditum millia, sex equitum. Neque minus Mithridati virium erat, centum quinquaginta millia proprii militis, cum equitum millibus quadraginta: naues tectæ trecentæ, centum dicrota. deinde reliquus apparatus tantæ expeditioni non impar.

CAP. XLIX.

Mithridatis duces.

Prætoribus Neoptolemo maxime & fratre eius Archelao vtebatur: nobilissimis viris, & genus ad Regem Argiuorum Temenum,

num, cuius inter posteros & Magnus Alexander fuit, referentibus. Sed ipse Rex per se administrabat plurima. Auxilia ex minore Armenia Arcathias Mithridatis ipsius filius adduxerat, decem equitum millia. Dorylaus phalangem regebat: Craterus curribus falcatis præerat, numero centum triginta. Hæ cum ab vtraque parte copiæ erant, quum primum Romana arma Mithridaticis collisa sunt. Primum inter Nicomedem & duces Mithridatis (ipse enim aberat) prœlium fuit apud flumen Amnian, vbi Nicomedes exercitum suum instruxit. At Pontici quum in vniuersum quadraginta peditum, decem equitum millia haberent, quia phalanx sequi non potuerat, præter Arcathiæ equitatum, quosdamque falcatorum curruum, tantummodo leuem armaturam adduxerant. idcirco ne à multitudine Bithynorum circumuenirentur, tumulum quemdam saxosum mediocri præsidio occuparunt. Animaduersum à Bithynis consilium est: & ad recuperandum collem magnæ copiæ missæ. Igitur Neoptolemus, vbi deiici suos videt, salutem omnium in eo verti ratus, vt locus teneretur, celeriter ad opem ferendam aduolat, Arcathia quoque in partem periculi accito. Hoc vbi Nicomedes conspexit, vniuersum rapit agmen, & post acre certamen, multo sanguine fuso, Mithridaticos in fugam agit; illustris victoriæ futurus compos, nisi Archelaus cum suis mature persequentem fugientes à latere inuasisset. Huius virtute & prudentia mirifice commutata pugnæ fortuna est. Nam auersum in se Nicomedem, iamque concepta spe vincendi, & impatientia moræ calidius instantem, seruatis ordinibus sensim recedendo tantisper tenuit, donec Neoptolemo retinendi suos aciemque redintegrandi spatium esset. Deinde conuersus in hostem quadrigas falcatas immisit, non sine clade Bithynorum, ceterum maior quam pro damno terror erat. Fœditas spectaculi magis, quam vis hostium turbauit ordines: quum calidis adhuc vulneribus semineces viros, diuisa corpora, truncos artus in multo sanguine volutari; aliorum membra hastis aut falcibus curruum rotari cernerent. Perterritis Archelaus à fronte, Neoptolemus & Arcathias recollectis qui fugerant à tergo incubuere. Diu tamen vtrisque restitere Bithyni, donec plerisque cadentibus, Nicomedes solutis ordinibus abiit. Fugientem in Paphlagoniam sequuti sunt, qui potuerunt: ceteros prœlium confecit, aut in potestatem victoris tradidit captiuitas. castra quoque cum pecunia Nicomedis capta sunt. Hæc pugna Romanos etiam duces haud mediocriter commouit: quod per expeditos tantum & equites, quum grauis armaturæ robur abesset, rem tantam confectam esse, nulla locorum opportunitate, nullo hostium errore adiuuante Ponticos, ne numero quidem

CAP. L. *Cum Nicomede confligunt.*

CAP. LI.

Nicomedes primo vincit.

CAP. LII. *Deinde ab Archelao superatur.*

CAP. LIII.

Fugit.

dem æquo; ſed conſilio ducum & virtute militum cernebant. Captiuos ad ſe adductos Mithridates comiter affatus, viatico dato dimiſit domum, vt inter initia rerum vtilem clementiæ famam adquireret. Circa eadem tempora Thraces, qui non ſine dolo Mithridatis Macedoniam populabantur, magnam iis locis ex vaſtitate famem & frumenti caritatem effecerunt; donec à Prætore Macedoniæ C. Sentio ſuperati, cum Rege ſuo Sothimo ad patrias ſedes reuerterunt.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER ALTER ET QVADRAGESIMVS.

In locum lib. LXXVII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitom. Lib. LXXVII. Liu.

QVum P. Sulpicius Tribunus plebis, auctore C. Mario, pernicioſas leges promulgaſſet, vt exſules reuocarentur, & noui ciues libertinique diſtribuerentur in tribus, & vt Marius aduerſus Mithridatem Ponti Regem dux crearetur, & aduerſantibus Conſulibus Q. Pompeio, & L. Sullæ, vim intuliſſet, occiſo Q. Pompeio Conſulis filio, genero Sullæ; L. Sulla Conſul cum exercitu in Vrbem venit, & aduerſus factionem Sulpicii & Marii in ipſa Vrbe pugnauit, eamque expulit. ex qua duodecim à Senatu hoſtes, inter quos C. Marius pater & filius, iudicati ſunt. P. Sulpicius quum in quadam villa lateret, indicio ſerui ſui retractus & occiſus eſt. ſeruus vt præmium promiſſum indicii haberet, manumiſſus eſt, & ob ſcelus proditi domini de ſaxo deiectus eſt. C. Marius filius in Africam traiecit. C. Marius pater, quum in paludibus Minturnenſium lateret, extractus eſt ab oppidanis: & quum ad occidendum eum miſſus ſeruus natione Gallus, maieſtate tanti viri perterritus receſſiſſet, impoſitus publicæ naui delatus eſt in Africam. L. Sulla ciuitatis ſtatum ordinauit: exinde colonias deduxit. Q. Pompeius Conſul ad accipiendum à Cn. Pompeio Proconſule exercitum profectus, conſilio eius occiſus eſt. Mithridates, Ponti Rex, Bithynia & Cappadocia occupatis, & pulſo Aquilio legato, Phrygiam prouinciam populi Romani, cum ingenti exercitu intrauit.

P. Sulpicius Tribunus plebis.

L. Sulla, Q. Pompeio Consulibus prouinciarum ea ratione quum esset inita, vt Sulla, qui tum adhuc Romæ erat, simul per res Italicas posset, Asiam & Mithridaticum bellum, cum exercitu quem hactenus duxerat, prouinciam haberet: P. Sulpicius Tribunus plebis perniciosis legibus ferendis, priusquam vetus illud consopitum incendium esset, etiam fœdius aliud atque horribilius auctore Mario conflauit. Quippe C. Marius (vt est insatiabile honorum & potentiæ humanum ingenium, quoties ratione contempta cupiditatum imperio regitur) post amplissimos triumphos, & Consulatum sexies gestum, miserum se putabat, si in tanta populi Romani fortuna, quidquam ad laudem eximium, cuiquam alteri relinqueretur.

CAP. II.

Atqui iam & bellis & bellorum præmiis vigorem annosque consumpserat; grauis corpore, etiam nuper imperio ob senectutis incommoda abdicato. Igitur dum conficiendis Socialis belli reliquiis Sulla Consul in Campania distinetur, C. Marius Asiaticæ laureæ desiderio P. Sulpicium Rufum impellit, vt ademptam Sullæ prouinciam sibi decernat.

Ademptã Sullæ prouinciam Mario decernit.

Erat alioqui in magna inuidia Consul, quod vxore Cœlia per caussam sterilitatis dimissa, Cæciliam duxerat Q. Metelli Pontificis Maximi filiam. Id multi nobilium ægre ferebant, & populus indignabatur. tanta erat eius feminæ æstimatio, vt huius matrimonio iudicarent indignum, quem dignissimum Consulatu iudicauerant.

CAP. III.

Hac animorum inclinatione Marius cum Sulpicio vti cupiebant, infaustis omnibus, & ad grauiora Reipublicæ mala peruenturis, quam vnquam ante a fuisset. Idque significatum multis prodigiis putant.

Prodigia.

Flamma ex hastilibus signorum quum emicuisset, vix restingui potuit. Coruí tres pullos in conspectum hominum allatos deuorauerunt, & reliquias reportarunt in nidum. Mures in templo quodam sacrum aurum roserunt. è quibus quum feminam vnam æditui cepissent, in muscipula quinque musculos enixa, tres eorum deuorauit.

CAP. IV.

Sereno cælo tubæ vox audita.

Sed nihil fuit horribilius, quam quod sereno cœlo tubæ vox insonans, lugubre & valde acutum canens, vt homines ad vehementiam soni clangoris cohorrescerent. Ex his Tusci haruspices *mutationem rerum instare* prædicebant. Dumque his rebus operam dat Senatus in æde Bellonæ, passer in conspectu omnium cicadam ore correptam intulit: eiusque parte abiecta & in fano relicta, cum altera parte auolauit.

CAP. V.

Id portendere secessionem agrestium Vrbanorumque responderunt haruspices: quorum alteri cicadæ in morem streperent vocibus, alteri similiter atque illi rura exigerent vitam.

Sulpicii improbitas.

Nihil horum Sulpicium à ceptis remorabatur, mira prauitate hominem: vt improbitate non modo superaret ceteros, sed secum ipse certaret:

caret

tare videretur. Crudelitatem enim maximam pari audacia auaritiaque miscuerat: neque tantum erat vllum flagitium, cuius vel turpitudine absisteret à patrando, nec pœnitentia post factum duceretur. Quid multa? ciuitatem Romanam propalam vendebat libertinis & inquilinis: & mensa in foro posita precium numerabat. Tria circa se habebat hominum millia cum ensibus, & ad omnia paratam equestrium iuuenum multitudinem. sexcenti erant delecti, quos *Antisenatum* vocare consueuerat. Saturnini seditiosissimi hominis omnia laudare solitus, *cunctationem* in præcipiti homine, *& timiditatem* in furibundo reprehendebat. Idem quum tulisset legem *ne quis Senator amplius quinq; millia nummum æris alieni contraheret*; ipse moriens debuit centies vicies. Talis vir à Mario immissus in Rempublicam, vi ferroq; destinata perficere conatus est: quum ingenium etiam facundiamque à bonis initiis & rectissima voluntate ad ancipitia & praua transtulisset. Præcipuæ Sulpicii actiones erant, *vt exsules, quibus caussam dicere non licuisset, reuocarentur, noui ciues, libertinique distribuerentur in quinque & triginta veteres Tribus, &*, cuius gratia cetera fiebant, *C. Mario Methridaticum bellum decerneretur.* Sed exsules ne reducerentur, ipse nuper intercesserat: iam immutata voluntate, verba cauillando eamdem legem referebat, *non exsules à se reduci, sed vi eiectos* dictitando. quasi non idem essent, vtro nomine appellarentur: aut quasi de vocibus, non de rebus controuersia in Republica esset. Libertinos autem, & qui modo de sociis facti ciues fuerant, ideo distribui in veteres Tribus volebat vt plus in suffragiis illorum roboris esset. quippe homines callidi, si hos numero veteribus ciuibus facile superiores, iure æquassent, nihil fore existimabant, quod illorum opera non adsequerentur, & quo minore negotio rem perficerent, de bello Mithridatico interea silentium agebant. Ne sic tamen tenere propositum potuerunt: quum ei rogationi veteres ciues præfractis animis resisterent, resque interdum ad fustes & saxa peruenisset, L. Sulla ad opem Reipublicæ ferendam, ab Italici belli conficiendis reliquiis, alieno tempore auulsus est. Vehementer enim accisæ Sociorum vires erant. Lamponius tantum & Cleptius cum parte Lucanorum erant in armis: Samnitesque & Sabelli Nolam & vicina Nolæ retinebant. Igitur Sulla profectus iam ad exercitum, qui Nolam obsidebat, fuerat: receptisque plerisque circa præsidiis, haud procul fine belli aberat. Sed vrbano tumultu excitatus, accurrit Romam, vt collegam Tribuniciis furoribus repugnantem adiuuaret. Consilio tamen magis, quam viribus, grassari placuit: ne patriæ incumbentem pestem, si arma corripuissent, alia peste viderentur repellere. Igitur iustitio in dies aliquammultos indicto

CAP. VI. *Ciuitatem libertinis vendit.*

CAP. VII. *Ingenio & facundia male vtitur.*

CAP. VIII. *Exsules reduci postulat.*

CAP. IX. *Sulla ab Italico bello abstractus.*

CAP. X. *Romam accurrit.*

hoc agebant, vt comitia differendo legis impediendæ idoneam aliquam occasionem tempus suggereret. At Sulpicius iustitio valere iusso, suos in forum educit, admonitos *vt pugiones sub vestibus secum ferrent: iisque aduersus quoscumque opus esset, ne Consulibus quidem exceptis vterentur.* Sic

CAP. XI. *Seditio ingens.*

instructus ad ædem Castorum pergit, vbi forte concionem Consules habebant. ibi *ferias* vt *parum rite edictas* arguere orsus, postremo *tolli eas à Consulibus* iubet, *comitiisque legum tempus atque locum dari.* Tum vero Consulibus aduersantibus in neruum erupit furor: strictisque mucronibus vis intentatur, cadit inter alios Pompeius adolescens Consulis filius, idemque alterius Consulis gener. pater Pompeius clam elabitur. Sulla qui in domum Marii confugerat, siue, vt ipse in Commentariis prodidit, *cinctus inimicorum gladiis consultandi caussa secesserat,* quum inde

CAP. XII.

rediisset in forum, iustitium ex voluntate Sulpicii soluit. Ideo Sulpicius reliquit magistratum Sullæ, quum eumdem Q. Pompeio abrogaret. Ita dimissus ad exercitum Sulla, quum Capuam venisset, vnde rebus omnibus ordinatis ad bellum Asiaticum pergere statuerat, P. Sulpitius legem, cuius ergo turbæ istæ excitatæ omnes fuerant, perfert: *Caiumque Marium pro Sulla Mithridatici belli Imperatorem esse* iubet. Mittitur è vestigio Gratidius propinquus & legatus Marii, cum alio Tribuno militum, qui Nolanum exercitum ad Marium perducant. At Sulla cognitis quæ in Vrbe fierent, iam ad legiones venerat prior, vocatasque in concionem ita erat alloquutus. *Quæ per hosce dies in Vrbe gesta sunt, milites, ea varie ad vos perlata esse existumo, vt ferme solent, quæ incertis auctoribus aut vago rumore differuntur. Quo magis ad vos properandum esse censui, vt in communibus iniuriis mutui adspectus solatio vteremur: & vos, quid mihi sit in præsentibus consilii; ego, quid vobis voluntatis, cognosceremus. Nam siquidem populi Romani Consulem, Imperatorem vestrum, vna cum concordi collega cogi in ordinem, violari minis, terreri cæde charissimorum oportuit: caussam non dico, quin aduersarii nostri cupitis fruantur. Sin vero paucorum importunitate victum Consulare imperium, cædem clarissimi iuuenis, Consulis alterius fugam, alterius periculum, dominantes in Vrbe nostra, quos anno in aduersa acie stantes, ferro ac virtute vicimus; vobis mihique iuxta intolerandum est: quid fieri in rem nostram publicamque sit, consideremus. Sed mature decernendo opus est, donec consultare communiter & agere quæ volumus licet. Si enim nescitis, mihi bellum Mithridaticum, vobis ego Imperator eripior. C. Mario traditur, nisi tamen vos ille fastidiat, & alterum exercitum nupero commilitio notiorem malit. Atqui prouinciam illam, & has legiones Senatus mihi dederat: & ego iam ad traiiciendum omnia parateram, latus & festinans, non vt mihi*

Mario Mithridaticum bellum decernitur.

CAP. XIII. *Ea de re Sullæ Oratio ad milites.*

CAP. XIV. *Mature vult consilium capi.*

mihi tantum gloriam triumphumque ex veris hostibus quærerem; sed etiam vt vobis aliquando referrem gratiam: vosque, tot exantlatis me duce pro Republica laboribus, Asiaticarum opum larga & facili copia ditarem; quo reliquam deinceps ætatem in otio locuplete & honorato degeretis. Sed hæc & alia nobis ereptum eunt iniustissimi mortales: quod si vobis volentibus est, doleo & quiesco: si quod iure datum est, per iniuriã auferri non sinitis, non me subtraham vobis ducem. ad capessenda iussa prompti paratiq; este. Ad hæc verba, quamquam nihil apertius de proposito suo dicere erat ausus, succlamatum à militibus est, facile quid vellet interpretantibus, *bono esset animo, & recta duceret ad Vrbem.* nec enim Imperatoris tantummodo vicem dolebant, sed de sua quoq; erant soliciti, ne forte Marius ad bellum vt rebantur facile & quæstuosum alio potius exercitu vteretur. Igitur Tribunos à Mario præmissos lapidibus cooperiunt. signisque correptis properant Romam. Ibi quoque populus inquietus & discors agebat. aliis *vnicum ducem Marium* efferentibus in cælum; aliis *ad curandum corpus, senio & morbis confectum, Baias facessere* iubentibus. Nam in Misenensi villam C. Marius posuerat: quam postea L. Lucullus centies sestertium emit. Sed Marius vt se vegetum paremque militiæ muniis ostenderet, quotidie in campo inter iuuenes exercebatur: miserantibus multis, qui perspiciebant, quam inane ob præmium, vir ab ima sorte ad summam profectus, post septuagesimum ætatis annum, inhabile propter carnium molem corpus (nam in senecta obesus euaserat) & fracta laboribus membra fatigaret. Sed magis ridicula erat, quam cupiditatibus suis obtendebat, caussa: quum *ideo se concupiuisse imperium* diceret, *vt filium adolescentem artes belli ipse præsens edoceret.* Inter hæc, quum occisos quos ad exercitum miserat Tribunos, Sullamque cum sex legionibus venire ad Vrbem comperisset, ipse vicissim quosdam amicorum Sullæ occidit, bonaque cæsorum diripuit. Itaque miserabilis Romani populi conditio erat, cuius principes, nusquam certa spe salutis, aut vlla concordiæ fide, alii ex Vrbe in castra, alii ex castris in Vrbem confugiebant. Nam excepto Quæstore vno, ceteri Tribuni præfectique signa patrię inferenda abominati, Romam se receperant. Contra ab iis, qui vim Marii Sulpiciique insolentiam metuebant, in castra Sullæ, tamquam ad asylum, concurrebatur. In Vrbe Senatus suæ potestatis non erat, sed ad nutum tyrannorum circumagebatur. His volentibus, ex magistratibus eius anni duos ad L. Sullam misit, Brutum & Seruilium Prætores. Ii quum ad exercitum venissent, paulo animosius loquuti in extremum discrimen inciderunt: vt confractis fascibus, prætextisque dereptis, vix & ægre corpus incolume referrent in Vrbem, ipso adspectu, quorsum iam seditionis furor euasisset,

CAP. XV.

Milites ad Vrbem iubent ducere.

CAP. XVI.

Tribunos a Mario præmissos lapidibus obruunt.

CAP. XVII.

Marius contra Sullæ occidit amicos.

CAP. XIIX.

Senatus legatis ad Sullam.

fisset, ostensuri. Marius, quantum in tali trepidatione potest, ad defensionem se comparat. Sulla triginta peditum, quinque equitum millia adducens, ad Vrbem intendit cursum: præter alia quibus incitabatur, per somnium quoque stimulantibus geniis. Nam quæ Cappadocum instituto Romæ colebatur dea (Lunam, an Mineruam, an vero Bellonam interpretarentur, ipsi quoque dubitabant) eam adsistere sibi per quietem vidit Sulla, fulmenque porrigere, recitatisque inimicorum eius nominibus, ad singula præcepisse, feriret: atque illos tamquam ad ictum concidentes, euanescere. Id visum collegæ narrauit, qui cum laude & gratulationibus occurrens, ad omnia operam suam promiserat. Interea secundi, deinde tertii ab Vrbe legati venerant, quibus caussam c. milii tam præcipitis requirentibus, idem responsum omnibus datum: *ad liberandam tyrannide patriam iri.* postremo tamen adiecit, *si Senatus cum Mario & Sulpicio descendere in campum Martium velit, nihil se nisi de communi sententia acturum esse.* Sed Marius Sulpiciusque, neque fidei se inimici credere ausi, neque satis parati ad resistendum, nouam Senatus nomine legationem mittunt. cuius hæc mandata fuere: *Neminem magis quam ipsos Consules scire, quantopere semper Senatus laborasset, vti amborum, & præcipue L. Sullæ, pro præstantissimis in Rempublicam meritis, quam amplissima dignitas foret. Ceterum eam esse conditionem Romæ, vt sæpe contra voluntatem Senatus populi iussa valeant: præsertim vbi propter metum maioris mali, prudentissimus quisque concedendum temeritati multitudinis putet. Id adeo nuper etiam accidisse in ferendis legibus, a quibus haud minus reliqui Patres, quam Consules ipsi abhorreant. Verum enim vero, in libero populo multa ferenda esse potentioribus, donec arte & occasione corrigantur. Ita Gracchorum olim, ita postea Saturnini rogationes, quæ feruentibus populi studiis nulla vi potuissent impediri, tempore captato citra tumultum abolitas esse. Idem nunc quoque fieri posse de iis, quorum iniquitate se læsum Consul Sulla conqueratur. Nihil antiquius esse Senatui, quam vt inter claros & potentes viros quæ inciderint, controuersiæ, citra publici status periculum, ex æquo & bono componantur. Eumdem animum & C. Marium, & P. Sulpicium præ se ferre. nec dubitari, quin par maneat & Consulibus in communem patriam pietas. Nihil opus esse armis, vbi ciuili modestia transigi melius possit. nec adhuc admissum tam inexpiabile quidquam, vt ad extrema desperationis auxilia veniri oporteat. Tempore tantummodo & modica patientia rem indigere. Igitur hoc vnum deprecari Patres, ne per præcipitem iracundiam omnis concordiæ spes abiiciatur. Omnia conuentura, modo hanc dent Consules Senatui veniam, vt ne propius quinque millia passuum ab Vrbe castra metentur: donec Patres Conscripti consultare amplius de præsentibus possint.* Ad Pictos hæc agebantur.

CAP. XIX. *Sullæ somnium.*

CAP. XX. *Aliorum legatorum Oratio.*

CAP. XXI. *Culpam in plebem conferunt.*

CAP. XXII. *Rem componi posse dicunt.*

tur, id tabernis nomen erat, ad quintum decimum ab Vrbe lapidem via Lauicana ſitis. Ibi reſponſum à Sulla legati abſtulerunt, *in loco caſtra poſiturum;* idque ipſis audientibus, more militiæ ſtatim imperatum eſt. At hæc ſimulatio Conſulum erat, nam ipſi conſilio intellecto inimicorum, dum legati, velut impetrato quod volebant, læti redeunt Romam, L. Baſilo, C. Mummio præmiſſis, citato agmine ſequuntur. Sulla Eſquilinam portam cum vicina parte occupandam cum legione vna ſumpſerat: Collinam cum alia legione Pompeius: ad Sublicium pontem tertia, quarta pro muris ad ſubſidium ſtare iuſſa eſt. duæ hoſtili fremitu animoque in Vrbem irruperunt. Ibi quum iuxta collem Eſquilinum Marius Sulpiciusque cum tumultuaria manu occurriſſent, miſerrimum facinus factum eſt, vt in ipſa Vrbe non per ſeditionem & correptis temere telis, ſed aperto Marte ſignis canentibus in iuſtæ pugnæ faciem, tum primum poſt Romam conditam inter ciues concurreretur. In hoc prœlio quum Sullanos non oppoſitus modo hoſtis, ſed deſuper è tectis iaculantes patresfamilias vrgerent: Conſul ipſe correpto ſigno in primam aciem procurrit: fugamque militis religione ſignorum & præſentia ducis cohibet. ſimul ad omnia reſpiciens, vocari ex ſubſidiis legionem, & interea delectos ex præſentibus, circumire Suburrana via, & à tergo includere hoſtes iubet: ipſe correpta face, contra eos, qui de tectis ſaxa atque tegulas iaciebant, *ſubdi ædificiis ignem* imperat; *ſagittariosque tela ignita immittere.* Ita detruſus ad ædem Telluris Marius, plebem ex domibus, itemque ſeruitia ad pileum vocat. Sed potentior promiſſis metus fuit. tres tantummodo repertos aiunt, qui conditionem acciperent. Sulla per ſacram viam in Capitolium pergens, quo ſe Marius cum ſuis receperat, quum milites quoſdam ſuos obuia diripere vidiſſet, eumdem delicti ſuppliciique locum eſſe voluit, coram ſtatim in conſpectu omnium punitis ab eadem modeſtia, deiectis à Capitolio cum cæde multorum inimicis, cuſtodias per omnes regiones Vrbis poſuit; totaque nocte cum collega peruigil, obiuit omnia, ne quid à victoribus per inſolentiam in Vrbanos committeretur. Orta demum luce, vocato in concionem populo, *tempora Reipublicæ* deplorant, *Tribunicio vento ad talia præcipitia compulſæ. hac neceſſitate coactos ad conſilia neceſſaria magis quam optanda deſcendiſſe. Reuocandum itaque maiorum morem, quo obtinente nihil tale accidiſſet; neque de re qualibet poſtea ad populum ferri oportere: niſi de ea deliberatum ante in Senatu foret. Centuriata quoque comitia ex lege Seruii Regis, non vt poſtea adſueuiſſent, Tributa haberi, conſultius eſſe. Non aliis rationibus reduci ciuium concordiam, & publicæ rei tranquillitatem poſſe, quam ſi à temeritate populari ad maturitatem Patrum conſilia, & ab egentiſſimi cuiusque*

CAP. XXIII. *Sullæ fallax reſponſum.*

CAP. XXIV. *Pugnatur in Vrbe.*

CAP. XXV. *Sulla vincit.*

CAP. XXVI. *Populi poteſtatem minuit.*

Mithridatis legatis ad Sullam & Senatum.

ſubſtitit. De his Mithridates tum ad Sullam miſſis, tum ad Senatum legatis querebatur: *Omnia ſe feciſſe, dediſſe, quæ ex formula fœderis & ſide bina fieri dari oportuiſſet. Romanis Aſiam, Regibus Cappadociam, Bithyniam, Paphlagoniam reſtituiſſe: receſsiſſe intra patrii Regni limites, longiſsimèque remotum à conſilio ſimul & occaſione Romani belli diuerſiſsimis locis aduerſus Colchos atque Boſporanos dimicaſſe. quum nulla prouocatus iniuria L. Murena, quem L. Sulla cum imperio in Aſia reliquiſſet, irruptionem in fines ſuos fecerit, vrbes expugnarit: præſidia Regia eiecerit aut occiderit: & quamlibet occurrente nemine, diuina ſimul ac humana latrocinio ac rapinis vexauerit.*

CAP. XIV.

Queſtum de iniuriis Murenæ.

Se hunc iniuriarum finem facere conſtituiſſe, in Cappadociæ hibernis exercitum tenentem, vt quamprimum tempus anni pateretur, redintegrare bellum poſſit. Magnopere igitur poſtulare, Senatus datam ſibi pacem præſtet: Murenam reuocet: res reddere, bellum omittere, iniuriis abſtinere iubeat. Se nec antea libenter arma contra Romanos induiſſe, & nunc paſſurum omnia potius, quam eos iterum hoſtes habeat. Prouidendum tamen Patribus, ne talibus factis ea inuoleſcat apud Reges & nationes opinio; parum intereſſe, ſocii an hoſtes populi Romani habeantur. Nam cupiditate ducum, licentia militum, ſublato quod intereſſe debuiſſet diſcrimine, pari violentia & acerbitate omnes tractari.

CAP. XV.

Similia quoque mandata ad Sullam dederat, adiunctis quæ ſingulariter illum attingebant, *qui pacis eius auctor, magna à Rege ad bellum accepiſſet auxilia, maiora exſpectare poſſet.* Hæc erant ſuperiore anno facta. Caio vero Mario, Cn. Carbone Conſulibus, quum nondum reuerſi Romam legati eſſent, Murena tranſito Haly fluuio, qui & alias copioſus aquis, tum continuis imbribus ſupra ſolitum intumuerat, fines Mithridatis libera populatione perſultauit; Rege nuſquam occurrente, ne bello cauſſam dediſſe argueretur. Sic Romanus in Phrygiam Gallogræciamque onuſtus præda receſſit. Ibi conuenit eum miſſus ab Senatu Callidius, qui literas quidem nullas adferebat; palam autem Murenæ nunciauit Senatus verbis, *Regem ſocium amicumq; ne laceſſeret.* Deinde quia cum ſolo colloqui conſpectus erat, neque Murena ideo minus hoſtilia faciebat; *dolum Romanorum* incuſans Mithridates *Gordium occurrere, & prædatores coercere* iuſſit. Ille quum & milites multos & iumenta comprehendiſſet, abductis illis, caſtra caſtris Murenæ ſic oppoſuit, vt interfluente amne diſcrimerentur. Neuter tamen pugnæ tentare fortunam voluit: donec ipſe Mithridates cum maioribus copiis ſuperuenit. Tum cepto circum amnem prœlio, quum rebus omnibus impar Murena eſſet, tranſcenderunt amnem Regii, Romanosque multis cæſis, in collem quendam munitum, ſe recipere coëgerunt. Mox Rege ad oppugnandum collem profe-

CAP. XVI.

Murena denuo populatur fines Mithridatis.

Sed à Rege profligatur.

CAP. XVII.

profecto, quum locus ad reſiſtendum parum aptus videretur, deſertus à Murena eſt, magnoque labore, Regiis ſubinde carpentibus agmen, per montes auiis itineribus in Phrygiam penetratum. Celeriter vulgata tam inſperatæ victoriæ fama multos adiunxit Mithridati: breuique omnia, quæ per Cappadociam dux Romanus diſpoſuerat, præſidia deiecta ſunt. Mithridates vt bonis ſuis rebus honorem diis haberet, in alto monte ſacrificium Ioui bellorum præſidi patrio more fecit. Eius hæc fuiſſe ratio traditur.

Mithridates victor ſacrificat.

CAP. XVIII.

Eius ſacrificii ritus Perſicus.

Primus ipſe Rex in ſummo montis cacumine more Perſico, ligna ſuis manibus allata deponit. tum certatim ab aliis adgeſta, poſtquam in quam maximum faſtigium excreuerunt; alia circum humiliori ſtrue firmantur. In ſummo rogo cum melle & lacte vinum oleumque & generis omnis odores largiter adfunduntur, altera pyra, quam humiliorem ſtrui diximus, cœnam præſentibus paratam ſuſtinet, qua peracta, ignis ſubditur: Inde propter copiam materiæ, locique altitudinem tantum flammarum emicat, vt ad centum & triginta millia paſſuum incendium conſpiciatur: neque propter ardoris violentiam quiſquam eo accedere per dies aliquot proximos poſſit.

CAP. XIX.

Id ſacrum Perſarum olim Reges faciebant Paſargadis. inde tranſiit ad Ponticos velut hereditario iure, quod ii genere Perſarum Regum erant editi.

Vnde & Mithridates genus.

Nec alienum eſt, quo Mithridatis nobilitas & pars maiorum cognoſcatur, breuem gentis eius recenſionem ſubnectere. Mithridatis, qui tam diu bellauit cum Romanis, eodem nomine pater fuit; Euergetes cognomento; de quo ſuis locis quædam memorauimus. Ante hunc regnauit Pharnaces, Sinopenſium domitor, quos contra patrem eius Mithridatem Rhodii defenderant.

CAP. XX.

At Ariobarzanes Amaſtrin adiunxit Regno, nobilem vrbem; patris Mithridatis opibus validus, qui Cappadociam & Paphlagoniam annis ſex & triginta obtinuerat, valde auctis paterni Regni viribus. Pater enim eius Mithridates anguſtius imperauit, præualente Macedonum potentia.

Mithridatis Ctiſtæ hiſtoria.

Nam Antigonum ſectari neceſſum habuit, ex Alexandri Magni duce potentiſſimum Aſiæ Regem: à quo etiam fuiſſet occiſus, niſi fuga ſeruaſſet ſalutem. Somniauerat Antigonus (res enim eſt non indigna relatu) ſe agrum auro conterere. Mithridatem vero demeſſum aurum aſportare in Pontum.

CAP. XXI.

Laborat hoc etiam inſaniæ genere humanum ingenium, vt & prædictionum harum ratam eſſe fidem putet & nihilo ſecius pugnare cum fato conetur. Igitur Antigonus tollendum de medio Mithridatem ratus, rem totam Demetrio aperuit, filio ſuo. Atque ille miſertus ſodalis & amici, non equidem voce monuit, ne iuſiurandum patri datum falleret, ſed illo inſpiciente in

Initia Regni Pontici.

arena depinxit haſtili duo verba, fugere iubens Mithridatem. Atque ille cum ſex equitibus profugit, occupatoque caſtello, cui nomen erat Ciniata, fundamentum iecit eius Regni, quod in octaua demum ſucceſſione Romanis armis ſubiugatum eſt.

CAP. XXII.

Quod prius fuit Satrapia Perſica.

Igitur & conditoris cognomento celebratur; quod ipſe primum ſui iuris Regnum iis locis [illegible] eſt; quibus ante Ariobarzanes Phrygiæ Satrapa & Rhodobatæ filius Mithridates, qui Platonis imaginem dedicauit Muſis, precario pro Regum Perſicorum purpuratis Præfectisque præfuerant. Nam à Septem Perſis oriundi, datam à Dario Rege maioribus ſuis ad Euxinum Pontum Satrapiam, perpetua ſucceſſione tradiderant poſteris. Quorum omnium potentiſſimus Mithridates, quum & maiorum antiquiſſimam gloriam, & tum amiſſas nuper, tum ſuperſtites adhuc opes animo reputaret; non ſatis fractus vno bello, Romani populi vaſtum imperium iterato ſumptis armis oppugnare audebat.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII

SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER ALTER ET QVINQVAGESIMVS.

In locum lib. LXXXVII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epit. Lib. LXXXVII. Liuiani.

Sylla C. Marium, exercitu eius fuſo deletoque ad Sacriportum, in oppido Præneſte obſedit: vrbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere tentantem repulit. Præterea res à legatis eius, eadem vbique fortuna partium geſtas, continet.

SVb idem tempus L. Sulla ducto in Volſcos exercitu Setiam oppidum cepit: non procul inde caſtra habente C. Mario. qui audita deditione oppidi, quum prope Signiam ad Sacriportum (id loco nomen) cum quinque & octoginta cohortibus veniſſet; inſequutum Sullam ad pugnam prouocauit.

C. Marius F. Sullam ad pugnam prouocat.

Proxima nocte viſus Sullæ per quietem C. Marius ſenior fuerat, præcipiens filio, monensque vitaret illum diem, minacem & conſiliis ſuis aduerſum. Id ſomnium valde confirmauit Sullam, vt eo potiſſimum die dimicare optaret. Idcirco miſſis qui Dolabellam arceſſerent (is cum parte copiarum procul caſtra erat metatus) quadrata acie iter verſus hoſtem facere inſtituit.

CAP. II.

Eiusque copias varie vexat.

Nec omittebant Mariani locis opportunis offerre ſeſe; & alibi ſaxa aut ceſpitem obmoliendo vias claudere, nonnumquam variis locis ex occaſione conſerere manus: donec ita defatigati pugnando ſimul eundoque Sullani ſunt, præſertim quia moleſtus imber acceſſerat vt præ laſſitudine vix conſiſtere poſſent. Id Imperatori nunciatum à tribunis eſt, ſimulque milites oſtenſi, ſcutis humi defixis ſeſe ſuſtinentes. Fremens ille frendensque tempus, quod ſibi feliciſſimum ad pugnam futurum exiſtimauerat, ita perire, ſignum conſiſtendi caſtriſque ponendis dedit.

CAP. III.

Ceterum quemadmodum paulo ante certam eius ſpem laſſitudo militum deſtituerat, ita tum depoſitam hoſtium ferocia reddidit. Marius cum equitibus ferociter inuectus (feſſos enim atque operi intentos fundi poſſe ſperauerat) hac ignominiæ ſpecie ſic accendit veteranum exercitum vincique inſolentem, vt omiſſo opere piliſque in

Prælium ad Sacriportum.

margine foſſæ defixis, gladios ſtringerent. Hoc initium acerrimi prælii fuit: collatisque ſignis aliquamdiu pari contentione animorum dimicatum. donec inclinante ſiniſtro Marii cornu, priusquam aperta fuga fieret, quinq; cohortes cum duabus aliis ſigna proiecerunt, & ſimul tranſierunt ad hoſtem.

CAP. IV.

Ea res ceteros in confeſſam fugam egit, & inſequentibus alacriter, qui paulo recentiores erant, Sullanis, magna fugientium ſtrages eſt edita. Feneſtella cum quibusdam aliis ſcriptoribus interfuiſſe prælio C. Marium negant. *ſed vigiliis laboribusque confectum, ſigno pugnæ dato ſub dio quieuiſſe, & fugiente iam exercitu, vix potuiſſe excitari.*

Marius Præneſte fugit.

Fuga reliquias exercitus Præneſte abſtulit, quod natura munitum oppidum, Marius etiam præſidiis firmauerat. Sed tanta fuit trepidatio, vt intromiſſis qui primi accurrerant, deinde metu ne vna hoſtes irrumperent, Præneſtini clauderent portas: factumque eſt, vt Marius tum demum ſuperueniens fune demiſſo in murum ſubduceretur.

CAP. V.

Ceteri plerique omnes in conſpectu ſuorum cæſi captiue ſunt. Sulla *viginti millia hoſtium in prælio cecidiſſe, capta fuiſſe octo* ſcripſit: *ſuorum tres tantum & viginti deſideratos.* Samnites quotquot in manus venerant, occidi omnes, tamquam perpetuos hoſtes nominis Romani, Sulla imperauit.

Carbo vincitur à Pompeio & Metello.

Huius pugnæ fama Carbonem, à quo Metellus grauiter premebatur, sic exterruit, vt protinus ex locis quæ ceperat præſidia deduceret, & cum exercitu Ariminum properaret. Sed forte fortuna accidit, vt per idem tempus Metello opem ferens Pompeius aduentaret: qui diſceſſu hoſtis cognito, caſtra eius occupauit, tergisque abeuntium inhærens, multis occiſis, multis ad deditionem pellectis, magna illum exercitus parte ſpoliauit.

CAP. VI.

Et Metellus alium Carbonis exercitum ſignis collatis cecidit, facili victoria, quia tum quoque inter pugnandum quinque cohortes hoſtium ad illum defecerant.

Pompeius Senas diripit.

Neque multo poſt Pompeius circa Senas deuicit Marcium, & vt præmium laboris ſtrenue nauati haberent, vrbem captam à militibus diripi paſſus eſt. Sed non ſicut indulgens in benemeritos, ſic etiam inſolentibus lenis aut propitius fuit. Mediolani trucidatus iuſſu ſuo Senatus fuerat: eaque culpa ad multos pertinebat. Pompeius igitur, ne tumultum mouerent, ſi ſoli euocarentur, veritus, vniuerſum exercitum adeſſe in concionem iuſſit.

CAP. VII.

Error Stratagema:

Sic nocentes quia cum omnibus acciti erant, aliud quid velle Imperatorem rati, adfuerunt: & cetera pars exercitus, quæ pura ab illo crimine erat, poſtquam intellecta res eſt, tanto diligentiorem in cuſtodiendis reis præſtiterunt operam, ne illorum fuga ſibi tamquam conſciis eiusdem noxæ imputaretur. Interim & Sulla compulſum intra Præneſtinorum mœnia Marium, circumuallare ca-

pari-

perat, quia propter loci naturam expugnari armis nequibat. Nam ſupra vrbem mons excelſus in altitudinem amplius paſſuum ducentorum quinquaginta conſurgebat: hæc arx erat ciuitatis, & ab diuerſa parte continentibus iugis anguſta ceruice iungebatur. Igitur foſſam vallumq; è longinquo duci iuſſit: operiq; Lucretium Ofellam præfecit, Equitem Romanum, qui nuper è Carbonianis partibus ad ſe transfugerat. Id conſilium à quibusdam repræhenſum eſt, non improbabiliter quærentibus, *cur è tot egregiis quos circa ſe habebat viris neminem, ſed obſcurum & ignobilem hominem ad tantæ rei miniſterium delegiſſet. certe fœdiſsimi propoſiti conſcium humiles potius, & ſeruituti paratos extollere voluiſſe: à bonis viris haud æque promptum ad turpia obſequium exſpectantem.* *Illa quoque cauſſa ſubeſſe* putabatur, *ne præſtantes virtute ac nobilitate homines conſiliorum geſtorumque laudem ad ſe retraherent; Republicaq; reſtituta pari cum illo iure cenſeri æquum putarent.* Viles ergo malebat, qui modicis præmiis contenti, famam potentiamque ſolidam ad Imperatorem transmitterent. Sed paulo ante, quum aduerſariorum apparatibus omnis Italia ſtreperet, & ingentes paſſim exercitus contra ſe ducibus minime contemnendis concitarentur; optimum quemque honeſtiſſimumque maximo ſtudio ambiuerat, eorumque opera gratanter erat vſus. O grauem vitæ peſtiferamque luem quæ vinculum humanæ ſocietatis ſoluit, maximumque rerum gerendarum inſtrumentum obtundit ac hebetat! Quem enim omnium fidum nobis, noſtræque vtilitatis cauſſa omnia facturum ſperare poſſumus; ſi hæc peſſima conſuetudo inoleuit, vt quos ob ſpem præſtandæ operæ charos habuimus, poſt præſtitam ſpernamus? Ceterum Sulla rebus ad Præneſte conſtitutis Romam petens, omnibus viis globos militum præmittebat, præcipiens, vt excluſi mœnibus Hoſtiam concederent: recepti ad portas præſidii cauſſa remanerent. Sed illis non quæ in via modo erant vrbes, ſed ipſa Roma ſtatim patuit: fame vrgente populum, & iam inter tot ciuilium bellorum viciſſitudinem adſuetis hominibus potentiori accedere. Sulla, quum ex ſententia rem procedere comperiſſet, nihil conatus ad Vrbem venit, & copiis in Campo iuſſis tendere, ingreſſus, bona inimicorum, qui ſub aduentum eius omnes profugerant, ſub haſta vendidit. Aduocato deinde in concionem populo, *neceſſitatem præſentem,* miſeratus, *quod iterum armatus adire Vrbem cogeretur, quam contra omnem vim atque omne periculum, armis ſuis ſemper ſtuduiſſet defendere; improbitatem atque peruicaciam aduerſariorum,* incuſauit, *qui neque ſecunda fortuna quieſcere, neque aduerſa pœnitere didiciſſent.* *Sibi ſemper certum fixumque fuiſſe, in honorem communis patriæ, acerbiſsimis aduerſariis parcere.* Huius ani-

CAP. VIII. *Sulla Præneſtinæ obſidioni Lucretium præficit.*

CAP. IX. *Vituperatur.*

CAP. X.

Sullani Romam recipiuntur.

CAP. XI.

Sulla concio.

CAP. XII. *Lenitatē ſuam prædicat.*

mi ſe non ſuos tantum duces legatosque, ſed ipſum populum Romanum habere teſtem, cui lenitatem ſuam ſemper approbarit, quamdiu ſuo ſe ingenio vti peruerſitas inimicorum ſiuiſſet. Sed vbi viderit eosdem illos, quorum iniurias patriæ condonaſſet, ſuam manſuetudinem pro ignauia accipere, atque velut impune quidlibet auſuros, ipſi patriæque eamdem perniciem meditari; vim atque temeritatem improborum virtute ac conſtantia repulſurum, ſceleſtis atque [illegible] armis iuſta ac pia oppoſuiſſe.

CAP. XIII. Adfuiſſe etiam cauſſæ meliori deos, adfuturosque. Conſiderent igitur Quirites, & quemadmodum temperando a bonis innocentium, quæ diripienda ipſis praui homines obieciſſent, inſigne edidiſſent beneuolentiæ ſuæ in has partes documentum, ita nihil à ſe aliud, quam quæ ipſi eſſent optatiſſima exſpectarent, paulo poſt ſublatis diſcordiis, pacem & qualem deſiderarent Reipublicæ ſtatum viſuri.

Pacem & bonū Reipublicæ ſtatum pollicetur.

Hæc ita vti dicta erant, à pleriſque accipiebantur, at quibus reputatio temporum, & quæ paulo ante viderant, acrius exercebant ingenia, rem eſſe periculi pleniſſimam autumabant.

CAP. XIV. *Id prudentes non credunt.* Etiam melioribus ſæculis, quum nondum quotidianis rebus accenſeri bella ciuilia, & in Vrbe, in foro, in Curia pugnæ cædesque poſſent; ſæpe diſcordiam partium ad ſanguinem necemque imbecilliorum perueniſſe. Sullam, tametſi mirifice adhuc lenitatem præferat, ita tamen irritatum ab aduerſariis eſſe, vt ab ipſa Modeſtia vix poſſit poſtulari, in tanta vindictæ & cauſſa & occaſione, incruenta Reipublicæ conuerſio. neque illum ingenio abhorrere à ſæuitia, ſed tempori dediſſe, ne præmature efferueſceret: ne ſic quidem temperare potuiſſe, quin euidentia nonnulla crudelis animi argumenta erumperent.

CAP. XV. *Priora Sullæ facta æſtimantes.* Priore ſane bello, quum ſeruatus à Mario ad legiones iam alii decretas rediſſet; vi ac armis omnium rerum arbitrium arripuiſſe: Vrbem occupaſſe: multisque ipſo conniuente, interim & iubente occiſis, coegiſſe Senatum, vt complures egregios viros facultatibus ſuis exutos, patriæ adſpectu priuatos, hoſtes iudicaret. Sed nec ambitionem eius minus, quam iracundiam metuendam eſſe. Cupiditate honorum & dominationis multos ingenio mites eo ſe præcipitare, vnde ſine ſuo aut aliorum exitio eniti nequeant. Iam vero ita comparatum in rebus humanis, vt ſine vlla contatione alios quisque pro ſe, quam ſe pro aliis perire malit.

CAP. XVI. *Et ingenium ciuilis victoriæ.* Non poſſe exſiſtere clementem animum in ciuili victoria: iras, odia, offenſas, quamquam mitiſſimos mores exacerbare. accedere licentiam ſummæ potentiæ. & interdum vel à nolentibus aliquid durius fieri, vt admoneantur homines, quantum victoribus liceat, ſi velint. multa quoque contra voluntatem facere cogi, vt ſatisfaciant adiutoribus victoriæ. horum inexplebilem auaritiam, nullis vnquam opibus exſatiari poſſe. ſed ad has parandas opus eſſe crudelitate. nam & adimi bona innocentibus inuidioſiſſimum eſſe; & iniuſtiſſimos etiam, quum facere ſceleſta nihil penſi habeant, probos tamen videri malle. nihil ergo reliquum, quam vt

quibus

quibus eripere facultates conſtituerint; eis prius adimant vitam, quo tamquam ſontes puniuiſſe credantur. Ceterum Sulla, non diutius Romæ moratus, quam vt curatis inſtantibus, amicorum quoſdam Vrbanis rebus præficeret; inde contento curſu Hetruriam petiit: quod apud Cluſium Carbo Conſul florentes copias; ipſum partium robur contraxerat. Acceſſerant Celtiberorum alæ, quas nuper Hiſpaniarum Prætores Conſulibus auxilio miſerant. cum his præcurſores Sullæ contracto ad Clanim fluuium equeſtri prœlio, circiter quinquaginta occiderunt: ducentos ſeptuaginta non captos, ſed ſponte transgreſſos, deduxerunt ad Imperatorem. Carbo re cognita infenſus Celtiberis, & parem reliquorum perfidiam metuens, circumdatos valida manu omnes trucidauit. Eodem tempore Sulla cum alia parte copiarum in agro Caletrano circa Saturniam coloniam oppoſitos ſibi hoſtes vicit: & Metellus Rauennam nauigans, Vritanum agrum planum & frumenti feracem in poteſtatem redegit. Aliæ quoque Sullanæ copiæ in Neapolitanorum oppidum noctu proditorum opera recepti, promiſcua cæde compleuerunt omnia, triremesque ciuitatis abduxerunt. Etiam, vt vbique eadem partium fortuna eſſet, in Spoletinis campis Pompeius Craſſusque Carbonianorum tria millia conciderunt, Carinatisque caſtra circumſederunt. Inter hæc Sulla Carboque capita factionum apud Cluſium ab oriente die ad occidentem commiſſo prœlio, neutro inclinante victoria, tenebrarum ſuperuentu dirempti ſunt. Carbo deinde copias magnas ad eximendum obſidione Carinatem miſit: quibus inſidiæ à Sulla poſitæ, & ad duo millia interempti ſunt. Carinas fœdam tenebris & pluuia noctem nactus, ex locis iniquis exercitum ad tutiora deduxit: magis diſſimulantibus, quam ignaris hoſtibus, quod inter cæca tenebrarum & tempeſtatis ad prœlii laborem aleamque prodire pigebat. Poſt hæc Carbo ad liberandum Præneſte, vbi collegam fame premi compererat, Marcium cum octo legionibus miſit. Eas anguſtis locis inſidiæ Pompeii quum excepiſſent, fuga ſtragesq; facta eſt, & in tumulum quemdam, quod euaſerat, reiectum. Marcius, non exſtinctis ignibus, ne conſilium proderetur, ad Carbonem, vt re deſperata refugiebat: ſed prodita re, ſeditioſis militum vocibus agitatus, auctorque inſidiarum quas eſſent paſſi appellatus eſt. Eoque tandem irarum ventum, vt conuulſis ſignis pars Ariminum peteret; alii paſſim domos dilaberentur: neque ad ſummam plus ſeptem cohortibus apud ducem permanerent. Irrita Marcii expeditio M. Lamponium, Pontium Teleſinum, Guttam Capuanum Italicos duces accendit, vt eo promptius ad auxilium Marii concurrerent. Neque ſpernendæ his vires, ſeptuaginta millia armatorum, erant. Sed vbi hos aduentare Sulla cognouit, qui-

CAP. XVII. *Sulla contra Carbonem mouet.*

CAP. XVIII.

Prælio ancipiti dimicat.

CAP. XIX. *Marcius obſidionem Præneſtinam ſoluere conatur fruſtra.*

CAP. XX. *Similiter & Italici duces.*

quibus locis maxime arcta ſunt itinera, & neceſſario transeundum hoſtibus erat; caſtrametatus; fruſtra quærentes aditum, excluſit. Proinde Marius, nullam niſi in ſe ipſo ſpem reliquam videns inter oppidum & opera Sullæ (ſpatium enim ſatis magnum intererat) caſtellum extruxit, machinisque & copiis ibi collocatis, eruptionem tentauit. Sed quum per complures dies nequidquam ſe fatigaſſet, accurrente Sulla, intra Præneſte repulſus eſt.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER TERTIVS ET QVINQVAGESIMVS
In locum lib. LXXXVIII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitom. Lib. LXXXIIX. Liv.

Sylla Carbonem, exercitu eius fuſo ad Cluſium, ad Fauentiam Fidentiamque cæſo, Italia expulit: cum Samnitibus, qui ſoli Italicorum populorum nondum arma poſuerant, iuxta vrbem Romam ante portam Collinam debellauit. Recuperataque Republica, pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum vnquam fuit, inquinauit. Octo millia deditorum in villa publica trucidauit: tabulam proſcriptionis poſuit: Vrbem ac totam Italiam cædibus repleuit: inter quas omnes Præneſtinos inermes concidi iuſſit: Marium Senatorii ordinis virum, cruribus brachiiſque fractis, auribus præſectis, & effoſſis oculis necauit. C. Marius Præneſte obſeſſus a Lucretio Ofella, Sullanarum partium viro, quum per cuniculum captaret euadere, ſeptus ab exercitu, mortem ſibi conſciuit. in ipſo cuniculo, quum ſentiret ſe euadere minime poſſe, cum Pontio Teleſino fugæ comite, ſtricto vtrimque gladio concurrit: quem quum occidiſſet, ipſe ſaucius impetrauit a ſeruo, vt ſe occideret.

PAulo ante quam Sulla ad Sacriportum dimicaret, a ducibus eius, duobus Seruiliis ad Cluſium; Metello Pio ad Fauentiam; M. Lucullo circa Fidentiam, Carbonianos magnificis prœliis victos eſſe, Velleius Paterculus retulit. Sed ego Liuianam hiſtoriam veſtigiis perſequutus, ſeriem rerum Appiani

Carbo & Norbanus Metellum oppugnantes

Appiani quoque teſtimonio fultus, aliter contexui: Igitur quibus temporibus repulſus intra Præneſtina mœnia Marius fuit, iisdem ad Fauentiam Carbo Norbanusque per abſentiam Sullæ Metello imminentes, coniunctis exercitibus prope caſtra eius vix vna hora dici reliqua venerunt. Et quamquam ſtatim adfutura nox erat, præterea locum pugnandi denſa circum vineta arctabant; ita magis quam conſilio impetum fecerunt, tamquam inopinata audacia plus formidinis illaturi.

CAP. II.

Magna ſtrage vincuntur.

Sed iniquo loco, quum impediti vitibus milites procederent neque armis vti poſſent, magna cæde victi ſunt; exercitusque omnis ita diſſipatus, vt morte decem millium, ſex millium transfugio, ceterorum quo cuique viſum fuerat abeuntium deſertione, non vltra mille hominum ſeruatis ordinibus Arretium ſit reductum. Alia quoque legio Lucanorum, quam P. Albinouanus, qui cum Mario ſene hoſtis iudicatus fuerat, ducebat, fruſtra indignante Albinouano, ſigna ad Metellum tranſtulit. ille quum omnibus tentatis retinere deficientes nequiuiſſet, ad Norbanum ſe recepit. Deinde fata partium, & quam fruſtra obniteretur reputans, animo commutato, neque ſimplici ſcelere proditionis contentus, Norbanum, & qui vna erant duces, inuitauit.

CAP. III.

Norbanus ipſe non acceſſit: Flauius Fimbria ceteriq; quum veniſſent, omnes inter ipſas epulas trucidati ſunt. Albinouanus ad Sullam profugit. Harum cladium fama quum Ariminum, Albinouani proditione oppreſſum direptumque; deinde alia multa iis locis præſidia alienaſſet; Norbanus nemini ſuorum rebus ſuis aduerſis fidem manſuram ratus, priuato nauigio Rhodum auectus eſt.

L. Damaſippus Præneſte liberaturus, ab Sulla impeditur.

Carbo nihil non in eo ſitum videns, ſi Præneſtina ſolui obſidio poſſet; L. Damaſippum cum duabus legionibus eo proficiſci iubet: ſed nec ab hoc quidem, occupatis per Sullam anguſtiis penetrari quitum. Metellus interea, quidquid à Rauenna ad Alpes Gallicorum populorum colit, adiunxit partibus: & ad Fidentiam in agro Placentino M. Lucullus quum à Quinctio obſideretur, cum ſexdecim cohortibus aduerſus quinquaginta eruptione pugnauit: cæſisque millibus octodecim caſtra quoque vi cepit.

CAP. IV.

Alacritatem militum ante id prœlium ea re mirifice auctam ferunt, quod contante Lucullo clemens ventus, è vicino prato florum magnam copiam in vallum eius compulit; qui ſcutis galeisque hærentes, coronati ab hoſte exercitus ſpeciem referre viſi, velut certo victoriæ omine ad conandum omnes impulerunt. Inter hæc etiam à M. Craſſo res in Vmbria geſtæ, & inſigne iis locis municipium Tuder receptum eſt.

Carbo deſperata victoria Italiam deſerit.

Hæ aliæ ſuper alias clades ita perculerunt Carbonis animum, vt de retinenda Italia deſperaret. Igitur quamuis ad Cluſium adhuc triginta militum millia haberet, præterea duas ſub

 Dama-

Damaſippo legiones, alias itidem ſub Carinate & Marcio, Sa[illegible] quoque ingentes copiæ partibusque fidæ ſupereſſent; turpi formidine Italiam, atque exercitum Conſul deſeruit, cum amicis in Africam prouectus.

CAP. V. *[illegible] reli- [illegible] Sulla- [illegible] ditur.*

Relictus ad Cluſium exercitus cum Sullanis acie commiſſus, poſt viginti ferme millium interitum, diſſolutus eſt; reliquiis in ſuam quoque patriam ſparſis. Decus huius victoriæ à quibuſdam duobus Seruiliis, ab aliis Cn. Pompeio vindicatur. Quid veri ſit haud facile queas diſcernere: omnes iſtos duces ſimul adfuiſſe prœlio non ſit abſurdum exiſtimare. Seruilii certe magnam eo bello & præclaram operam fuiſſe boni auctores prodiderunt. Sed Carinas & reliqui Carboniani duces [illegible]ctis copiis ad anguſtias acceſſerunt, extremo conatu ſimul cum Samnitibus perrupturi. quippe Samnites inde repulſi, Campaniam Hetruriamque vaſtabant, ſub inuidia partium ſe vindicantes.

CAP. VI. *Reliqua cum Samnitibus iuncta Romam petunt.*

Id quoque fruſtra fuit. ergo quum neque tenere propoſitum poſſent, & inſtante hinc Sulla inde Pompeio, neq. progredi facile, neque regredi tutum viderentur, nocturno itinere Romam petierunt, virorum & commeatuum inopem haud difficilem captu arbitrati: & ad duodecimum neque amplius ab Vrbe lapidem caſtra in Albano monte poſuerunt. Ibi nocte exacta haud exigua cum ſpe, quod tantis totque ducibus impoſuiſſent; ſimul cum luce profectos ex vrbe nobiles iuuenes, vna cum Ap. Claudio inſigni viro ceciderunt. Octoginta millia bellatorum erant: dimidium eius numeri Samnites implebant, quos ſolos omnium Italicorum arma retinentes Pontius Teleſinus ciuis eorum ducebat, vir domi bellique fortiſſimus, & magnis certaminibus inueteratus.

CAP. VII.

Igitur quum res ad ſummum timorem ſpectaret, Vrbsque tota tumultu & clamoribus ſequioris præcipue ſexus perſonaret; primus ab Imperatore Sulla cum ſeptingentis equitibus citato curſu Balbus adfuit: qui tantum moratus, donec ſudor equorum conſiſteret, ſtatim iterum frænari eos iuſſit, & ad diſtinendum hoſtem procucurrit.

Eadem & Sulla accurrit.

Interim Sulla raptim exercitu ducto ad portam Collinam circa meridiem peruenit, caſtriſque ad Veneris fanum poſitis, eos quique primum aduenerant, *prandere milites, deinde in aciem a[illegible]ſiſtere* iuſſit. Iam enim & hoſtes ad Vrbem caſtra metabantur. Ibi Dolabella & Torquatus magnopere Sullam obteſtati ſunt, *ne laſſatis itinere militibus patriæ ſalutem in vnius pugnæ diſcrimen committeret. Non Marium [illegible] & Carbonem, inimiciſſimos homines, Romanos tamen; ſed Lamponium cum Lucanis, ſed cum Samnitibus Teleſinum conſiſtere, infeſtiſſimos Romano [illegible] bellicoſiſſimosque & populos & duces. Atque illos mul[illegible] curandis corporibus conſumpſiſſe: ſibi ſuisque ſimul faciunda omnia; [illegible] prandendum, pugnandum eſſe. non equis, non viris, ſolidum adeſſe robur: [illegible]*

CAP. VIII. *Cui duces ſui moram ſuadent*

ſed

bo ac quiete refectis hoſtibus obiici debeant. Eſſe quidem ſibi militum fidem eximiam, eſſe virtutem, hactenus etiam Fortunæ ſingulare obſequium adfuiſſe: ſed neque ab illis plus quam poſſint, neque ab hac plusquam ſoleat, exſpectari oportere. Numquam non timendam caſuum humanorum viciſſitudinem: & quamlibet fortes viros à deterioribus opprimi poſſe, ſi cum validis & refectis ipſi labore ac inopia debiles committantur. Non eſſe cauſſam feſtinandi, vbi meliorem ſuam, quam hoſtium conditionem, factura mora videatur. Si paululum quieſcat, non modo redituras militi vires, ſed hoſtium ex deſperatione natam audaciam, tempore & ſpatio rectius omnia æſtimandi defecturam. Nunc adhuc dum animi caleant, acre prœlium facturos: vbi refrixerit impetus, & modo validiſſimum iuxta ſe exercitum, nec procul inde caput rerum Romam recogitauerint; modo ſuarum aduerſarumque partium reputauerint fortunam, aut poſituros arma, aut minus conſtanter oppoſituros.

CAP. IX. *Ad reficiendum exercitum.*

Nihil motus horum precibus ac monitis Sulla: *Iam in eo res eſt, inquit, vt quod reſtat negotii, celeritate confici debeat. Mori præſtat, quam hanc ferre ignominiam, vt me incolumi & inſpectante, Samnites Lucanique obſediſſe Romam glorientur. Tecta Vrbis, & Capitolinam arcem, & quidquid ibi deorum hominumque eſt, quoties reſpicerem; exprobrare mihi vel timiditatem, vel negligentiam crederem, ſi vnum diem amicos noſtros in metu, aduerſarios, ſi qui etiamnum Romæ ſunt, in ſpe verſari, paſſus eſſem. Neque militum laſſitudinem, nec Fortunæ inconſtantiam obiieceritis. Viuerent adhuc immenſa hoſtium agmina, neque Prænestinis mœnibus Marium incluſiſſet neceſſitas; ſi ad Sacriportum his argumentis à pugna fuiſſem abſterritus.*

CAP. X. *Ille non mouetur.*

Milites mei etiam feſſi bene pugnare poſſunt: & de Fortuna quantum mihi pollicear, quibusque inductus rationibus, haud ſemel audiuiſtis. Illa, illa, ſicuti perpetuo conſueuit, nunc quoque reperiet aut faciet noſtræ victoriæ viam. Nec adeo temere ceptum mihi conſilium exiſtimaueritis. animos exercitus magis, quam corpora reſpicio. quamdiu illi vigent, non deerunt etiam feſſis lacertis vires: & tamen ſpatium erit cibo ac modica quiete reficiendi membra. Vos ergo alacres bonaque ſpe pleni, ad curandum veſtras partes diſcedite: militemque vt ſolitam nobis virtutem præſtet, excitate. nam ego, quod mihi, Reipublicæ, & exercitui bene vertat, ſignum pugnæ confeſtim dabo.

CAP. XI. *Sed militi & Fortunæ confiſus.*

Ita Kalendis Nouembribus poſt nonam diei horam ſummis viribus concurſum: neque vmquam propior victo Sulla, aut in maiore periculo Roma fuit. Dextrum Sullæ cornu, cui M. Craſſus præerat, egregie vicit persequutusq; fugientes Craſſus certos homines miſit, qui rem bene geſtam nunciarent Sullæ, & cibaria militi poſcerent. nam delatus Antemnam vsque, caſtra ibi poſuerat. Sed nocte iam adulta, qui fuerant miſſi, ad Sullam peruenerunt, defunctum diſcrimine, cui tum grauiſſimo ac formidoloſiſſimo ſubiuerat. Nam interim dum oppoſitos ſibi hoſtes Craſſus fundit fu-

CAP. XII. *Statim prælium committit.*

fugatque, læuum Sullæ cornu valde laborarat: quamquam eo ad ſiſtendam ſuorum fugam Sulla ipſe ſe contuliſſet.

CAP. XIII. *Sulla periculum.*

Ferunt albo & pernici equo inſidentem, & à duobus hoſtium equitibus inde agnitum, haſtis emiſſis petitum fuiſſe; nec animaduerſo periculo, ſed agaſone equum impellente, hactenus eſſe præteruectum, vt pone caudam equi haſtæ in terra defigerentur. Erat hoc motum Sullæ, vt modicum ſigillum Apollinis, quod ex templo Delphico ſuſtulerat, in conſpectu exercitus adoraret, promiſſamque *victoriam maturari* peteret: id tum etiam eduxit ſinu, exoſculatusque, fuſis quas præſens trepidatio ſuggeſſerat precibus, cedentibus cepit obſiſtere; quoſdam minis, alios precibus, nonnullos iniecta quoque manu retinens. Neque tamen efficere potuit, ne multis amicorum familiarumque cadentibus, permiſtus agmini fugientium in caſtra ſua repelleretur.

CAP. XIV. *Et poſt ancipitem pugnam, victoria.*

Et inſtabat Fortunæ Teleſinus, totaque volitans acie, *adeſſe Romanis vltimum diem, eruendam delendamque Vrbem; numquam defuturos raptores Italicæ libertatis lupos, ni ſilua in quam refugere ſolerent, eſſet excisa*; & alia incendendo militi acclamabat. Igitur multis qui ſpectatum prodierant, ad Vrbem refugientibus, ſenes ad cuſtodiam portarum relicti clauſtra demiſerunt: quibus & alii mortales, & quidam Senatorum eliſi ſunt. tantaque formido fuit, vt propemodum ſolutus obſidione Marius fuerit, quia multi fuga ad Lucretium delati, perditas res, oppreſſum Sullam, occupatam Vrbem nunciabant. Ceterum adnitente Imperatore, & quia clauſis portis aliud præſidium nullum ſupererat, reſtituta acies eſt: demumque poſt primam noctis horam ſuperior eſſe res Romana cepit.

CAP. XV.

reliquum noctis cædibus datum, caſtraque hoſtium capta ſunt. Magna ibi ſtrages fuit, quod Imperator edixerat, *ne quis Samnis viuus caperetur. Ad quinquaginta hominum millia vtrimque deſiderata* dicuntur. In his & Albinus interiit. Poſtridie Teleſinus ſemianimis repertus eſt: victoris magis quam morientis vultu. caput abſciſſum cum Damaſippi, Marcii, Carinatisque capitibus, qui capti in fuga fuerant, ad Lucretium miſſa ſunt, vt obſeſſis Præneſte oſtenderentur.

Sulla mores mutat poſt victoriam.

Hactenus omnia Sullæ præclara, aut ſaltem excuſanda videbantur. Recuperata Reſpublica, parta pulcherrima victoria, patriæ impendens periculum ſumma vi depulſum immortalia ad gloriam facinora erant: Damaſippum etiam, & alios eiusmodi miſeria publica ſaginatos, iugulari iuſſos, homines lætabantur.

CAP. XVI. *Eius immanis crudelitas.*

Sed ſtatim hæc decora omnia crudelitate, quanta in nullo alio vmquam fuit, fœdata ſunt. eaque facta edita, & tam à ſuperioribus viri inſtitutis diſcrepantia, vt vix ab eodem homine profecta viderentur. Moderatiſſimus ante victoriam, ſimul placere ſibi victis Samnitibus cepit, nec enim reliquias belli vllo in numero ducebat, Cinnas & Marios, quorum antetes

tea ſolitus erat incuſare ſæuitiam, longo poſt ſe interuallo reliquit. ſiue
recens talem animum indiderat fortuna; ſiue diſſimulatum ad id tempo-
ris, detexerat. Poſtero quam pugnatum eſt die quum Antemnam ve-
niſſet, tria hominum millia, qui ſe ab hoſtium acie abruperant, veniam
petitum miſere: & ille annuit, *ſiquidem aliqua prioribus ſociis illata clade pœ-
nitentiam partium approbaſſent.* Illi cum aliis conſerta manu, amiſſis oc- CAP. XVII
ciſiſq multis, quot ſupererant (cognita enim cauſſa cædium ceteri quo-
que *eadem auſpicia ſequuturos* dixerant) ad octo millia Sullæ ſe dediderunt.
Eos in villam publicam ingredi iuſſos, quaſi inter ſuos milites deſcriptu- *Etiam in de-*
rus, eodem tempore, quo Senatum in ædem Bellonæ conuocari iuſſerat, *ditos.*
crudeliſſime trucidauit: multique ſimul pagani qui forte eodem vene-
rant, etiam Sullanarum partium homines, perierunt. Corpora in Tibe-
rim proiecta ſunt. Dum tanta multitudo cæditur, ipſe verba in Senatu fa- CAP. XVIII.
ciebat: Patribusq; ad horribilem tumultũ ac clamorem, tot quem millia
indigne moritura edebant, exterritis; eodem quo dicere ceperat vultu,
vociſque tenore; *Hoc agite*, inquit, *Patres Conſcripti. pauci ſeditioſi iuſſu meo* *Vox eius trucu-*
puniuntur. qua tantæ acerbitatis voce, vix quidquam ab vllo homine di- *lentiſſima.*
ctum puto truculentius. Proximis deinde multis diebus paſſim per Vr-
bem cædes factæ, tanta gladiorum licentia, vt quem quis vellet, oc-
cideret. inimicos ſuos maxime tollebant: deinde quorum aut dignitas
inuidiam, aut res familiaris prædam luculentam oſtentabat. Eadem CAP. XIX.
iſta, velut ſigno ab Vrbe dato, per omnem Italiam fiebant: & vbique per
colonias ac municipia quos aduerſatos Sullæ aut ſatellitum eius alicui
conſtabat, trucidabantur. Plurimi ſanguinis, alii ſpoliorum cupidita-
te, cædes perpetrabant: erant & qui periculum ſibi metuebant, ni alio-
rum exitio ſtudium partium ſignificaſſent. Tandem C. Metellus iuue- *C. Metelli*
nis auſus eſt in Senatu interrogare Sullam, *ecquem ergo ſuppliciorum finem*
ſtatuiſſet. Non enim, inquit, *hoc deprecamur, vt quos decreuiſti tollere, viuant:* CAP. XX.
ſed ne quos conſeruatos cupis moriantur. Aiunt & Q. Catulum palàm dixiſſe, *Et Q. Catuli*
cum quibus tandem victuri ſumus. ſi in bello armatos, in pace inermes occidimus? *vox libera.*
Tum negante Sulla. *conſtitutum adhuc ſibi eſſe, quibus velit parcere*; ſubie-
cit Furfidius primipilaris Sullæ turpiſſimus adſentator. qui mox in peti-
tione magiſtratuum egregiis hominibus prælatus eſt: *quin igitur edis quos*
tibi punire certum eſt: Id ſe facturum recepit, neque multo poſt, re neque CAP. XXI.
cum Senatu, neque vllo magiſtratuum communicata, proſcriptionis *Proſcriptio*
propoſuit tabulam, qua nomina octoginta continebantur: inter quæ Con- *Sullana.*
ſularia quatuor, Carbo, Marius, Norbanus & Scipio; deinde Sertorius,
& alii quos Sulla præ ceteris oderat. omnium ad inauditæ antea ſæuitiæ
tyrannicique imperii exemplum indignatione commota; tantum vno

 die

die interpoſito, ducentos viginti, dein poſtridie iterum haud pauciores adſcripſit. Adiecit pro concione, *eos quorum meminiſſet, proſcripſiſſe: de*

CAP. XXII.

ceteris decreturum, vbi in mentem veniſſet. Receptatoribus etiam proſcriptorum pœna mortis eſt propoſita, non excepto, ſanguine iunctos an externos ſeruare voluiſſent. Et ſicut humanitati ſupplicium, ita crudelitati & perfidiæ merces dicta eſt, in ſingula capita talenta duo. hæc ſeruo ſi dominum occidiſſet, hæc ſi parentem, filio repræſentabantur. Proditoribus etiam latentium præmia conſtituta ſunt. Denique quatuor millia ſeptingenti, quos ea peſtis ſuſtulit, iubente Sulla, tamquam ad grati facinoris ſeruandam memoriam, in tabulas publicas relati ſunt.

Cæſorum ingens numerus.

CAP. XXIII.

In his Senatorum Equitumq; Romanorum duo millia fuiſſe traditum. Neque Romæ tantum, ſed per vniuerſam Italiam furialis illa tempeſtas deſæuiit.

Etiam per Italiam cædes paſſim edita.

Seueræ paſſim quæſtiones habebantur, ſi quis ſub Mario aut Carbone legatiſue eorum ſtipendia ciuili bello meruiſſet: ſi partes opera, conſilio iuuiſſet: ſi omnino ſtudioſus illarum fuiſſet. Quibusdam etiam crimini datum referunt, quod cum aliquo eorum commune iter iniuiſſent. Ibi omnia diuina humanaque violata & polluta ſunt. mariti in gremiis vxorum; in ſinu matrum liberi confoſſi. ſacra hoſpitalia, cærimoniæ & religiones deorum, ipſaque eorum penetralia, nemini ſecurum aduerſus

CAP. XXIV.

Plerique facultatum cauſſa necati.

percuſſores perfugium dabant. Eratque numerus exiguus per iram ac odium victoris pereuntium, præ multitudine eorum, qui facultatum cauſſa necabantur. quorum etiam per nomenclatorem conquiſita nomina tabulæ proſcriptionis tyrannus adiecit. Q. Aurelius, vir quieti animi, & conſcientia ſecurus, quum tantum aliorum ſibi dolendam vicem putaret, lectis proſcriptorum nominibus, quum ſe quoq; videret adſcriptum: *Væ miſero mihi*, inquit, *fundus Albanus me perſequitur.* neque longe progreſſus, à quodam, qui eum agnouerat, percuſſus eſt. idemque fere

CAP. XXV.

Lollii cuiusdã improbitas & fatum.

Lollii ſiue cuiusdam alterius fatum, ſed ex merito fuit. Is ſingulari prauitate ingenii inter turbam in forum ad legendam tabulam geſtiens procurrerat, & quorum propoſita nomina cognoſſet, in eos multa contumelioſe dicebat, calamitate miſerorum gaudens. igitur hunc ſtatim diuina corripuit vltio: namque dum legendo expendoque ſingulos pe-ſuum in ima tabula adſcriptum nomen videt: quare metu obmuteſcens, quum ſe capite adoperto ſubduceret, agnitus & è veſtigio, lætantibus qui adſtiterant omnibus, confoſſus eſt. Inde latior in omnes pauor, nec quid

CAP. XXVI.

Periculoſiſsima tempora.

aut facerent, aut omitterent, quo tuti forent, ſatis ſciebant. Accederes ad tabulam; pro curioſo periclitareris: non accederes; pro indignante: quæreres, quid ſcriptum eſſet; pro te aut tuis conſcientia ſollicitus videreris: adſtares tacitus; odiis latronum obiicerere, tamquam triſti ſile-

F

præſentia damnans. Nam & multi, quod vel ſubriſerant ad talia, vel frontem contraxerant, cædebantur. neque aut amici caſu ingemiſcere, aut aduerſarii exitio lætari impune erat. Præterea multis pernicioſus cognominum error erat; quæ percuſſores, vbi proſcriptos non noſſent, aliis adfingebant: oriebaturque ſæpe imponentium cognomina & reiicientium vehemens contentio. Ne mulieres quidem exemptæ penitus periculo erant, quin etiam illarum nonnullæ gladiis homicidarum obiicerentur. Inter has miſerias minus videbantur miſerabiles, quos ignaros ſortis ſuæ, aut dum illam diſcunt, percuſſor occupabat, eorum qui præuiſo periculo ſe abſcondiderant, ſolicita & morte triſtior vita erat, quia neque profugere, ne depræhenderentur, audebant: neque in tanto omnium metu, quum multi ab amiciſſimis proderentur, confidere latebris poterant. Neque ſecuriores erant, quorum nominibus crudelis ſtylus pepercerat. Nec enim modo proſcriptos iugulari, ſed etiam iugulatos proſcribi obtinuerat. L. Catilina, magnam poſtea famam ſceleribus nactus, quum fratrem nondum proſcriptum ſuſtuliſſet, orauit Sullam, vt tamquam ſuperſtitis nomen in tabulam referretur, & impetrauit. Ergo vt pro tam pulchro merito dignam referret gratiam, excarnificando M. Mario Prætorio, fratre Conſulis operam præbuit: cuius cruciatibus nihil vidit illa ætas crudelius. Hunc enim de caprili caſa extractum prius occidi Sulla vetuit, quam exquiſitiſſimis tormentis, ad Lutatiorum ſepulchrum, vbi conditus Q. Catulus pater erat, laceraretur: quia L. Cæſar ad Varii buſtum occiſus à Marianis fuerat. Raptus ergo per ora vulgi Marius trans Tiberim, & virgis inter eundum cæſus, oculis erutis, pertractis cruribus, amputatis manibus, exſecta lingua, membris omnibus contuſis, infelicem ſpiritum per ſummos cruciatus reddidit. Ad hoc tam immane ſpectaculum quum forte adſtans M. Plætorius Senator linquente animo concidiſſet, illico mactatus eſt. Ibidem etiam Venuleius triumuir periit. Caput ſua manu deſectum, Catilina per Vrbem eadem manu retulit ad Sullam. Erat enim ſpectaculis eiuſmodi nihil Sullæ gratius: & omnium qui vbique erant occiſi, capita ad illum relata, pro Roſtris proponebantur; eademque omnia pericula creabant intuentibus, quæ de proſcriptionis tabula memorata ſunt. Sed Catilinam tam gnauum ſuæ veritatis & induſtrium ſatellitem, Gallis quorum potiſſimum miniſterio in occidendis hominibus vtebatur, præfecit. à quibus M. Volumnius, L. Tantaſius aliique illuſtres Equites Romani ſunt trucidati, inter quos Q. Cæcilium ſororis ſuæ virum, qui ætate & ingenio quietus, neutrarum partium fuerat, Catilina ſuis manibus occidit. Interim M. Marii caput Præneſte miſſum Caium Conſulem ad vltimam de ſpe-

CAP. XXVII.

Latentium ſors miſerrima.

CAP. XXIIX.

Quidam iugulati prius, deinde proſcripti.

CAP. XXIX.

M. Marii crudeliſſimum ſupplicium.

CAP. XXX.

Et alia Catilinae atrocia facta.

CAP. XXXI.

Præneſte deditio, C. Marius.

[illegible] ditionem adegit. Nam qui cum eo obſidebantur, poſtquam [illegible] tertum audiuiſſent interitum, aliorum ipſi vidiſſent [illegible] ta, periiſſe Carbonis copias, fugiſſe Norbanum, Vrbem [illegible] la eſſe cognoſſent; oppidum Lucretio dediderunt. [illegible] culum, quales Præneſte fuiſſe aliquot antiquitus, ex [illegible] conatus euadere, poſtquam ſeptum hoſtili exercitu [illegible] cum minore Teleſino, eius qui ad portam Collinam occiderat [illegible] li fugæque ſocio, ſtrictis pugionibus concucurrit: eoque [illegible] leuiter vulneratus, ſeruo ſuo ceruicem præbuit. Sunt qui [illegible] qui à Sullanis militibus, in id ipſum diſpoſitis, interemptum [illegible]

CAP. XXXII put ad Sullam relatum, & ab eo pro Roſtris poſitum eſt, cum [illegible] ætatem Conſulis, quem *antea remum, quam gubernaculum* [illegible] *ſe* dicebat. Neque tamen ille indignus tanto nomine [illegible] moque parenti non diſſimilis, fortunam iniquiorem [illegible] dubitari poſſe, quid de eo Sulla iudicauerit; qui tum demum, [illegible] ſublatus ille fuerat, cognomentum *Felicis* homo omnium [illegible] ſumpſit: ſtatuamque equeſtrem auratam cum hoc cognomine [illegible] pro Roſtris paſſus eſt; & quum Metella geminos eodem partu [illegible] puerum *Fauſtum*, puellam *Fauſtam* appellari voluit. Lucretius [illegible]

Tum demum Sulla Felicis cognomen adſciuit.

CAPVT XXXIII. recepto, Senatores Romanos quos ibi repererat, partim [illegible] coniecit in vincula donec Sulla aduenisset. Ille non diu [illegible] los, & quotquot legati, quæſtores, præfecti, tribunique [illegible] fuerant, occidit. Ceteros ſpe ſalutis per P. Cethegum data, [illegible] gredi iuſſit. progreſſis exemit admodum paucos, quorum [illegible] ſus opera fuerat: reliquam multitudinem tribus agminibus [illegible] perauit: vt ſeorſim Romani, ſeorſim Samnites, atque [illegible] ſterent. Tum denunciauit per præconem Romanis, [illegible] *commeritos, ceterum ſuo beneficio fore ſaluos.* Samnites [illegible]

Sulla Præneſte venit.

CAPVT XXXIV. interficere ſolitus, quod comp ertum habere dictitabat, [illegible] *num incolumi Samnio tutum aut quietum fore*: nō dubitauit [illegible] cædere. Præneſtinorum primo ſingulos cauſſa cognita [illegible] deinde cognitioni ſe vacare poſſe negans, vniuerſos, quamquam [illegible] inſontes erant, armato milite cinctos, ſagittis iaculiſque [illegible] cidi gladiis præcepit. Ad duodecim hominum millia [illegible] rum quinq; millia Præneſtinos fuiſſe reperio (cetera [illegible] tium, opinor, fuit) vni tantum quo cum illi ius hoſpitii [illegible] mitate conceſſa, quam ille fortiter aſpernatus, *neque [illegible] publico carnifici debiturum* dicens, immiſcuit ſe ciuibus [illegible]

Ibique ad millia duodecim deditorum interficit.

CAP. XXXV occiſus eſt. Mulieribus tantum & impuberi ætati pepercit [illegible]

Digitized by Google

li miſericordia, quum quibus conceſſerat vitam, vitæ vſus ademiſſet. Nam oppidum longe ditiſſimum ex tempeſtate diripuit: agrum publicauit. Iam enim deſitis fere ſingulorum hominum pœnis, municipia coloniasque & ciuitate integras mulctabat, aliarum arcibus mœnibusue dirutis, aliis graui exactione oppreſſis: quædam etiam ſub haſta venierunt, Florentia, Spoletium, Interamna, & de quo multa iam diximus, Præneſte. Sulmo quoque, Latii vetus & clarum oppidum, priusquam expugnatum eſſet, damnatum diruique iuſſum, cum aliis eiusdem regionis oppidis, ab illis temporibus eſſe deſiit. Hæc omnia Romani ſociique nec immerito patiebantur, priſtinæ virtutis ſimplicitatisque deſertores; quos etiamſi indigna paterentur, meritos diceres vel ideo quia pati potuerunt. Neque enim vſquam ex tempeſtate generoſus ille populi Romani ſpiritus, & rebus omnibus antiquior libertatis amor, prætcrquam in puerili Catonis animo reſedit. is annum agens quartumdecimum, à pædagogo frequenter ſalutandi Sullæ cauſſa domum eius deducebatur: quem ille honorem admiſſionis exhibere paucis conſueuerat. Ibi quum ſubinde recens reſecta capita videret, quæ viris illuſtribus dempta dicebantur, magiſtrum interrogauit Cato, *quid ita nemo talem tyrannum occideret?* atque illo reſpondente, *metus enim odio potentior adfectus eſt*; *ſibi pugionem dari* poſtulauit. Exterritus inde Sarpedo (id nomen erat præceptori) numquam poſtea niſi excuſſum auſus eſt ad Sullam ducere. tanta conſtantia puero, tantumque animi robur inerat, vt ſolus & ſecurus tyrannidem ferre nequiret; quam tot inſignes viri, gentes denique ac nationes, & caput ſcilicet orbis terrarum Roma, pecudum ritu taciti inultique patiebantur.

[illegible]

CAPVT XXXVI.

Cato, [illegible] puer, de tyranno interfi- ciendo cogitat.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER QVARTVS ET QVINQVAGESIMVS.

In locum lib. LXXXIX. Liuiani.

L. Annæi Flori Epit. Lib. LXXXIX. Liuiani.

M. *Brutus à Cn. Papirio Carbone, qui Coſſuram appulerat, miſſus naui piſcatoria Lilybæum, vt exploraret an ibi Pompeius eſſet, & circumuentus nauibus, quas Pompeius miſerat, in ſe mucrone verſo, ad tranſtrum nauis obnixus corporis pondere, occubuit. Cn. Pompeius in Siciliam cum imperio à Senatu miſſus, Cn. Carbonem qui flens muliebriter mortem tulit, captum occidit. Sulla dictator factus, quod nemo vnquam fecerat, cum faſcibus viginti quatuor proceſſit. Rebus nouis Reipublicæ ſtatum confirmauit, tribunorum plebis poteſtatem minuit, & omne ius legum ferendarum ademit. Pontificum augurumque collegium ampliauit, vt eſſent quindecim; Senatum ex equeſtri ordine ſuppleuit: proſcriptorum liberis ius petendorum honorum eripuit, & bona eorum vendidit: ex quibus plurima primo rapuit. redactum eſt ſeſtertium ter millies, quingenties. Q. Lucretium Ofellam, Conſulatum, contra voluntatem ſuam, petere auſum, iuſſit interimi in foro: & quum hoc indigne ferret populus Romanus, concione aduocata, ſe iuſſiſſe dixit. Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium proſcriptum & Hiarbam, Regem Numidarum, bellum molientes, victos interemit. & quatuor & viginti annos natus, adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphauit. Cn. Norbanus Conſularis proſcriptus, in vrbe Rhodo quum comprahenderetur, ipſe ſe interemit. Mutilus, vnus ex proſcriptis, clam capite adoperto, ad poſticas ædes Baſtiæ vxoris quum acceſſiſſet, admiſſus minime eſt, quia illum proſcriptum diceret. itaque ſe transfodit, & ſanguine ſuo fores vxoris reſperſit. Sulla Nolam in Samnio recepit. quadraginta ſeptem legiones in agros captos deduxit, & eos iis diuiſit. Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat, obſeſſum, in deditionem accepit. Mitylenæ quoque in Aſia, quæ ſola vrbs poſt victum Mithridatem arma retinebat, expugnatæ dirutæque ſunt.*

INter hæc circum Italiæ regiones miſſi poſt victoriam ab Sulla duces, obibant municipia, ſuſpectis præſidia imponebant: alia, quæ poſtulabat vſus, aut parendi neceſſitas, exſequebantur. Sed Cn. Pompeio, quem dimiſſa Antiſtia priuignam ſuam Æmiliam, M. Scauro genitam, viro ſuo M. Glabrioni ademptam, ducere compulerat, negotium Carbonis perſequendi impoſuit: eadem opera Siciliam purgaturo, in quam Carbonis amici quidam & præcipuus Perperna, qui prius in Liguria bellum cum Sullanis geſſerat, vir Prætorius confugerant, quum Carbo & Cn. Domitius in Africam nauigaſſent. Aduentu Pompeii Perperna ſtatim Sicilia ceſſit, ciuitatesque auctoritate adoleſcentis, & partim conſilio receptæ ſunt. Inter quas Catana, quum ſuſpecta Pompeio eſſet, & præſidium recuſatura videretur, à fortiſſimis omnium militibus occupata eſt, quos Pompeius impetrato, vt ægri ſui reciperentur, ſub eo habitu in oppidum miſerat. Dum hæc geruntur, ex Africa cum multis nobilibus viris redierat Carbo, & in Coſſura inſula rumores de rebus Italicis captabat, in Ægyptum fugam meditans, & interim M. Bruto in naue piſcatoria Lilybæum miſſo, vt exploraret, an in Sicilia Pompeius eſſet. Sed ille circumuentus à Pompeianis, quum ſe capi animaduerteret, in ſe mucrone verſo, ad tranſtrum nauis obnixus corporis pondere, occubuit. Pompeius cognito Coſſuræ Carbonem eſſe, ad comprehendendum eum miſit. Quum ita retractus in Siciliam eſſet, ceteros qui iudicati hoſtes erant, non admiſſos in conſpectum Pompeius duci iuſſit: in Carbone viſus eſt ſe geſſiſſe inſolentius, quum ad pedes ſuos ſiſti vinctum iuberet ter Conſulem; & ipſe pro tribunali acerbe in eum inuectus (multum indignante corona, quæ hunc acerrimum pueritiæ Pompeii, ne paternis bonis ſpoliaretur, defenſorem fuiſſe meminerat) poſt tam graue ludibrium abduci ad ſupplicium imperaret. Hic exitus Carbonis fuit, qui tot in Vrbe & per Italiam fœda cruentaque facinora fecerat; non merita magis quam formidata morte deformis. Vbi enim diſtringi gladium vidit, ſimulans ſibi aluum purgari, locum & ſpatium demiſſa & flebili voce muliebriter petiit; miſerrimæque vitæ breuem vſuram rapuit, donec caput in ſordido loco ſedentis impatiens moræ miles demeteret. Id Pompeius miſit Romam; vt oculos Sullæ hoc ſpectaculo paſceret. Per eoſdem dies Q. Valerii Sorani fata repræhenſionem Pompeii, & indignationem hominum habuerunt. quem adductum, quia peritiſſimum humanitatis & priſcarum literarum nouerat, comiter vna deambulans, de multis rebus interrogauit: mox vbi quæ voluerat, etiam arcanum Romæ nomen, accepit;

Cn. Pompeius in Siciliam miſſus.

CAP. II. *Perpernam fugat.*

CAP. III. *Carbonem captum occidit.*

CAP. IV. *Carbonis mors deformis.*

CAP. V. [illegible] abique conſpectu virum, trucidarique iuſſit. [illegible] de Pompeio Q. Oppius tradidit, C. Cæſaris [illegible] dixiſſe videatur. Nam Pompeius, vt præcipuos [illegible] palam oblatos caſtigare neceſſum habuit; ita nec [illegible] tes, & quibusdam effugiendi fecit poteſtatem. Deinde [illegible] nullum in Sicilia ſupererat, verſus ad res inſulæ [illegible] cendum, valde recreauit prouinciam, ſolers idem & [illegible] corum priuatorumque negotiorum cognitor. Qu[illegible] lis fuit; quod multis iam annis ius dictum in ea inſula [illegible]

CAP. VI. Mamertinis tamen tribunal eius præſcriptione iuris [illegible] bus, paulo acerbiorem ſe exhibuit, graui etiam voce edita, [illegible] *accinctos recitabitis?* Longe moderatior fuit in Thermitan[illegible] Himeram colebant. Hos ob ſtudium aduerſarum parti[illegible]

Sthenii conſtantia & in patriam amor.

re decreuiſſet, Sthenius ciuitatis princeps, *iniquè facturum* [illegible] *ob culpam vnius condemnaret omnes.* & quærente Pompeio, [illegible] *vnum illum eſſe diceret? ſe ipſum eſſe* reſpondit, *qui propter C.* [illegible] *vitatem & hoſpitium, ciues ſuos, amicis perſuadendo, cogendo* [illegible] *dem cauſſam adduxiſſet.*

CAP. VII. Delectatus animi generoſi adoleſ[illegible] & pia confeſſione, primo illum, deinde ciuitatem abſoluit. [illegible] iudicio digniſſimum ſtatuit, quocum hoſpitii contrah[illegible] nem. Quum deinde militaris inſolentia multas paſſim [illegible] inferre diceretur; excogitauit, vt quoties aliquo mittendi [illegible] gladii, ne poſſent educi, obſignarentur: animaduer[illegible] quorum à gladiis reuulſa cera eſſet. Hoc rerum vbique [illegible] cata omnia præter Hiſpaniam viderentur, vbi Q. Ser[illegible] ſtabat, Pio Metello illa expeditione commiſſa, ad [illegible] nandam Sulla ſe tranſtulit, poteſtate plane tyranni[illegible] quod nomen circumſpiciens.

CAP. VIII. Igitur licet acta e[illegible] Populusque Romanus rata habuiſſet, habiturusque e[illegible] tur; paulisper ex Vrbe ſecedens, monuit Senatum, [illegible] *ſulibus eſſet Reſpublica, comitiis habendis Interrex prod*[illegible]

Sulla dictator perpetuus.

L. Valerius Flaccus Senatus princeps. Ad hunc ſcripſit Sulla, [illegible] *populum, videri ſibi Dictatorem creandum eſſe, nec ad certum* [illegible] *conſtituta Reſpublica foret.* & in infima epiſtola ſubi[illegible] *ſibi id onus imponere velit, ſe populi Romani cauſſa non* [illegible] tis comitiorum ſperari nulla poterat. igitur quod [illegible] tatis vmbram amplexi, Sullam Dictatorem perpetu[illegible] propter poteſtatis eius magnitudinem, per annos [illegible]

CAP. IX. tor nemo factum eſſet. Lex etiam ab Interrege lata [illegible]

Digitized by Google

plena & libera poteſtas Sullæ dabatur, vt deducere colonias, vrbes condere aut euertere, Regna eripere aut dare, etiam quem vellet ciuium, indicta cauſſa impune poſſet occidere. Dictator accepto imperio L. Valerium L. F. L. N. Flaccum, quo rogante lex lata fuerat, Magiſtrum equitum dixit. Formidabilis inde & noua ſpecies procedentis in publicum fuit, quum vt ſolitum Dictatoribus, quatuor & viginti faſces præcederent: quod nemo præſentium vmquam viderat. Mox conſulta & acta longe terribiliora prodibant: quum leges alias antiquaret, alias nouas ferret. *Ne quis Præturam ante Quæſturam peteret; neue Conſulatum ante Præturam: qui Ædilis fuiſſet, continuo Prætorem fieri; & ex Prætura Conſulem licere. Prætores octo quotannis creari.* *Leges multas fert, aut refert.* CAP. X. *Conſulem eumdem iterum, niſi decennio interpoſito creari,* ſuperiores quoque leges vetuerant. id ſequentibus temporibus abolitum, Sulla Dictator ex antiquo retulit. itemque *de Maieſtate: ne cui eorum qui cum imperio eſſent, exire de prouincia ſua, exercitum educere, bellum iniuſſu populi gerere, aut in Regnum externum ingredi liceret.* Eadem lege *quæſtiones haberi de quolibet, nullo diſcrimine fortunæ*, iubebat. Nominantur & *de Falſo* hodieque leges Corneliæ, & *de Sicariis Veneficiíque*, item *de Iniuriis.* quæ omnes cum pluribus aliis, quos memorare nihil attinet, in Dictatura latæ ſunt. *Tribunorum poteſtatem minuit.* Sed ante omnia Tribunorum plebis poteſtatem ita minuit, vt tantumnon aboleuiſſe videretur. CAP. XI. Nam & *omne ius legum ferendarum* ademit: tantum *auxilii ferendi* quadam imagine relicta. & *ne quis niſi Senator Tribunus fieret: & ne quis Tribunicius alium magiſtratum peteret*, tulit. quorum altero prouiſum erat, ne plebis quam Patrum maiorem rationem Tribuni ducerent: altero, ne quis inſigni genere aut fauore populi, aut qui rerum magnarum eſſet appetens, Tribunatum adfectaret. Pontificum Augurumque collegium ampliauit, vt eſſent quindecim. Senatum per ſeditionum bellorumque clades infrequentem tributis comitiis ex Equeſtri ordine ſuppleuit: adlectis circiter trecentis. *Senatum ſupplet, atque auget …* Quæſtores etiam quotannis viginti creari iuſſit ad ſupplementum Senatus, cui iudicia tradiderat. Proſcriptorum liberis ius petendorum honorum eripuit vt, quod indigniſſimum profecto erat, Senatorum filii & onera ordinis ſuſtinerent; & iura perderent. CAP. XII. *Proſcriptorum liberis ius honorum petendorum aufert.* præſertim quum etiam bona eorum venderet, aut dilargiretur. quod quidem in tanta calamitate multo acerbiſſimum videbatur: quum ipſe in tribunali ſedens, mulieribus formæ quam famæ melioris, hiſtrionibuſque & ſcurris, quibus impenſe delectabatur, & libertinorum peſſimis, agros populis ſuffecturos, & vectigalia ciuitatum concederet. *Chryſogonum certe bona Sex. Roſcii quæ erant ſexagies, duobus millibus nummum emiſſe.* Ciceronis oratio

 teſta-

teſtatur, quam proximis deinde Conſulibus ſex & viginti annorum adoleſcens habuit. A. D. Kalendas Iunias hæc auctio cepit. quum plurima ex his antea rapuiſſet Sulla, ceterorum pleraque donaſſet aut viliſſimo

CAP. XIII.

[illegible]

precio addixiſſet; redactum eſt ter millies, quingenties. His ita pro arbitrio decretis factiſque, vt tamen aliqua priſtinæ Reipublicæ ſpecies eſſet, Conſules creare populo permiſit. Inter candidatos Q. Lucretius Oſella erat, qui Præneſte ceperat; meritis ſuis & Sullæ gratia confiſus. At hunc quia contra legem recens latam petebat, nondum inferiores magiſtratus adeptus, primo monuit Sulla, deſiſteret: deinde poſtquam ſpreta Dictatoris voluntate magno fauentium agmine comitatus in forum venit, a L. Bellieno in medio foro eſt interfectus. Indigne rem ferente populo comprehenſus percuſſor ad Sullæ tribunal adducitur, qui ſedens pro Caſtoris ex edito loco cædem ſpectauerat. Ille vocata ad concionem multitudine, *ne neſciatis,* inquit, *Quirites, ego iuſſi. dimittite hominem Dictatoris imperio obſecutum.*

CAP. XIV.

Sullæ atrox fabula.

Addidit deinde atrociſſimæ interpretationis fabulam: *Ruſticum à pediculis morſum, quum ſemel iterumque interulam purgaſſet; tandem ne ſæpius intermittere opus cogeretur, exutam, cum ipſis pediculis inieciſſe in ignem. Et ego,* inquit, *monitos volo victos, ne tertium inſanientes opus incendio habeant.* Ita depulſo quem certiſſimum Conſulem fore omnes crediderant,

A.V.C. DCLXXIII.

M. Tullius M. F. A. N. Decula, Cn. Cornelius Dolabella creati, nomen verius, quam dignitatem Conſulatus acceperunt. Nam eos Dictator viginti quatuor lictoribus, & magna ſatellitum turba ſtipatus, poteſtate plane Regia præminebat. Initio eius anni

Triumphus de Mithridate.

L. Cornelius Sulla Dictator de Mithridate Rege triumphum duxit. In quo illud laudabiliter ab eo factum, quod neque triumphare de ciuibus voluit, quamquam ingentibus eorum copiis proſtratis: & quum Aſiæ Græciæque multas vrbes transueheret, nullum ciuium Romanorum oppidum in ea pompa ſpectari paſſus eſt.

CAP. XV.

Eius Triumphi magnifica pompa.

Ceterum magnificus apparatu ferculiſque triumphus fuit, quum inter opulentiſſimi Regis ſpolia res precioſæ viſuque raræ longo ordine portarentur: ſed nullo maiore ornamento illuſtrata pompa eſt, quam quod tantus nobiliſſimorum virorum numerus, quos à Mariana factione pulſos reduxerat, in equis currum eius ſequebantur, *ſeruatorem & patrem* appellantes: cui acceptum referebant, *quod adſpectu patriæ, quod complexu chariſſimorum pignorum, quod denique communi illa luce fruerentur.* biduo triumphauit A. D. IV. & III. Kalendas Februarias. prima die tranſtulit auri pondo quindecim millia, & argenti pondo centum & quindecim millia. poſtridie tredecim millia pondo auri, quæ iunior Marius ex Capitolinæ ædis incendio, ce-

teriſq; delubris omnibus Præneſte detulerat; quæ & ſub eo titulo tranſlata ſunt, & argenti ſeptem millia pondo. Exacto triumpho de rebus CAP. XVI. ſuis pro concione diſſeruit, non minus diligenter enarrans, quæ feliciter, quam quæ fortiter feciſſet: *eaque de cauſſa æquum videri* dixit, *vt quod cognomentum recens adſciuerat, ab omnibus Felix vocaretur.* Sed ad Græcos ſcribens *Epaphroditum* ſe appellabat: poſitæque ſunt illi cum hac inſcriptione ſtatuæ. Eodem anno & L. Murena de Mithridate Rege triumphauit, de cuius rebus geſtis pauca, neque magnopere laudanda ſolus quod ſciam Appianus refert: quæ ſuis temporibus reddidimus. Poſt iſta miſſu Sullæ, A. Gabinius ad Murenam venit, denunciatum, *non placere Senatui bellum eum cum Rege ſocio & amico gerere.* Eidem Gabinio mandatum, *vt Mithridatem Ariobarzanemque Reges reconciliaret.* Mithridates filium quadrimulum amicitiæ & pacis obſidem Ariobarzani quum dediſſet; ſub eius pignoris fiducia non modo quæ habebat per Cappadociam præſidia retinuit, ſed inſuper aliorum locorum conceſſione auctus eſt.

L. Murena Triumphus de Mithridate.

Epulum deinde celebratæ luxuriæ omnibus dedit: nam & *præmia* propo- CAP. XVII. ſuit, certum auri pondus, *ei qui plurimum bibiſſet, ediſſetue, quiue dicaciſsimus fuiſſet iudicatus, aut cantus aliorumue ludicrorum peritia ceteros excelluiſſet.* eorum præmiorum omnium ſolum expertem fuiſſe Gabinium ſcribunt. Hæc omnia nihil habent triumpho dignum: quum tamen honorem illum Sulla haud temere niſi merito tribuiſſe videatur: & *Murenam fortiſſimum virum, ſummumque Imperatorem* audiente populo Romano M. Tullius prædicauerit? Non dubito, multa eum præclara in Cappadocia Pontoque geſſiſſe, donec à L. Sulla reuocatus, tradita M. Minucio prouincia, Romam ad triumphum decederet. Sane quæ ſuperſunt Pontici Memnonis reliquiæ, *confirmato illum Ariobarzanis Regno, vrbem aduerſus irruptionem Mithridatis condidiſſe*, tradunt: *deinde multis ſuadentibus Sinopen verſus mouiſſe, capite Regni occupato, ceteram in promptu victoriam fore ratum.* Sed CAP. XVIII. *Mithridatem firmo impoſito præſidio, ipſum cum exercitu occurriſſe Murenæ: principia proſperiora Regi fuiſſe: deinde æquo Marte geſtum bellum, detrito vtriuſque partium ardore conſenuiſſe. Mithridatem ad Phaſin fluuium, Murenam in Aſiam reuertiſſe.* Dum inter has triumphorum pompas, toties capta ſuorum armis Roma gentibus externis exprobrat victoriam, in Africa ductu imperioq; Cn. Pompeii præclariſſime geſta Reſpublica eſt; quo ille Sullæ literis & Senatusconſulto acceptis, ex Sicilia tranſmiſerat. Cnæus enim Domitius Ahenobarbus proſcriptus (erat enim Cinnæ gener) magna ibi manu coacta, priuſquam magis confirmaretur, debellandus erat, ne pacem Italiæ turbaret, quod ex eadem regione C. Marius non ita pridem longe minoribus copiis inſtructus fecerat. Pompeius re- CAP. XIX. licto

Eius geſta.

Cn. Pompeius res in Africa gerit.

... Sicilię præeſſet Memmio, ſororis ſuæ viro, cum ... centum viginti traiecit copias, ſequentibus ... commeatus, arma, pecuniæque & machinæ ... ſa Vticæ portum tenente, parte Carthaginem appulſo ... Pompeium percrebuit, ſeptem ad eum millia ab hoſtibus ... ipſe ſub ſignis ſex legiones plenas habebat. Sed inutilis ... dies exercitus à ridicula cauſſa fuit. Forte militum quidam ... olim in agro pecuniam repererant. ea fama per tota caſtra ... *omnem eam regionem plenam eſſe theſauris, quùm Punica ...* *ditis*, dictum ſimul vulgo creditumque eſt. Inde nihil ... ſparſa per campos agmina effodientium eruentiumque humum ... abduci ab hac inſania vlla vi aut arte poterant. ... ſumpti, circumeunte Pompeio, nec tenente riſum, quod ...

CAP. XX. minum inuertendis agris tamquam rei ſeriæ incumbere ... dem inani labore defatigati, dixerunt Pompeio, *vti ſe quo ... tis magnas ſe ſtultitia ſua pœnas dediſſe*. Circa Vticam vterque ... acie adſtitit, valle tantum interpoſita aſpera & ad tranſeundum ... Ob eam rem, & quia ventus imbrem ferens à primo mane ... uecto quidem die ceſſabat, Domitius tum temporis minime ... iri ratus, ſignum receptui dedit. Hanc ſuam occaſionem Pompeius ... denti conſilio ratus, continuo transduxit ſuos, hoſtibuſque ... & disiectis incubuit at illi vento quoque turbabantur, qui ... ora oculosque pluuia, conſpectum auditumque adimebat. ... huius incommodi Pompeianus exercitus erat: adeoque ... abfuit, quin occideretur à milite, cui teſſeram poſcenti ...

CAP. XXI. tat. Victi tamen magna pugna Domitiani ſunt, vt de ... hominum tria tantum ſupereſſent. Pompeius quum ... *Imperator* ab exercitu appellaretur, negauit *hoc ſe ... hoſtium caſtra ſtarent*. Ad hunc quoque laborem ... nibus vſus eſt: & ne iterum in ſimile periculum incideret ... nudo capite pugnauit. Caſtra capta ſunt: Domitius, dum ... repugnat, occubuit. Ciuitates quæ ſequutæ Carbonianas partes ... ſponte ad obſequium victoris occurrerunt: nonnullæ vi ... Vt deinde Hiempſalem in Numidiæ Regnum reſtitueret, ... perſequutus, quia Domitio auxilium tulerat, in fugam ... deinde immiſſo Bogude Bocchi Maurorum Regis filio, ...

CAP. XXII. ſpoliauit: poſtremo Bullæ obſeſſum, dedito ſibi oppido, ... Regnum Numidiæ ab Hietta ad Hiempſalem Pompeius ... quam vniuerſam finitimasq; aliquot regiones cum ...

Prælium Pompeianum cum Domitio. — *Pompeius Hiempſalem in Numidiæ Regnum reſtituit.*

Digitized by Google

celeritate peragrauit, quadraginta non amplius diebus Africa recepta, Regnorumque ſtatu compoſito, annorum admodum quatuor & viginti adoleſcens. Poſtquam è Numidia reuerſus Vticam eſt redditæ ſunt ei Dictatoris literæ *dimittere iubentis exercitum, & cum vna legione exſpectare ſucceſſorem.* id quum ipſum occulte morderet, exercitus palam indignantiſſime tulit: & petẽte Pompeio vt proficiſcerentur, multis in Dictatorem conuiciis, *tyrannum & Cinnam* appellantes, negarunt *ſe paſſuros vt ſine legionibus ſe credat homini crudeli & perfido.* Aduerſus hæc Pompeius orando monendoque mitigare iratos conabatur: ſed illis in ſententia perſiſtentibus, in tabernaculum relicto tribunali lachrimabundus ſe recepit. Tum illi reprahenſum iterum collocarunt in ſuggeſtu, magnaque diei pars hac contentione exempta eſt, donec inſtantibus illis & clamorem tollentibus iurauit *ſibi manus allaturum eſſe, ni quieſcant.* Ægre deſtiterunt. Inter hæc Ægyptii legati venerunt Romam, Cleopatræ quæ poſt mortem viri Alexandri ac patris Lathuri, duorum Ptolemæorum, Regnum obtinebat, maritum ex Regia ſtirpe petituri. Nam Alexandri filius ex alia vxore, cognominis patri, quum à Cois apud quos educabatur, Mithridati deditus, ab hoc ad Sullam profugiſſet, inter familiares eius Romæ agebat. Idcirco Sulla tum alias honeſtum ſibi fore ratus, Ægypto Regem impoſuiſſe, tum ex opulentiſſimo Regno prædam forte ſperans, Alexandrum ad Cleopatram mittit. Sed illi nuptiis nouercæ potito haud ſatis fuit conſortem Regni factum eſſe, quin Sullæ fiducia, quidlibet pro ſua vnius libidine faceret: eo progreſſus væſaniæ, vt vndeuiceſimo imperii die, Cleopatram audaciȩ ſuæ ſuccenſentem, de medio tolleret. Sed mors mulieris, ipſius quoque vitæ properum attulit finem: Alexandrinique correptis armis è Regia protractum, in Gymnaſio interemerunt. Regnum ad Ptolemæum cognomento *iuuenem Bacchum,* qui Ptolemæo editus, mox cognomen *Auletæ* ex tibiarum ſtudio nactus eſt, tamquam proximum Cleopatræ ſororis heredem, peruenit. Anno ſequente, L. Sulla, quamquam Dictaturam gereret, iterum creari Conſul voluit, adſumpto in ſocietatem honoris Q. Cæcilio Q. F. L. N. Metello Pio. Quod deinde Cæſaribus exemplum placuit, vt cum ſumma & Regia poteſtate, Conſulatus titulum coniungere, pulchrum & ciuile arbitrarentur. Hic annus iucundum, nec ante viſum Vrbi ſpectaculum attulit, quum Eques Romanus, idque nondum expleto quinto & viceſimo ætatis anno, triumpharet. Pompeius is fuit, non minoris paulo ante terroris hominibus, quam nunc lætitiæ cauſſa, quia *dedignantem iuſſa Sullæ, cum infeſto exercitu venturum in Italiam* putauerant. Vnde Sullam quoque dixiſſe rumor erat, *fatale ſibi eſſe cum pueris in ſenectute colluctari,*

[illegible]

CAP. XXIII.

Ægyptiorum legati Romæ Regem petunt.

CAP. XXIV.

Alexander mittitur, ſed malis ſucceſſibus.

A. V. C. LXXIV.

CAP. XXV.

Pompeii reditus ex Africa.

Bari, quod & C. Marius adoleſcens negotium ei exhibuerat. Igitur quemadmodum præſentibus vteretur incertus, & ferebat de reditu eius legem, & ex compoſito per C. Herennium Tribunum plebis ſe ſinebat prohi-

CAP. XXVI. beri. Nam alio ferme omni iure Tribunis erepto, interceſſionem liberam reliquerat. Ceterum fama Pompeii Romam pacato agmine contendentis metu ac ſolicitudine ciuitatem abſoluit. Incredibilis hominum multitudo, cum ſumma propenſiſſimæ voluntatis demonſtratione, obuiam fuere.

Sulla honoris cauſſa occurrit Pompeio.

Sulla quoque quaſi cum ſtudiis ciuium certaturus occurrit ei, pronoque fauore acceptum, elata voce *Magnum* conſalutauit, adſtantesque monuit, vt hoc eum deinceps nomine compellarent. Triumphum tamen petenti reſtitit: nec quaſi inuideret. *Nec enim ignoro*, inquit, *Cn. Pompei, quanti te faciam, quantiq; dignum honoribus iudicem. quid enim eſt, quod non virtus illa tua Reique publicæ & mihi præſtita fideliſſima*

CAP. XXVII

Sed triumphum negat.

atque fortiſſima opera mereatur? Et ego, ſi verum amas, non parcior in honoranda virtute tua fui, quam tu in explicanda exſtitiſti. ſed neque in poſterum quidquam tibi negaturus ſum, quod fieri poſſit, & inſtituta ciuitatis noſtræ patiantur. Verum enim vero ita comparatum eſſe noſti, vt more maiorum hic honor concedatur nemini, niſi qui Conſulari *aut Prætorio imperio præditus res geſſerit. Ita P.* Cornelius *aliquanto amplioribus in Hiſpania geſtis rebus, ita M. Claudius captis Syracuſis triumpho caruerunt.* Non *debes indignanter pati ſi*

CAP. XXIIX *Scipionibus & Marcellis æqueris adoleſcens nondum ætate Senatoria. Plus eſt meruiſſe triumphum, quam duxiſſe: & ſi quid in hac pompa felicitatis ineſſe arbitraris; non adempta tibi, ſed ad maturos honores, quorum certiora ſpera nemo vnquam habuit, ſepoſita eſt.*

Rem inuidioſam & illi & ſibi dictitans.

Quid te delectat occupare [illegible], quod paulo poſt vltro venturum eſt cum gloria? Quamquam ſi te tantummodo ſermonibus hominum obiectares, fortaſſis ego paterer, & tibi eadem ætas, quæ ad commouenda iudicia facit animum, etiam ad ferendum daret. Sed quia mihi nemo ignoſcet, cuius ab annis & poteſtate publici decoris ſcientia ſimul atque cuſtodia poſtulatur, vt vel mea cauſſa deſiſtas, peto. Quod ſi tu mei rationem habere renuis, & rem vtrique inuidioſam poſcere perſeuerans, ſalua amicitia noſtra hoc facere poſſe exiſtimas; mihi quoque tantundem iuris aſſumam, & quod ambitione ac cupiditate inductus captas, auctoritate & iure prohibebo.

CAP. XXIX. Vera erant quæ allegabantur. ſed intelligebat adoleſcens, fruſtra hæc ab eo adferri, qui iura ciuitatis omnia prior conculcaſſet. ideo ne [illegible] quidem caſu perterritus inſtitit tanta fiducia, vt etiam *plures adorare Solem orientem quam occidentem* diceret.

Pompeii vox Sullam mouet.

Eam vocem quum non ſatis Sulla percepiſſet, ex vultu autem geſtuque mirantium, aliquid inuſitatum eſſe coniiceret; *quid enim dixiſſet Pompeius?* interrogauit: acceptoque, confidentia adoleſcentis perculſus, voce velociter repetita *triumphet! triumphet!*

phet! exclamauit. Erat plane res liuori multorum obnoxia, ſed Pompeius vt malignitatem eorum vlciſceretur, augeretque dolorem, quadrigis elephantorum inuehi conſtituit, multas enim belluas victo Numidiæ Rege ceperat. Sed quia porta erat anguſtior, quam vt iuncti intrare elephanti poſſent; ad priſtinum morem reuerſus eſt.

CAP. XXX.

Dum id agitur, exercitus donatiuo non contentus, tumultuabatur: & *pecuniam quæ erat ferenda in triumpho direpturum* dicebant. Neque deerant ex illuſtribus, qui *diuidendam* dicerent, *ne ſeditio oriretur.* ſed ille negabat *ſe clamoribus militum commoueri. Non ideo cepiſſe arma, & cum principibus ciuitatis multa prœlia feciſſe, vt iis ſeruiret, quibus imperare debeat: Mirari ſe hominum amentiam, ſi putent conſtantiam, quam in mediis bellorum tumultibus ſemper præſtiterit, nunc parta pace, victis hoſtibus, ad Vrbem omiſſurum.*

Pompeii ſeueritas in ſeditione militum.

CAP. XXXI.

Non ita ſe per Italiam hoc bello, Siciliamque & Africam eſſe cognitum, vt illi ipſi quos animi ſui teſtes toto eo tempore habuiſſet, ſperent ſeditioſis vocibus ab inſtituto dimoueri poſſe. Facilem ſe & liberalem exercitibus ſuis Imperatorem exhibuiſſe, quoad rectum honeſtumque putauerit: nunc etiam pronunciaſſe quod ſatis eſſe exiſtumet, præſertim tam breui expeditione defunctis. Olim milites Romanos paruo contentos maluiſſe ſudoribus & periculis ſuis ærarium publicum locupletari: nunc ſibi ſtudere quemque, vt defraudata Republica in tot particulas diſtracta pecuniæ, neque priuatorum cupiditatem expleant, & vſibus ciuitatis, nimium quantum his temporibus exhauſta ſubtrahantur.

Liberalem ſe fore dicit ſuo arbitrio.

CAP. XXXII.

Audire ſe iactari à quibusdam, multum etiam iuris penes exercitum eſſe: id quidem facilius dici, quam demonſtrari poſſe. ceterum vt maxime ita res haberet, miſſum ſe prius triumphum facere, quam vt militibus ſuis aduletur. faſces deinde laureatos obiecit acriter increpitis, *ab illorum direptione* iubens *incipere.* Hac verecundia quum ad modeſtiam eos redegiſſet, in maiori omnium admiratione, quam ob tot res bello geſtas fuit: Seruiliusque præcipuus antea negandi triumphi auctor, pulcherrimum ei teſtimonium reddidit; *nunc vero ſe Pompeium vere Magnum, triumphoque digniſſimum agnoſcere.*

Cn. Norbanus ſe interimit.

Sub idem tempus Cn. Norbanus Conſularis proſcriptus, quum Rhodum traiecisset, atque repetitus à Sulla compræhenderetur; Rhodiis adhuc deliberantibus, in medio foro ſe interemit.

CAPVT XXXIII.

Neque enim adhuc proſcriptionum acerbitas plane conquieuerat: & Mutilus vnus ex proſcriptis, clam capite adoperto ad ædes Baſtiæ vxoris quum acceſſiſſet, admiſſus minime eſt, quod illum mulier *proſcriptum* diceret: itaque ſe transfodit, & ſanguine ſuo fores vxoris reſperſit.

Nola capitur.

Tum etiam Nola, quæ poſtrema vrbium Samnitibus inſeſſarum pertinaciſſime arma retinebat, proditione capta eſt, M. Æmilio Lepido intromiſſo. reque cognita obſeſſi, quia

[illegible]bus nulla ſpes ſalutis apud Sullam relicta erat, [illegible]
[illegible] occuparunt necem: quidam laqueis præfocati [illegible]
occluſis domos ſeque concremarunt. eodemque tempore [illegible]
ius vehemens, ita diſſilijt incendium, vt oppidó conſ[illegible]
[illegible]mul præda amitteretur. At L. Sulla quo Vrbem & Italiam [illegible]

CAPVT XXXIV.

[illegible]nis hominibus quaſi compedibus vinctas teneret, [illegible]
rum, ætate ac viribus florentiſſimum quemque manumi[illegible]
[illegible]ues adſcripti, de nomine patroni, vti mos erat, Cornelij [illegible]
ge deinde comitiis centuriatis lata, municipiis pleriſque [illegible]
gros ademit. adſcripſit tamen in eamdem legem: *ſi quid* [illegible]
eius ea lege nihilum rogatum. Ita caput de ciuitatis [illegible]
[illegible]no quidem Sulla valuit: de agris ratum fuit; & coloniæ [illegible]
nes quatuor & viginti deductæ, iisq; diuiſi agri ſunt. [illegible]
do qui arma contra tulerant, ſed quorum neutro inclina[illegible]
am pro Sulla fuerant, res ſuas fortunasque omnes per[illegible]
nim tam in pœnam inimicorum, quam vt firmamenta [illegible]
rerentur, talia fiebant. Ex eadem diſciplina, externæ [illegible]
que non ſtipendiarii ſolum, ſed & æquo fœdere iuncti, [illegible]
ob virtutem & merita immunitatem adepti, exactionibus [illegible]
terebantur: vt etiam agri quibusdam & portus, qui [illegible]
debebantur, adimerentur. His maxime rebus & ille [illegible]
& proximus quo P. Seruilius C.F.M.N. Vatia, qui poſtmodum [illegible]
appellatus eſt, & App. Claudius Conſules fuerunt. [illegible]
adulatione populi Conſulatum Sulla recuſauerat. Inter [illegible]
quod oppidum adhuc in armis erat, publica interpoſita [illegible]
In Hetruria Volaterræ ſunt iuxta litus maris, eximio [illegible]
Nam è profunda valle tumulus vndique præceps in [illegible]
duorum millium paſſuum erectus, vrbem ſuſtineba[illegible]
& difficili, ita plano commodoque vertice. Huc ſe [illegible]
dam contulerant, coactaque Hetruſcorum manu, quum [illegible]
effeciſſent, per biennium reſtiterunt. quamquam [illegible]
Dictator in caſtris obſidentium fuiſſet. Sic exſtinctis [illegible]
rum reliquiis, etiam in Aſia quæ ſola vrbs poſt victum [illegible]
rebellione perſtiterat, Mitylenæ à M. Thermo expugna[illegible]
Eo bello C. Iulius Cæſar admodum adoleſcens in [illegible]
egit, & ab eo captis Mitylenis corona ciuica donatus eſt. [illegible]
L. Sullam ex perpetuo Dictatore priuatum vidit, rem [illegible]
vna de cauſſa prorſus admirabilem. Qui enim [illegible]

Margin notes:

Municipiis [illegible] agri ademuntur.

CAP. XXXV. *Regesetiam [illegible] a Sulla.*

A. V. C. [illegible]XXIV. *Volaterræ [illegible]*

CAPVT XXXVI.

Mitylenis expugnatis C. Cæſar ciuica donatur.

CAPVT XXXVII. *Sulla priuatus ex Dictatura.*

Digitized by Google

actus, nihil vsquam ſibique & aliis quietum, nulla iura inuiolata, nihil ad ſummam contentionem laborum, periculorum, denique ſcelerum & immanitatis reliquum fecerat, vt vnus omnia poſſet; is vt interpellante nemine ſummi imperii pacatam & patientia ciuium propemodum iuſtam poſſeſſionem ſponte deponeret, exſpectari profecto non debuit, præſertim quum neque ætate etiamnum, neque corporis viribus deſtitueretur. An ipſum iam pigebat raptæ poteſtatis, & quum recordatio delictorum ſeræ pœnitentiæ morſibus conſciam mentem cruentaret, quantas miſerias quam vile ob præmium perferret, experientia monſtrante perſenſerat. Nam priusquam cupitis potiretur, in his omnem ineſſe CAPVT XXXIIX. & ſolidam animi felicitatem crediderat: adeptus deinde, quum ſe peius etiam excruciari depræhenderet, odiſſe atque faſtidire cepit, quod antea per tot bella ciuilia flagrantiſſime appetiuerat. Hæc exempla docere mor- *Adfectus conſilio regendi.* talitatem poterant, vt priusquam ſeſe præcipitent, vnde regredi non liceat, conſilio regant adfectus, iisque rebus quærendis adhibeant, quas vbi conſequuti fuerint, nullo deinceps pudore pœnitentiaue torqueantur. Nam Sulla quidem, quam acerbis ſuppliciis domitus priſtini iudicii errorem emendauerit, in propatulo eſt, quum rem antea prælatam omnibus, ita feſtinaret abiicere, vt ne mortis quidem metu tot millium in ſe irritatis animis retentus, hoc diſerte dicere videretur, perire ſe malle, quam diutius Dictatorem agere. Non dubito, quin plerique prauo conſilio vſum fuiſſe Sullam iudicaturi ſint; quemadmodum & ſtatim CAPVT XXXIX. C. Cæſar in depoſitam ab eo Dictaturam ludens, *Sullam neſciſſe literas* dixit: ſed euentus vtriusque ſatis oſtendit, doctiorem in his negotiis Cæſare Sullam fuiſſe. *Cæſaris dicterium in Sullam.* Proximum deinde miraculum fuit, quod priuato non ſolum ſalus, ſed etiam dignitas conſtitit: quum plusquam centum millia ciuium Romanorum, & inter hos Senatores nonaginta, Conſulares quindecim, Equitum circiter duo millia ſexcentos (computatis vna exſulibus) occidiſſet; bona eorum vendidiſſet; multos proieciſſet inhumatos; ciuitates quoque plurimas arcibus, muris, agris, pecunia varie ſpoliaſſet. ceterum illum ne hominum manibus cita & communi plurimis morte defungeretur, ad memorabile exemplum vltio diuina ſeruauerat. Ideo quum pro concione dixiſſet, *rationem ſe actorum omnium, ſi quis repoſcat redditurum eſſe*: dimiſſis lictoribus atque cuſtodia, cum amicis diu in CAP. XL. publico deambulauit, attonito populo, & hæc miracula non ſine horrore quodam adſpiciente. Vnus tantum adoleſcens fuit, qui auderet queri: & quia nemo prohibebat, animo ſumpto, recedentem vsque ad fores domus conuiciis inceſſeret. *Adoleſcens conuiciatur Sullæ.* Atque ille cuius iram potentiſſimi viri maximæque ciuitates, nec effugere, nec placare potuerant, vnius adoleſcentuli

ſcentuli contumelias patienti animo tulit; id tantum in limine iam do-mus effatus; *hic adoleſcens efficiet, ne quis poſthac tale imperium deponat.* quam præſagi animi vocem non longo poſt tempore Dictator Cæſar expleuit.

CAP. XLI. Sulla profectus in Cumanum, ruſticari, piſcandoque & venando tempus ducere cepit: quum prius Herculi conſecratis decimis epulum populo ſumptuoſiſſimum præbuiſſet, ea adfluentia, vt quotidie (per multos enim dies ducebatur) ingens vis ciborum in amnem proiiceretur, vinumque dedit annis quadraginta vetuſtius, quod à nomine Conſulis, ſub quo natum fuit, *Opimianum* vocabatur. nam contra ſuas ipſe leges leniendæ ægritudinis cauſſa, luxum intenderat, iiſdem diebus vxore amiſit Metella. ei quum iam deſperatæ ſalutis eſſet, de ſententia ſacerdotum libellum repudii Sulla miſit, ſpirantemque adhuc transferri in aliam ædem iuſſit, quod ſcilicet religioſiſſimus Pontifex, qui tot hominum agmina contrucidauerat, ſaluis religionibus adſpicere morientem, aut funere

Metella Sullæ moritur.

CAP. XLII. pollui domum ſuam ferre non poſſet. Non tamen ſic abſtinuit à Republica, vt nullo eorum quæ fierent ſenſu adficeretur. Igitur comitiis Conſularibus, quum præter ſuam ſententiam deſignato M. Æmilio Lepido, Pompeius, cuius ſtudiis perfecta res fuerat, lætus abiret; vocauit eum ad ſe Sulla, dixitque, *Te vero prouidum conſilii, adoleſcens, & ſapientem, qui primum omnium Lepidum, optimo omnium Catulo priorem renunciandum curaueris. At tu fac vigiles, qui aduerſarium effeciſti valentiorem.* Neque fefellit eum præſagus futuri animus, & ſpirante adhuc Sulla, ſeditioſam ad Quirites orationem Lepidus Conſul habuit, quæ adhuc inter reliquias

Sullæ vox ad Pompeium de Lepido.

CAP. XLIII. Hiſtoriæ Salluſtianæ ſeruatur. Paulo ante hoc tempus, quam à Mithridate ad ſcribendum fœdus legati veniſſent, infecta re dimiſſi ſunt: quod Ariobarzanes, ſponte ſua an aliorum inſtinctu, incertum, *non eſſe ſibi cum fide reſtitutam Cappadociam* detulerat. Eam Sulla tum adhuc Dictator iuſſit reſtitui. & Mithridates paruit, quamquam ad Phaſin & Caucaſum rebus interea præclare geſtis, imperii fines protulerat, Bosporanis ſubactis, quibus filiorum vnũ Macharem Regem dedit. Sed idem quum in Achæos feciſſet expeditionem, inſidiis & vi frigoris exercitum carpentibus, vix tertiam copiarum partem reduxerat.

Mithridatis res geſta.

I. FREINS-

IOH. FREINSHEMII SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM

LIBER QVINTVS ET QVINQVAGESIMVS.

In locum lib. XC. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitom. Lib. XC. Liuiani.

SVlla deceſſit, honosque ei à Senatu habitus eſt, vt in campo Martio ſepeliretur. M. Æmilius Lepidus, quum acta Sullæ tentaret reſcindere, bellum excitauit: & à Q. Catulo collega Italia pulſus eſt: & in Sardinia, fruſtra bellum molitus, periit. M. Brutus, qui Ciſalpinam Galliam tenebat, à Cn. Pompeio occiſus eſt. Q. Sertorius proſcriptus in vlteriore Hiſpania ingens bellum excitauit. L. Manilius proconſul, & M. Domitius legatus, ab Herculeo quæſtore prælio victi ſunt. Præterea res à P. Seruilio Proconſule aduerſus Cilicas geſtas continet.

REs populi Romani M. Lepido, Q. Catulo Conſulibus, ac deinde militiæ & domi geſtas amiſſo Liuio, ſatis ex Salluſtianis Hiſtoriis licebat cognoſcere, niſi & illas idem omnino fatum abſtuliſſet. Idcirco fontibus obturatis, ex riuulis aut etiam lacunis, iſta nobis haurienda ſunt. ſic interim ſordida cœnoque permiſta, vt vix magno ſtudio & attentione percolata liqueſcant. Sed nos, qua poterimus induſtria cepto inſiſtentes, à morte L. Sullæ velut nouum initium ordiemur. Nam ibi iterum conuerſio quædam Reipublicæ facta eſt, & auctoris voluntate depoſita breuis æui dominatio, morte ipſius plane exſtincta. Morbus igitur quo Sulla periit, minime communis fati, ſed ſingularis cuiusdam fœditatis atque ſupplicii fuit, exuberantibus pediculis, vt qui tot millia ciuium cognatique ſanguinis hominum, inauditis cruciatibus peremiſſet, eiusdem artus, velut inteſtino bello, ab illo quem genuerant animalculorum exercitu diriperentur. Eſt enim profecto DEVS, qui numquam impune ſpernitur, & licet acerbiores pœnas in aliud æuum iuſtiſſimus iudex ſepoſuerit, quod includi præſentis anguſtiis nequeant; ſæpe tamen viuentibus proponit ſpectanda noxiorum tanta ſupplicia, vt ſi nihil deinceps timendum foret, vel his deberent à peccando deterreri. Diſſimulauit tamen vtcumque mali ſenſum iam non felix Sulla, & quo auocaret à tam triſti cogitatione animum, in quaslibet occupationes incubuit. Quippe decimo ante exceſſum

A. V. C. DCLXXV.

Morbus Sullæ pediculare.

CAP. II.

Iuſtum DEI iudicium.

CAP. III.

[illegible] Puteolanorum diſſenſionibus compoſitis [illegible] deinceps vterentur. Rerum ſuarum componendis [illegible] priuſquam decederet operam poſtremo [illegible] libro immortuus. in eo *Chaldæos ſibi prædixiſſe narrabat,* [illegible] *viſſet, in ſummo flore felicitatis eſſe obiturum.* itemque [illegible] *noctu ſibi oblatum, per quod filiolum ſuum, ante Metellam* [illegible] *ſus eſſet, appellantem ſe, iubentemq; curis omiſſis* [illegible] *ea inquiete & otio degeret.* Poſtridie quum id ſomnium [illegible]

CAP. IV.

ſet, teſtamenti tabulas confecit obſignauitque. [illegible] ciato, *Granium quendam Puteolanæ Reipublicæ debitorem* [illegible] *ctare, ne ſolueret;* accito homini in cubiculum à famulis [illegible] non ſine vehementi clamore & corporis iactatione [illegible] tentione rupta vomica, magnam vim effudit ſanguinis [illegible] guinarius in vita fuiſſet, incruenta ad inferos morte [illegible] viribus defectis noctem eam inter ſummos cruciatus [illegible] infelicem ſpiritum reddidit.

Mors Sullæ.

CAP. V.

Mors Sullæ confeſtim [illegible] te non ſatis concordium contentiones excitauit. Senatus [illegible] tulo honorem ei haberi volebat. vt in Campo Martio ſepeliretur [illegible] multique cum eo alii præfracte repugnabant. Ibi [illegible] Pompeius imperauit, & quamquam Sullæ teſtamento, [illegible] relinqueret, liberiſque tutores daret, eſſet præteritus, [illegible] tim precibus, interim & minis ſubmouit obſtantes, [illegible] proſequutus exſequiis ſecuritatem decuſque præſtitit. [illegible] fuit. Aureo lecto corpus defuncti per Italiam in [illegible] ſus faſtu ferebatur. tibicinum caterua, equiteſque [illegible] frequentibus ordinibus ſequebatur. pariterque in [illegible] ad exercitum fuerant, cum armis accurrentes, vt qu[illegible] cum ſuum capiebat. alia quoque multitudo, quanta [illegible] de cauſſa, vndique confluebat.

CAP. VI.

Ordo & pompa Funeris.

Inſignia magiſtratus [illegible] per Dictatori, præferebantur. Hoc ordine in Vrbem [illegible] uer eſt. Sed quum ad rogum efferretur, longe maior [illegible] dior apparatus fuit: coronæque aureæ, dona ciuitatum [illegible] aut amicorum, pluſquam duo millia ſpectabantur. [illegible] rum honor concurrentium militum licentiam fr[illegible] tum collegia Veſtaleſque comitatæ ſunt: tum Senatus [illegible] inſignibus ſuis magiſtratus. Mox Equitum Romanorum [illegible] mnis qui ſub eo meruerat exercitus (ſinguli enim [illegible] perauerant) cum auratis ſignis, & armis argentatis, [illegible]

Digitized by Google

ceps etiam in pompis conſueuerunt. Inter hos variis locis magnus tubicinum inſertus numerus, lugubre quiddam concinebat. Voces deinde honorificæ per ordines acclamatæ ſunt, incipientem Senatum Eques, Equitem plebs excipiebat. Sed non idem omnibus in pari teſtificatione voluntatis animus erat: pars vere deflebat amiſſum: ceteri Sullanorum præſentes copias, & ipſum adhuc quamquam vita orbum metuebant. Pro Roſtris cadauere poſito, laudatus eſt ab aliquo diſertorum, quia Fauſtus filius nondum maturæ ætatis erat. L. Philippum huic officio delectum crediderim, qui tum ætate & facundia ceteros anteibat. deinde ſublatus Senatorum humeris lectus, in Campum Martium deportatus eſt, vbi tantummodo Regum erant monumenta. Sub nonam diei horam in Campum eſt ventum: quia nebula matutina ne celerius exirent, pluuiæ metu curatores funeris tardauerat. Tum impoſitus rogo eſt, cum ingenti vi odorum, quos adeo liberali manu matronæ contulerant, vt præter ducenta decem fercula, Sullæ ipſius ſimulachrum iuſta magnitudine, ſimulque lictoris imago fictæ fuerint ex optimo thure & cinnamomo. Hæc omnia flammis conſumpta. Nam cremari primus è patriciis Corneliis voluerat; quum eius gentis mortui ſemper intactis igne corporibus terra tegerentur. Id eo factum putant, quia C. Marii reliquias ad Anienem ſitas, mortuo quoque implacabilis hoſtis, ſpargi in flumen iuſſerat; & ne ſibi accideret, quod in alterum ſtatuiſſet, metuebat. Mortuus iam Marius, mortuus Sulla, ciuilium bellorum ſæuiſſimi duces erant: ſed viuebant adhuc in animis ſuperſtitum diſcordiæ, & velut ab ipſo huius rogo accenſæ, inter redeuntes ab exſequiis Conſules ſtatim acerbis ſermonibus exarſerunt. Seditioſum Lepidi ingenium metus iudiciorum ſtimulabat, vt res turbari, valde ſua intereſſe iudicaret. Nam ob exſpoliatam Siciliam, à duobus Metellis, Celere & Nepote legibus interrogatus, quamuis illi ob gratiam eius apud populum victi deſtiterant, abſolutus tamen non erat, & ne aliquando reuocaretur in iudicium metuebat. Itaque turbidis concionibus veluti claſſico, concitata inopi plebe, Italicos etiam populos ſpe reſtituendorum agrorum conciliabat. Sanior pars populi facile prouidebat, ſi acta Sullæ reſcinderentur, Rempublicam vtcumque compoſitam, nouis tumultibus bellisque arſuram. Mouebantur & prodigiorum obſcœnitate, quæ inter nonum illud & inauditum antea, *in Ariminenſi agro in villa Gallerii loquutum gallum gallinaceum eſſe*. Idcirco Senatus vtrumque Conſulem iureiurando adegit, *ſe huius controuerſiæ cauſſa arma non ſumpturos*. Lepido, ne quid in Vrbe turbarum daret, exercitus & prouincia Gallia trans Alpes decreta. Ille tempus in Hetruria ducendo, nolebat ad comitia reuerti, ne bellum quod in ani-

CAP. VII.

[illegible]

CAP. VIII.

Sulla cur voluerit cremari.

CAP. IX.

Noua contentiones poſt Marium & Sullam.

CAP. X.

Prodigia.

in animo habebat, impediretur. putabat enim iurisiurandi nō vltra Con-
ſulatus tempora valitura fide, poſtmodum nulla religione [illegible]
CAP. XI. ſeruandam pacem fore. Non erat obſcurū Senatui, quid animi [illegible]
Lepido eſſet: præſertim quum *Hetruriam coniurare, proſcriptos* [illegible]
guinem tentari pernotuiſſet. Igitur *occurrere eum ad tempus* [illegible]
[illegible] iubet. & adfuit ille ex Hetruria ſed cum vniuerſo exercitu, quem ad Vr-
bem adducere ſecum conſtituerat. Sed iam Miluium pontem, [illegible]
que Ianiculum Q. Catulus Conſul, cum Cn. Pompeio præceperant. [illegible]
lata enim lex Plautia, capitibus aliquot adiectis, contra vim [illegible]
adiungens ſe optimatibus Pompeius, Catulo pacis quam belli [illegible]
CAP. XII. præſtantiori datus adiutor fuerat. Igitur Lepidus arma [illegible]
[illegible]erat: ſit idem & à Senatus partibus: prœliumque non procul [illegible]
Sed repellitur. Martio conſeritur. Primo ſtatim impetu pulſus Lepidus, in Hetruriam
perfugit: Pompeius aduerſum Brutum eſt profectus, qui legatus [illegible]
Galliam Ciſalpinam non inualida manu obtinebat. Satis diu [illegible]
tractum ad Mutinam eſt: quum caſtra caſtris oppoſita eſſent, nec [illegible]
mam rei profectura certamina confererentur. Ea res Lepid[illegible]
cumacto interim anno Proconſule ſe gerebat, otium præbuit [illegible]
ex qualibet hominum fece copiis magnis ad Vrbem tenderet, [illegible]
CAP. XIII. que Conſulatum alterum poſtularet. Ad famam venientis haud [illegible]
Vrbe trepidatio fuit: & in Senatu Q. Philippus in hæc verba cenſuit, [illegible]
L. Philippi ſententia contra Lepidum. *niam Lepidus exercitum priuato conſilio paratum, cum peſſimis, & hoſtibus [illegible]*
publicæ contra huius ordinis auctoritatem ad Vrbem ducit, vti Ap. Claudius [illegible]
terrex cum Q. Catulo Proconſule, & cæteris quibus imperium eſt, Vrbi præ-
ſidio ſint, operamque dent ne quid Reſpublica detrimenti capiat. Sed [illegible]
tum cito ademerunt adlatæ à Pompeio literæ, quibus *confectum bel-*
CAP. XIV. *lum, traditus cum exercitu Brutus* nunciabantur. Eum Pompeius,
Pompeius ad bellum conficit. quum datis qui proſequerentur equitibus Rhegium deduci iuſſiſſet, [illegible]
tim inſequenti die pœnitentia ductus, Geminium miſit, à quo non ſine
infamia perfidiæ crudelitatiſque Pompeianæ eſt interfectus. [illegible]
quoque, quam deinde *Pompeii* nomen tuliſſe arbitror, quod ab eo [illegible]
conſeruata eſſet, poſtquam obſidionem famemque ferre amplius [illegible]
potuit, deditа eſt, ibique Scipio cum Lepidi filio captus [illegible]
A. V. C. Inter hæc Comitiis per Interregem habitis, Conſulatum D. Iunius D.
DCLXXVI. F. M. Nepos Brutus, Mamercus Æmilius Mam. F. M. N. Lepidus
CAP. XV. Liuianus inierunt. Mamerco homini ditiſſimo ne ſuo anno Conſul
fieret, prætermiſſio Ædilitatis nocuit, quod ſumptuoſum [illegible]
magiſtratum amore pecuniæ vitatum ab eo populus crediderat. [illegible]

qui

quoque tuliſſet repulſam, ni C. Curio, vt adoleſcentior, & populi ſuffragiis integer, ætati Mamerci conceſſiſſet. His auditis Lepidus, quum hoſtis ab Senatu iudicatus, iterumque victus eſſet, receſſit Coſas Hetruriæ maritimum oppidum, vbi inſequente Catulo noua commiſſa pugna eſt. cui ſuperueniens ex Gallia Pompeius magnam edidit cædem, & reliquos fugere in Sardiniam coëgit.

Lepidus in Sardiniam fugit.

CAP. XVI.

M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulſo, ſegnior vt amoto nonnihil periculo, ceterum haud minus grauis & multiplex cura Patres exercebat; quia præter externa bella, quæ ſub idem tempus pluribus locis eruperant, duce partium viuo, dilatum potius, quam extinctum ciuile incendium habebatur: metuſque erat, ne impedienda annonæ tranſuectione Vrbem inopia vrgeret. Sed ille bellum, per quod homo delicatus luxu ſibi carendum videbat, ſegniter moliebatur, donec pœnitentia conſilii, & à C. Valerio Triario qui prouinciam proprætore obtinebat, vndique depulſus, & oppidorum expugnatione prohibitus, contrarios cogitatis euentus habuit: lentaque tabe correptum, cognitum vxoris Apuleiæ adulterium tædio & dolore confecit.

Ibique moritur.

CAP. XVII.

Mortis eius cauſſa.

Epiſtolam enim criminis indicem forte nactus, diuortii libellum miſit: deinde ſimul charitate deſiderioque repudiatæ, ſimul iniuriæ ſuæ acerbitate ac dolore extabuit. Extrema quoque huius memorabili euentu aduerterunt curioſos: quia corpus flammæ vi è rogo eiectum, quum reponi propter ardorem nequiret, iuxta ſarmentis aliis nudum crematum eſt. Sic atrocibus belli minis inter ipſa initia compreſſis, victores, rara iis temporibus modeſtia, pace contenti fuerunt. quam ob moderationem non minus, quam ob bellum feliciter confectum C. Catuli magnopere celebratum nomen eſt.

CAP. XVIII.

Exercitus Lepidi, carpentibus inſulanis, quibus moleſtus eſſe ceperat; diſſipatus eſt: quod roboris fuerat Perperna ad Sertorium adduxit: qui profectus in Hiſpaniam, quum ſe relatum in proſcriptos didiciſſet, bellum ingens excitauerat. Igitur vt vires ei ſubtraherentur, Senatuſconſulto, & rogatione Plautia belli Lepidani gratia pœnitentibus facta, reditusq; decretus: maxime annitente C. Cæſare, qui concionem ſuper ea re habuit, quod in eadem cauſſa L. Cinna, vxoris ſuæ frater, eſſet.

Belli Lepidani gratia fit pœnitentibus.

CAP. XIX.

Suadente C. Cæſare.

Igitur *ciuilium armorum furias*, quibus ipſe haud leuiores excitaturus erat, multum execratus, orare Patres cepit, *vt aliquando his malis terminus poneretur. Ita ideorum multis ab annis ita conquaſſatam internis ſeditionibus Rempublicam; vt ſiquidem diutius ea durare peſtis debeat, neceſſum ſit omnia ruere. Deſiderare Vrbem ornamenta pacis bellique; deſiderare conſiliorum auctoritatemq; principes Curiam: multa præſtantiſſimorum virorum capita per Damaſippum;*

[illegible] deinde plura per Sullam deciſa, quæ velut in opprobrium publicæ ſeruitutis pro Roſtris ſpectanda proponerentur. Nunc autem remittente numinis indignatione, ſublatis horum ſcelerum auctoribus, neceſſum haud eſſe, vt deterrimorum virorum inſtituta, per probos & patriæ amantes exerceantur.

CAP. XX. *Donec recens adhuc dominatio, & Dictatoris terror primum, deinde memoria valuerit, facta quædam à gementibus eſſe, quæ recordatione temporum [illegible] defendantur: ſi quid eorum præterea fieret; iam nullum colorem ſupereſſe, quin conſulto facta credantur, & multi pro vno Sullæ exſtitiſſe. Ita nullum [illegible] ullis belli finem, niſi eumdem & imperii ſperari poſſe. Igitur [illegible] conſulere Patribus, vt recipiendæ in ciuitatem abolendaque eorum noxa, qui [illegible] pidum ſequuti nuper eſſent; minuerent hoſtes patriæ darentque exemplum omnibus, nemini errorem ſuum fraudi, ſed tantum peruicaciam fore: neque [illegible] tum alios habiturum pro hoſtibus, quam qui conciliari Patriæ nolint.*

CAP. XXI. *Nullum validius ad ſtabiliendam pacem adiumentum fore: nam eadem opera Sertorio, & qui alii arma retineant, magnam virium partem deceſſuram, & [illegible] ad Rempublicam acceſſuram eſſe.*

Sertoriani belli origines. Ceterum poſtquam ad Sertoriani belli mentionem acceſſimus, quod illa tempeſtate longe grauiſſimum fuit, rem paulo ſupra repeti, ad multa, quæ ſcire lecturos refert, proderit. Poſtquam primum Scipionis deficiente exercitu, Sertorius in Hiſpaniam abiuerat, tum admiratione virtutis & induſtriæ, tum ambitioſo [illegible] imperio, prouincialium ſimul, ciuiumque Romanorum qui locis illis conſederant, ita conciliauit animos, vt paulo poſt magno exercitu coacto, C. Annio miſſu Sullæ in Hiſpaniam eunti, ſex millia armatorum duce Liuio Salinatore opponere potuerit: qui occupatis Pyrenæi anguſtiis, Sullanos aditu arcerent.

CAP. XXII. Sed obtruncatus à Calpurnio Lanario Salinator, quem fidiſſimum amicorum crediderat, C. Annium ſubito immiſit nec opinantibus:

Sertorius ab Annio pulſus. vnde Sertorius cum tribus hominum millibus Carthaginem nouam, & inde nauibus in Mauritaniæ litus perfugit. Sed multis militibus inter aquandum ſubita barbarorum irruptione amiſſis, retro vela fecit: iterumque repulſus, adſcitis piratarum Cilicum paronibus, præſidium Annii in Pityuſa inſula improuiſus oppreſſit. Sed Annio magnam claſſem, cum vna legione adducente, prœlio nauali parum proſpere vſus, quod naues illius leues parumque firmas, ortus forte ventus diſiecerat, poſt longum & acrem naufragii metum, paulo ſupra Bœtis amnis oſtia applicuit.

CAP. XXIII. Sub idem tempus nautæ recens ex inſulis Atlanticis reuerſi miracula narrabant: *duas ibi inſulas propinquas inter ſe, & decem millibus ſtadiis procul à Gadibus ſitas, ſuopte ingenio alimenta mortalibus gignere.* Itaque *fortunatæ* vocabantur: & has intellexiſſe Homerum etiam apud barbara

baros obtinebat, quum *Elyſios campos, ſedesque beatorum* deſcriberet. Earum eſſe quæ hodie *Canariæ* vocantur, ex modo nauigationis, & deſcriptione locorum, & quæ de his apud Plinium auctore Iuba Rege narrantur, propemodum conſtat. His igitur intellectis traditur tædio præſentium Sertorius, & ne aut facere aut pati tam triſtia neceſſum eſſet, fugam

Fugam agitat ad Inſulas Fortunatas.

in longinqua Oceani agitauiſſe, apud Fortunatas illas inſulas, quod reliquum eſſet æui, in quiete exacturus. Igitur aliquando quum famam il-

CAP. XXIV.

Iis ſuis perſuadere conatur.

lam apud ſuos late ſparſam cum admiratione vidiſſet excipi, eiusmodi iacere ſermones cepit. *Fabulam hanc eſſe credidiſſem, niſi non ſpernendi auctores verum ſubeſſe perſuaderent. Multi ſunt, qui ſe vidiſſe confirment: & ne dolum putem, ſinguli ſeorſim interrogati de rebus, de quibus inter ſe comparare, ſi maxime voluiſſent, nullo pacto potuerunt, eadem omnia miro conſenſu referunt. Vnum ſubit mirari, quod tantæ felicitatis loca ex cetero orbe non petuntur auidius. Annon enim ſatius foret, contentum iis quæ in pace & otio viuentibus omniparens tellus ſponte ſua miniſtraret; dimittere manes aut atroces curas, & ſibi aliisque parcentem ſine metu, ſine iniuria, munere deorum oblata accipere cibaria? At nos improuidi & immites, quo ſcilicet aliquando beatiorem*

CAP. XXV.

Vitam communem vituperans.

ducamus vitam, tumultu turbisque miſcemus omnia: annosque noſtros prodigimus, tamquam alio tempore victuri. & vt parentus ſuperuacua, neceſſariis inuicem ſpoliamur ſpoliamusque. Ita multis calamitatibus malisque cogentes coactique, & interdum ſceleſti magis, quam miſeri diſtringimur. Sed alii ſane inſaniant! quid nos facere decet commilitones? Quin arripimus vacuam tantorum bonorum poſſeſſionem: vt aliquando incipiamus viuere, ceterorum mortalium errores tempeſtatesque de tutis litoribus deſpecturi.

CAP. XXVI.

Si cuiquam noſtrum ſperare multum ex his rebus licet, quæ vulgo præcipuæ habentur; ego is eſſe debeo. Genere Romanus, ordine Senator, dignitate Prætorius, qui exercitibus magnis, prouinciisque præſui, qui res geſsi nemini huius æui ducum pœnitendas. Me tamen eo propemodum natura ducit, quam ſequi optimam vitæ magiſtram æquum eſt; vt ſpes meas omnes hoc precio commutare nihil abnuam. Non e-

Sed Cilices eum deſerunt.

rat ea mens Cilicibus, vt pacis amore, pecuniæ ſtudium abiicerent, cuius cauſſa pacem otiumque reliquiſſent. ita Sertorio relicto in Africam ſe contulerunt, vbi de Regno Mauritaniæ bellabatur. At Sertorius, ne quod ſupererat militum, inopia deficeret, alteri ſe partium adplicuit; rebusque bene geſtis, quum ab incolis locorum amaretur, quid poſtea facto opus eſſet deliberabat. Ancipitem & impeditam conſultationem lega-

CAP. XXVII

Sertorius a Luſitanis vocatur.

ti Luſitanorum abruperunt, *ad imperium gentis* eum vocantes: quæ contra Romanos terrores ducis egens, laudatum ab omnibus qui cum illo fuerant Sertorium, velut diuino munere oblatum rebatur. Erat enim ille

animo conſilioq; maximus: virtutis liberaliſſim⁹ æſtimator, in puniendo moderatus: facundus idem & comis, & tam in confirmandis ſuis, quam terrendis hoſtibus, ſingularis artifex. Igitur accepta conditione cum duobus millibus, ſexcentis, quos vocabat *Romanos*, & ſeptingentis, qui ex omni Africa ſe ad eum contulerant, leui præſidio relicto in Mauritania nactus obſcuram noctem, æſtu ſecundo, furtiuaque celeritate, vitare præ-

CAP. XXVIII. lium in transgreſſu conatus eſt. Sed occurrente cum nauibus Cotta, iuxta Mellariam in freto dimicare coactus, vi perrupit, & ad montem Balleram quem Luſitani præceperant, contendit. Horum copiis adſumptis, erant autem cetratorum millia quatuor, equites ſeptingenti. Fufidius

Fufidium vincit, & alios. cum legionibus, aduentanti ſe obiecit. Is enim Bœticam cum imperio obtinebat. cum hoc, difficultatibus locorum adiutus, ita certauit, vt ille duobus millibus Romanorum amiſſis, cedere cogeretur. Hinc igitur aliisque multis ducibus interfectis pulſisue, C. Metellus à Sulla miſſus eſt, claræ veteriſque famæ Imperator. Qui poſtquam in vlteriorem prouinciam venit, artibusque Sertorii fatigatus, neque cogere poterat ad pugnandum, neque inſequi fugientem, niſi vt omnia fugientibus incommoda ipſe pateretur; L. Domitium Proconſulem citerioris Hiſpaniæ

CAP. XXIX. cum omnibus copiis quas parauerat, arceſſiuit. Sed ille ad Anam fluuium, qui Bœticam à Luſitania ſeparat, ab Hirtuleio Quæſtore Sertorii

L. Domitii, & L. Manilii clades. cum exercitu oppreſſus eſt. Idemque fatum eodem loci Legatum Metelli Thorium deprehendit. Deinde quia tanto hoſti reſiſtere res Romana vno Imperatore non poterat, L. Manilio Galliam Narbonenſem obtinenti præcipitur, vt ſuppetias Metello in Hiſpaniam transgrediatur. Hunc quoque cum quinque legionibus, & mille quingentis equitibus aduenientem, idem Hirtuleius ſic excepit, vt L. Valerius Præconinus legatus, exercitu pulſo interficeretur, L. Manilius Proconſul impedimentis

CAP. XXX. amiſſis, in oppidum Ilerdam pæne ſolus confugeret. Vnde viribus & fama indies augeſcens Sertorius, vt conſilium & decus partibus adderet,

Sertorius ſibi Senatum conſtituit. Senatores ex proſcriptis eodem nomine locoque apud ſe habebat, adiectisque ex amicorum cohorte primoribus, vt trecentorum numerus fieret, hunc *Senatum* appellabat: ad eum ordinem de rebus omnibus referebat, hinc Quæſtores legatique, quam proxime patrium morem creabantur. Nam Sertorius ea modeſtia & animi magnitudine agebat, vt quamquam Hiſpanorum armis, pecuniisque & vrbibus ac corporibus vteretur, nulla tamen re lædi obliterariue Romani nominis dignitatem ſineret. Quum hæc agebantur, P. Seruilius cum Cilicibus proſpere ad

CAP. XXXI. ſummum, ſed non ſine magno labore ac periculo dimicabat. Mithrida-

tes

tici belli occaſione piratæ quod inter Cretam Cyrenaſque & Achaiam ſinumque Maleum eſt mare (ipſi à prædarum vbertate *aureum* vocabant) latrociniis infeſtum habere cœperant, Iſidoro duce. Deinde quia Mithridates Aſiam pro aliena negligebat, Sullam Vrbanæ res reuocabant in Italiam. impunitate plures inuitante, numero viribusque aucti, magnis iam claſſibus oberrabant. adeoque placebat ipſis hoc vitæ genus, vt hoc perpetuo exercere certi, in quamdam velut Reipublicæ formam coirent. igitur licet paſſim haberent caſtella, arces, inſulas deſertas; ſedem tamen fortunarum omnium Ciliciam, quæ vocatur aſpera, conſenſu legerunt, importuoſam, & altiſſimis rupibus horrentem. Vnde communiter ab omnibus *Cilices* vocari cœperunt: quamuis eſſet mixta variarum gentium colluuies, Syri, Cyprii, Pamphylii, & quidam ex Ponto, ac propemodum omnibus Orientis Regnis: multi enim bellorum diuturnitate patrimoniis exuti, quum facere indigna & grauia, quam pati mallent, naues pro natali ſolo ad ducendam vitam delegerant. His omnes fere Ciliciæ Pamphyliæq; vrbes patebant, dulcedine lucri forum prædæ vendendæ, nauibusque eorum ſtationem præbentes. Sidetæ quidem naues etiam iis fabricabant, & captos ab illis palam vendebant, quamuis liberos eſſe ſcirent & faterentur. Diuerſum Lyciorum inſtitutum, eoque diſpar etiam fortuna fuit: qui neque terrore neque lucro victi, omnem cum Cilicibus ſocietatem conſtanter recuſarunt: quorum deinde excidium ſalui ſoſpitesque viderunt: niſi quod è finitimis bellis, velut ex vicino incendio partem aliquam vapor adflauit. Ceterum piratas L. Murena nuper, imperato ciuitatibus Aſiæ, vt ex pecunia vectigali populi Romani naues facerent, paulisper repreſſerat. ſed quia neque receptacula illorum expugnata erant, neque prohiberi poterat, quo minus plures quotidie ad illorum inſtitutum adfluerent, poſtquam Murena deceſſit ex Aſia, plus terroris ac damni quam vmquam antea paſſim dederunt. Iam enim & Siciliam infeſtabant, vt circa eam inſulam nemini tuta nauigatio eſſet: occurrentemque ſibi Prætorem nauali prœlio vicerant. nec meliore euentu ab aliis in eos pugnatum. Igitur miſſus in eos P. Seruilius Proconſul primum in ipſo mari congreſſus, quamquam aduerſus leues & fugaces myoparonas iuſtæ magnitudinis naues oppoſuerat, non incruentam victoriam retulit. Sed nec mari ſubmouiſſe contentus, ad vrbes illorum & prædarum receptacula eruenda conuertit. Non parui laboris id bellum fuit. fere triennio pugnatum: multæque per Ciliciam Pamphyliamque & Lyciam vrbes euerſæ. Phaſelis in Lyciæ Pamphyliæque confinio ſita, iuxta quam Alexander olim per an-

Piratici belli origo.

CAP. XXXII.

Piratæ cur Cilices vocati.

CAPVT XXXIII.

[illegible]

CAPVT XXXIV.

[illegible]

CAP. XXXV

Qui Phaſelin, Olympum, Corycum euertit.

per anguſtias fluctibus coopertas transduxit exercitum; crebro commeantibus eo piratis, quod ita proiecta in altum horum acceſſibus erat opportuna, primo commerciis, deinde & ſocietate ſe coniunxerat. Sed non ante deſtitit Seruilius, quam expugnatam dirueret. Eadem ſors Olympi fuit, vrbis antiquæ & opulentæ, quæ inter ſex Lycias maximas numerari ſolet. Huius, quum vi capta eſſet, magna præda fuit: multaq; inde ſigna & ornamenta ab Imperatore belli iure ſublata ſunt. Corycum quoque vrbem inclutam nemore in quo crocum gignitur, eorumdem armorum tempeſtas euertit.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER SEXTVS ET QVINQVAGESIMVS.

In locum lib. XCI. Liuiani.

L. Annæi Flori Epit. Lib. XCI. Liuiani.

CN. Pompeius quum adhuc equeſter eſſet, cum imperio Conſulari aduerſus Sertorium miſſus eſt. Sertorius aliquot vrbes expugnauit, plurimaſque ciuitates in poteſtatem ſuam redegit. Appius Claudius Proconſul Thracas pluribus prœliis vicit. Q. Metellus Proconſul L. Herculeium Quæſtorem Sertorii, omni cum exercitu cecidit.

Cn. Pompeius contra Sertorium mittitur.

TRansgreſſus in Hiſpaniam Perperna, quemadmodum ſuperiore libro oſtendimus, curam Senatus duplicauerat, nihil æque metuentis, quam ne auctus nouo exercitu Sertorius in Italiam reuerteretur. Metellus enim, ſenex iam ætate, & ſtatariis pugnis adſuefactus velociſſimæ virtutis hoſti parum reſiſtebat. Idcirco Cn. Pompeius, qui nuper [illegible] Gallia Ciſalpina, quamquam iubente Catulo copias non dimiſer-

cupidus Hispaniensis belli, vt ad opem ferendam Metello mitteretur, ad Vrbem hærebat, semper aliqua reperta caussa, cur exercitum sub signis retineret. Neque aliud in promtu præsidium erat, neque ducum quisquam, qui Sertoriano vigori rectius opponeretur. Ergo ex sententia L. Philippi, decreta illi prouincia est, vt pari cum Q. Metello imperio esset. quo tempore aiunt, mirantibus quærentibusque, *anne igitur Equitem Romanum proconsule mittendum censeret?* respondisse Philippum: *non se illum sua sententia proconsule, sed proconsulibus mittere.* Tanta erat de virtute Pompeii opinio, vt quum duo Consules clarissimi fortissimique essent, duorum Consulum munus vnius adolescentis virtuti committeretur. Igitur Pompeius accepto imperio diebus quadraginta suppleto exercitu, paratisque necessariis ad Alpes mouit, quarum aditus Sertoriana præsidia obtinebant. Igitur Pompeius aliud, quam Hannibal patefecerat, sibi opportunius iter iuxta Rhodani Padique fontes aperuit: hostibusque in Hispaniam submotis, Galliam, adiuuante non segniter qui prouinciæ præerat M. Fonteio, recepit. deinde perrexit ad Pyrenæum, vt ad auxilium Metello ferendum quam maturrime occurreret. Nam is indies molestioribus rebus vtebatur: quum super alia mala, fatiscens laboribus miles segnior, & aduersus Imperatorem contumacior fieret: eousque, vt Sertorio Metellum ad singulare certamen prouocante, impudens clamor oriretur, *ire* iubentium, *ducemque cum duce, Romanum cum Romano congredi,* non sine conuiciis, vbi Metellum Imperatorii loci memorem, neque hostis insultatione, neque suorum stultitia moueri viderunt. Igitur Metellus, vt aliquo negotio militem occuparet, celeriter ad Laccobrigas mouit, vrbem hosti opportunissimam, non magno negotio in potestatem redacturus; quod vnus tantum intra mœnia puteus erat, & suburbanis aquis obsessi prohibebantur. Sed hic quoque neque solita cautio Sertorio, neque celeritas efficiendi cogitata defuit. Ex omni Hispanorum Maurorumque numero robustissimum quemq; eumdemq; pernicissimum, pronunciato in singulos vtres præmio excitans, magnam aquarum copiam inferendam in oppidum curat. per eosdem inutilis turba educitur, ita in multos dies aduersum sitim prouidetur. Enimuero Metellus, cui omnis spes in eo erat posita, vt imparatos opprimeret, *tantum quinque dierum cibaria portare* militem iusserat. Idcirco deficiente commeatu Aquinum cum sex millibus militum frumentatum misit. At Sertorius occultatis tribus hominum millibus, cum ceteris quos secum habebat, Aquinum ad pugnam cogit. ea dum conseritur, signo dato procurrunt insidiæ: sic Aquinus dimidia copiarum parte, & equo armisque amissis, vix à Metello receptus; &

[Margin: CAP. II.]

[Margin: *Sertorius Metellum ad singulare certamẽ prouocat.*]

[Margin: CAP. III. *Laccobrigas obsidentem frustratur.*]

[Margin: CAP. IV. *Et cum damno submouet.*]

Digitized by Google

[illegible] cum magna Romanorum ignominia ſoluta eſt. [illegible] ab Hiſpanis Sertorius in cœlum tolli: *hoc Imperatore* [illegible] *victoriam quinque ſpondere*. neque ille omittebat omni [illegible] uorum amicorum, retinere veterum beneuolentiam, [illegible] do ſingulos, donando ob virtutem, armis auro atque argento [illegible] gulisque pictis, & Romana diſciplina exercitum ad ſpeciem [illegible] ſtruendo.

CAP. V.

Sed & nobiliſſimos ex amicis populis pueros [illegible] ſtituto Græcis Latinisque literis curabat erudiendos, [illegible] promittens, *vbi adoleuiſſent*: & hi quidem Sertorio vſum [illegible] bebant, ſed quia nominis inuidia aberat, ſecuri vacuique [illegible] rentes, vltro liberali & honeſta ſuorum educatione [illegible] vetus Germanorum Gallorumque per Celtiberos in Hiſpaniam [illegible] ductus fuerat, vt principibus virtute præſtantes viri comites [illegible] rent, indiſcreta familiaritate lætorum aduerſorumque, atque [illegible] tis ſocii. nam ne quis amiſſo duce viuus ex acie reuerteretur, [illegible] terribili adſtringebant fidem.

Hiſpana vſitata deuotio comitum.

CAP. VI.

Horum deuotorum multa millia apud Sertorium.

Horum maior quam cuiquam [illegible] torio numerus apparebat. multa enim eum in has leges [illegible] bantur: feruntque *aliquando fuga ad vrbem quamdam facta,* [illegible] *bam morantibus, deuotos illos abiecta ſua ſalutis cura, Sertorium* [illegible] *ad medium quaſi murum extuliſſe, vt deinde ſuperadſtantium* [illegible] *mum attraheretur*. Nec diſſimili fama, atque charitate apud [illegible] lites celebrabatur. Nam Perpernæ milites, quod ille [illegible] bus potior, cedere Sertorio recuſabat, indignabantur; [illegible] quam donec per Pyrenæum ſaltum Pompeius aduentare [illegible] *ad Sertorium duceret*, poſtularunt; *ni duxiſſet, ſua ſponte* [illegible]

CAP. VII.

Perperna ad Sertorium uenit.

[illegible] Perperna, quod ſummum tenere locum nequibat, [illegible] non abiiciendum ratus, cum ingenti pecunia, tribusque [illegible] cohortibus ad Sertorium venit. Hac tanta acceſſione [illegible] Hiſpani, quorum vndiq; magna vis ad caſtra Sertorii [illegible] tioribus quotidie vocibus *pugnam* flagitabant. At Sertorius [illegible] cautus quam acer Imperator, neutiquam conducere [illegible] bat, vt præter rationem belli ſeque & exercitum non [illegible] obiiceret. Poſtremo, quia nulla iam ratione cohiberi [illegible] poterat, turmæ equitum vt laceſſeret hoſtem permiſit. deinde [illegible] ſubmiſit alias, atque ita citra magnæ noxæ experimentum [illegible] exitus flagitatam pugnam manſiſſet.

CAP. VIII.

Sertorii inuentum ad frangendam ſuorum temeritatem.

Igitur vt quoque in [illegible] ſequentioribus uteretur, iuſſis *in concionem adſiſtere* [illegible] *produci imperauit, prævalidum alterum, alterum mire* [illegible] paruum hominem & cótemptibilem adſpectu, exili [illegible]

[illegible] ad

que admonuit, præcepto *vt robuſtior ille gracilis equi caudam vniuerſam abrumperet, valentis ſingulos pilos infirmus velleret.* Atque illo inter plurimum omnium riſum magna vi nequidquam adhibita defatigato, quum gracilis quod imperatum erat confeciſſet, verſus ad ſuos Sertorius, *Iam*, inquit, *quod mihi ſæpe monenti noluiſtis, oculis opinor veſtris credetis, milites. quanto plus perſeuerantia quam impetus valeat, ſub claro exemplo didiciſtis. Romani exercitus hac imagine vobis oſtenſa natura eſt; quem vniuerſum qui adgreditur, nihil aget: per partes carpenti minime erit inſuperabilis.* Per hæc conuerſis animis ſuorum, & ad accipienda quælibet apertis; *rem ſe facere, non niſi rariſſimam & magna de cauſſa probabilem*, ait, *qui gerendi belli rationem exercitui reddat Imperator. Sed facere ſemel, vt oſtenſo cognitoque à quali duce, & qualibus conſiliis regantur; poſt hæc etiam celanti animum ſuum læti atque ſecuri obediant. Neque enim ſibi deeſſe ferociam, ſiquidem robore & impetu poſſe obtineri victoriam putaret: idque tot prœliis compertum, quibus miles, tribunus, legatus, Imperator ſuæ alienæque vitæ iuxta peperciſſet. Ceterum ita ſe videre comparata eſſe præſentia, vt nulla ſit, niſi qua inſtituerit ducere, ad ſalutem via. Laudare ſe quidem animos cuilibet diſcrimini promptos, & timori impenetrabiles, Sed eo ipſo dignos arbitrari, qui nullum aut modicum ad vſum temere non prodigantur. Sed neque ignauiæ cuiquam auctorem eſſe, quin vltro inducere expeditiones, pugnas, itinerum operumque multiplicatum laborem. His enim rebus ſe confidere, quibus adhuc contra tot duces & magnos exercitus, cum modicis copiis inuictus ſteriſſet. Olim ſe ſcire, pleroſque omnes præ nimio ardore ad ſummæ rei dimicationem animis votiſque properare: ſed ſuis artibus effectum, vt & bellum ſuſtineretur egregie, & Perpernæ daretur ſpatium tantas adducendi copias, quæ profecto, ſi ante tempus in vnius certaminis aleam deſcenſum foret, non fuiſſent habituræ, quocum ſe coniungerent. Nunc vero aucti tanto exercitu, neque ipſi nos tradeмus inertiæ, neque hoſti quidquam temporis tutum aut quietum eſſe patiemur. Sed nec temere à priori ratione belli gerendi recedemus. Romanam aciem, ſi viribus ac locis æquis congrediare, ſine ſummo tuo periculo damnoque haud ſuſtinueris: at ego vobis ita conſtrictam locis, turbatam improuiſo metu, vigiliis laboribuſque enectam dabo, vt citra noxam meorum militum concidatur. Omnia quæ ad hunc obtinendum finem faciunt, pro nobis ſunt. Locorum ingenium, quibus à pueritia adſueuiſtis, & perinde ſcientia: velocitas ingenita Hiſpanis, famis, ſitis, æſtus, laboris patientia. quibus rebus ita fatigauimus ſtatarias hoſtium copias, vt quandoque ſe victas ante ſentiant, quam à quibus oppugnentur cognouerint. Scio nobiſcum eſſe, qui Viriathini belli meminerint: iis conſilium meum haud difficulter approbabo. iuniores ſatis habeant, animos promptos, arma expedita habere, vt feliciter exper-*

CAP. IX.

E[illegible]dem Oratio co[illegible] pertinens.

CAP. X.

Vtilitatem artium ſuarum oſtendit.

CAP. XI.

Rationem earũ docet.

CAP. XII.

[illegible], ad gloriam & opus recto itinere praeuntem ſequantur. [illegible] barbaris, quum illorum viribus, ingenio ſuo [illegible] [illegible] proſpere geſſit, aliquot vrbes expugnauit, plurimaque [illegible] poteſtatem ſuam redegit. Vnde non minori admirationi, quam [illegible] ri hoſtibus erat.

CAP. [illegible] [illegible]

Sed præcipuam ei calliditatis famam peper[illegible] citana expeditio, qua gentem feram, non vrbes aut vicos, [illegible] & arduum collem plurimis ſpeluncis in Aquilonem verſus ſuper [illegible] incolentem ſubegit. Ibi dum circa inacceſſum collem [illegible] uerſus tutos loco barbaros inanes minas iacit, & pudore [illegible] ta voluit animo, Cæciam animaduertit in aduerſas ſpelun[illegible] doctusque ab accolis, id eo tempore anni ſolitum illis regionibus [illegible] milites *excidere glebas ex circumiecto agro, & contra ſpelunc[illegible]* *aggerem* iubet. multum irridentibus montanis inſanæ moli[illegible] tatem, quod putabant, ad oppugnandum altiſſimum collem [illegible] tum pertinere. Inter hæc Sertorius ſub noctem ſuos reduxit [illegible]

CAP. XIV. *Puluere in ſpeluncas eorum immiſſo.*

Poſtridie quum flare ventus cepiſſet, & ex congeſta humo [illegible] altum efferre, militibus immiſſis, *ſubruere ex imo cumulum [illegible]* *terramque leuem admodum & friabilem comminuere.* atque illa [illegible] minum, equorumque vltro citroque ſuper eam diſcurrentium [illegible] trita, quum à vento rapta in aërem tolleretur; ſtatim denſa [illegible] bula ſpeluncarum oſtia feneſtrasque obturauit. neque iam [illegible] ſupererat; aut reciprocandæ animæ purus ſuppetebat aer. [illegible] am in partem apertæ illorum habitationes, aut vlla ducendi ſpiritus [illegible] pia dabatur. Biduo tamen ſuſtinuerunt hoc malum [illegible] quia perſeuerante vento ſuffocabantur, ſunt dediti.

CAP. XV. *Pompeius in Hiſpaniam venit.*

Dum hæc [illegible] tur, in Hiſpaniam Pompeius venit: arrectique omnium [illegible] ſolet ad noui Imperatoris famam: multique populi qui [illegible] ter adhærebant Sertorio, iamiam mutaturi ſocios videbantur. [illegible] ſperatus ad Lauronem caſus & dubios in officio retinuit, & [illegible] mauit. Sertorius eam vrbem obſidebat, quum vniuerſum [illegible] ſuum, apud Pallantiam conuenire iuſſum, ſuccurſurus obſeſſis [illegible] adduxit. Tumulus haud procul vrbe viſebatur, quem qui [illegible] paſſet, magna erat ex loco commoda habiturus. Vtroque [illegible] rante Sertorius quum præueniſſet; excluſus ea ſpe Pompeius haud [illegible] nus læto animo agebat, quod inter ſuum exercitum & Lauronem [illegible]

CAP. XVI. *Sertorii artibus ſuperatur.*

cluſas Sertorii copias tenere rebatur. Igitur miſſis ad Lauron[illegible] ciis, *bono animo eſſe iubet, atque confidentes in mœnibus [illegible]* *[illegible]culo frui.* Sertorius iactantia Pompeii comperta, ridens ait, *[illegible]*

Digitized by Google

Sullæ (ſic appellabat eum ludibrii cauſſa) *docturum, debere plus reſpicere Imperatorem, quam proſpicere.* Simul oſtendit obſeſſis ſex millia peditum prioribus in caſtris relicta: vt Pompeium ſi in ſe mouiſſet ſigna, à tergo aggrederentur. Ita Pompeii gaudium irritum cito in grauem verecundiam vertit. Nam ſerius errore cognito, quum neque inuadere Sertorium, ne circumueniretur, auderet, neque præ pudore Lauronem ſuſtineret relinquere; pereuntium ſociorum ſpectator otioſus ſedebat. Dum ita vicina caſtris caſtra duo Imperatores habent: Sertorius talem dolum machinatur. Duæ tantummodo regiones erant, ex quibus peti pabulum poſſet, vna in propinquo, altera longius ſita. Sertorius vlteriorem ab armatis adiri vetuit: citimam ſubinde per leuem armaturam iuſſit infeſtari. Sic ad extremum fides aduerſis partibus facta, tutiorem eſſe, quæ erat remotior: magnuſque eo Pompeianorum numerus pabulatum profectus eſt. His à Sertorio triplices inſidiæ per idoneos ſaltus ponuntur, miſſis Octauio Græcino cum decem cohortibus, in morem Romanorum armatis, & totidem leuis armaturæ Hiſpanis, Tarquitioq; Priſco cum duobus millibus equitum. Illi ſtrenue imperata faciunt. exploratacq; locorum natura, in vicina ſylua prædictas copias noctu abſcondunt, ita vt in prima parte leues Hiſpanos, gentem ad furta belli perid. neam ponerent; paulo interius ſcutatos: in remotiſſimo equites, ne fremitu equorum deſtinata proderentur. quieuere omnes ſilentio ſeruato in horam tertiam diei. quum deinde Pompeiani ſecuri grauatique pabulo de reditu cogitarent, & hi quoque, qui in ſtatione fuerant, quiete inuitati ad pabulum colligendum dilaberentur: emiſſi primum Hiſpani, velocitate gentili in palantes effunduntur, & conuulnerant confunduntque nihil tale exſpectantes. prius deinde quam reſiſti his inciperet, ſcutati erumpunt è ſaltu, & redeuntes in ordinem conſternant, vertuntque. fugientibus equites immiſſi, toto eo ſpatio, quo redibatur in caſtra, perſequuti cedunt. curatum quoque, ne quis effugeret. nam præmiſſi per compendia itinerum ducenti quinquaginta equites, quos in hunc vſum opperiri duces iuſſerant, antequam ad caſtra Pompeii perueniretur conuerſi, occurrerunt eis qui primi fugerant. Ad cuius rei ſenſum Pompeio immittente legionem cum Lælio in præſidium ſuorum; ſubducti in dextrum latus ſpecie cedentium equites, mox circumitu legionem abs tergo infeſtarunt: quum iam etiam à fronte Sertoriani qui pabulatores perſequuti erant, incurſarent. Sic legio quoq; inter duas acies hoſtium cum legato eliſa eſt. ad cuius auxilium Pompeio vniuerſas educente copias, Sertorius quoque è collibus inſtructum oſtendit exercitum, effecitque, ne Pompeius progrederetur. Ita præter duplex damnum, eadem ſolertia illa-

CAP. XVII. *Sertorii vaframentum.*

CAP. XVIII.

Pompeiani pabulatores excipiuntur.

CAP. XIX. *Itemque legio ſubſidio im miſſa.*

in illatum, ſpectatorem quoque eum cladis ſuorum conſtituit. Hoc primum prœlium inter Sertorium & Pompeium fuit. decem millia hominum de Pompeii exercitu, cum iumentis & calonibus amiſſa ſunt. Pompeius vix reliquias incolumes reduxit.

CAP. XX. Hic euentus etiam Lauronenſium fregit animos, neque diu cunctati, conceſſerunt in Sertorii fidem.

Sertorius Lauronem delet. Is prædam militi conceſſit, edicto *liberis corporibus vti parceretur.* direptam deinde vrbem incendit non crudelitate, à qua vix vllus vnquam ducum lenior fuit, ſed vt ex tanta exiſtimatione Pompeio contemptus apud barbaros oriretur: quo inſpectante, & tantum non flammis incendii calefacto, vrbs ſocia & amica deflagraſſet. Lauronenſes qui obſidionem ſuperfuerant, in Luſitaniam Sertorius deduxit. In ea direptione miles quidam muliere Lauronenſi præter naturam abuſus, oculis mulctatus eſt, quos directis in eos digitis mulier effoderat. Re ad Imperatorem delata, quum facta & cauſſam didiciſſet, infenſus tanto militiæ dedecori integram cohortem, hoc genus flagitiis famoſam, licet Romana eſſet, decimauit.

CAP. XXI. Pompeius tamen impetum Sertorii victoris, quamquam nouis militibus, & multo paucioribus, ſuſtinuit, nam aduerſus ſexaginta millia peditum, nouem equitum, non vltra triginta peditum millia, & mille equites adduxerat. Hæc ea æſtate in Hiſpania geſta, quum deinde tempus anni aduerſum expeditionibus eſſe cepiſſet, diuerſi Imperatores in hiberna diſceſſerunt. Cn. Pompeius & Q. Metellus circa Pyrenæum inter ſæuiſſimos hoſtes, in caſtris hiemarunt: Sertorius cum Perperna in Luſitaniam profectus eſt.

Bella cum Thracibus in Macedonia. Per hæc tempora continuum fere cum Thracibus bellum erat, perpetuo incurſantibus Macedoniam. Et quamquam acriter à Dolabella repreſſi, iuſtiſſimusq; de iis ductus triumphus erat; cum Ap. Claudio ſucceſſore Dolabellæ multis, ſed leuibus prœliis concurrerunt.

CAP. XXII. *Appius in prouincia moritur.* Quibus victis Appius, per Rhodopæas gentes, magno cum labore in Sarmatas vſque peruenit. Sed inter aſperrimas gentes, vbi cum Mædis varie dimicauit, curis & ægritudine fatigatus in morbum incidit, ex quo eſt in prouincia mortuus.

A. V. C. DCLXXVII *Reatinorum improuiſa clades.* Iam Romæ Cn. Octauius M. F. Cn. N. C. Scribonius Curio Conſulatum occeperant. Tum Reatinorum improuiſa clades in prodigium verſa. quippe terræ motu ædes ſacræ in oppido agriſque commota; ſaxa quibus forum ſtratum erat, diſcuſſa; pontes interrupti; ripæ labentis fluminis in aquam prouolutæ; fremitus inferni exauditi fuerant. paucis abinde diebus, quæ concuſſa erant, corruerunt. ſaxum viuum quum prouolueretur, non ſine ſtupore viſentium in præcipiti rupe immobile ſtetit. Aliud deinde nunciatum prodigium eſt, quod *ſcintillam è ſtella cadere, & augeri terræ appropinquantem, ac poſtquam Lunæ magnitudine facta eſſet, illuxiſſe ceu nubilo die, dum pau-*

in cælum se reciperet, Lampadem factam L. Iunius Silanus Proconsul cum comitatu suo viderat. Hoc forte numquam antea visum annotatumue mouit Patres, vt *de Sibullinis carminibus colligendis referri* iuberent, quoniam quod eorum adseruatum in Capitolio fuerat, incendio ædis illius consumptum erat. In eam legationem P. Gabinius, M. Otacilius, L. Valerius lecti. His negotium dátum, *vt Erythras præcipue adirent*, quæ patria Sibullæ dicebatur, *ad describenda quæ ibi pro Sibullinis celebrarentur.* Per hos aliosque (nam & Samo quædam allata sunt, & Ilio, per Africam etiam & Siciliam, & Italicas colonias, etiam à priuatis conquisita) magnus librorum numerus in Vrbem comportatus est. & quia multa vana inerant, sacerdotibus mandatũ, *vt quantum humana ope posset, vera a falsis discernerent.* Nec in tam cæco negotio, certius aliud quam per acrostichidũ, vt vocant, indicia repertũ discrimé, Terentius Varro doctissimis, sed iisdem ineptissimis Rerum Diuinarum libris prodidit. Eodem anno, postquam primum ver apparuit, resumptum acriter in Hispania bellum est, multaque & cruenta prœlia facta. Tandem apud Italicam Bæticæ vrbem Q. Metellus, & Sertorii Quæstor L. Hirtuleius, totis viribus congressi sunt. Metellus aduersus hostium celeritatem ac ferociam, haud paulo minus viribus quam consilio tribuebat: tam diligens celandi quæ cogitaret, vt interroganti, *quid postera die facturus esset*, responderit; *tunicam meam, si eloqui posset, comburerem.* Igitur insignem, quam tunc adeptus est victoriam, non tam militum lacertis, quam ingenio suo debuit. Oriente protinus die Hirtuleius instructam aciem vallo eius admouerat: neque mora esset, si suos audiret, quin statim contra exiretur. Sed prudens Imperator, intra castra retento exercitu, geminam vtilitatem percepit: spatium nactus quo consideraret hostium aciem, eamdemque (feruidissimum enim anni tempus erat) caloribus conficiendam relinqueret. Idcirco quum quod roboris in hostili exercitu erat, in media acie stare comperisset: sic instruxit edocuitque suos, vt cornua longius protenta prius cum oppositis congrederentur, quam mediæ acies confligerent. His ita ordinatis, sub sextam diei horam exercitum eduxit. Recens Metello miles, curatis corporibus, viribus integris pugnam capessebat: Sertoriani stando fessi, magis etiam æstu fatigabantur: & quia Metellus mediam aciem reduxerat, fortissimæ quæque cohortes si starent, otiosæ manebant; sin procurrerent in hostem, hic quoque nouus labor prioribus molestiis accedebat. Inter hanc dubitationem pulsis vtrimque cornibus ita circumueniuntur, vt neque repugnando seruari, neque erumpere ad fugam possent. Ibi vehementissime dimicatum est, ita promptis auidisque ducibus, vt Metello in sagum, Hirtuleio in bra-

CAP. XXIII. *Sibullina carmina [illegible]*

CAP. XXIV.

Metelli [illegible]

CAP. XXV. *[illegible] Hirtuleio.*

CAP. XXVI.

Digitized by Google

in [illegible]hium tela venirent. neque tam virtute, quam [illegible] rebus inferiores Sertoriani exſtiterunt. Ita viginti [illegible] militum amiſſis, pauci in Luſitaniam cum duce refugerunt. Neque tamen ille cladi ſuorum diu ſuperſtes fuit, dum reparatis viribus fortunam denuo tentat, cum fratre ad Segouiam interfectus. Quo tempore *barbarum, qui forte euaſerat, nuncium cladis Sertorius, cum ma[illegible] pugnam aduerſus hoſtem ciens, è veſtigio pugione traieciſſe* dicitur; [illegible] *inter milites vulgata rei fama, animos eorum alieniſſimo tempore [illegible]*

Et clara victoria Metelli.

CAP. XXVII

Sertorius magnus dux in reparandis cladibus.

Magnum enim omnino incommodum acceperat, inſigni duce, multiſque fortiſſimorum virorum millibus deperditis. Sed nemo tamen [illegible] ad alios belli caſus, tum in reparandis cladibus, Sertorio dux melior [illegible] quum inuictus ipſe, legatorum culpa fortunaue vulneratam cauſſam mirabili ſemper celeritate conſilioque reſtitueret. Vnde ingens [illegible] nomen, quotidieque maius, ne quidem Europæ finibus [illegible], quin Aſiam quoque & Pontum implerent eius laudibus, qui ex Occidente aduentabant. Quod non vltimum incitamentum Mithridati fuit, cur tertii belli, ſibique ad poſtremum exitioſi aleam ſubiret [illegible] Regis animum aliis etiam ſtimulantibus cauſſis. Quippe poſt [illegible]ſam à Sulla legationem, Cappadociam Ariobarzani, vti iuſſus erat, [illegible]tuerat: quum alios oratores ſcribendi fœderis cauſſa Romam ablegaſſet, iterum ſpe ſua fruſtratus eſt, quia mortuo iam Sulla, magiſtratus ciuilibus turbis impediti de eo negotio non retulerunt.

CAP. XXIIX

Tigranes Cappadociam vaſtat, ad implendam Tigranocertam.

Igitur Mithridates vltionis cupidus, & ſibi adhuc diffiſus, Tigranem ſubornat; facilius coniicientibus rem Romanis, quam ad prohibendum paratis. Ille Cappadociam velut indagine cinctam euacuauit, abactis hominum ferme trecentis millibus, & vrbibus Græcanicis duodecim euerſis. Hos in Meſopotamiam, agris iuxta Tigranocertam ad incolendum attributis, tranſtulit; maioremque partem vrbis ex eo genere frequentauit. Curæ enim habebat Rex longe ſuperbiſſimus, vt vrbs vbi ſibi diadema Armeniæ impoſuerat, quamque de ſuo nomine voluerat appellari, magnificentiſſimo murorum ambitu, maximaque hominum & ædificiorum multitudine ornaretur.

CAP. XXIX.

Roma certatur de iure Tribunorum reſtituendo.

Hæc diſſimulare Romanos non externa tantum bella, ſed etiam Vrbani motus coëgerunt. De Tribunatu, [illegible] omnem fere poteſtatem Sulla exſtinxerat, certabatur. Nam illo [illegible] plerorumque erecti animi fuerant, reſtitutum iri ius populi ſperantium, niſi C. Catulus acta Sullæ conſtanter defendiſſet. Proximis deinde Conſulibus agente L. Sicinio Tribuno plebis tumultuatum: [illegible] tum quum D. Bruto & Æmilio Mamerco impar fuiſſet, [illegible] io, Curione, malo ſuo fato, commiſſus eſt. Vehementer eum [illegible]

bat Ce

bat Curio, vt erat ei ſermo ſplendidus & copioſus, quod *Reipublicæ vix è tantis cladibus reſpiranti, denuo ciuilium bellorum metum inteſtinæ ſeditionis fax & auctor admoueret. Quaſi enim parum moleſti Perperna ac Sertorius forent; quaſi neſciretur quæ Mithridatis, quæ Tigranis eſſent conſilia; quaſi Macedoniam & Achaiam à Thracibus lacerari, nihil ad Rempublicam pertineret: ita nouos ſubinde in ipſa Vrbe exoriri Cinnas atque Marios, qui ſæuius quam vlli hoſtes ciuitatem vexent premantque. Scilicet hunc Sicinium apud leuem & ſeditioſam turbam ipſo nomine fauorabilem, haud minus turbarum daturum credi; quam antiquis temporibus educta in Sacrum Montem plebe, neſcio quis Sicinius dederit. Niſi tamen hic tanto eſt deterior, quod non contentus iure Tribunitio quatenus tolerabile ciuitati, & populo ſalutare eſt, quale maiores veſtri vnice deſiderarunt; licentiam ſibi miſcendi omnia, & Rempublicam arbitratu ſuo agendi ferendi poſtulat. Annon ſatis modo pœnarum dedimus, quod hominibus turbulentis, ambitioſis, audacibus, ſtultis adoleſcentibus, populum quo vellent agitandi conceſſa poteſtas eſt? Vnde enim Gracchanæ Apuleianæque ſeditiones? vnde mox Marianus Cinnanusque furor: niſi ex Tribunitiis rogationibus? Hoc igitur audes dicere, Sicini, talem mihi poteſtatem depoſco, qualem Sempronii Saturninique habuerunt: ego Rempublicam conſtituam ſcilicet; ego leges, quibus obediatis, feram. Infelix ſcurra, tu iſto tuo impudenti ore flagitium tale proferre auſis. Tua iſta inſignis & prodigioſa ſtultitia, tua improbitas, tuæ illæ ſordes in hac ſe Republica iactabunt! At nos merito noſtro miſeros, ſi nunc Sicinium feremus Regem, qui nuper Æmilium non tulimus. Scilicet apparebat, quam efficax ad ſubruendam Rempublicam cuniculus effoderetur, ſi, quod ille ſub honeſta ſpecie petebat, leges Sullæ, quibus tamquam firmiſſimo vinculo concordia ſtatusque ciuitatis huius continetur, abrogarentur.* Hæc atque talia dictitantem non tam oratione Sicinius, quam clamoribus & improba dicacitate refellebat. Erat enim homo perquam ridiculus; & ſcurriliter facetus, , omnes ciuitatis principes ac magiſtratus exagitare conſueuerat. memoraturque à ſolo M. Craſſo petulantiam abſtinuiſſe; interrogantibus, *cur ſoli omnium huic parceret?* reſpondere ſolitus, *fœnum in cornu habere.* Sed à Curione minime temperabat, quin & de Republica cum eo contenderet acriter, & inconcinnum Conſulis in dicendo motum dictis procacibus irrideret: & corpore ac lingua peritum, & inquietum, nomine hiſtrionis vix ſani *Burbuleium* appellaret. Igitur quum in magiſtratu eſſet occiſus, penes Curionem inuidia necati fuit: Tribunatusque deſiderium pauliſper repreſſum eo facinore apud plebem Romanam, non multo poſt vehementiore niſu erupit.

CAP. XXX. *Curionis oratio in L. Licinium Tribunum.*

CAP. XXXI. *Omnes ſeditiones a Tribunis concitatas aſſenerat.*

CAP. XXXII.

Sicinii dicacitas & mors.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER SEPTIMVS ET QVINQVAGESIMVS.

In locum lib. XCII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epitom. Lib. XCII. Liuiani.

C. Pompeius dubio euentu cum Sertorio pugnauit, ita vt ſinguli [illegible] *parte cornua vicerint. Q. Metellus Sertorium, & Perpernam* [illegible] *exercitibus prælio fudit: cuius victoriæ partem cupiens ferre Pompeius* [illegible] *rum proſpere pugnauit. obſeſſus deinde Calaguris Sertorius,* [illegible] *non leuiora damna obſidentibus intulit. Præterea à Curione Proconſule* [illegible] *cia res geſtas aduerſus Dardanos & Q. Sertorii multa crudelia in ſuos* [illegible] *tinet. qui plurimos ex amicis & ſecum proſcriptis crimine proditionis* [illegible] *tos, interemit.*

Sertorius & Pompeius ambiguo Marte dimicant.

EAdem æſtate, qua victus & occiſus à Metello L. [illegible] erat, Sertorius & Pompeius, collatis apud [illegible] dum ſignis ambiguo Marte dimicarunt. [illegible] rat properatum, vt aduentum Metelli [illegible] Sertorius auxiliatorem hoſtis præuenire [illegible] conſortem gloriæ. Animoſus enim rebus proſpere [illegible] dam nobilem Celtiberiæ vrbem ceperat, & ſecundo [illegible] prœlio ducem hoſtium C. Herennium cum decem [illegible] millibus, & vrbe Valentia deleuerat; ſolus cum Serto[illegible] piebat. ne ſæua quidem tempeſtate territus, quum [illegible] crebra cum ingenti fragore fulmina micarent. Dila[illegible] ram pugna eſt, Sertorius aſtu, qui hoſtibus locorum [illegible] ad fugiendum, neque ad perſequendum, qualiſcumque [illegible]

CAP. II.

ſet, vtilem fore præuidebat. Forte ſic euenerat, vt Se[illegible] franium in acie conſiſteret, Pompeiusque cum Perpe[illegible] pelleret illum, cæderetque. Quare Sertorius prope[illegible] ducibus dextro cornu, ſuccurrit laborantibus, & alios [illegible]

Pompeii duplex periculum.

tes fugam, alios iam palantes colligit, Pompeiique [illegible] vrgentis impetum ſiſtit. Ibi vir vaſta corporis mag[illegible] peium equitem pedes ſe intulit: conſertisque enſibus [illegible]

Digitized by Google

alter petiit, ſed æquior Pompeio ſors fuit: & accepto vulnere, manum hoſtis amputauit. At multis in eum ſe incitantibus, quum etiam haſta in femore grauiter læſus, à ſuis fugientibus deſereretur; præter ſpem euaſit. Equus auro phalerisque eximiis adornatus, dum captus ab Afris, diuitis prædæ obiectu altercantes inter ſe barbaros à perſequendo retinet, effugium domino dedit. Dum hoc cornu, in quo Pompeius curauerat, vincitur vicissim hi à quibus Sertorius diſceſſerat, ab Afranio vertitur in fugã, adeo perculſis hoſtibus, vt ne caſtra quidem defenderent, quo minus ab Afranianis eodem impetu victoriæ perrumpentibus diriperentur: fruſtra vetante legato, quia Pompeii fortuna qualis fuiſſet ignorabatur; quia tenebræ iam oborientes obtentui delinquentibus erant. Sed acerbam eis prædam Sertorius effecit, qui reuerſus à perſequendo ſtatim adortus eſt Afranii turbatas incompoſitasque cohortes, & magna cum cæde ex caſtris ſuis eiecit. Quum ita diſceſſum eſſet, vt fuſis vtrimque ſingulis cornibus, damno quoque non valde inæquali (decem millia Pompeius; haud multo pauciores Sertorius deſiderauerant) de victoria neutri concederent; poſtridie ſimul illuxit, iterum educti ſunt exercitus, prœliumque ſperabatur. Sed propinquante Metello, Sertorius dixiſſe fertur; *niſi anus iſta ſuperueniſſet, ego hunc puerum verberibus caſtigatum Romam dimiſiſſem.* Idcirco cum duobus congredi nolens, dimiſit ſuos, admonitos, quem in locum conuenire vellet. Eos enim ita dudum adſuefecerat, vt ad ducis imperium diffluerent aut colligerentur: & ipſe nunc ſolus, per loca quæ vagando venandoque de induſtria pererrare conſueuerat, palaretur; nunc centum quinquaginta millibus armatorum ſtipatus incederet. At Pompeius Metello venienti honoris cauſſa obuiam pergens, vbi in conſpectu fuit, *ſubmitti faſces à lictoribus ſuis* vt dignitate ſuperiori iuſſit. Metellus neque id paſſus eſt fieri, neque vlla in re quidquam vſurpauit præcipui, niſi quod, quoties vna tendebant, vniuerſo exercitui ſignum ab vno Metello dabatur. Conſilio tamen ſenis plerumque Pompeius adquieſcebat, digno inter cetera quod narretur documento. Iunctis vterque copiis ſæpe diuque Sertorium prouocauerant, contra duos pugnare recuſantem: donec animaduerſo milites Sertorianos incredibili ardore inſtinctos, humeris exſertis, lanceisque vibratis, pugnam depoſcere, Metellus recepit exercitum, & Pompeio idem faciundi auctor fuit. Sed inter ſuperioris pugnæ trepidationem amiſſa cerua candida macerabat Sertorium, ita vt compluribus diebus, non ſine irriſu hoſtium, à rebus gerendis abſtineret. Nam ad inclinandos quo vellet barbarorum animos, illo animali, quaſi machina quadam vtebatur. Erat enim inſigni forma, colore candido, & ſic adſueta Sertorio, vt audiret vocantem, euntemque ſeque-

CAP. III. *Varia fortuna prælii.*

CAP. IV. *Sertorii vox de Metello & Pompeio.*

CAP. V.

Metellus pugnare non vult cum deſperato.

CAP. VI. *Sertorii ceruæ.*

ſequeretur. *Hanc ille Dianæ donum eſſe* fingebat, & ſuperſtitiuſæ genti quidlibet perſuadebat *ab hac per quietem edoceri.* ſiue hoſtes aliquo irrupturos compererat, *ab hac ſe* dicebat *admonitum*: ſiue res à ſuis bene geſtæ erant, occultatis qui retulerant, ceruam producebat ob fauſtum nuncium coronatam; iubebatque *honorem habere diis, cito lætum aliquid gratumque audituros.* Sertorius igitur non ceruam, ſed quam illa conciliabat vtilitatem periſſe moleſte ferebat. Idcirco quum nocte quidam errantes ex colore agnitam comprehendiſſent, ſcirentque magnam ſe ab Imperatore gratiam hoc facto ituros, diligenter nunciarunt: Ille grandi promiſſa pecunia, ſi rem tegerent: & ſi vulgaſſent, ſupplicium interminatus, præcepit vt *eam poſtero die repente in eum locum vbi ius reddere erat ſolitus, immitterent.* Ipſe vultu hilariore in publicum progreſſus, principibus Hiſpanorum qui tum aderant, dixit, *in quiete ſibi viſum eſſe, ceruam quæ perierat, ad ſe reuerti; & priſtino more, quid facto eſſet opus prædicere.* In-

CAP. VII. *Et aſtus Sertorii circa eam.*

ter hæc dimiſſa ex compoſito cerua, vbi Sertorium conſpexit, lætis ſaltibus ad tribunal fertur, & genibus eius capite impoſito, dextram ſolenni (nam frequenter ei gratum aliquem cibum clam obtulerat) ore contingit. Clamor inde factus, & orta admiratio eſt, tantumque ea [illegible], diis charum hunc ducem eſſe in animis mobiliſſimorum alias hominum valuit, vt *ex iis nationibus neminem vnquam ab eo defeciſſe, quum eſſet multis prœliis ſuperatus,* memoriæ proditum ſit. Sed tum maximo hominum concurſu, lætus ſucceſſu fabulæ Sertorius, & animos ſponte in ſuperſtitionem præcipites magis impulſurus, vultu ac voce in ſpeciem religione incenſi compoſita; *Sunt,* inquit, *dii: nec ſunt modo, ſed etiam nobis fa-*

CAP. VIII. *De quo ea re Concio.*

uent! Mittat ſane Roma Pompeios ſuos, mittat Metellos! vrbium & Regum ille domitor, terror omnium gentium, Romanæ libertatis oppreſſor Sulla reuiuiſceret, vt maiora nomina vinceremus! Nam vt hæ quidem res tunc, fauorem deorum in tam manifeſtis indiciis non agnoſcere inſanum; non æſtimare impium foret. Quid minus dare quam victoriam poſſunt; quibus tanta victoriæ non præſagia tantum, ſed adiumenta miſerunt? Quantum enim in ea eſſe putemus, quod toties monitu Dianæ clandeſtina hoſtium conſilia ſacrum hoc animal indicauit: loca, tempora, agenda omittendaque docuit: rerum bene geſtarum nuncium, bene gerendarum prænuncium fuit? Neque hæc à me fingi, ſicut exiſtimari hoſtes

CAP. IX.

vellent, ipſi præclare intelligitis, bonorum iſtorum ſæpe ſocii, participes, teſtes. Cur autem ò milites ſociique ad vetera prouocamus? en vobis præſens & grande documentum! Quid enim, ò quid mihi nuncias, amica? ſimul cum his verbis

De qua denuo fingit ſibi aliquid a cerua nunciari.

permulcens ceruæ caput, quod iterum dextræ eius admouerat, nominansque locum, vbi partem hoſtium caſtra nuper poſuiſſe per exploratores didicerat; *imus* exclamat, *imus, quo tua nos monita vocant*, [illegible]

atque [illegible]

arcuſque potens virgo. Tu nobis tela intorquentibus aderis; tu venationem efficies vberem & ſecundam. Sed neque parum grati aut memores meritorum erimus. Tibi non iam vrſorum ceruorumque arma, ſed victis hoſtibus detracta ſpolia ſuſpendemus: Tibi pro feris ſilueſtribus cohortes legioneſque procumbent. Hoc velut furoris cæſtro percuſſas militum mentes Sertorius videns, optimæque ſpei plenas, continuo duxit in hoſtem, leuibuſque prœliis tempore ducto, donec ſui conuenirent, eum inter Segontiam & Tuttiam vrbes, in vltimas anguſtias redegit. Tandem Romani magnis copiis pabulatum profecti, neceſſitatem impoſuerunt Sertorio, ni reuerti illos cum præda vellet, prœlio dimicandi. Igitur equo adduci iuſſo commiſit pugnam: certatumque eſt ſummis vtrimque viribus, à ſexta diei hora, donec ſtellæ cœlo fulſerunt. In eo certamine C. Memmius Quæſtor Pompeii, vir militiæ peritiſſimus, occubuit: & ſex millia Pompeianorum ſunt interfecta; de Sertorianis ad millia tria ceciderunt. Interim Metellus de Perpernæ exercitu, ad millia quinque concidit. Igitur illatis in eam partem ſignis, Sertorius ad ipſum vſque Imperatorem pulſis obſtantibus penetrauit. Ille quamquam ſenio grauaretur, fortiter reſtitit, animoſque ſuorum prope deploratis rebus voce, manu, exemplo denique confirmauit. Sed immane quantum animi exarſere, poſtquam vulneratum ictu tragulæ viderunt. tum enim pudore ne deſeruiſſe Imperatorem dicerentur, & ea ætate virum, periculorum præ ira obliti, repulerunt hoſtes, & Metellum, ſcutis obiectis protegentes, extulerunt ex acie. Sertorius amiſſam è manibus prope certã victoriam dolens, veſpera ſequentis diei, quum magna ad eum auxilia Hiſpanorum veniſſent, caſtra Metelli ſubito oppugnare adortus eſt: ſed ſuperueniente Pompeio, Calaguri montano & munito oppido, quod paucis inde millibus aberat, ſe incluſit; vt in ſe auocatis Romanis ducibus, tutum ſuis abitum præſtaret. Romani quum neque perſequi paterentur, nec expugnare reſiſtentes poſſent, grauibus ab eo damnis per continuas eruptiones adfecti, iam tempore anni inuitante, relictis ad obſidionem Calaguritanam idoneis copiis in hiberna diſceſſerunt. Hæc ita apud alios auctores reperio. Liuius *à Metello Sertorium & Perpernam cum duobus exercitibus fuſos fugatoſque* ſcripſerat; *Pompeium partem victoriæ ferre cupientem, parum proſpere pugnauiſſe.* Certe Metellus Imperatorem ſe ob fuſum acie Sertorium appellari, adeoque omnibus humanis honoribus coli paſſus eſt, vt ne quidem à diuinis temperaret. In vlteriorem Hiſpaniam regreſſus, magna gloria concurrentium vndique virorum feminarumque, vias ac tecta viſendi cauſſa replentium ſpectabatur. Sed præcipuæ infamiæ cœna fuit,

CAP. X. *Suoſque ſic animatos ſtatim educit in hoſtem.*

CAP. XI. *Metelli periculum.*

CAP. XII.

Sertorius includit ſe Calaguri.

CAP. XIII.

Metelli intemperans glorıatio.

CAP. XIV.

Faſtuſque & Luxus.

fuit, qua eum Quæſtor C. Vrbinius, & poſtquã hoc ille gratum habe[illegible] alii deinceps exceperunt. Ædes aulæis ſignisque exornata, [illegible] ſtionum oſtentationem, ſparſa croco humus. & alia in modum [illegible] rimi templi videbantur. præterea ſedenti transenna demiſſum V[illegible] ſimulachrum cum machinato ſtrepitu tonitruorum coronam capiti [illegible]ponebat. triumphalis plerumque habitus erat accumbenti: epulæ [illegible]ſitiſſimæ, non per omnem modo prouinciam, ſed trans maria ex Mau[illegible]tania petita volucrum, & ferarum incognita ante genera, inter pue[illegible]rum virginumque choros apponebantur, hymnos accinentium, qui[illegible]

CAP. XV.

eius victoriæ celebrarentur. Nam adeo laudibus ſuis delectabatur, [illegible] etiam Cordubenſibus poëtis, pingue quiddam atque peregrinum [illegible]tibus aures ſuas dederet. Et hæc faciebat, quia Sertorium [illegible] voluntate cedentem repulerat: quum eum ſermonibus contemneret, *Sullæ fugitiuum, & Carbonianorum exſulum reliquias* appellando. Sed idem

In Sertorii caput pecunia pronunciata.

A. V. C. DCLXXIIX

in caput eius quater & vicies pronunciari iuſſerat, *ſi à ciue Romano [illegible]retur; ſi ab exſule, reditum in patriam.* Inter hæc L. Octauius Cn. F. C. Aurelius Cotta Conſulatum inierant.

CAP. XVI.

Curionis geſta in Dardania.

Quo anno C. Scribonius [illegible] Macedoniæ Proconſul, qui Appio ſucceſſerat, omiſſis quos ille[illegible] gentibus, in Dardania aſperum bellum felici euentu geſſit, & [illegible] ſubactis populis, mulctaque imperata, quam certo tempore pende[illegible] in hiberna regreſſus eſt. Ea tam formidoloſa militibus expeditio [illegible] vt de quinque legionibus vna circa Dyrrhachium obſequium [illegible]ret, *ſequuturam ſe temerarium ducem in aſperam & inſidioſam* [illegible] Sed dux acerrimus, quum *reliquas legiones in armis* adſiſtere iuſſiſſet, [illegible]*tioſam legionem inermem procedere*, & in conſpectu armati exercitus [illegible]cinctam, ſtramenta ſecare, poſtero etiam die ſimiliter [illegible] milites facere coëgit.

CAP. XVII.

Atque ita domiti quum infimis precibus [illegible]ſtarentur, ne ſigna legionis ſubmitteret, nomenque aboleret, [illegible]tum eſt impetrari: ſignis ademptis ſoluta legio, milites[illegible] in [illegible]rum ſupplementum diſtributi ſunt. In Hiſpania Q. Metellus & Cn. Pompeius Imperatores iterum à Pyrenæis montibus ad flumen Iberum caſtra mouerunt. Hoc tempore quum multi ſubinde ad Metellum

Sertorius mutatur ad crudelitatem.

transfugerent, mutare priorem manſuetudinem Sertorius [illegible]ti ad pœnas iracundia cepit: plurimis amicorum & [illegible]rum crimine proditionis interemptis.

CAP. XVIII.

Vnde paulatim odio eſſe [illegible] tui: & viciſſim illum ſuſpectare: neque animi prioris [illegible] duci conſilium eſſe maxime moleſtum Romanis erat, quod plus [illegible]ris Sertorius crederet; hos haberet cuſtodes corporis [illegible]

Plus credit barbaris quam Romanis.

damnata: quamquam illius gratia contra patriam arma ferrent, nec tranſfugarum ſi qui eſſent crimen, in ſacramento manentibus aliis teſte imputaretur. Sed nihil erat acerbius, quam quod Hiſpani fauore ducis elati, tamquam in periuros infidosque petulantia dicta iaciebant. In hac ægritudine animorum, tamen non omnino Sertorium deſerebant, neceſſarium ſibi ductum eius iudicantes, etiam quum amare amatique deſiiſſent. Erat enim vir bellicarum artium peritiſſimus, & ad ſtruendas inſidias artifex. eoque ab Hiſpanis Hannibal vocabatur, quo nullum iis locis verſatiorem acrioremque Imperatorem fuiſſe meminerant. Et ipſe ſic appellari gaudebat, cominus faciem oſtentans, aliquot aduerſis cicatricibus, & effoſſo oculo deformem, quo ille dehoneſtamento corporis maxime lætabatur, quod is quoque caſus & Pœno duci, & Philippo Antigonoque Regibus ſe adſimilaret: quos ille omnes, quum alium aliis virtutibus vinceret, animi magnitudine, prudentiaque & velocitate conſiliorum æquabat. Tum quoque præter alias cauſſas, erat exercitus ſolito ſegnior, quod ſcuta equitum parte exteriore, iaculaque & pectora equorum cruenta ſubito prodigio apparuerant: Sed ille formidinem ſuorum in audaciam vertit, *ſibi portendi victoriam* interpretatus, *quoniam illæ partes ſolerent hoſtili ſanguine maculari.* Confirmatis igitur copiis continua ei prœlia cum ſucceſſu fuerunt. Inter quæ Pompeium à Pallantia ſubmouit, adeo rebus obſeſſorum extremis vt ſuffoſſa mœnia trabibusque ſuffulta, incenſis illis Pompeiani ſubruerent. Sertorius inſtaurato quod ceciderat, rebusque neceſſariis vrbe munita, Caligurim profectus, ſubito in caſtra obſidentium impetu, ad tria hominum millia deleuit. Pompeius ad Metellum ſe receperat, qui frequentibus incurſionibus ſocias Sertorii ciuitates vexando, exciſis caſtellis atque oppidis incolas in Romanæ ditionis loca deportabat. Dum ita inter Romanos duces, illis ad populationem agrorum, his ad vrbium excidia conuerſis, alienæ diſcordiæ pœnas miſera dat Hiſpania, ne Vrbanæ quidem res diſſenſione ac tumultibus caruerunt: annonæ præſertim inopia furorem plebis vsque ad ſummi imperii contemptum, Conſulisque periculum exſtimulante. Quod quia non aliunde, quam ex oratione C. Cottæ cognoſci poteſt, operæ precium putauimus, quibus eam verbis Salluſtius tertio Hiſtoriarum libro poſuerat, huc transſcribi. *Multa mihi pericula domi, militiæ multa aduerſa fuere, Quirites. quorum alia toleraui, partim repuli deorum auxiliis, & virtute mea: in quibus omnibus, neque animus negotio defuit, neque decretis labor. malæ, ſecundæque res, opes non ingenium mihi mutabant. At contra in his miſeriis cuncta me*

CAP. XIX.

Sertorii magna laus.

CAP. XX.

Pompeium a Pallantia ſubmouet.

CAP. XXI.

Seditio in Vrbe propter caritatem annonæ.

CAP. XXII.

C. Cottæ Conſulis Oratio ad Quirites.

cta me cum fortuna deſeruere. præterea ſenectus, per ſe grauis, curam duplicauit: cui miſero, acta iam ætate, ne mortem quidem honeſtam ſperare licet. Nam, ſi parricida veſtri ſum, & bis genitus heic deos Penates meos, patriamque, & ſummum imperium vilia habeo; quis mihi viuo cruciatus ſatis eſt? aut quæ pœna mortuo? quum omnia memorata apud inferos ſupplicia ſcelere meo vici. A prima adoleſcentia in ore veſtro, priuatus, & in magiſtratibus egi: qui lingua, qui conſilio meo, qui pecunia voluere, vſi ſunt. neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad malefaciendum exercui: auidiſſimus priuatæ gratiæ, maximas inimicitias pro Republica ſuſcepi. quis victus cum illa ſimul, quum egens alienæ opis, plura mala exſpectarem, vos, Quirites, rurſus mihi patriam, deos Penates, cum ingenti dignitate dediſtis. Pro quibus beneficiis, vix ſatis gratus videar, ſi ſingulis animam, quam nequeo, conceſſim. nam vita & mors iura naturæ ſunt: vti ſine dedecore cum ciuibus, fama & fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur. Conſules nos feciſtis, Quirites, domi bellique impeditiſſima Republica. namque imperatores Hiſpaniæ ſtipendium, milites, arma, frumentum poſcunt. & id res cogit. quoniam poſt defectionem ſociorum, & Sertorii per montis fugam, neque manu certare poſſunt, neque vtilia parare. Exercitus in Aſia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur: Macedonia plena hoſtium eſt: nec minus Italiæ maritima, & prouinciarum. quum interim vectigalia parua, & bellis incerta, vix partem ſumptuum ſuſtinent. ita claſſe, quæ commeatus vehatur, minore quam antea nauigamus. Hæc ſi dolo aut ſecordia noſtra contracta ſunt, agite, & vti lubet, ita ſuppplicium ſumite: ſin communis fortuna aſperior eſt, quare indigna vobis nobiſque & Republica incipitis? Atque ego, cuius ætati mors propior eſt, non deprecor, ſi quid ea vobis incommodi demitur. neque mors ingenuo corpori honeſtius, quam pro veſtra ſalute finem vitæ fecerit. Adſum en C. Cotta Conſul, facio quod ſæpe maiores aſperis bellis fecere; voueo dedoque me pro Republica: quam deinde cui mandetis circumſpicite. Nam talem honorem bonus nemo volet, quum fortunæ, & pacis & belli ab aliis acti ratio reddenda; aut turpiter moriendum ſit. tantummodo in animis habetote, non me ob ſcelus aut auaritiam cæſum, ſed volentem pro maximis beneficiis animam dono dediſſe: Per vos igitur, Quirites, & gloriam maiorum, tolerate aduerſa, & conſulite Reipublicæ. Multa cura ſummo imperio ineſt, multi ingentes labores: quos nequidquam abnuitis, & pacis opulentiam quæritis: quum omnes prouinciæ, Regna, maria terræque, aſpera aut feſſa bellis ſint. Hæc tum pro concione dicta memorantur. Quo deinde magis hominum animi lenirentur, eiuſdem Con-

CAP. XXIII. [illegible]

CAP. XXIV.

Conſulatus ſui dura tempora oſtendit.

CAP. XXV.

Nec in ſe culpam eſſe eorum.

CAP. XXVI.

Tamen offert animam ſuam pro Rep.

CAP. XXVII

Tribunis plebis aditus ad honores redditur.

lis lege iura quædam Tribunis plebis reſtituta ſunt; ita tamen, vt non tam poteſtas eorum, quam dignitas augeretur: Legis Corneliæ, ceteris manentibus, abrogato capite, quod Tribunitiis aditum ad maiores honores præcluſerat. Ea quoque res contentione non caruit. ſed repugnante nobilitate ſummo populi ſtudio perfecta eſt. Igitur Q. Opimius, qui tum Tribunus legem Aureliam ſuaſit, quod contra Q. Hortenſii voluntatem dixerat, anno ſequente ad C. Verrem Prætorem in iudicium adductus, mulctaque ab eo petita eſt, *quod quum eſſet Tribunus plebis contra legem Corneliam interceſſiſſet.* Sub hoc obtentu potentes & iniqui homines ſceleſtiſſimi Prætoris abuſi miniſterio, hominem innocentem bonis atque fortunis omnibus exuerunt.

CAP. XXIIX

Q. Opimius per [illegible] cauſſam euertitur.

IOH. FREINSHEMII
SVPPLEMENTORVM LIVIANORVM
LIBER DVODESEXAGESIMVS.

In locum lib. XCIII. Liuiani.

L. Annæi Flori Epit. Lib. XCIII. Liuiani.

P. Seruilius Proconſul in Cilicia Iſauros domuit, & aliquot vrbes piratarum expugnauit. Nicomedes, Bithyniæ Rex, moriens, populum Romanum fecit heredem, regnumque eius in prouinciæ formam redactum eſt. Mithridates, fœdere cum Sertorio icto, bellum Populo Romano intulit. Apparatus deinde Regiarum copiarum pedeſtrium naualiumque: & occupata Bithynia, M. Aurelius Cotta Conſul ad Chalcedonem prælio à Rege victus eſt, reſque à Pompeio & Metello aduerſum Sertorium geſtas continet, qui omnibus belli militiæque artibus par fuit. quos etiam ab obſidione Calaguris oppidi depulſos coëgit diuerſas regiones petere; Metellum vlteriorem Hiſpaniam, Pompeium Galliam.

P. Seruilius Iſauros domat.

IIſdem Conſulibus P. Seruilius Proconſul in Cilicia Iſauros domuit, & aliquot vrbes Piratarum expugnauit. Per Tauri quoque montis in Ciliciam vergentia latera, quo nullus adhuc Romanus exercitus penetrauerat, in Iſauricum itum, Lycaoniæ partem: & Iſaura, vnde genti nomen, obſidione circumdata ſunt. His expugnatis P. Seruilius *Iſaurici* cognomen accepit; non ex nobilitate locorum, ſed magnitudine laboris victoriam æſtimans. Nam omnia circum Piratæ tenebant; durumque armis genus, ſitus aſperitate propemodum erat inexpugnabile: donec Imperator auerſo flumine, ex quo hoſtes aquabantur, oppidum ad deditionem ſiti coëgit. Hic ei limes itinerum eo bello & expeditionum fuit.

CAP. II.

Ciliciæque vectigal impon.

P. Seruilius Iſaura demolitus, Ciliciæ Iſauriæque vectigal impoſitis, confectaque prouincia, multis vbique Piratarum, quas ad mare habuerant, exciſis munitionibus, magna gloria deceſſit. Præcipuum quacunque incedebat hominibus gaudium fuerunt, ſpectati in vinculis prædonum duces, quorum vnus ille plures, quam omnes ante eum Romani ceperant.

rant: fruebaturque vulgus tam auide miſeria eorum quæ timuerat, vt non modo ex his oppidis, per quæ ducebantur, ſed etiam ex finitimis, viſendi cauſſa concurreret. Exercitum tamen in Cilicia retinere placuit, ob ſuſpectam Mithridatis potentiam, & haud dubii iam belli apparatus. eum P. Seruilius L. Octauio Proconſuli quum tradidiſſet, Romam ad triumphum deceſſit. Iſque haud dubitanter decretus, & magno ſpectantium ſtudio celebratus eſt: quod eum P. Seruilius captorum oppidorum ſpoliis, & diuite Piratarum præda ſatis magnifice inſtruxerat.

CAP. III.

[illegible] Rex [illegible] populo Romano moritur.

Inter hæc Bithyniæ Rex Nicomedes moriens, quamquam ex Nuſa ſorore Mithridatis prolem ſuſceperat: ſiue gratiæ referendæ cauſſa, ſiue vt grauiorem inimico Regi aduerſarium relinqueret, populum Romanum fecit heredem.

CAP. IV.

Idcirco Prætori Aſiæ M. Iunio Silano (quod is prouincias obtinentium Bithyniæ proximus erat) negotium datum; *vt Regnum Nicomedis in prouinciam redigeret.* Sub idem tempus Libyci quoq; Regni pars quæ ſub Appione Ptolemæo fuerat, eiuſdem teſtamento Romanis prouinciis acceſſit.

Itemque Libyæ Rex Appio.

Cyrenaicam alterius Appionis iudicium dudum ad Romanum populum tranſtulerat: tum altera pars Libyæ quam vocabant aridam, Paratorio, Cherclaque & Neapoli vrbibus Romanam ditionem auxit.

CAP. V.

Id Ægyptii, quorum ad Regnum haud dubie illa pertinebant, diſſimulare coacti ſunt ob inteſtinas diſcordias; metumque ne Syriacis Regibus ab Senatu Romano Ægyptus adiudicaretur. Erant enim Romę adoleſcentuli duo quos ex Selene Ptolemæi filia Grypus Antiochus ſuſtulerat: qui *ad ſe & matrem ſuam Regnum Ægypti pertinere* dicerent. Atque illi quidem, obtentu temporum populi Romani, per Senatum agere nihil potuerunt: Libya inter Romanas prouincias manſit.

Mithridates bellum ſumit.

Sed Mithridates hoc maxime ad nudanda conſilia tempus opportunum iudicans, quo tranſiens ad aliud imperium Bithynia, deſtituta priore domino, nondum fida aut firma nouis nutaret; bellum aperte ſumpſit.

CAP. VI.

Legatos ad Sertorium mittit.

Et quia Sertorii celebres fama opes erant, ad ſocietatem cum eo iungendam hortantibus aures præbuit. Duo enim Lucii, Magius & Fannius, Fimbrianæ ſeditionis reliquiæ, qui ſedibus Myndi fixis, apud Regem per obſequelam orationis, & maxime odium Sullæ, auctoritate & gratia valebant; *Aſiam vicinoſque populos, haud dubium auxilii Sertorio ferendi præmium fore* dicentes, impulerunt, vt de fœdere ineundo legatos in Hiſpaniam mitteret. Eos Fannius & Magius empta dudum à C. Verre naui Miletia per Italiam ad Sertorium deduxerunt.

CAP. VII.

Senatus re audita, hoſtes illos iudicauit, inquirendosque man-

que mandauit. Sed illi iam in Hiſpaniam peruenerant. Sertorius introductis in Senatum ſuum legatis, magnifice de rebus ſuis loquutus, quod iam ab Oriente ſimul & ab Occidente faceſſere negotium aduerſariis poſſet, exponere mandata iuſſit.

Eorum Oratio.

Illi hanc in ſententiam egerunt: *Rex Mithridates multas grauesque iniurias olim & nuper perpeſſus à Romanis, qui in Vrbe ſunt, iterum ad arma cogitur. Quæ illum cauſæ moueant, non modo præclare ſcitis, nec enim leues aut obſcuræ ſunt: ſed ab iiſdem hominibus ſimilia aut atrociora paſſi, quam nihil ab his æqui, nihil ſaltem tolerabile poſſit impetrari, compertum habetis.*

CAP. VIII.

Sane cum Senatu Populoque Romano fœdus icit Mithridates: ſed multoties id ruptum à Sullanis eſt; vt & ipſi diſcedere inde citra periurii notam liceat. Cæterum inuiolabile ſicut hactenus, ita porro quoque & ſanctum ſeruare cupit: ſed vobiſcum Q. Sertori, vosque Patres Conſcripti, quem ille veriorem dignioremque antiqua Populi Romani fama Senatum iudicat, quam qui Vrbi incubat, non externorum modo Regum nationumque, ſed ſuæ quoque patriæ tyrannus & hoſtis.

Sertorianum Senatum pro Romano agnoſcunt.

Sed non magno negotio commune periculum ab vtrorumque ceruicibus depelli poteſt, ſi hinc Sertorius, inde Mithridates totis viribus inſurgant.

CAP. IX.

Rex noſter, ex quo contra pacem Sullanam eſt à L. Murena appetitus, ſuperior armis fuit. Eadem audiuit de his Romanis qui Hiſpanias obtineant: multaque iis locis fama tu C. Sertori, vosque reliqui duces eſtis. Igitur mittendam ad vos legationem cenſuit, vt qui ſimilibus cauſſis concitentur, ſimilique virtute & fortuna agant, communi fœdere communem ſalutem tueantur. Vtrisque proniora erunt omnia, ſi iuncti conſiliis armisque inuicem vbi vtilitas deſideret, iuuamus & iuuamur quam ſi diuerſi diuiſique ſua quisque, negotia ſeorſim curent.

Et cum hoc fœdus ſeruare cupiunt.

CAP. X.

Poſtquam è Curia dimiſſi legati ſunt, inter præſentes diu de tantis rebus conſultatum eſt. Plerique *minime dubitandum* cenſebant, *quin oblata, quibus cum maxime eſſet opus, acciperentur; nihil è contra, niſi quod aliuquin alienum eſſet, traditurі.* Quippe legati *nauium & pecuniarum magnam vim polliciti, Aſiam & vicina Regna Mithridati concedi* poſtulauerant.

Sertorii ſententia.

At Sertorius inſigni documento maximi ſpiritus, *ſiquidem Bithyniam & Cappadociam parere Regibus adſuetas Mithridates ſubegiſſet, facile paſſurum* dixit. *ſed Aſiam iuſtiſſimo titulo poſſeſſam Romanis, poſtea receptam à C. Fimbria, tum pace Sullana dimiſſam ab Rege, non eſſe conceſſurum.*

CAP. XI.

Ad augmentũ Reipub. dirigenda omnia.

Se enim Romanos eſſe, nec cum patria, ſed à quibus oppreſſa ſit, tyrannis, bellum gerere. omnia ergo conſilia ad augendam magis ornandamque Rempublicam quam ad vexandam eſſe referenda. Optandam plane viro forti victoriam, E

hunc ſit

honeſtis parari rationibus poſſit: ſed cum turpitudine ne ſalutem quidem expetendam. Præterea ne vtilem quidem eam ſententiam fore. Infinitos enim per Italiam & in Vrbe ciues Romanos agere, qui his partibus occulte fauerent, ad omnem Fortunæ nutum animos & conſilia monſtraturi.

CAP. XII.

[illegible] conſulis docentur.

Sed optimum quemque non alia cauſa moueri, quam quod bonos egregioſque viros & Reipublicæ ſtudioſos, per vim & iniuriam ab aduerſa factione pulſos arbitrentur. Minime igitur dubitandum, quin ſi ne odio quidem inimicorum, & tantis commodis ſuis, ad pactionem populo Romano indignam adduci potuiſſe intellexerint; maior apud omnes exiſtimatio ſua ſit futura, fauorque in partes pronior. Sed nec eo animo aut ſucceſſu bellum geri, vt deſperandum ſit, quin ſiue victis aduerſariis, ſiue ad æquas conditiones adactis, patriam cum priſtina dignitate ſint recepturi.

CAP. XIII.

Æquum igitur eſſe, vt quem locum ſpe & virtute repetant, eo etiam dignos animos & habeant, & habere demonſtrent. Hæc renunciata Mithridatem miraculo rei perculerunt: aiuntque velut attonitum dixiſſe ad amicos; *Quid igitur ſedens in Romana Curia Sertorius imperaret, qui nunc exul, & ad angulum Europæ ſubmotus, fines Regno meo ponit, & Aſiam tentantibus arma minatur?* Accepit tamen quod dabatur, & fœdus iureiurando ſancitum in has leges: *Cappadociam & Bithyniam, quibus finibus Ariobarzanes & Nicomedes habuiſſent, Mithridates Rex haberet: Sertorius Regi ducem cum certo militum numero; Sertorio talentum tria millia, & naues quadraginta Rex mitteret.*

Leges fœderis inter Sertorium & Mithridatem.

CAP. XIV.

Nam apud Dianium, quæ Maſſilienſium colonia inter Carthaginem & Sucronem à Dianæ templo nomen traxerat; ſtationem nauium, arcemque maritimarum expeditionem Sertorius habebat. quia locus munitus excelſusque, ad longiſſima ſpatia patente proſpectu, multo commodiſſimus ad excurſiones, & latrociniis ſimiliores conatus erat. Vtrimque fides pactorum intemerata ſtetit; & quæ conuenerat, in tempore miſſa. His ita perfectis, Mithridates Romanarum virium haud rudis, nec vllam poſtea veniam ſperans, quamquam ſimulatione Boſporani belli, maximas claſſes copiaſque dudum confecerat, totus in apparatibus eſſe: reliquum eius æſtatis & hiemem omnem cædenda materia, fabricandisque nauibus, & armis ad Romanum maxime morem impendere: denique nihil ad inſtruendum immane bellum conſilii, laboris, induſtriæ prætermittere.

Mithridatis apparatus.

CAP. XV.

Hac cura bis millena millia medimnorum frumenti per maritima horrea diſtributa ſunt: auxilia, præter veterem exercitum, ex Chalybum, Armeniorum, Scytharum, Taurorumque gentibus, & fortiſſimis omnium Baſternis, atque Thracibus centum quadraginta millia peditum, ſedecim equitum coacta. Hos magnus

Gentes variæ inter auxilia Mithridatis.

præterea calonum lixarumque numerus, & ad vias muniendas agreſtium ſequebatur. Triremes quadringentæ aderant, præter minora nauigia: omnia non ad vanam ſpeciem, vt prius, ſed ad firmitudinem vſumque fabrefactæ. currus falcati centum & viginti, rerumque ceterarum reſpondens tantis conatibus apparatio. Hæc quia contemni non poterant, Senatus ambos Conſules (L. Licinius L. F. L. N. Lucullus, M. Aurelius Cotta iam inierant) ad id bellum mittendos cenſuit: ita, vt alter Mithridatem perſequeretur, alteri claſſis daretur, ad tuendam Bithyniam. Bellum Lucullo euenit; Cottæ Bithynia: quanquam à principio anni aliæ Conſulibus decretæ prouinciæ fuerant. Sed Lucullus haud magnam in Ciſalpina Gallia materiam gloriæ ſperans cupiditate Mithridatici belli flagrabat. Igitur audita morte L. Octauii qui Ciliciæ præfuerat, cum P. Cethego cuius tum ob maximas in Senatu opes patrocinium à plerisque expetebatur; ex acerrimis ſimultatibus ſubito in gratiam rediit, vt prouinciam Ciliciam adipiſceretur: quam vbi nactus eſt, nemo dubitabat, quin illi committendum bellum Mithridaticum foret. Decretæ ſunt illi legiones, quæ iam erant in Aſia quatuor; quintam vt in Italia conſcriberet, permiſſum. Contra Piratarum audaciam M. Antonio Prætori M. Cotta Conſule & patris M. Antonii memoria ſuffragante, qui bellum in Cilicia feliciter adminiſtrauerat, P. Cethegi factio totius oræ maritimæ, qua Romani populi ius eſſet, curationem cum infinito imperio dedit: quale poſtea Piratico bello Cn. Pompeius adeptus eſt. Iam Mithridates primo vere Ioui Bellipotenti patrio more fecerat; deinde, quo tempore primum noua claſſis in mare deducta eſt, Neptuno quadrigas albas immolauerat, corporibus profundo merſis. His religionibus cœpto bello, Diophantus purpuratus cum exercitu in Cappadociam erat præmiſſus, præſidiis firmaturus vrbes, & obuiam iturus Lucullo, ſi ad Pontum accederet. Ceteras copias centum & quinquaginta millia peditum, equitum duodecim Rex ipſe per Timonitidem (Paphlagoniæ ea regio eſt) Galatiamque nono die in Bithyniam duxit. Sub id tempus Heraclea his de cauſſis Mithridatici iuris facta eſt. Claſſis Regia præternauigans, quum vrbe non reciperetur, *forum rerum venalium præberi* poſtulauit. Ea re impetrata, quum, vt fit vbi nullus hoſtilis animi metus eſt, Heracleatæ multi ad naues veniſſent, præfectus claſſis Archelaus, Silenum atque Satyrum è primoribus ciuitatis comprehendit: neque ante dimiſit, quam ad redimendos eos naues quinque traderentur. Is euentus quum talis eſſet, vt potius ex compacto quam caſu res geſta videretur,

Romani

CAP. XVI. A. V. C. DCLXXIX.

Ambo Conſules ad bellum Mithridaticum mittuntur.

CAP. XVII.

M. Antonio totius oræ maritimæ imperium datur.

CAP. XIIX.

Heraclea Mithridatici iuris facta.

CAP. XIX.

Romani publicanis Heracleam miſſis, vectigal, vt ex aliis circa vrbibus, exigere ceperunt. Id vulgus, & ſi qui alii propenſioribus iis Regem animis erant, principium ſeruitutis interpretati, quum legatos iis de rebus ad Senatum mitti præſtitiſſet, audaciſſimi cuiusdam hominis oratione accenſi, publicanos ita priuarunt luce, vt ne genus quidem mortis quo perierunt ſit cognitum. Sed illud odium Romani nominis, præter licentiam præſidiarii militis, & fœneratorum improbitas, & eorum qui publicum exercebant, iniuriæ ita vulgauerant, vt paſſim venienti Mithridati portæ panderentur. Præſertim quia M. Varius Senator ex proſcriptis, miſſus à Q. Sertorio, cum L. Magio & L. Fannio conſilii cauſſa additis, ex Hiſpania ad Regem venerat. Vario, quod Proconſulari poteſtate ab Sertoriano Senatu erat ornatus, faſces ſecureſque præferebantur; eique primas concedente Mithridate, à quibus recipiebantur vrbibus, aliis libertatem, aliis immunitatem Sertorii nomine concedebat. Quo tempore C. Cæſar, tanti mox futuri viri ſpecimen memoria dignum edidit, cuius de adoleſcentia, quando pleramque huius Hiſtoriæ partem paulo poſt facturus eſt, quædam cognoſci precium operæ fuerit. Igitur C. Iulius C. F. C. N. Cæſar, annos fere duodeuiginti natus, quum in matrimonio haberet Cinnæ quater Conſulis filiam, nullo modo compelli à Dictatore Sulla potuit, vt eam dimitteret: quum M. Piſo Conſularis Anniam, quod Cinnæ vxor fuerat, in gratiam victoris repudiaret. Igitur & ſacerdotio, & vxoris dote, & gentilitiis hereditatibus mulctatus, ad necem quærebatur. vt diſſimulato habitu nocte elapſus Vrbe, profectusque in Sabinos, ſingulas prope noctes, quamquam morbo quartanæ aggrauante, latebras mutare cogeretur. Sic quoque deprehenſus à Cornelio Phagita, Sullæ liberto, vix præmio dato euaſit. Poſtremo per Virgines Veſtales, & Mamercum Æmilium, & Aurelium Cottam, propinquos & adfines ſuos, veniam impetrauit: diu quidem repugnante Sulla, & vt erat ſagaciſſimus ingeniorum coniector, *multos ei puero ineſſe Marios* teſtante. Poſt merita deinde ſub Thermo & Iſaurico ſtipendia, quum Romam eſſet reuerſus, Cornelium Dolabellam Conſularem, qui ex Macedonia paulo ante triumphauerat, ſummo fauore populi, tertio & viceſimo ætatis anno poſtulauit, magnamque ingenii & facundiæ laudem adeptus eſt; quamquam Dolabella reus Q. Hortenſio C. Cotta defendentibus abſolueretur: querente Cæſare, *extorqueri ſibi cauſſam optimam C. Cottæ patrocinio.* Nam hærebat criminibus repetundarum Dolabella, frequenteſq; ciuitates Græciæ teſtimonium in eum dixerant.

Ergo

Publicani ab Heracleotis interimuntur.

CAP. XX.

M. Varius à Sertorio Proconſul ad Mithridatem mittitur.

CAP. XXI.

C. Cæſaris adoleſcentia.

CAP. XXII.

Sullæ iudicium de Cæſare.

CAP. XXIII.

Ergo declinandæ inuidiæ cauſſa ſimul vt clariſſimo dicendi magiſtro daret operam; Rhodum ad Apollonium Molonis profecturus, apud Pharmacuſam inſulam (hodie *Parmoſam* vocant) à Piratis captus eſt.

Cæſar à Piratis captus.

Inter hos cum vno medico & cubiculariis duobus, per dies ferme quadraginta (reliquos enim comites ſeruoſque ad pecunias quibus redimeretur, expediendas dimiſerat) heri magis quam captiui animo ac dignatione verſatur, ne ſuſpicionem vllam prædonibus daret, ſi quid ex ſolito mutaſſet, calceatus cinctuſque noctes ac dies permanſit. Viginti talenta Piratæ poſtulauerant. ille deridens, vt ignaros quem tenerent, quinquaginta ſpopondit daturum.

CAP. XXIV.

Quæ ſumma poſtquam ex publica ciuitatum pecunia confecta eſt, expoſitus in litore, obſidibus quos ciuitatibus Piratæ dederant redditis, Miletum, quæ proxime aberat, properauit: ibique contracta claſſe tumultuaria, priuatus, poſt paucas horas quam erat liberatus, ſtantes adhuc ad eamdem inſulam prædones noctu adortus, aliquot naues demerſis aliis & fugata reliqua claſſe cepit.

Vicißim illos capit.

Deinde feſtinans ad Proconſulem Aſiæ Iunium, qui tum erat in Bithynia, rem geſtam expoſuit, *vtque ille auctor ſupplicii de captiuis ſumendi fieret*, poſtulauit. Atque illo *venditurum captiuos* reſpondente; Pergamum, vbi Piratas in cuſtodiam dederat, incredibili celeritate reuectus, priuſquam vllæ superuenire Proconſulis epiſtolæ poſſent; adfecit eos ſupplicio quod ſæpe minatus per iocum fuerat.

CAP. XXV.

Sed ne à lenitate naturæ ſuæ deſciſceret, & tamen impleret dictorum fidem, *iugulari prius, deinde crucibus ſuffigi* iuſſit. Hic igitur Cæſar, quum Mithridate prouincias Romanas vaſtante, res ad defectionem ſpectaret, ab Rhodo, quo pertenderat, in Aſiam profectus eſt. contractiſque ſociorum auxiliis, & præfecto Regis prouincia expulſo, dubios ac deliberantes ciuitatum animos in fide continuit. Idem pari ſtudio, auctoritate maiore Lucullus Conſul faciebat; qui rebus Vrbanis vtcumque compoſitis, interea in prouinciam venerat.

L. Lucullus Conſul in Aſiam venit.

Nam ob delectum erat moratus & Tribunitia iurgia, quum L. Quinctio, quotidie ſeditioſas conciones habenti, ſumma vi reſiſteret. donec inſolentia hominis mitibus remediis, docendo mulcendoque cohibita, cum vna legione peruenit in Aſiam: adiunctiſque legionibus quatuor, peditum Romanorum triginta millia, equites bis mille quingentos ducens, iam in Phrygiam vſque proceſſerat: quum aduentu eius cognito, M. Cotta ne cum collega debellati Regis laudem communicaret, ad Chalcedonem cum Mithridate confligere maturauit.

CAP. XXVI.

Mithridates Cottã vincit pedeſtri prælio.

Neque tamen ipſe, vt erat bellicorum certaminum rudis, prodire auſus. Nudum præfectum claſſis cum parte exercitus emiſit. Qui licet muniſſimam

camp

campi partem occupaſſet, à Mithridate pulſus, per multa tranſcenſu difficilia ſepta Chalcedonem ægre refugit: multis in ipſa porta, dum conferti perrumpunt, telis barbarorum cadentibus. Metu deinde clauſis portis, Nudus & alii ducum funibus ſubducti ſunt: reliqua multitudo quum hinc ad ſuos, inde ad hoſtem ſupplices manus tenderet, nec apud illos auxilio, nec apud hunc miſericordia inuenta, trucidatum eſt. Millia quinque trecentos, & in his L. Manlium Senatorem ea clades abſumſit, de victoribus, Baſtarnarum, quorum ſingularis eo prœlio virtus fuit, triginta, ceterorum ad ſeptingentos ceciderunt.

CAPVT XXVII.

Atque iterum maritimo.

Mithridates utendum fortuna, donec propitia eſſet ratus, eodem die claſſem ad portum Chalcedonis adduxit: per ruptaque cathena ferrea, quam Conſul prætendi iuſſerat, prælium nauale commiſit, eo ſucceſſu, ut hoſtium octo fere millibus interemtis, quatuor naues iniecto igne conſumeret; reliquas ſexaginta, cum virorum quatuor millibus quingentis captas, remulco traheret ad ſua præſidia: neque Nudo ultra neque Cotta obſiſtentibus, qui muris oppidi ſe incluſerant. Hæc duplex terra marique victoria, vehementer & opes Mithridatis & nomen auxit. Eo tempore circa Sangarium amnem caſtra Lucullus habebat. Is igitur cognita collegæ calamitate perculſum exercitum cohortatus, protinus verſus Chalcedonem caſtra mouit.

CAPVT XXVIII.

Lucullus contra aliorum ſententiam, Mithridatem quærit.

Erat apud eum Archelaus, qui nuper ad Murenam à Mithridate transfugerat, monebatque *ut omiſſo Rege protinus in Pontum irrumperet: ad conſpectum eius omnia defectura.* In hanc ſententiam proni milites erant, *non auctori tantum pernicioſam fuiſſe Cottæ temeritatem* frementes, *ſed ſibi quoque detrimento fore, ſi omiſſa, quam Fortuna patefeciſſet, tantarum rerum occaſione, ad illum obſidione liberandum, eatur.* Igitur pro concione præfatus, *unum ſe ſeruare ciuem malle, quam omnibus hoſtium fortunis potiri;* negauit *ſe timidiorem venatoribus eſſe, ut feris omiſſis, ad earum vacua luſtra pergat.* His dictis *pronunciari iter in poſterum diem* iuſſit.

Hoc rerum ad Orientem ſtatu, Q. Metellus Cn. Pompeius in Hiſpania, ubi maioris firmamenti roboriſq; partes erant ciuitates aliquot in poteſtatem redegerunt.

CAPVT XXIX.

Sertorius Metellum & Pompeium macerat.

Magna tamen pugna nulla pugnata eſt, Sertorio vitante, & mora miſeriisque omnibus atterente hoſtem. nam & commeatum præcidebat ei, litora piraticis nauigiis, agros populationibus infeſtando; & ad omnia quantumlibet diſtantia promtus ac velox, curis, inopia, periculo aduerſarios macerabat: donec obſidione Calaguritana depulſos, Metellum ulteriorem Hiſpaniam, Pompeium Galliam, diuerſos petere coegit; ne coniuncti rerum neceſſariarum penuria premerentur. Magnum ea res terrorem Romæ conciuit; vulgoque iam venturus in Italiam cum exercitu Sertorius putabatur, maxime poſtquam

quam Cn. Pompeii adlatæ literæ ſunt, in hanc ſententiam ſcriptæ: *Si aduerſus vos, patriamque, & deos Penates, totiens labores & pericula ſuſcepiſſem, quotiens à prima adoleſcentia ductu meo ſceleſtiſſimi hoſtes fuſi, & vobis ſalus quæſita eſt: nihil amplius in abſentem me ſtatuiſſetis, quam adhuc agitis Patres Conſcripti; quem contra ætatem proiectum ad bellum ſæuiſſimum, cum exercitu optime merito, quantum eſt in vobis, fame, miſerrima omnium morte, confeciſtis. Hac enim ſpe populus Romanus liberos ſuos ad bellum miſit? hæc ſunt præmia pro vulneribus, & totiens ob Rempublicam fuſo ſanguine? feſſus ſcribundo, mittundoque legatos, omnes opes & ſpes priuatas meas conſumſi: quum interea à vobis per triennium vix annuus ſumtus datus eſt: per deos immortales utrum cenſetis me vicem ærarii præſtare, an exercitum ſine frumento & ſtipendio habere poſſe? Equidem fateor me ad hoc bellum maiore ſtudio quam conſilio profectum: quippe qui nomine modo imperii à vobis accepto, diebus quadraginta exercitum paraui; hoſteſque in ceruicibus iam Italiæ agentes ab Alpibus in Hiſpaniam ſubmoui: per eas iter aliud atque Annibal, nobis opportunius patefeci. receptæ Galliam, Pyrenæum, Lacetaniam, Ilergetes. & primum impetum Sertorii victoris nouis quidem militibus, & multo paucioribus ſuſtinui: hiememque in caſtris inter ſæuiſſimos hoſtes, non per oppida, neque ex ambitione mea, egi. Quid deinde prælia, aut expeditiones hibernas, oppida excisa aut recepta enumerem? quando res plus valent quam verba. Caſtra hoſtium apud Sucronem capta, & prælium apud flumen Duriam, & dux hoſtium C. Herennius cum urbe Valentia, & exercitu deletti, ſatis clara vobis ſunt. Pro quis, ò grati Patres, egeſtatem & famem redditis. Itaque meo & hoſtium exercitui par conditio eſt. namque ſtipendium neutri datur: victor uterque in Italiam venire poteſt. Quod ego vos moneo quæſoque, ut animaduertatis; neu cogatis neceſſitatibus priuatim mihi conſulere. Hiſpaniam citeriorem, quæ non ab hoſtibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem vaſtauimus: præter maritimas ciuitates quæ ultro nobis ſumtui onerique. Gallia ſuperiore anno Metelli exercitum ſtipendio frumentoque aluit: & nunc malis fructibus ipſa vix agitat. Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem conſumſi. Reliqui vos eſtis: qui niſi ſubuenitis, inuito & prædicente me, exercitus hic, & cum eo omne bellum Hiſpaniæ in Italiam transgredietur.* Hæc epiſtola peruenerat Romam, quum adhuc in Vrbe Lucullus Conſul ageret. Idcirco negotio propere ad Senatum relato, quum & res cogeret, & Lucullus metu, ne Pompeius ad Vrbem veniens Mithridaticum ſibi bellum præriperet, ſummo ſtudio adniteretur; ſtipendium ei miſſum eſt.

CAPVT XXX. *Pompeii Epiſtola ad Senatum.*

CAPVT XXXI. *Sua geſta exprobrat.*

CAPVT XXXII. *Lucullo adnitente ſtipendium accipit.*

IOH. FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORVM

LIBER VNDESEXAGESIMVS.

Loco Libri XCIV. Liviani.

L. Annæi Flori Epitome Lib. XCIV. Liuiani.

LVcullus conſul aduerſus Mithridatem equeſtribus prœliis feliciter pugnauit: & expeditiones aliquot proſperas fecit, poſcentesque pugnam milites à ſeditione inhibuit. Deiotarus, Gallogræciæ tetrarches, præfectos Mithridatis bellum in Phrygia mouentes cecidit. Præterea res à Pompeio in Hiſpania contra Sertorium proſpere geſtas continet.

INterea L. Lucullus Conſul, quum ad hoſtem
perueniſſet, eumque ſuccinctum tantis copiis videret;
prœlio congredi minime tutum ratus, intra muni-
menta ſe tenebat. Sed laceſſente apud Otryas (Phry-
giæ locus eſt) M. Vario, qui miſſis ab Sertorio copiis *Prælium inter Lucullum & Mithridaticos prodigio diremptum.*
præerat; eduxit ſuos, aciemque ordinauit. Quum in
eo eſſent, ut concurreretur; cœlum abſque ullo qui
animaduerti potuerit conatu diruptum, inter duas acies ingentem
flammæ molem immiſit, colore argenti, forma dolii ſimilem. Sic eo die,
territis prodigio utrisque, à pugnando temperatum; Lucullusque ad
priora conſilia ducendi belli rediit. Quum enim tot hominum millia
in conſpectu hoſtis alere, non in longum facile fore Mithridati crede-
ret; quo certius exploraret, quantum ei copiarum eſſet, captiuos ali-
quot, ſeorſim unumquemque, iuſſit adduci. Ex quibus percontatus, CAPVT II.
quot quisque contubernales in caſtris, cum quanto cibariorum modo reliquiſſet;
ita rationem iniit, ut intra triduum aut quatriduum fame laboraturos *Lucullus Mithridatem fame conſumere ſtatuit.*
exiſtimaret. Idcirco abundantem annonæ copiam in ſua caſtra conue-
hens, ſatis habebat, ſi hoſtem annona prohiberet. Per hanc occaſionem,
quum equeſtria prœlia frequentia fierent, iisque ſuperior Romanus eſ-
ſet; milites auidi pugnæ, *nihilque ſuæ virtuti inuium* iactantes, *in hoſtem uti
ducerentur*, poſtulabant. Recuſante Lucullo, atque *ſuam occaſionem* iu-
bente *exſpectari*, prope ſeditionem ventum; *vel iniuſſu Imperatoris pugna-*

turos clamantibus : donec accommodata tempori oratione mitigati quieuerunt. Neque multo poſt imperatorii conſilii ſalubritas apparuit, quum penuria commeatuum mouere caſtra Mithridates cogeretur.

CAPVT III.

Mithridates ad Cyzicum ponit caſtra.

Nam ille, quo Lucullum falleret, cœnatos milites ſtatim abducit, noctem obſcuram atque nimboſam nactus, & Oriente ſole in Adraſtia monte, qui Cyzico urbi eſt oppoſitus, conſedit. Lucullus compoſito agmine ita inſequutus, ut ne pugnandi neceſſitas imponi inuito poſſet, circa Thraciam quam vocant Comen, caſtra communiuit. Cognito deinde ex captiuis, *Regi circiter trecenta hominum millia, non ante parata copia, ſed ex quotidiana ſubuectione maritima, & frumentationibus ali*: futura animo proſpiciens, non continuit lætitiam, ſed opere caſtrorum perfecto, aduocauit concionem, atque apud circumfuſos ita orſus eſt:

CAPVT IV.

Luculli concio ad milites.

[illegible] gentium atque populorum inſtitutis, qui utique conſenſus à recta ratione nunquam diſcedit, ita videmus obſeruari, ut in re bellica multis hominum [illegible] unus plerumque imperator præſit. multos enim manus, ſed unum conſilium res militaris deſiderat. quemadmodum & in animantium corporibus [illegible] membra capitis vnius imperio reguntur. Atque hoc non ideo tantum eſt [illegible], ne ſi plurium ſit arbitrium, peſtilentiſſima rebus gerundis diſſenſio naſcatur, [illegible] deliberatum eſt, donec agendi tempus aduenerit, occultius ſit & [illegible]. atque h[illegible] illa res eſt, quæ plurimam in Imperatore patientiam poſcit; ut conſtanter maneat in recte conſultis, neque hoſtium ludibriis, neque ſuorum ſermonibus inde ſe patiatur dimoueri.

CAPVT V.

Nec enim latere me potuit, quæ nuper ex [illegible] praua conſuetudo, plurimorum etiam ex vobis corruperit mentes, ut [illegible] Imperatori operam nauare debeant, Imperatores ipſi eſſe velint, & quid de ſumma rerum iudicandum ſit, decernere. Sed hos ego partes meas mihi relinquere, ſuas curare iubeo: ſimul autem omnibus lubens lætusque nuncio, [illegible] tempus intelligendi, quo conſilio pugnare volentium ſit à me [illegible]

Suis conſiliis paratam oſtendit adeſſe victoriam.

Meis enim conſiliis eo adactus hoſtis eſt, ut hunc in locum ſe demiſerit, ubi neceſſe ſit eum paulo poſt, rerum neceſſariarum penuria copias omnes amittere. Diſpicite igitur, quanto plus ego; quam vos omnes providerim: quandoque melius conſuluerim communibus rebus. Vobis congredi cum hoſte collatis ſignis placuit. quod ſi

CAPVT VI.

eſſet factum, aut fuſi eſſemus, aut magno cum ſudore æquis pugnaſſemus [illegible] aut ſi fauentiſſimi dii fuiſſent, multo emtam ſanguine obtinuiſſemus victoriam. At nunc prorſus incruentam reportabimus. idque fide mea ſpondeo: [illegible] promiſſi memores. Quum deinde montem magnum ſupra Regis caſtra opportunum ad omnia conſpicatus, occupare locum conaretur; neque

Locum opportunum occupat.

repellente præſidio, quod hortatu Taxilis aliorumque amicorum Mithridates impoſuerat, potiri poſſet; in opinato Fortunæ [illegible], quod

viribus obtinere nequiuerat; eſt conſequutus. L. Magius Sertorianis rebus diffiſus, maxime quod occiſum ab amicis ducem acceperat; clam miſſis ad Lucullum nunciis, *reditum* orabat: *ſi eius rei fides data eſſet, non ſibi defore rationem, qua Regi noceret*. Annuente Lucullo, Regi perſuadet, *nihil referre, quo loco caſtra hoſtis metetur. Fimbrianas legiones, quæ eſſent apud Lucullum, propediem ad ſe tranſituras. ita ſine prœliis & ſanguine victoriam penes Regem fore*. Grata erant quæ dicebantur, nec veri ſpecie carebant: nota Fimbriani militis perfidia, & crebris aduerſum duces ſeditionibus. Idcirco negligente cuſtodiam locorum Mithridate, Romani anguſtiis ſine incommodo ſuperatis, caſtra in monte poſuerunt. Magna ea & multiplex utilitas Lucullo fuit, ipſi commeatus ſine metu ſubuehebantur; Rex toto prope modum agro, fluminibusque omnibus, & lacu Daſcylite excluſus, perquam anguſta frumentatione utebatur. Neque diſceſſuro ſatis patens exitus erat; foſſas multis locis obiiciente Lucullo: neque Lucullum ob locorum opportunitatem ſic poterat depellere: & iam inclinante tempore anni reliquam annonæ ſpem inter clauſum tempeſtatibus mare ſolicitabat. Idcirco duobus Imperatoribus varii animorum habitus erant: Lucullus admonebat amicos *tempus adeſſe præſtandi, quæ promiſerant*; Mithridates errore, poſtquam corrigi iam nequibat, intellecto, multa & diuerſa ſecum agitabat. Tandem licet cum tanta militum multitudine vel per medios hoſtes erumpi poſſe videretur; oppugnandæ urbis conſilium ſedit. Fimbrianorum tranſitionem, cuius facta ſpes, ſubito diſceſſu impedire in conſultum putabat. Et quia Chalcedonenſi pugna Cyziceni decem naues cum tribus hominum millibus amiſerant; tanto facilior erat futura urbis expugnatio. precium autem operæ, ſi Cyzicus capta eſſet, ingens oſtendebatur, & hac velut ianua Aſiæ perfracta, futurum erat, ut victori tota prouincia pateret. Accedebat, quod ita omnia ad urbem clauſa itinera erant, ut oppidani, licet in conſpectu haberent Luculli caſtra, tamen vbi eſſet, ignorarent. Quippe Cyziceni in cognomine inſula ad Propontidem colebant; & Mithridates milite abundans decem à terra caſtris oppidum adſidebat: & ad fretum quo à continenti dirimitur, utroque latere naues quadringentas admouerat: & barbari Romana caſtra digito monſtrantes, obſeſſos horribili mendacio terrebant; *Armeniorum Medorumq; miſſas à Tigrane copias ibi conſediſſe* dictitantes. Non tamen deſponderunt animũ, quamquam ſumma contentiones omnibusq; viribus oppugnarentur. Etenim Mithridates capto ſub vrbio, naualia duplici muro obſepſerat: & reliqua urbe circumuallata, magnos excitabat aggeres, aliaque opera multa ſtudioſe faciebat; turres & teſtudines, & in-

CAPVT VII. *Proditur Mithridates L. Magio.*

CAPVT VIII. *Inde fames Mithridatis rebus ſpes impedita.*

CAPVT IX. *Quam expedire conatur oppugnatione Cyzici.*

CAPVT X. *Cyziceni terra mariq; clauſi.*

inſignem ante alias machinam, centum cubitorum helepolin, è qua turris alia tollebatur, catapultis inſtructa, quæ telorum & lapidum vim quaquauerſum velut imbrem ſpargerent, Niconidæ Theſſali opus.

CAPVT XI.

Ad portum porro duæ quinqueremes inter ſe firmiter deuinctæ aliam turrim ſuſtinebant, ita fabricatam, ut ubi muro admota eſſet, pons ex ea demitti ſubito in mœnia poſſet.

Mithridatis ſtratagema.

His omnibus paratis, antequam vim tentaret, captiuos Cyzicenorum omnes in conſpectum ſuorum adduxit, ſperans illorum charitate lachrumiſque moueri ad deditionem oppidanos poſſe. Sed illos multa nequidquam obteſtantes, Piſiſtratus Cyzicenorum Prætor *abſtinere nihil profuturis precibus* iuſſit; *& poſtquam ſemel in poteſtatem hoſtium veniſſent, fortiter ferre calamitatem.* Sic exploſo commento Regis, ad ſeriam dimicationem ventum: quia progreſſa in nauibus turris, ponte mœnibus iniecto, quatuor armatos muris impoſuerat.

CAPVT XII.

Id ſpectaculum ita perterrefecit obſeſſos, ut ſi continuo ſequuti plures fuiſſent, in magno periculo res Cyzicena fuerit. Sed dum etiam in turri trepidatur, propugnatores reſumtis animis quatuor illos detrudunt, [illegible]que pice perfuſas, & igni appetitas, inhibere retro cogunt, & ſe diſcrimini ſubducere.

Cyziceni ſtrenue ſe defendunt.

Sic maritima oppugnatio in irritum ceſſit. ſed à terra triplex eadem die conatus factus, machinæque admotæ, gnauiter ad defenſionem concurentibus oppidanis, uti quoque loco neceſſitas poſtulabat. arietes aut libramentis ſaxorum iniectis præſtringebantur, aut laqueis eorum auertebantur ictus; aut obiectis è vimine cratibus lana repletis eludebantur. contra ignita tela aceti & aquarum copia præſto erat. cætera miſſilia veſtibus centonibuſque oppanſis impetu fracto cadebant irrita: nihil denique, quod humana ſuggerere aut exſequi induſtria poſſit, à Cyzicenis omittebatur.

CAPVT XIII.

Neque tamen prohiberi potuit, ne pars mœnium ſuccenſa, ſub veſperam concideret. Sed hoſtis ne per ruinas irrumperet, ardore incendii vetabatur. idcirco ſequenti nocte obſeſſi alio munimento excitato clauſerunt locum. Mithridates vanæ oppugnationis dolore æger, varie ſe torquebat, non ſolum virtute obſeſſorum, ſed etiam caſibus territus, quos plerique ad fauentia Cyzicenis numina referebant.

Proſerpina adiuuat Cyzicenos.

Ariſtagoras enim, qui in ſummo magiſtratu populi agebat, *Proſerpinam adſtitiſſe ſibi in ſomnis* adſerebat, *dicentem, aduerſus Ponticos tubicines, Africum ſe tibicinem comparaſſe.* Mirantibus hanc vocem Cyzicenis, ſub primam lucem intumeſcere mare, ventiſque ſibilantibus machinæ ſtridere cœperunt. mox incredibili vehementia coortus Auſter turres hoſtium, inter quas & illam inſignem centum cubitorum altitudine momento disiecit: & machinas reliquas ita lacerauit, ut ſimul

redderentur. Ilienſium quoque multis apparuiſſe per quietem Mineruæ ſpeciem ferunt, multo ſudore manantis, oſtenſaque pepli parte diſrupta, dicentis; *modo ſe ab ope Cyzicenis ferenda reuerti.* Aliud deinde miraculum captas ſuperſtitione mentes, pro diuerſarum partium ſtudiis, ſpe aut metu repleuit. Cyziceni præcipua religione Proſerpinam venerabantur; *cui & ab Ioue dotis nomine datam inſulam* adſerebant. Ei quotannis vacca nigra faciebant: & dies ſolemnis ſacrificii aderat, nec deſtinata deæ hoſtia ſuppetebat; ſed cum cetero Cyzicenorum armento trans fretum in paſcuis, & in poteſtate hoſtium erat: Idcirco ut humanis ingeniis procliue eſt, cultus diuini magiſterium ſibi ſumere; Meſſeniorum atque Lacedæmoniorum exemplo, qui centum tripodas ſtatuere iuſſi, è ligno aut luto fecerant, paſtam è farina formarunt in bouis figuram. iamque admouebant aris: quum per mediam urbem curſu fertur vera victima, quæ relicto armento ſola per hoſtium claſſem de montibus adnatauerat; ne clauſtris quidem quæ ad anguſtias portus exſtructa erant, morantibus, & ſub aquis emenſo, quod illa obtinebant ſpatio. Sacrificio ſumma Cyzicenorum lætitia, ob præſentem ut interpretabantur numinis fauorem, peracto; Regem amici *ne cum diu pugnare pergeret*, hortabantur. Ille nihil territus, à ceruice qua Dindymo monti urbis connectitur, aggere ducto, turres impoſuit, tutiores à venti impetu futuras: cuniculos quoque egit; alacriter occurrentibus ad omnia obſeſſis: qui viciſſim & ipſi ſuffodientes humum, aliquando ab ipſo Rege in cuniculis ſuis opprimendo haud multum abfuerunt. Inter hæc etiam comperta Luculli præſentia magis erecti ſunt animi: poſtquam miſſus ab Archelao Demonax primus id nuncium in vrbem intulit; dubitantibusque, puer, qui captiuitatem hoſtium fuga euaſerat, interrogatus *ubi caſtra Romana eſſent*, digito commonſtrauit. Neque prætereunda eſt via, qua nuncius Luculli obſeſſam in vrbem penetrauit. Namque duos maximos vtres leui tabulæ ſubiecerat: vtribus inſuræ literæ Luculli erant, quo aduerſus humorem tegerentur. ab inferiori parte duæ regulæ diſtantes inuicem vtres continebant. huic machinæ impoſitus, per traiectum ſeptem millia paſſuum habentem, pedibus iter adgubernans, inter molem Mithridatis, atque inſulam, vitabundus hoſtium claſſem, ad vrbem peruenit: nam procul viſentibus non homo, ſed marina piſtrix eſſe creditus, nemine curante euaſerat. Tandem & præſidii immittendi Lucullo reperta eſt ratio. In Daſcylite lacu acatia ſatis magna commeabant, eorum quod erat capaciſſimum plauſtris deduxit ad mare, militibusque repleuit. hi noctu tranſmiſſo freto incolumes peruenerunt in urbem, quorum auxilio confirmati Cyziceni, crebris eruptionibus fatigarunt.

CAPVT XIV. *Et Mineruæ.*

CAPVT XV.

Victima Proſerpinæ ſponte accurrit ad aram.

CAPVT XVI.

Mithridates ſibi ſtruit opera.

CAPVT XVII.

Miro modo Luculli nuncius in urbem penetrat.

CAPVT XVIII.

garunt hoſtem, machinasque eius incenderunt. Tolerabat tamen obfirmatus animo Mithridates, quamdiu celantibus rem ducibus, famem exercitus ignorabat. Poſtquam ſuper veniens hiems maritimos commeatus præcluſit, & confecti inedia milites ne cadaueribus quidem humanis abſtinebant, & è cibis inſalubribus morbos morteſque contagio vulgabat; ut ſe parte copiarum exoneraret, obſeruato tempore, quo profectus ad arcis cuiusdam oppugnationem Lucullus, aberat è caſtris, peditatus inutilem turbam, & omnem ferme equitatum, cum grege iumentorum inopia pabuli languido, & detritis ungulis claudicantium, auerſis ab hoſte itineribus in Bithyniam miſit. Ea res quum propere nunciata Lucullo eſſet, noctu rediit ad ſtatiua; & poſtridie dubia adhuc, nec hiberna tempeſtate deterritus, cum decem cohortibus delectis & equitatu inſequutus eſt. Niuoſa dies erat, & incommoda multa properantibus obiicebantur. Itaque parte militum ob frigoris aſperitatem deficiente, cum reliquis ad Rhyndacum adeptus eſt barbaros, dum in tranſitu fluminis neceſſariam moram trahunt. Multa ibi Regiorum cædes facta, viui quindecim millia capti, cum ſex equorum millibus, & iumentorum propemodum incredibili multitudine. Tantis copiis ita deletis, ut etiam ex Apollonia feminæ procurrerent in campos, diriperentque ſarcinas, & interfectorum cadauera ſpoliarent. Aduerſa Propontidis & Bythiniæ, ſub idem tempus aggrauauit aliarum Mithridatis copiarum clades. Fannius enim & Metrophanes Regius Prætor, à Mamerco victi, cum duobus millibus equitum in Mœſiam profugerunt: atque inde in Mæoniam digreſſi, quum hoſtem euaſiſſe putaſſent, ipſius ſoli, cui ſe crediderant, plusquam hoſtiles inſidias ſunt experti, feceruntque vulgatæ fabulæ fidem, Animos ibi & fulminata Ioue gigantis cubile ponenti. Delati certe in loca cœco ſubterraneo incendio infamia, ſaxis quoque & humo quaſi fuligine quadam oculorum nigrorem prodentibus, magna cum ſolicitudine oberrarunt; donec tandem via reperta in caſtra Regia reuerſi ſunt. Eodem tempore præfectus Regis Eumachus, poſt egregios ſucceſſus, necatamque cum uxoribus & liberis ciuium Romanorum magnam multitudinem, Piſidia, Iſauriaque ſubactis, Cilicia temtata, quum in Phrygia bellum mouiſſet; Deiotarus Gallogræciæ Tetrarcha, vagantem adſequutus, magna clade adfecit. Hoc etiam anno Cn Pompeius in Hiſpania proſpere bellauit cum Q. Sertorio: qui iam curis & laboribus feſſus, & quia ſe peti videbat communibus inſidiis, qui ſe remoto ſalui eſſe non poterant; ad obeunda munia ſegnior, in luxum & libidines declinabat. Vnde quum frequentius incumberet, quotidie ad iram pronior, multis ob ſuſpicionem doli [illegible]

Mithridates partem copiarum è caſtris dimittit.

CAPVT XIX.

Sed Lucullus [illegible] delet.

CAPVT XX.

Alia Mithridaticorum clades.

CAPVT XXI.

Sertorius declinat.

deliter interfectis, ceteros ad maturandam coniurationem acrioribus
ſtimulis incitauit. Erant illi iam antea, ſimul ex ingenti metu, per virtu- CAPVT XXII.
tem atque felicitatem Sertorii, animos ad ſpem transſtulerant, liuore &
æmulatione potentiæ infenſi: & crebris Perpernæ ſermonibus incen-
debantur, qui ſibi deberi ſummam imperii propter nobilitatem generis
exiſtimabat. Idcirco clandeſtinis opprobriis Sertorium apud credulos Eum clam odioſum ſuis reddit Perperna.
onerando, ſortem ſuam ceterorumque invidioſe deflebat. *Qui enim,*
inquit, *malus genius eo calamitatis nos compulit, vt Sullæ terrarum omnium ma-
riique dominium obtinenti parere dedignati, vbi licuiſſet domi manentibus, ſalua
dignitate, ſaluis fortunis in otio degere; Sertorium ſequamur; & volunta-
riam ſub inani libertatis ſpecie ſeruitutem amplexi, dicto exſulis geramus morem?
egregio ſcilicet præmio, quod ridicule omnibus appellatione* Senatus *vocamur;
ſub decoro nomine, non minus laborum contumeliarumque, ac ſi Celtiberi aut
Luſitani eſſemus, perferentes! At qui Romæ remanſerunt, cum ampliſſimis emo-* CAPVT XXIII.
lumentis Sacerdotia & Magiſtratus capiunt; prouincias ſortiuntur; triumphos Suam & Romæ manentium fortunam comparat.
*ducunt: & uno pridem remoto domino, ipſi rerum omnium moderatores ſunt &
arbitri. At nos contemtum & vile vulgus obſcuri hominis imperio premimur:
perpetuumque & ipſi Dictatorem, ſed deteriore conditione noſtra patimur, quam
illi Sullam habuerunt. Sulla enim armis ſane potentior, ab inuitis forſitan, ſed
tamen ius iſtud habentibus, Dictaturæ noui generis imperium obtinuit; ſed paulo
poſt ſponte ſua poſiturus: hic neque bello nos vicit, vt vel hoc iure plus pollere de-
beat; neque noſtris ſuffragiis adeptus potentiam, tenet ſtringitque, non temporum
limites ullos, non rerum aut negotiorum circumdari patiens. Ad hæc Sulla hic* CAPVT XXIV.
*crudelior, non inimicos ſuos tantum, ut ille, proſcribit; ſed ſocios omnis fortunæ
amicosque trucidat, vitam his eripiens, ſine quorum ope viuere ipſe non potuiſſet.
Neque licet aut vacat, de aliorum interitu queri. iam ubi hos ſermones aliquo
indicio reſciuerit, hæc libertas nobis ultimo cruciatu luetur.* Atqui his querelis
occupatæ hominum mentes, imperia Sertorii contemnebant: aut ſi qui Hæc multa incommoda Sertorio.
ſuſcepiſſent, contra utilitatem & conſilium eius bene cogitata in exi-
tium, omittendo præcepta, faciendo vetita, conuertebant. deſtitutus-
que miniſterio Sertorius, quum multa præclare prouideret, non alium
conſiliorum fructum, quam tædium irriti laboris, & duræ indignæque
ſortis grauem atque inanem conqueſtionem capiebat. Anno ſequenti CAPVT XXV.
M. Terentius M. F. Varro Lucullus, C. Caſſius Varus, Conſules facti, le- A. V. C. DCLXXV.
gem Terentiam & Caſſiam frumentariam tulerunt, ut annonæ Vrbis
conſuleretur. Piratis enim maria diu infeſtantibus, ſublato generis hu-
mani commercio, non modo negotiatores nauigare prohibebantur;
ſed ne claſſibus quidem Romanis tutus curſus erat. Igitur plebs penuria Tumultus Romæ propter annonam.
commeatuum ſæpe tumultuabatur; curamque Patrum intendebat, ut

omnia expediundæ annonæ remedia tentarent. Igitur L. Octauio C. Cottæ Conſulibus permiſit Senatus, vt vini & olei decumas, & frugum minutarum, quas Quæſtores in Sicilia vendere conſueuiſſent, Romæ venderent, & mox Q. Hortenſius in Ædilitate ſeſquimodios in capita diuiſis, magnam à populo Romano gratiam iniuit: quia charitas annonæ faciebat, ut quod re paruum erat, tempore magnum videretur.

CAPVT XXVI.

Frumentum ex Sicilia emitur.

Deinde M. Tullius Cicero Quæſtor frumenti maximum numerum ex Sicilia miſit. Quæ omnia quum tanta populi multitudo facile abſorbuiſſet, nec ideo difficultas annonæ ceſſabat; Conſules ex Senatus conſulto tulerunt, vt frumentum à Siciliæ ciuitatibus emeretur, ad hanc frumenti emtionem ex inopi atque exhauſto ærario per triennium prope centies & vicies erogatum eſt. At hæc modica in præſens auxilia ſolabantur potius quam tollebant penuriam : neque antea reddita Vrbi ſolita copia commeatuum eſt, quam Cn. Pompeii virtute Piratæ toto mari arcerentur.

IOH

IOH. FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORVM

LIBER SEXAGESIMVS.

Loco Libri XCV. Liviani.

L. Annæi Flori Epitome Lib. XCV. Liuiani.

C. Curio proconſul Dardanos in Thracia domuit. Quatuor & ſeptuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt: & congregata ſeruorum ergaſtulorumque multitudine, Crixo & Spartaco ducibus bello excitato, Claudium Pulcrum legatum, & P. Varenum prætorem prœlio vicerunt. L. Lucullus proconſul ad Cyzicum vrbem exercitum Mithridatis fame ferroque deleuit; pulſumque Bithyniа regem variis belli ac naufragiorum caſibus fractum, coëgit in Pontum profugere.

HOc anno C. Scribonius Curio Dardanis in Thracia victis, bello finem impoſuit; acribus ſuppliciis domita inquietarum gentium ferocia. qnum rebellium primores amputatione manuum, ceterorum pleroſque morte mulctauiſſet. Eadem expeditione Mæſi quoque ſubacti: & ad Danubii Daciæque terminos ventum. Ne ulterius procederetur, inſidioſa loca denique ſaltus impedimento fuerunt. Nouum inter hæc bellum contemtis initiis (adeo nullius imperii tuta vel domi potentia eſt) in maximas Italiæ calamitates eualuit. Quatuor & ſeptuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Cn. Lentuli profugerunt, Galli plerique, pertæſi peſſimæ ſortis, ad quam eos non ſuum aliquod ſcelus, ſed iniquitas domini coëgerat. Hi quum verubus atque coquinariis cultris è popina correptis oppido erupiſſent; in plauſtra quædam inciderunt, quibus arma gladiatoria portabantur. Atque illi velut munere deum oblatis armis alacres, in munito quodam colle conſtiterunt; ducibus tribus creatis, inter quos Spartacus eminebat, Thrax gente, & ab ineunte ætate paſtor: ſed animo & viribus ingens, nonnulla quoque belli peritia, quod inter ſtipendiarios militauerat; ferociam originis inſtitutique prudentia & moderatione temperabat. Vxor ei oriunda indidem aderat; quæ

Curio Dardanos vincit.

CAPVT II.
Spartacii belli initia.

Bacchici numinis plenam se ferens, quo primum tempore Romam is vænalis est deductus, conspecto dracone, circa dormientis caput instar coronæ conuoluto, magnam viro potentiam prædixerat. Cognito hominum consilio, statim ex oppido venerunt armati, qui eos ex fuga reprænderent. His fusis fugatisque, quum multa arma militaria cepissent: abiectis gladiatoriis, quæ oderant, illa læti gratulabundique sumserunt.

CAPVT III.

Claudius Pulcher male rem gerit adversus Fugitiuos.

Inter hæc Claudius Pulcher legatus, cum tribus millibus armatorum ex Vrbe accurrit; & ad Vesuuium montem, quo illi se receperant, castris positis, aditum, qui vnicus ea parte, atque is difficile tamen & impeditum iter præbebat, obsedit. Illi nullas circa stationes, qua inaccessus videbatur, conspicati; per abrupta cauasque fauces cathenis ex vite siluestri confectis se demiserunt, vno relicto, qui deiectis armis post remo ipse quoque descendit. Spartacus postquam incolumes omnes recepit, solerti cum audacia statim ad castra Romanorum duxit, & inprouisi periculi consternatione ita terruit Claudium, ut turpi fuga castris desertis, aliquot cohortes quatuor & septuaginta gladiatoribus cederent.

CAPVT IV.

Spartacus auget copias.

Res prosperæ, ut adsolet, statim inuenerunt socios; multique pastores, durum & pernix genus accesserunt ad partes: quorum robustissimum quemque armauit Spartacus; reliquos antecursorum & velitum numero habuit. Seruitiis deinde ergastulisque concitatis, quum celeriter ad hominum millia decem coiuissent, quod armorum erat inopia, scuta ex vimine dedit, eratque is facilis labor solitis vasa agrestia ex viminibus nectere: & unoquoque se ad eam artem in formam equestris parmæ armante, celeriter confecta res est. mox mactatis pecoribus, parmas cooperiebant, quum coria recens detracta, quasi glutino ad hærescerent. ferro dein ergastulorum recocto, gladios ac tela fabricabant. His rebus festinare coactus P. Varinius Prætor, cui Senatus negotium extra ordinem dederat; cum iusto exercitu, sed tumultuarie conscripto aduenit.

CAPVT V.

Successus, & sævitia Fugitiuorum.

Sed legatum eius Furium cum duobus millibus militum præmissum a prætore, acie congressi Fugitiui fuderunt. Qua victoria usi sævius etiam infestiusque totam Campaniam per vagati sunt. nec villarum atque vicorum vastatione contenti Coram, Nuceriam, & quæ Romanis exercitibus tot per annos restiterat Nolam, crudeliter populabantur. nactique nonnullos quibus maxime infensi erant, eorum morti nefandum in modum illudebant, lacera corpora, sed adhuc sperantia, ne cito dolore defungerentur, omittentes. Alii in tecta iaciebant ignes. multique ex locis quæ occupata erant, serui, quos ingenium socios dabat, abdita dominis, aut ipsos trahebant ex occulto, neque sanctum aut nefandum quidquam fuit iræ barbarorum, & seruili ingenio; nequiente prohibere

Spar-

Spartaco, quamquam multis precibus oraret. Igitur, ut alio consilio eos ab hac immanitate abduceret, simulque aduentus sui celeritate præuerteret nuncios; raptim in Lucaniam ductis copiis, Cossinium, qui datus Prætori adiutor fuerat, cum magna militum manu apud Salinas agentem, ita improuiso impetu oppressit, ut nihil propius sit factum, quam vt lauantem compræhenderet. Impedimenta certe eius omnia diripuit, vestigiisque fugientium hærens multos occidit, & castra eorum cepit, ipso ibi Cossinio interfecto. Hinc Lucaniæ magnam partem Thurinum maxime Metapontinumque agrum in potestate Fugitiui habuerunt, ipsis quoque vrbibus eodem bello potiti. At Varinius dum hæc aguntur à Fugitiuis, ægra parte militum autumni grauitate, neque ex postrema fuga, quum seuero edicto iuberentur, ullis ad signa redeuntibus, & qui reliqui erant, per summa flagitia detrectantibus militiam; Quæstorem suum C. Thoranium, ex quo præsente vera facilime noscerentur, in Vrbem miserat: & tamen interim cum volentibus in expeditionem prodiit. Auxiliis deinde contractis, quum quædam non inprospere gessisset; contra morem fiducia augeri Romanis & promi lingua cepit. quo Varinius contra spectatam rem incaute motus, nouos incognitosque & aliorum casibus perculsos milites, ducit tamen ad castra Fugitiuorum presso gradu; silentes iam, neque tam magnifice sumentes prœlium quam postulauerant. At Fugitiui certamine consilii inter se iuxta seditionem erant, Crixo & gentis eiusdem Gallis atque Germanis obuiam ire & ultro offerre pugnam cupientibus. Contra Spartaco dimittere quæ haberent è loco commoda, & quam integro exercitu sperarent, cum periculo victoriam quærere non placebat. Quo deinde ordine ac loco res unaquæque gesta sit, amissis, quæ de hoc bello erant prodita, non habeo dicere. Illud certum utique habetur, multis prœliis victum à Spartaco Varinium esse, & adeo ægre elapsum, ut equum illius lictores quæ cum fascibus & insigniis magistratus, ad Spartacum Fugitiui detulerint, quibus etiam postea usus est Eodem tempore quum forte præclusus à P. Varinio Spartacus fuisset, insigni astu elapsus est. Quum enim operibus hostium in arctū coacti essent Fugitiui, consumtis iam alimentis, nec suppeditantibus ex propinquo, secunda vigilia cuncti egrediuntur, relicto buccinatore in castris, & ad vigiliarum speciem procul visenti cadaueribus, quæ erexerant fulta palis, per modica interualla ante portam fixis. Ea veste atque armis adornata, quum per tenebras, aut dubia adhuc luce satis tegerent fraudem, & per tota castra ignes collucerent, facile deceptus hostis est, ut eodem adhuc loco Fugitiuos esse crederet. Multa demum lux aperuit quid actum esset, missique sunt.

CAPVT VI.

Cossinius à Spartaco interficitur.

CAPVT VII.

Fugitiui inter se discordes.

CAPVT VIII.

Spartacus insigni astu elabitur.

CAPVT IX.

ſunt equites, qui veſtigia Spartaci ſcrutarentur, & quantum poſſent, damni ac moræ facerent. At ille viſis equitibus, priusquam cum reliquo exercitu adeſſet Varinius, propere nanctus idoneos ex callibus duces, Picentinis deinde Eburinis iugis occultus ad Nares Lucanas, atque

Varinius Spartacum inſequitur.

CAPVT X.

inde prima luce peruenit ad Popili Forum ignaris cultoribus. Ac ſtatim Fugitiui contra præceptum ducis rapere ad ſtuprum virgines, matres, & aliis ſceleribus operam dare; multum obteſtante Spartaco, cui præter humilitatem ſortis, nihil ad eximii Imperatoris tuendum nomen deerat. Neque ſapientiæ egebat, qua futura proſpiceret. victoque Varinio, quum maiorem eſſe Romanam potentiam intelligeret quam ut ſperare interitum eius poſſet, auctor ad Alpes eundi ſuis erat, ut iis ſuperatis, diuerſi Thraces Gallique ſuam quisque patriam repeterent. Sed illi multitudine confiſi, & elati ſucceſſu ſpernebant ſalubre conſilium, & deuaſtanda Italia, ſuæ libidini auaritiæque indulgebant.

Spartacus eximius Imperator.

CAPVT XI.

Jam enim circa Conſentiam & Metapontum delectibus agendis ita creuerant, ut tum quidem Spartacus triginta millia, Crixus decem ſub ſignis habuiſſe tradatur. nam tertius ducum Oenomaus ſuperiore bello perierat. Interea dum Romana arma domi à ſeruis contemnuntur; in remotis prouinciis contra potentiſſimum Regem Imperatore Lucullo magna cum gloria fulgebant. Omnem jam non commeatum modo Mithridates, ſed etiam opes, copias, ſpem denique expugnandæ Cyzici conſumſerat. Igitur Hermæo Varioque traditis peditibus, quorum numerus adhuc triginta millia ſuperabat; ipſe maritimo itinere in Regnum cogitabat reuerti.

Mithridates deſperat de expugnatione Cyzici.

CAPVT XII.

Noctu abnauigat.

Noctu quo falleret obſeſſos, *conſcendi nauigia* iuſſit: Sed ea maioris trepidationis cauſſa fuit; dum inter tenebras metu reuerentium *imperia* vincente, certatim & promiſcue ad naues ruitur, quædam iam cum his qui inſcenderant, ſubmerſa ſunt; aliæ turbatæ atque circumactæ plus adhuc moræ conſternationisque fecerunt. Hoc modo ægre ſolutis ancoris Parium Rex peruenit. Quod ubi poſtridie à Cyzicenis eſt cognitum, excurrentes in Pontica caſtra, reliquam adhuc ægrotam multitudinem conciderunt, ablatis quæ verti in prædam poterant.

CAPVT XIII.

Sub idem tempus Archelaus claſſis Regiæ præfectus (*Ariſtonicum* Plutarchus appellat) in poteſtatem Luculli peruenit. Miſerat eum Mithridates, ut negotium faceſſeret hoſti, ne recedentem à Cyzico ſequi poſſet: dederatque decem millia aureorum, ad Fimbrianas corrumpendas legiones. Sed ea fidem à perfidis inepte ſperare auſus, quum tamquam ad accipiendas copias deſtinato tempore veniſſet; occiſis quos ſecum adduxerat, compræhenditur. Lucullus audito pedeſtres Mithridatis copias Lampſacum petere, continuo inſequutus, ad Æſepum amnem depræhendit, quibus

Lucullus peditatum Regium adſequutus cædit.

eam

anni tempore pluuioso plurimum creuerat. Ibi Granicus & Æsepus amnes cruentarunt undas; Regiorumque partim aquis hausta, partim hostilibus concisa armis, ad millia viginti perierunt. magnus præterea captus est numerus: plusquam undecim millia in prœlio ceciderunt. Ceteros quum se munimentis oppidi clausissent; Lucullus obsedit: donec à Mithridate missa classis, & illis & Lampsacenis omnibus exportatis, vacuam vrbem victori reliquit. Hic euentus obsidionis Cyzicenæ fuit: qua periisse de Regiis militum lixarumque ad trecenta millia putantur. Cyziceni sua & Luculli virtute incolumes, quo grati erga benemeritum essent, ludos victoriæ solennes instituerunt, *Lucullea* vocantes: ipsumque quum ingressus vrbem esset, exquisitis honoribus acceperunt. Mithridates interea, quum quinquaginta naues, in quibus decem millia delectorum virorum imposuerat, L. Vario, & Alexandro Paphlagoni, & Dionysio Eunucho tradidisset; cum aliquanto ampliore numero Perinthum nauigauit: frustraque tentata oppidi capiundi spe, Nicomediam Bithyniæ petiit. postquam apud Parium ex utraque classe multas naues tempestate perdidisset. Neque Lucullo tempus per otium transigebatur, quin ex omni Asia nauibus ad Hellespontum contractis, classem compararet: tanta fiducia, vt Senatui tria millia talentorum ad eos vsus decernenti rescriberet; *summam eam ærario se parcere: neque ideo minus auxilio socialium nauium Asiam ab incursu Regiorum esse liberaturum.* Neque promissa eius magnificentiora, quam facta fuerunt. Classem ita distribuit, ut cum parte nauium, ad recipiendas Phrygiæ Vrbes Valerium Triarium; cum aliis Voconium Barbam ad distinendum Nicomediæ Mithridatem mitteret: ipse reliquis ad ea quæ occurrerent vsurus. Ab omnibus feliciter res gesta. Triarius Apameam, quæ *Cibotus* cognominabatur, maximum post Ephesinam vrbem Asiæ emporium obsedit. Erant magna beneficia Regis penes Apamenos, quod terræ motibus quassatam vrbem, centum talentis publice dono datis, refecerat. Igitur acris aliquamdiu defensio, & post expugnationem, cædes eorum etiam qui in templa confugerant, fuit. Dum ad hunc modum Apamea vastatur, Prusa quæ sub Asiatico Olympo iacet, per Barbam capta ac direpta est. Triarius etiam Prusiadem maritimam vrbem, quæ olim Cius fuerat, volentibus oppidanis recepit, qui præsidium Regis expulerant; eo merito libertatem ab Romanis adepti. Ea res etiam Nicæam tradit Romanis, diffugientibus noctu ad Mithridatem, qui tuendæ fuerant impositi: quod animos Nicæensium ad Romanam amicitiam inclinare sensissent. At vero Lucullus, qui ab Hellesponto Troadem petierat, quum in fano Veneris pernoctasset; vocari se à dea ad oberrantem in proxi-

CAPVT XIV.

Clades Mithridatis ad Cyzicum.

CAPVT XV.

Lucullus decretam ab Senatu pecuniam remittit.

CAPVT XVI.

Apamea & aliæ urbes à Romanis capiuntur.

CAPVT XVII.

Lucullus somnium suum exponit amicis.

proximo prædam somni auit. statimque iussis conuocari amicis, Græcisque comitibus; *Non potui differre*, inquit, *quin protinus exponam vobis, quæ mihi visum obvenit in templo.* somnio deinde narrato, *talis inquam, per quietem obuersata mihi species est, sed ita expressa & velut solida comprahensionis, ista videre ac audire, totis sensibus; non autem per inanes somnii figuras imaginari crederem. Sane iam olim sæpius, sed maxime, quum proquæstore missus à Sulla ad Ptolomæum Alexandriæ agerem, de omnibus eiusmodi rebus diligenter audiui disserentes doctissimos viros. Erat enim tum etiam hic Antiochus mecum; & antea tam Heraclitus Tyrius agebat Alexandriæ, qui & Clitomacho multis annis, & Philoni operam dederat. Sed ita mihi hæc intricata, & ab hominis certa cognitione remota videbantur; ut inter disputationes eruditorum, id semper probabilius videretur, quod à differente defendebatur. nam etiam qui decreta sua parum confirmarent, plerumque sententiam aduersariorum haud inepte refellebant. Igitur eo inclinabam, ut incertam omnium opinionem, neque firmiter comprehendi posse quidquam arbitrarer. Sed vnum vbique occurrebat irrefragabile veritatis argumentum, vt si dubitandum esse de omnibus putarem, id tamen sine viderer, esse utique de rebus dubitationem, & me esse qui dubitarem. Ab hoc minime obscuro aut fallaci gradu, statim eo adscendebam, vt sine vlla fluctuatione comprahenderem, esse aliquam humana superiorem naturam, quando nec ipse me fecissem, & quoniam essem, ab aliquo certe factus essem. Id autem cuius potentia & ego, & quidquid est, nec ab se ipso est, exstitissemus; non aliud intelligere poteram, quam quod video Dei appellatione apud omnes censeri. Nam etiamsi plerasque apud gentes complures dii coluntur; tamen sapientissimus quisque deorum omnium unum Regem patremque credit, à quo descendat, quidquid inferioris ordinis est, non potestate cum illo, non natura comparandum. Vt igitur haud inepte dubitari queat, quantum quæ in hoc fano colitur Venus valeat. quantaque sit huius loci sanctimonia: sic etiam experientia constat, neque rationi refragatur, esse aliquam maiorem humana potestatem, quæ de futuris, aut etiam præsentibus ita moueat hominum mentes; ut illo stimulo admonitæ, non inclinent modo ad credendum, sed etiam penitus ita se rem habere pro certo compertoque habeant. Mihi sane ita nunc adfectus est animus, vt de veritate rerum, quæ mihi per quietem sunt ostensæ, minus etiam dubitare possim, quantumcumque inhibere adsensum coner; quam de his quæ nunc videns vigilansque facio.* Hæc agenti cum amicis, dum adhuc loquebatur, superuenerunt ab Ilio nuncii, tredecim *conspectas esse Regis quinqueremes, Lemnum vbi præfecti classis ad* [illegible] *bant, petituras.* Igitur propere euectus inter Tenedum & Achæorum stationem prœlio commisso, Isidorum qui nauibus illis præerat, interfecit: naues omnes cepit. Inde mari Ægeo Lemnum profectus ad ceteram classem expugnandam, in deserta insula, ubi Philoctetæ casum

CAPVT XVIII. *Lucullus philosophos secuta habuit.*

CAPVT XIX. *Vtrum aliquid certo comprahendi possit disputat.*

CAPVT XX.

Esse aliquam maiorem humana potestatem, certum.

CAPVT XXI.

Somnii eius expositio, et demonstratio.

ææ[illegible]

æneus ſerpens, arcusque & faſciis illigatus thorax indicabat, præfectos Regios deprzhendit. Nec elici ad pugnam poterant; ſubductasque ad litora naves, tabulatis ſuperſtantes acriter defendebant. Multus ibi labor fuit, multaque vulnera accepta; quia in hærentes litori naves, à fluctuantibus, tamquam firmata in ſtabili ſolo caſtella levi & irrito conatu petebantur. Poſtremo circummiſſi alia parte milites exſcenſione facta à tergo circumvenerunt hoſtem; & occiſis nonnullis, alios propellere naves, & in aquas ſe recipere coëgerunt. Ibi inter duo maxima diſcrimina depræhenſi, & utrum magis vitarent incerti, dum neque altum petere metu Hoſtilium navium audent, & terra ab expoſitis prohibentur, ad oram oberrantes, utrimque vulnerabantur.

CAPUT XXII. *Pugna navalis inter Lucullum & Regios.*

Sic velut indagine deprahenſi ſunt omnes, niſi quos mors obita ferrò eripuerat. Duces ejecto in terram navigio ſpeluncam ingreſſos, male texerunt latebræ: poſtera die quum caperentur, Dionyſius epoto quod ſecum habebat veneno, ſtatim exanimatus eſt. Alexandrum Lucullus ad triumphum ſervari voluit. L. Varius, quia Senatorem Romanum in triumpho duci fas non erat, poſt contumelias & ludibria ſupplicio adfectus eſt. Quod ne faciliori forte exitu anteverteret, Lucullus ſuis, *ne quem luscum occiderent* (captus enim altero oculo erat Varius) præceperat. Multi & alii proſcriptorum tunc interempti ſunt. Duæ & triginta naves Regiæ, cum onerariis compluribus eo tempore demerſæ aut captæ fuerunt.

CAPUT XXIII. *Præfecti Mithridatis capiuntur.*

Hæc à Lucullo ad Senatum perſcripta magnam in Urbe lætitiam excitarunt, maxime poſtquam eſt cognitum, *claſſem hoſtium, quæ duplici prælio deleta aut capta fuerat, ſub acerrimis ducibus Italiam petere voluiſſe.* His confectis Lucullus ad expellendum Bithynia Regem properabat: hunc enim credebat à Voconio attineri, legato ſuo, quem ea gratia Imperator præmiſerat. Sed ille Samothracen profectus, dum ſuperſtitionibus dat operam, diesque cærimoniis & initiando terit; Mithridati præbuerat effugiendi copiam: qui ſi in tempore adfuiſſet, clauſo maris exitu, capi Mithridates Nicomediæ potuiſſet.

CAPUT XXIV. *Voconii negligentia Mithridates elabitur.*

Nam à terra binis caſtris obſidebatur: quia M. Cotta, ut acceptum ad Chalcedonem dedecus aboleret; ſatis impigre Nicomediam perrexerat, caſtris ad viceſimum fere lapidem ab oppido communitis, ne pugnare contra commodum cogeretur. Eodem & Triarius non invitatus occurrit; & quia Rex intra mœnia ſuos reduxerat, ab utroque Romanorum exercitu cepit obſideri. Quod interim mediocriter ferens, poſtquam gemina navali pugna claſſem amiſſam didicit; Lucullo ſuperventuro ſe ratus imparem, Pontum petere claſſibus decrevit. In hoc itinere denuo tam fœda tempeſtate conflictatus eſt, ut navalis prœlii inſtar eſſet, duplicique hac clade

CAPUT XXV. *Sed Pontum petens tempeſtatibus corripitur.*

Mithridates, prius ad Parium, & nunc haud procul Heraclea, ad decem hominum millia, & rostratas sexaginta, florem exercitus sui classisque

CAPUT. XXVI.

deperderet. Eam calamitatem ad iram Priapenæ Dianæ superstitiosi homines retulerunt; cujus à Regiis spoliatum templum, abreptumque simulachrum fuerat. Amissa magna parte classis, cum plerisque reliquis navibus in ostium fluminis Hypii, quod haud procul Heraclea abest, Rex se recepit. Is tum status Heracleæ erat, ut magis aliena à Romanis ob sublatos publicanos, quam in potestate Regis esset. Igitur, dum necessario stationem in flumine, nondum sedato mari habet, solicite inquisito, Lamachum in summo magistratu agere comperit: quo nuncio erectus, quod veteri amicitia cognitus illi Lamachus erat; missis idoneis hominibus, multa largiendo pollicendoque perfecit, ut operam suam Lamachus addiceret, quo Rex in Urbem reciperetur. Dicta die solemne sacrificium Lamachus instituit extra urbem: vocato populo, ne portæ consueto tempore clauderentur. Ad Regem interea myoparo Seleuci archipiratæ mittitur, quem conscenderet; quia navis oneraria, qua erat vectus, ob violentiam tempestatum utilis esse desierat. Dehortabantur maximopere amici, *ne corpus suum hominibus incognitæ fidei crederet*: quorum ille metum tali sermone castigavit: *Ego vero fidem vestram, amoremque, multis & magnis documentis experta novi & æstimo: nihilque dici scio à vobis, quam ab optimo animo, verissimoque adfectu profectum. Sed inter dum hæc ipsa, quamlibet omnino sunt præstantissima, bonis consiliis obstrepunt: quoties aliquid in speciem periculosum suscipi res cogit, timor vetat. Ideoque in præsentia, quum vestrum animum & probem, & ut eum semper mihi custodiatis, enixe petam, à sententia tamen vestra dissideo. Videtis eanunc esse tempora mea, ut evadere pericula non aliter nisi periculo possim. Nemo opinor, in hoc toto negotio mihi temeritatem imputabit: paratissimus quum essem ad bellum, tamen iterum iterumque consideravi, restiti, distuli, donec apud omnes constaret, bellum opportunius sumi non potuisse. Tamen magnæ me calamitates & discrimina deprahenderunt; iis nempe viis, quas cavere aut occludere nemo mortalium queat. Ipsos mihi deos adversatos esse scitis; quum Rhodios Isis, Cyzicenos Proserpina defenderent: quum Neptunus classes meas tempestatibus persequeretur. Sed erit aliquis irarum modus; & quod à pueritia sæpe mihi contigit, præsens vexatio majore aliquo præmio pensabitur: nec enim frustranea semper erit hæc diligentia colendi deos, qua nemini concedere soleo: perpetuo mecum habens sapientiæ sacrorumque magistros. Quod si decretum de me est, hacque superis sententia sedit, ut oppressum deletumque velint: at opera dabitur, ut impavidum obruant. Sed absit omen! & bona potius spe votisque me prosequamini: nam & mihi præsagit animus, hoc mihi non ad securitatem* modo

Mithridates Heracleam ire cogitat.

CAPUT XXVII.

Amicis dissuadentibus.

CAPUT XXVIII.

Sed Rex adversum illorum opinionem disputat.

CAPUT XXIX.

Sibique bonam esse spem ostendit.

Digitized by Google

modo iter, sed etiam ad augendas opes aditum fore. Seleuco satis confido; plus etiam Lamacho: neque dispicio, quomodo sperare majora ab Romanis proditi mei quam à me servati præmia possint. Sed & populus Heracliensis ita est alienatus, ut quidlibet potius, quam Romanum imperium laturus videatur. Ita metu suorum castigato, confidenter ingressus piraticam navem, prius Heracleam introivit, quam obruti vino homines adventum ejus persentiscerent. Postero demum die, quum essent ad concionem vocati, Regem se habere didicerunt: qui humaniter eos alloquutus, & *ad servandam sibi benevolentiam* hortatus, quatuor millia præsidio cum præfecto Connacorige imposuit; quo ab Romanis, si forte signa eo vertissent, defenderentur. Divisa deinde populo, sed præcipue magistratibus pecunia, Sinopen, & inde Amisum navigavit.

CAPUT XXX. *Mithridates Heracleæ præsidium imponit.*

Errata quædam graviora Operarum.

Lib. 1. cap. 33. m. pro *Oratio* leg. ovatio. 1, 17. m. *fuerunt* leg. ferunt. 5, 15. p. *datum* l. datam 6, 7. p. *repetentibus, bellum* l. repetitis bellis. 8, 38. m. *recuperanda* l. recuperandæ. 11, 29. m. *angitur* l. ungitur. 13, 15. *defugere* l. defugerem, 14, 59. *Adramylti* l. Adramytti, 25, 5. f. *mentem* l. ruentem 28, 43. p. *Cyricenum* l. Cyzicenum. 29, 16. m. *Tribunis* l. Tribunus. 33, 44. p. *M. Aquill.* l. *M'!* Aqu. Atque idem vitium crebro recurrit. 33, 49. p. in summa pagina & aliquot seqq. Q. *Aquill.* l. M'. Aqu. 38, 61. p. *nam enim* l. jam enim. 59, 4. *multos* l. multas.

FINIS.

Digitized by Google

ARGENTORATI

Apud SIMONEM PAULLI BIBLIOPOLAM.

M. DC. LXXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

igitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 06388 3683
A 538666
Digitized by Google

Digitized by Google